

IOANNIS VVIERI

B I  
**D E P R A E-**  
**S T I G I I S D A E M O-**  
**n u m , & i n c a n t a t i o n i b u s a c u e-**

**n e f i c i i s L i b r i s e x , p o s t r e m a**  
editione sexta aucti &  
recogniti.

*ACCESSIONE*  
**L I B E R   A P O L O G E -**  
**T I C V S ,**  
**E T**  
**P S E V D O M O N A R C H I A**  
**D A E M O N V M .**

*Cum Rerum ac uerborum copioso*

*I N D I C E .*



*Cum Cæſ. Maiest. Regisq; Galliarum gratia  
& priuilegio,*

**B A S I L E A E , E X O F F I C I N A**  
*Oporiniana. 1583.*

VINCE TE IPSVM.



EFFIGIES IOANNIS WIERIANNO  
ÆTATIS LX. SALVTIS M.D.LXXVI.

Εἰς Ιωαννὸν τὸν Βιηρὸν ἰατρὸν  
Γ. Φαλκεποργείου.

Ηερά βίος ὁ Βιηρός ἐφυμέχας ἡρῷος γὰρ αὐτὸς  
Ιητῆρος νοσεροῖς διτιμέεσοι Φέρθη.  
Φάρμακα δὲ νοσεροῖς θιωτίστα τῆς ὑγείης,  
Ητα δυμοφθόρου Φάρμακα τῶσι χόλα.

Εἰς τὸν αὐτὸν.  
Σάμελός αἰδρομένος μὲν μόνον, ὥστεροι ἄλλοι,  
Αἷλλα σὶ καὶ Ψυχῆς οἰδας ἀκεσερίου.  
Τέγεκα καὶ τελεθεῖς πέσον περιφερέστερος ἄλλοι,  
Οὐογον τὶς Ψυχῆς σῶμα ἀμετηνόπορον.

3  
ILLVSTRISSIMO ATQVE  
EXCELLENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
D. Gulielmo Cliviae, Iuliae & Mont. Duci, Comiti Marchiae ac Rauel-  
burgi, Domino in Rauelstein, &c. suo Domino Clementissimo, per-  
petuam in Christo IESV felicitatem precatur

IOANNES VVIERVS  
M D I C V S.



Ntam pernicioſa uarietate fanaticarum & pelli-  
lentium opinionū, quibus hoc anno misere orbem con-  
cudit Christianum Satan, non minimi eam momen-  
ti esse sentio, Princeps illuſtrissime: quam idem ille  
uelut perditissimum ſeminariū, mentibus hominum  
inficit in cantamentorum nomine. Etsi enim multi-  
ſariam in religionis noſtræ controuerſijs, uel ob di-  
uerſos ceremoniarum ritus, uel non aquæ intellecta-  
gione, Controuerſie de reli-  
Scriptura loca, animi distrahabantur. ſentientiæ ua-  
rient, facies subdente antiquo ſerpente: non tamen  
inde tam deploranda ſubsequitur calamitas, quam ex ſimel imbibita, ipſius inſlin-  
ctu, perſuafione de eo mali genere, quod hominibus & beſtias citra uenient uel propi-  
nationem uel applicationē, inferre creduntur quedam dementata anus, quas La-  
mias uel Sagas nuncupant. Licet enim ex prioribus quidem diſceptationes hinc in-  
de oriāntur diuersa uel pro hominū affectu, uel prout cui libet ſua ſatisfacere mens  
uidetur, aut pro talentiā Deo donati pondere & qualitate: tamen momenti tan- Rōm. 14.  
tum ea ſepiuſ non habebunt, ut aut anima ſalutē aliquo attingant modo, aut etiam  
amicitias omnino turbent, uel diſſuānt. At quam execrabilē à Deo alienatio- Opinio de  
nem, quam coniunctram cum demone neceſſitudinem, quanta inter proximos odia, Lamias.  
quam rixofas uicinarum factioſes, quas rusticorum ſimilitates, que urbiū diſſe-  
dia, quam frequentes in ſontium cades, parente tragedo diabolo gignat ſecundij ſe-  
mailla calamitatum mater, opinio nimirum concepta de Lamiarum maleſicij (non  
inquam ueneficij) prodigioſa potestate, quotidiana docet experientia. Et quum  
pauci ſint morbi, quorum cauſas ad Lamiarum opus non referat, peruersè in reli-  
gione Christiana iuſtitutum uulguſ: uix aliud hominum ordo comperitur, cui uni-  
uersum hoc impietatis negotium penitus ſit notum, & iuſtior de hoc actionem in-  
ſtruendi occaſio incumbat, quam medicorum: quorum eo incredulitatē genere ita  
turbantur animi, & aures raduntur, ut nihil in ijs aquæ concrepet apud agrotos,  
quam mordax illa falſaq, innocentium mulierularum de iuſticio eiusmodi ma-  
lo criminatio. Quam Camarinam aliquandiu non tam uirulentum expirantem Cauſa ſcri-  
fetorem, cum paulatim ſana ex Dei uerbo iuſtitione proſum interiuram ſpes beudi.  
et ſit, eam denū grauior moueri, ut contagionis uirus iam multo longius latiusq;

cum plurimorum pernicie, procellarum spiritu horribiliter afflante, exhalat, quam habet unquam, in dies magis ac magis sentio. Tanta uigilantia quamcumq; obseruat occasione ueterator ille, somnolenter huius artes permittentibus ijs, quorum intererat die noctu<sup>j</sup> doctrina Euangelica machinis, ipsius propugnacula concurre, funditusq; emerere. Dum itaque ad grauem hanc impietatem silentio conniuent Theologi pleriq; omnes: dum opinionum falsitatem in morboru<sup>m</sup> cauiss, eorumq; impiis curationibus tolerant Medici: dum sententias ex persuasione, longa annorum serie & prescriptione non tam ratione discussa, quam praeiudicio quodam circa contradictionem usurpata, hic pronunciant Iuris consulti: dum denique neminem audiam, qui mortalium misertus, aut totum hunc Labyrinthum nobis aperuerit, aut saltem exitiali medendo uulneri manum admoueris: opere mibi precium facturus uidebar, si ergo uelut κρεοπόνος ει ταχμάσων, garritu<sup>m</sup> falso alijs ueterum excuterem: & arduam hancrem, qua nostra religione Christiana summa sit contumelia, altius perscrutandi, discutiendique, qualemcumq; anam fusori oratione & quantulacumq; demonstratione subministrarem. Etsi non eram nescius, prava opinio, inexplicabili sine ratione pertinaciam, inexpiablem esse tintillaram, & que elui nequeat, ut scilicet Galeno nostro scribitur, his uerbis: Ιερίδες εὐεμία βαφή δύστοιος οὐτως, ὡς τὸ τε αὖλογοτέρη τε τὸ μοχθηρὰ δύματα πάθος & γαρίσι μεταπείση σὺν αὐτοῖς οὐτε αφεῖται. Sic enim educatos, ad resipiscientiam aut ueritatis frugem non posse reduci arbitratur. Tam non facile est, nouam rem ad communem hominum mentem & assensum accommodare.

Nec tamen hoc meum institutum quisquam calumniabitur, quasi nimis Suffenus, minusq; tenuitatis mee conscientius, quicquam pre alijs intelligere, aut posse, mihi semper presumam. Quād sit mihi curta sapellex, probè noui, & me certius nemoratque hoc scio, quod nescio. Nemini hic praedicatur. Accedunt quotidianæ medicationes, & profectio[n]es aſſidue, qua certe ferias eiusmodi lucubrationibus sedulo donandas, mihi præripiunt: ut hoc nomine superioribus uenationibus Hambachii institutis, dum tue Celsi, atq; eiusdem illustri generosag; soboli ex officio inseruirem, huic potissimum studio uacauerim.

Complures igitur alios infinitis partibus longè meam hanc infantiam superare potuisse & posse etiamnum penitore ueritatis inquisitione, oratione luculentiore, & demonstratione evidentiore, magisq; neruosa, cum ob ingenij acumen, ac doctrinæ excellentiam, tum uero maxime propter amplioris ocyi accessionem, non modo libenter & ingenuè agnoscere, sed quoq; palam liberè profiteor. At interea ieiuno meo scriptio felicità illa ingenia prouocatumiri sperare uolo, ut uel dicendo, me rectius erudiant, qui eiusmodi collationum solet esse fructus: uel, tacendo meam hanc sententiam ab inolita religioso illo seculo opinione dīs Δρωτων dissonātem, comprobent. Hac ratione reportasse me ex laboribus usuram satis uberem confidam: nec me præstite, pœnitentib[us] opere, si saniore doctrina in ueritatis cognitionem reuocer, aut saltem in rara paucisq; auditu opiniōne confirmē. Etenim ut naturam in profundo ueritatē penitus abstrusisse, rectissime docuit Democritus: ita eam uigilantius inquirere,

## N V N C V P A T O R I A.

inquirere, investigare & rimari decet. Id siquidem cum maiori aequitate coniunctum est: quam sententiā, quam temerē quis amplexus sit, pertinaciter defendere.

Argumentum autem huius commentationis nostra partim est Theologicum, quod diaboli artes & studia, Sacrarum literarum testimonijs produntur: & quo yis modo iurisimē obuiam iri posst, docetur. partim etiam Philosophicum, dum naturalibus coniunctur rationibus uana satana ludibria, & corrupta sagarum imaginatio: partim item Medicum, ubi secundum naturae legem, morbos, eorum causas & symptomata Lamij perperam haec tenus imputata, ori vi demonstratur. Partim id estiam Iurisprudentie placa spectat, quum de magorum infamium, lamistarum Iuridicū, & uenescorum pēnis, pro delicti qualitate & magnitudine, alio quam haec tenus usurpatum est modo, differatur.

Historias autem inferni pasim uarias, eo potissimum fine, quod quum tam diner satamq; multifaria se penumero in hoc satane negotio à multis referantur: ex nostrarum narrationum collatione, uia loyis & qualicunq; explicacione, citius in actionum prestigiarumq; demoniacarum, & rerum multijugarum cognitionem ac iudicium perueniri posse arbitratus sim.

Ne autem hic mei ingenij metas & professionis limites temerē prefactaq; optione, nimis proprio sisus cerebro, transiij se censeret, hac mea & plerisque doctissimis, etiam ex tua Celsitudine familia viris, Theologis, Legum peritis, & collegis excellentissimis, eo animo legenda excutienda q; proposui, ut horum censura uel starent, si ratione niterentur: uel cadent, si conuincerentur erroris: uel mutarentur, si qua aut additione aut castigatione egerent. Nec enim quicquam eodem tempore simul inchoatum ac absolutum fuit.

Iam uero si maleficarum Malleum hoc absoluisse pensum quis obijciat, is ubi illius libri concessas à Theologis, Henrico Initiatoris & Iacobo Sprenger inepias ab- surdas, sepe etiam impias, legerit: & cum hoc nostro scripto, effectu omni sciuenter, conuilerit: sententiam profecto aliam omnino, immo contrariant me sustinere ac defendere intelliget. Penelopes enim telam retexere, actumq; agere, sanè luet minime. Paucā quidem in hanc rem dixit Ulricus Molitor, Sigismundi Bohemia regis consiliarius, in Dialogis de Lamij & Pithonicis: nonnihil quoq; de strigibus scripsit Ioannes Franciscus Picus: Abbas item Spanheimensis Ioannes Tritemius questiones quinq; Maximiliano Cesari proposuit: nostra quoq; lingua argumentum hoc attigerunt quidam Germani: quo autem iudicio, operis nostri collatione innotescet.

Ceterū prater multas grauesq; causas, que ut tua Celsitud. has meas qualescunque cogitationes consecrarem, me impulerunt, hec quoq; induxit potissimum: quod quum iā in uicesimum sextum annum tuae Celsitud. à medicinis fuerim, ac diversas se penumero in tua Celsaula audierim de Lamistarum iam denū in amplissimis ditionibus tuis renatarum, potentia & incantamentis sententias: uix à nemene tamen certiorem, mea consonam magis, & è ueritatis fontibus erutam penitus, me unquam hic cognouisse, atq; illam quam aliquoties à tua Celsitud. ore his

Sententia  
ducis. Cli-  
uen. de La-  
mijis.  
Veneficii.

hauserim auribus, uelim nolim fateri cogar: nimurum Lamias nemini ulla uolun-  
tate maligna, quacung<sup>z</sup>, dira imprecatione, aut intuitu maliciose nocere posse: sed uitia  
ta per occultos demonis cuniculos phantasia, eas tanquam melancholia agita-  
tas, in mentem sibi inducere, quacung<sup>z</sup>, mala ab ipso satana illata, uel naturali occa-  
sione ex absurdo Dei consilio prognata, abs se perpetrari. Vbi enim actionum modus  
ad trauinam uocatur, & earum organa indagine circumspectore obseruantur, lu-  
ce clarissimo omnium oculis patet rei ad waritia & falsitas. Veneficum solum-  
modo à Fappaxo<sup>z</sup> & iaz uel ueneficis, ueneno uel propinato uel illito, noxiè fie-  
ri in hominum & animalium internectionem, dolle, prudenter & pè concedit  
tua Celsitudo. Hinc sit, quòd non multorum more, pñam delusis aniculis statim se-  
uerè infligi iubeat: sed matura deliberatione prius de ueneno dato exæc<sup>z</sup>e inquiri,  
post si de ea indubitanter constet, legum prescripto satisficeri, à Deo ad hoc constituta  
tuua Celsitud. uelit. Hoc profectò accedit merito ad reliquas preclarissimas & ins-  
numeratas animi ingenij, dotes, quibus ita quotidie quam nocturne Spartam (uac-  
tā τὸ ἀκόφερμα à tua Celsi celebrari solutum) adornas, illustrasq<sup>z</sup>, ut & tuorum  
& uicinorum omnium oculos in te conuertas. Nihil hic preter institutum dicam,  
de non uulgari tua pietatis studio: cuius ut plurima, & quidem memorabilia, ita  
imitatione dignissima possem adducere exempla, ni hinc potius inclemantium ex-  
pectandam, quam favorem, uererer. Sit autem hoc unum, quòd neg<sup>z</sup>, solem exorien-  
tem unquam uideas, neg<sup>z</sup>, uesperi te lectio componas, quin ardenter prius fuisis ad  
Deum precibus, à sacra lectione te totum, & omnes tue Celsi subiectos, ipsius patro-  
cinio fideliter commiseris. Nihil addam de temperantia in potu, quo unico nomine

Mores prin-  
cipum plus  
legibus ua-  
lent.  
Esther 1.

non modo tuis subditis omnibus numerosissimis exemplar existit admirabile: sed et  
tui ordinis illustrissimis, eisdemq<sup>z</sup>, potentissimi heroibus optimo pralucesire: ut e-  
briam tuam Celsi, uidiisse neminem, non minima laus sit: imò ratam esse uelis As-

Claud. men - non sic inflectere sensu Humanos edita ualent, quam uita regentis. Quo  
fit etiam, ut nemo te presence non solùm deicrare, uerum etiam iurare audeat. Con-  
sciu es enim unusquisq<sup>z</sup>, quam Celsitud. tua odio plusquam Vatiniano prosequaturo-  
mnes, qui assiduis suis detractionibus tremendum Dei nomen prophanare non eru-  
bescunt: qua blasphemia omnes pro tempore horribiliter concrepare aulas, est  
quòd Christiane religionis homines merito doleant, lugeantq<sup>z</sup>, plagiis hinc enatis  
palam uisis. Taceo continuos in quorumcunq<sup>z</sup> libellorum supplicum, & aliorum scri-  
pторum quotidie affluentium lectione, maturaq<sup>z</sup>, responsione labores: quo uel unico  
incomparabili exemplo, uerè paternum affectum erga commissum tua iuste sub-  
ditorum gregem, quis non ex osculetur? quibus ut nec contemptum hic Karlorum  
nomer, in aliorum ore innatans astudie, unquam à tua Celsitud. obiectum fuisse,  
quis audituit, ita sapienter eos blandissimo filiorum nomine dignaris: nec quic-  
quam usque adeo tua Celsitud studio cure<sup>z</sup>, esse norunt omnes, quam tuam rempu-  
blicam in summa tranquillitate perpetuo conseruare: id quod cū rara, imò diui-  
na prudenter proximum aliquot annis turbulentissimis, unde quaq<sup>z</sup> bellico strepitu  
circum

## NVNCVPTORIA.

7

circum maximas tuae Celsitudines saeviente, nec tamen eas concuiente, testatus es. Nec postrem am meretur laudem, quinimò apud omnem posteritatem propagandam, quid uetus doctorum Mecenat, singularem facias interdum ingeniorū delectum in ijs, quos ad exteriores regiones & praclaras in qua cung, facultate Academiarū tuis impensis ablegari, ali, studiorumq; curriculum feliciter perficere uoluisti, quid aliquando tuae Cels. & reipublicae decori usuq; esse queant: ut ea ratione insignibus doctrina, prudentia, existimatione, & rerum cognitione usuq; uiris, illustrem illum tuae Cels. comitatum esse ornatum, ad reliqua celeberrima tua aula ornamenti, non immerito referri debeat. Minus tamen id mirum uideri debet, quod ipse doctus, eruditus semper eoprosequitus sis studio, ut quibuscunq; honorarij & stipendijs eos in suam amplissimam pellicere accireg; familiam, iam inde a quo princeps es, non intermisseris. Sic prouidentia non uulgari factum est, quod hic in uenerando ordinis Senatorij confessus, primo sit dignata loco tuae Celsitudinum doctrina multiijuga, nec uulgari prudentia, rerumq; variarum usu & excitijs animi corporisq; doitibus clarissimum, D. Henricum Barzium cognomine Olislegerum, Ll. Doctorem & Cancellarium Clivensem uigilantisimum, patriaeq; amantisimum. At pro�us calamo hic imperasse præstat, quam leuiter oratione ieiuna uerè heroicas tuae Celsitudinum omnem omnium laudem post se relinquentes attigisse: quas non aliorum relatu cognoui, sed hisce oculis in tuae Celsitudine uelut in lucidisimo speculo quotidie contueor. Tali itaq; ac tanto Principe patrocinium non denegante, mordaces uisitatorum infolescentium dentes haud difficulter uicturum me confido: præserium cum à meis partibus in procinctu flare in uiuetam ueritatem non dubitem. Precor Deum opt. max. patrem Domini nostri IESU CHRISTI, ut quod pro sua bonitate immensa in tuae Celsitudine feliciter capitis, maiore sui Spiritus accessione uberiori augeat, ad nominis sui gloriam, Celsitudine salutem, & floruitatem.

PRAEFATIO DE TOTIVS OPERIS ARGUMENTO.

**R**E M profectò arduam, & omnino tenuitatis meæ vires exuperantem aggressum me esse fareor, qui cum fraudulentis spiritibus, larcinis & mundi dominis in theatrum prodire, luctarique audeam: quum tot illi habeant modos fallendi incomprehensibiles, & cuniculos, occultosq; elabendi recessus, quibus ob essentiaæ subtilitatem, motus celeritatem, uitæ longissimæ usum, & uoluntatis perueritatem, longè lateq; crassitiem nostram terream eludant, ut quibuscunq; eos ad oriaris rationibus, defraudatum te esse palam uideas. Quanquam uera hæc esse nō inficiat: in alia tamē enutritis schola, atq; ab alijs institutis præceptoribus, quām Plato ethnicus apud superstitiones suos Aegyptios & uates Memphiticos, uel

*Act. 9.* Proclus apud suum Marcum, dæmonum clientem: ex D. Pauli, uasis electi, & pugnili aduersus spirituales astutias in coelestibus iniusti consilio, manibus indubitate, tate fidei firmissimis arripui doctrinam Conditoris celi & terræ, omniumque *Philip. 2.* Ephes. 6. quæ in eis sunt, & uerbum Christi (in cuius nomine horum spirituum genua flexuntur, ipsi q; dicto citius fugantur) gladium quippe spiritus ancipitem, tentaturus quid cum diuini luminis radio & rationum machinis, in luce cum rectribus tenebrarum seculi huius potero, in eo potissimum fraudum genere, quo illi haec tenus tam densas hominum oculis offuderunt nebulas, ut quod se conuertere securè debuerint, tanquam in ipsa caligine palpantes, ignorarint quamplurimi. Id autem est ille incantamentorum labyrinthus: cuius ut, inuenio qualicunq; filo, explicandi commonstrarem uiam multò aliam, quam haec tenus obseruatam uidere licuit, hoc institui Opus. Ne uero obscuritatem gigneret orationi perpetuitas, in sex illud distribui libros: ut eius ordo tamen, quasi rectè instituta rerum economia, suis conuenienter cohæreret partibus.

*Occasus operis.* ARGVM. Cæterum quum uniuersum id negocium sit dæmonum præstigijs ac dolo implicatum, ut ad eorum quæ in reliquis dicentur libris, intelligentiam sterneatur uia, in Primo libro, diabolus quid sit, quæ eius origo, qui primi dolosi eius conatus, pernicioſiq; progressus ab Eua in rerum primordijs, ad hæc usque tempora, quæ item iphius potentia, quid etiam proflus non posuit: quodque limites illi à Deo præfigantur, ultra quos ferri nequit, describitur.

SEGVN. Hinc, quid per suam clientelam operetur, ostensurus: ad magos infames, dæmonum opera quascunq; præstigijs oculis nostris destinato studio multifariam obijcientes, dissinationumque uarijs laruis alios deludentes, & medicinæ sacra suis imposturis satanicis feede conspurcantes, progredior: quos etiam Tertio libro à Lamis segredo, ut quæ sexu inconstantes, fidei q; lubricæ, & ætate non fastis mentis compotes, diaboli ludibrijs magis snt obnoxiae: qui in illarum uim imaginatiuam siue uigilantibus siue dormientibus se insinuans, quascunq; formas ipsis inducit, ea dexteritate concitatis in hunc dolum humoribus & spiritibus, ut nihil aliud illæ sciant, aut queant fateri, quam rerum à dæmons ex Dei absiruſa uoluntate uel contentu peractarum, aut plagarum hominibus bestijs uel inuestarum, siue designatorum flagitorum, aut malorum pronatorum naturæ dulci, se effectrices esse: quemadmodum mentem quoq; laedi, multifarijsq; imbuī imaginibus, saepe in ijs quorum cerebrum atra bilis uel eius uapor uitiarie, spectamus.

## AD LECTOREM.

9

spectamus. Nullos quoq; libros eas habere, nullos exorcismos, characteres, aut familia monstra, uelut magi infames: nullos etiam præceptores alios, præter lœsam à dæmone mētem, aut corruptam imaginationem: unde & à Magis illis infamibus non parum differre, omnibus erit perspicuum. Hī namq; uiri sunt sæpe docti & cordati, sed curiosi, longius etiam peregrinantes, ut artem imbibant demoniacam, qua saltem præstigias & rerum ludibria, præternaturrem morem ostentant: illæ uero ut plurimum feminæ, eademq; uetulæ, & mente titubantes, domiq; latentes: in quarum, uti organorum convenientiū, phantasiam prop̄ torpidā, uelut sedem suis studijs accommodatā, in melancholice morbo, mærore, uel extrema desperatione, ut spiritus est, illabitur: nec tam præstigijs deludens, quām quæcunq; hominum infortunia, calamitates & interitus canta uehementia imprimens, ut qualia quantaq; ea sint, se perpetrasse, ut dixi, arbitrentur: à quibus tamen ha fuere alienissimæ & prolsus insontes. Has itidem à uene fisis, quos *papuas* Græci dicunt, separo: qui ueneno uel propinato uel illito, *Venisci*, uel eo loco ubi halitu feriat collocato, homines uel bestias ædūt. Sic plurimum *papuas* interesse inter prophanos magos, lamias & ueneficos intelligitur: de quibus tam men, uelut ijsdem ha ctenus confusè actum, disputatum, & pronunciatum est.

Vt autem hæc innotescerent clariss, Quarto libro eos qui Lamiarum maleſicio affici putantur, propono, demonstrans eos à dæmonibus exerceri, uel obſeffos esse, ex occulta Dei permissione, citra ullam ullius Lamiae aut hominis alterius cooperationem.

Hinc iusto ordine, libro Quinto, ad eorum qui eiusmodi maleſicio collisi creditur, curationē, infinitis partibus aliam quām hucusq; obſeruata sit, me confero: ubi, quæcunq; curationes illicitæ à dæmonijs in sui regni confirmationem efficitæ, peruetitas cōiurationes, characteres, ligaturas, periapta uel appensa, annulos, sigilla, imagines, & similes umbrarum furias, sacrosanctæ Scripturæ autho ritate & rationum pondere conuincuntur, explodunturq; ut ab ijs facibus, uel expurgato Augiæ stabulo, liberatae mentes, in quacunq; afflictione ad ordinata à Deo remedia posthac cōfugiant, puris manibus in coelum sublati, ac medicinæ sacra in hoc negocio incorruptius conscientia synceriore tractentur: qui præcipuis fuit huius instituti mei laboris scopus.

In hac tamen graui meditatione aliquandiu suprà quām dici potest occupatus, tantumq; nō (nouit ille quem nihil latet) excruciatuſ, quòd uetulas illas de mentatas, à dæmonie illusas, Lamias uulgò dictas, quæ nihil flagitiij singularis cōmisſissent (non enim loquor de ueneficis) tam atrociter, sine ulla commiseratione multis in locis in caliginosos squalidosq; carceres, horrida umbrarum hospitia & dæmoniorum domicilia inconsideratius precipitari, inde in carnificinam truculentius rapi, ac demum flammis deuorandas temerè obijci uiderem: propriæq; amentium anicularum confessioni stari, nec satis inter Lamias & ueneficas discerni: & Magos facilegos, in lege ueteri multatos grauiter, iam impunius, imò cum laude apud plerosque uersari: non potui non inquam argumenti ratione, conscientiæ impulluſ actus, meam hac de re sententiam qualemcunque, quinque ijs libris adiungere: Sextoq; libro uelut appendice declarare, quid & *sextri*, quibus rationibus nixus, sentiam de punitione Magorum infamium, à *christi* ueritate tempubl. cum Simone & Elima auertentium, eamq; sedatam turbantium: quid item de modo puniendi Lamias à diabolo seductas, uelut melan

b cholias

*Hæretici.* cholia agitatas, uix autem hæreticas (ea enim mente illæsa, sed præfracta constant:) postremò etiam, quid de ueneficiorum suppicio statuendum existimem, *Contra uene-* subiunxi: ubi locum habere uidetur promulgatum ex Dei uoluntate Mosis edi- *ficiæ ediculum*, Græcè à Septuaginta senioribus redditum, & uelut explicatū in uaria illa *Exodi 22.* *Hebraicarum uocum significatione,* *εργάνης ἡ περιβόλος;* Veneficos (uel ut He- *Lib. 4. cap. 8.* braei habent, ueneficas) non finet superiuere. Ad uenena usurpantes legem *anxiq. Inda-* hanc quoq; refert Iosephus ludæus.

Nec sibi hic leges à me arrogantiū præscribi criminentur Magistratus, aut legum periti, hoc enim meum fuisse institutum minimè, testor Deum: sed ex comiseratione meditationem meam solummodò alijs cordatioribus & pijs uiris, necnon ueritatis inquirendæ potius, quām opinionis inconsideratiu multis seculis imbibite affectu defendendæ studiosis, excutiendam sereno mentis ocu- lo, summissè offero. Qui operæ premium me præstisile agnoscēt, ingenuam hanclibertatem bene interpretentur: qui secus censem̄bunt, ignoscant bene uolenti. Interim mea qualiacunq; argumenta, quibus roto hoc Opere nitor, *αὐτὸν* *μεταβαίνειν* conferri cupio, dum in conlibum uocantur Speculator & Johann. Andr. titulō de Sortilegijs: aut Summista. Hostiens. Gotfridus Reinerius in Summ. de Sortilegijs: Canon in c. 1. & 2. ubi Alb. post Iohan. And. de sortil. in antiquis: Alb. cons. 55. 1. volum. incip. Casus talis, per Oldrad. consilio illo 210. incip. Regularis: uel etiam recentiores post gl. in c. accusatus. s. de hæretic. initij: Alber. de Rosatis in Dictionario, super uerbo Sortilegium: siue Bonif. de Vitalin. in titul. de Sortilegijs, in tractatu Criminalium: aut Matth. de Affl. in constitution. Neapolit. de malis & noxijs medicamentis. parte tertia: item auditor eius Grillandus, aut etiam 2. Lib. Sylvestri Prieratis de Strigomagis: seu Bonavent. super 3. Sent. Quibus autem firmamentis sua scripta munierit quilibet author, horum librorum collatione manifestius intelliget æquus Lector.

Porro de re ipsa & materia, quoniam ad ueritatis doctrinam, & Ecclesiæ CHRI-  
STI quietem, ac proximi utilitatem spectat, non est quod multis agam: quum ea  
sit huiusmodi, ut quantumlibet inelegantem sit sortita artificem, satis tamē ipsa  
per se, omnium oculis sese queat & debeat commendare: præsertim ob res non  
paucas in lucem magis erutas, quæ haltenus uel ut incognite, uel ut obscuræ la-  
tuere. Solitum uero esse apud Græcos olim prouerbij loco, hominibus parum  
seitate in re præclarâ versantibus obijci, Proba quidem materia, si probum na-  
fuerit artificem, non ignoro: at cuilibet liberum permitto de artificis opere sta-  
tuere, quod illi libitum erit. Quod enim ad me attinet, ut nullius uel nastri Mo-  
mi, aut perspicacis Aristarchi reprehensionem, siue seueri Catonis cenfuram de  
precor, si merear: ita nec auram popularem, aliám uel laudem magnopere uenor,  
bona fretus conscientia, qua hanc aggressus sum telam. Dies erit, quando uni-  
cuiq; à Domino laus sua accedit: dum modò illius accrescat gloria,  
& satanæ tyrannis imminuatur, abunde satis erit  
factum meis uotis.

11

AD AVGVSTISSIMVM TOTIVS ORBIS CHRISTIA-  
ni Cæsarem, Reges serenissimos, Principes & Duces illustrissimos, Comites  
generosos, & quoscunque ullum magistratum gerentes,  
tam seculares quam ecclesiasticos, Li-  
bellus supplex.



NVICTISSIME Imperator, Reges & viri principes, quibus ordine legi-  
mo, rationibus grauissimis gladium ad coercendam merito suppicio maleficorum  
effrenem imobedientiam: ad eos uero qui se rectis politis legibus inculpatè submit-  
tunt, vigilanter defendendos, eoq[ue] nomine tranquillitatem reipublicæ riuè constitu-  
te sedulo conservandam, commendauit Rex regum, & Dominus dominantium: uo-  
bis demissa oratione hunc supplicem libellum cum omni subiectione reverenter offero, ex cordis pe-  
nitenzialibus orans, obsecrans & obtestans quam humillimè, ut concedere non dignebam in illis de-  
monum præstigijs, quibus à rerum primordijs tam densas hominum oculis offusas tenebras ille pri-  
mus uniuersi mali architectus: & in ijs quas senscente mundo demum idem ille ueterator mille arti-  
fex in delirio stupidoq[ue] quibusdam mulierculis fabricatus est in Christianæ Europæ solem simam la-  
bem, hominum errorem crassissimum, cedem insontium frequentissimam, & uulnus conscientiarum  
magistratus haud profectò leue: concedere inquam clementer, mibi minimo obsequientissimoq[ue] ue-  
stro clienti, tempus apud nos proponendi bis sex libris mean qualēcung[ue] sententiam. Quæ si su-  
premi ordinis uestræ punctum non tulerit, eam uti meriti exhibilandam explodendamq[ue], ut quam  
ocymè, ita & libentissimè palmodia supprimere non grauabor, rationibus argumentisq[ue] neruoflo-  
ribus conuictus. Si uero autoritatis uestræ calculo ea confirmabitur, operæ preclum me secisse, in  
animum inducam: non minori denuo supplicans studio, ut huic sententiæ tum locus detur, semota ue-  
tustatis religione, & opinionis tot seculis imbibita effectu posito: si quando in uestri Imperij regnis,  
prouincijs & ditionibus se offerat occasio deliberandi, iudicandi & pronunciandi de causis illis dia-  
bolice, & potissimum de Laniarum negotio hac tenus tam multisarijs tricis inuoluto. Hoc modo se-  
reniore mentis oculo huiusmodi demonum ludibria discretum iri, onnesq[ue] uerè Christianos non tan-  
tam eorum esse potentia cognituros, ut dubito minime: sic quoq[ue] minus innoxij sanguinis, quem au-  
diſteme stit ille ab initio homicida, fundetur: nec ita quietis publicæ, cui ipse tragediarum author  
inuidet summopere, compages luxabuntur: & conscientie variore pungentur acu-  
leo: satans item imperium indicis magis ac magis collabescet, atq[ue]  
Christi regnum longius latiusq[ue]  
propagabitur.

## IOANNES EVVICH DOCTOR

Medicinae.

Demonis exortum studium, uiresq; dolosq;,  
 Qui uelut in media luce uidere cupis:  
 Qui que carminibus sit uis, et quanta nocendi,  
 Si defint sacris philtre parata modis:  
 Qui miserè uarijs homines cruciatibus actos  
 Noste cupis, quaç; hos arte leuare quæas:  
 Tandem que pena infandæ legitima fecit,  
 Insonti ut parcas, constituenda siet:  
 Hunc lege, quem Ianus Vuierus condidit arte,  
 Iudicio, et magna sedulitate, librum.  
 Viue opus eximum, meritumq; attolle trophyum,  
 Victa est Circeæ turba prophana schola:  
 Viue etiam eternos, Author, feliciter annos,  
 Non erit ingenij fama sepulta tui.

## IOANNES BRACHELIUS LL:

Licentiatus ad Lectorem.

Cum Deus immensi spacioſa uolumina coeli  
 Conderet, et medio ſuſtenderet ethere terras,  
 Ornaretq; polum ſtellis, atq; ethera nimbi:  
 Ille ſibi pariter famulos, diuina creauit  
 Corpora, qui tenues ferrent ſua iuſſa per auras,  
 Quicq; procul curis agerent terrefribus æum.  
 Horum de numero genitor iuſtissimus unum,  
 Sic meritum, Sygias celo detruſit ad undas:  
 Illuc et manicis et dura compede uinctus,  
 Ad ſcelerum poenæ ſedet, eternumq; ſedebit,  
 Triftia commiffæ perſoluens criminis culpe.  
 Quas tamen interea fraudes, quaç; improbus artes  
 Noſte dieq; ſtruat miſeris, que retia tendat,  
 Quidue potis, ſi forte tibi cognoscere cure eſt,  
 Hoc lege, Lector, Opus, doctri monumenta VVIERI:  
 Hinc optata ſeres, hinc te tua uota docebis.  
 Inſuper et magis que ſit fiducia rebus  
 Attribuenda, modò crudelia pharmaca defint:  
 Quaue ueneficijs preſto medicaberis arte,  
 Quamue ſatis dignam pendent ſub iudice penam  
 Sagarum ſuriale genus, miro ordinis narrat.  
 Sed tibi cur tantos memorande VVIERE labores  
 Sumpseris, haud equidem ſat adhuc diſcernere poſſum.  
 Publica me, dicit, mouerunt commoda. Sed quis  
 Publica nunc curat, preclaraque; peclora uulgo  
 Suspicit, et meritos rebus perſoluit honores  
 Tu tamen hoc ſeffam nimium ſolabere menem,  
 Quod tua non ullo moritura eſt tempore fama.

EIVSDEM EΙ' Σ ΤΑ' ΤΟΥ ΒΙΗΡΟΥ  
ωθί μαγείας ὄντειχον.

Δάκρυντα τὸν θυγατέρα τὴν ἀπόδημακα μηχανάσσοντα,  
Τῷ θίνος ὑδεῖ βίλον μηγάλεν, οὐ ἐπίλαστον ἥθος,  
Στρέγγα τε νυκτιρραμψά Φύσια πολλὰ γεύτωμ,  
Οὐ μόνη μὲν τύτωρ ἴδαις πιφίλημον βίβλωμ,  
Καλλαγή ὡς μέδεις τὸ γονιτοράλγος αἰλάλην  
Ανέρι, τῷ φίλτροις γρῶς φερμανόσος δάμασον,  
Τίς δὲ τιλστάτωρ τίσις ἔσται, οὐ δικτοπλέρ  
Εἴλαχερ σύχος εὐνήμπατσι βρετοῖσι βιῆρος.

IN IOHAN. VVIERVM ILLV-  
STRISS. CLIVORVM DV-  
cis Archiatrum.

E' CAR. VTNENHOVII F. AL-  
lusionum Lib. i.

EPIGRAMMA.

ILLE VIA tota totoq; ERRARE uidetur  
ERRO uagus celo, docte VVIERE mibi,  
Qui Paracelsus latitans sub nomine fecit  
Nomen ab ERRANDO credidit esse tibi,  
Ni quod A BERRANTES recto de tramite, reclam  
(Ceu Paracelsitas) cogis inire viam.  
Nam neq; cognomen tibi DEVIVS indidit ERROR,  
Quem neq; transuersum DEVIVS ERROR agit,  
Non VIA tartarei qua fert Acherontis ad undas  
LATIOR: Angustum dat tibi nomen ITER.  
Fit VIA VI qua nos supera ad connexa polorum  
Dicit, et acclivi surgit in astra VIA.  
Tu modò qua ducit VITAE VIA, perge, beate,  
VI' QVB tibi celo sterne VVIERE VIAM.  
Sic fueris Latia VITAE' QVE VIAE' QVE CUPIDO,  
Argolicāq; BIOY uoce VVIERVS EΓΩΣ.

OY ΘΕΝ, ἀτοῦ μαστιψ λικηρεπίτωμ, - BIOΣ.

14  
AUTORES IN HOC  
Opere citati.

A.	Biblos Bab. episc.	Athenegetas.	Cleopatra.
	Abenezra.	Auerrhoes.	Coelius.
	Accursius.	Augerius Ferrerius.	Columella.
	Alianus.	Augustinus.	Constant. Imperat.
	Aelius Spartanus.	Augustinus Steuchus Eugub. episc. Kisam.	Cornelius Nepos.
	Actius.	Auicenna.	Costabeni Luca Hebr.
	Aeneas Sylvius.	Azarauius.	D.
	Henr. Corn. Agrippa.	Baldus.	Damascenus.
	Aisa.	Bartolus.	Damon.
	Albertus de Rosat.	Bartholomaeus Anglicus.	David Kimbi.
	Albertus Mag. Teutonicus.	Bartholomaeus Pisanus.	Decretalia.
	Alchmidus Arabs.	Basilius Magnus.	Democritus Abderites.
	Alciatus.	Basianus Landus.	Diodorus Siculus.
	Alcimus.	Benno Cardinalis.	Dion Nicæus.
	Alexander I.	Bernardus.	Dionysius.
	Alexander ab Alexan.	Bero.	Dioscorides.
	Alexander Benedictus.	Berosus.	Durk.
	Alexander Trallianus.	Boccatus.	E.
	Almansor.	Boetius.	Eduardus.
	Aloysius Cadamastus.	Bonaventura.	Empedocles.
	Amatus Lusitanus.	Bonifacius de Vital.	Epiphanius.
	Ambrosius.	C.	Erasmus.
	Andreas Mastus.	Cesar Constantinus.	Eucherius.
	Andreas Theneit Angoul. hist.	Iul. Cesar Scaliger.	Euryclæs.
	Andreas Vesalius.	Hier. Cardanus.	Euripides.
	Angeloni.	Carolus Bouillius.	Eusebius.
	Angelus Politianus.	Carpocrates.	Eustachius.
	Anselmus Parmensis.	Casspar Peucerus.	F.
	Antiphon.	Cassianus.	Gabri. Fallopius.
	Antonius Beniuensis.	Cassiodorus.	Ferdinandus Corihefius.
	Apollonides.	M. Cato.	Ioan. Fernellius.
	Apollonius Molon.	Celsus.	S. Fontainus.
	Apollonius Tyaneus.	Chrysippus.	Franciscus Morand.
	Appion Grammaticus.	Chrysostomus.	Fulgentius Placiades.
	Apuleius.	Ciclus Ascalus Florent.	Fulgosus.
	Archelaus.	Cicero.	C. Flurius Cresinus.
	Aristophanes.	Cyprianus.	G.
	Aristoteles.	Cyrillus.	Galenus.
	Arnoldus de Villanova.	Claudianus.	Garcias ab Horto.
	Artemon.	Clemens author libr. Recogn.	Gaudentius Merula.
	Artephius.	Beat. Clemens de Constant. A. postol.	Gaufridus Antisiod.
	Athanasius.		Gellius.
	Athenaeus.		Georgius Agricola.
			Georgius Pictorius.

Georgius Sabinus.	Iason Pratensis.	Ludovic. Roman. Patriarch.
Gerson.	Idiota.	M.
Gesherus.	Ignarus Remensis archiepisc.	C. Manilius.
Gyraldus.	Ioan. And.	Marcellus.
Giselbertus.	Ioan. Anglicus.	Marcus heremita.
Gordonius.	Ioan. Baptista Porta.	Marcus Marius Fryschius.
Gotfridus Reinerius.	Ioan. Francis. Picus.	Martianus.
Gratianus.	Ioan. Franc. Ponziniibius Pla-	Marsilius Ficinus.
Gregorius.	centinus.	Martinus de Arles.
Gregorius Nazianzenus.	Ioann. Genadius.	Mattheus Curtius.
Grillandus.	Ioann. Gunterius Ander.	Matth. de Afflict.
Grugna Stryac.	Ioann. Herold.	Matthiolus.
Guilhelmus Brabantinus hist.	Ioann. Kentmannus.	D. Maximus.
Guilhelmus Malmes hist.	Ioann. Langius.	Maximus Tyrius.
Guilhelmus Turnerus Angl.	Ioann. Leo Africani.	Melanchthon.
H.	Ioann. Nider.	Memphodorus.
Harpocration.	Ioann. Salisberiensis.	Menander.
Haymo.	Ioann. Sleidanus.	Mercurius Trismegistus.
Hector Boethius hist.	Ioann. Vasseus.	Mefue.
Helinandus.	Iodocus Dambouderius Brug.	Methodius.
Heliodorus.	Iosephus.	Moses Argypius.
Heinricus Instit.	Irenaeus.	Moses Bar-cepha Syrus episc.
Helmoldus.	Iordanus.	N.
Hermes.	Iogonus.	Nauclerus.
Hermogenes.	Iychbus.	Nicolaus.
Herodotus.	Iulianus Apostata.	Nicolaus Monardis.
Hesiodus.	Iulianus philosophus.	Nonius.
Hieronymus.	Iulius Caesar.	O.
Hilarius.	Iulius Obsequens.	Oftauianus.
Hildebertus.	Iustinus.	Oenomaus.
Hildegardis.	Iuuentalis.	Olaus Magnus.
Hippocrates.	L.	Oldralus.
Hippol. Marfil.	Labeo.	Olympiodorus.
Homerus.	Lactantius.	Origenes.
Honorius.	Lelius.	Ouidius.
Horatius.	Laertius.	P.
Hugo Cluniacenfis.	Leo.	Pamphilus.
Hugo de S. Victore.	Leui Gersonis filius.	Paulinus.
Hugo Eterianus.	Lilius Gregorius Gyrald.	Paulus Aegineta.
I.	Lysimachus.	Paulus Venetus.
Iacobus de Chufa.	Liuius.	Pausanias.
Iacobus D. in Leichtenburch.	Lucanus.	Petrus Aponensis de Ebano.
Iacobus Meyerus.	Lucianus.	Petrus Argelas.
Iacobus Ruffus.	Lucretius.	Petrus Alfonius.
Iacobus Sprenger.	Ludouicus Caelius Rhod.	Petrus Bellonius.
Iamblichus.	Ludouichus Milichius.	Petrus Blesenf.

Petrus Cantor.	Rabi Simon.	T.
Petrus Cluniacensis.	Radulphus.	Tacitus.
Petrus Damianus.	Raymundus.	Tatianus Affrius.
Petrus Lombardus.	Remigius.	Tertullianus.
Petrus Pomponatius.	Reuchlinus.	Thebit.
Petrus Premonstraten sis.	Rhabes.	Themis.
Pherecydes.	Robertus Anglicus.	Theocritus.
Philarchus.	Rogerius Bachon.	Theodoreetus.
Philastrius.	Rondeletius.	Theodorus Byzant.
Philo.	Ruffinus.	Theophrastus.
Philo chorus.	Russus Ephesius.	Theophrast. Paracels.
Philostratus.	Rupertus.	Theophylactus.
Picatrix Hispanus.	S.	Thomas Aquinas.
Pythagoras.	Saddias.	Tibullus.
Platina.	Sabellicus.	Ioan. Tritemius.
Plato.	Salonius.	V.
Plinius.	Saxo Grammaticus.	Valerius Maximus.
Plinius junior.	Saxonie Chronicon.	Varignana.
Plotinus.	Sedulius.	Varr.
Plutarchus.	Seneca.	Vegetius.
Pontanus.	Serapion Ascalonites.	Vincentius.
Porphyrius.	Q. Serenus.	Virgilius.
Pofidoni.	Severus Sulpitius.	Vlpianus.
Primasius.	Sigeberius.	Vlricus Molitor.
Priscianus Philos.	Iac. Sylvius.	Volaterranus.
Proclus.	Syluester Prior.	Vopiscus.
Propertius.	Synesius.	X.
Proper.	Smaragdus.	Xanthus.
Psellus.	Socrates.	Xenocrates.
Q.	Solinus.	Xiphilinus.
Quintilianus.	Sophronius.	Z.
R.	Speculator.	Zonaras hist.
Rabanus.	Strabo.	Zoroaster.
Rabi Ismael.	Suetonius.	Zozimus.
Rabi Moses.	Suidas.	

# DE DIABOLO, EIVS ORI- GINE, STUDIO ET POTEN- tia, Liber I.

17  
**DE DIABOLI ORIGINE,**  
quando sit creatus, que eius essen-  
tia, & de illius lapsu.  
Cap. I.



ut eo cognito, illiusq; **authoritate ac**  
**existimatione perspecta**, euidentius  
cunctas eius actiones unusquisq; dilu-  
cido mētis oculo intropiscere, & post-  
hac minus impeditē penitusq; diju-  
dicare queat.

Religionis autem Christianæ sacrā 20  
amplexus doctrinam, fideiq; indubita-  
tate confessionem, quemadmodum  
Aristotelis & Peripateticorū adeoque  
Sadducorū, non esse dæmones in  
terum natura contendentium, placita  
prorsus reijcio: sic & Platonis cōmen-  
ticiam distinctionem omnino appro-  
bare, aut etiam Porphyrij, Pselli, Pro-  
cli, Plotini & Iamblichī opinionibus  
subscribere nequeo, qui copiose qui-  
de dæmonibus, uerū multa quæ  
non uidere aut cognouère, tanquam  
rei notæ historiam conscriperunt.

*Peripat. ne-  
gant damo-  
nes.*

*Act. 13.*

*Fabule de  
demonibus.*

*Angeli qua-  
do creati.*

*Exod. 33.* sancta Mosis, diuinæ Maiestatis lega-

AEMONVM præ-  
stigias & incan-  
tamenta expli-  
caturus, à pri-  
mario eoru au-  
thore diabolo,  
huius artibus,  
studijs & pote-  
state exordiar:

ut eo cognito, illiusq; **authoritate ac**  
**existimatione perspecta**, euidentius  
cunctas eius actiones unusquisq; dilu-  
cido mētis oculo intropiscere, & post-  
hac minus impeditē penitusq; diju-  
dicare queat.

ti, atque fidelissimi scribæ (cum quo  
facie ad faciem quasi cum amico lo-  
quutum esse Deum, perhibet Sacra-  
rum literarū ueritas) firmiter creden-  
dum est.

Boni uero hi spiritus erant omnes, *Angeli*  
quemadmodum omnia à summo bo- *quid.*  
no creata: naturæ nimis intelligē- *Dionys. de*  
tes, *δαιμόνες*: essentia sua diuinæ natu- *Diuin. no-*  
ræ quadantenus conformi, sed finita: *min.*  
à quibus agnoscetur & coleretur  
Deus eo, qui ipse uellet & præscribe-  
ret modo: quibus & suam uicissim bo-  
nitatem in omni æternitate cōmu-  
nicaret, quare illis excellentem intelli-  
gentiam, eximiam perspicaciam, no-  
tionesque æternæ & immortæ iusticie  
sua illustres, tanquam radios de æter-  
na sapientia suæ luce accensos indi-  
dit. Ac de angelorum quidem natura,  
præter alios, Nazianzenus scribit in  
Oratione *στρατιωτική*: unde ue-  
ro *ἀγέννητοι διωκάμε*, idem etiam *εἰ τὰ*  
*γενίδαι*.

Sed ubi quidam, ob dotes quibus *Demonum*  
condecorati erant, præstantissimas, *origo.*  
proprio efferten arbitrio, & adeo *2. Pet. 1.*  
insolescerent, ut se tandem Deo cō- *Iud. epist.*  
ferrent, non seruantes suam originem, *lob. 4.*  
relinquentes suum domiciliū, ac pec-  
cantes: eos honoribus nudatos, mini-  
strorum suorum numero exclusi ira-  
tus Deus, repulit ac præcipites egit,  
uinculisque perpetuis sub caligine ad  
magni illius diei iudicium feruauit.  
Huc illud Esaiæ uaticinium de super- *Esaia 14.*  
bissimi Babylonia regis (quem Luciferum  
nuncupat) fastu & altissi-  
molapsu contorquent quamplurimi.  
Hic draco ille magnus, in terram pro-  
iectus

*Apoc.12.  
Esaie 27.*

iectus cum suis angelis, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanás, ut Ioannes ait, tortuosus serpens Esaiae. Hunc casum non solum nostri & Hebræorum Theologi docent: uestrum etiam Assyrīj, Arabes, Ægyptij & Græci suis dogmatibus confirmant. Homerus sub Ates dea nomine eum obscurasse uidetur. Alij per γιγαντούς eundem tacite signis cassé, & graphicè huius angeli supercilium depinxisse uolunt:

*Qui ausus similem regi componere sedem,  
Non ueritus summi regis, nec fulminus iactus,  
Paulatim carpens sublimia tecta tonantis,  
Cum superimpositum Pyndo subuerit Olympū  
Ia lous, tetrāmī dedit sub Tartara pestem.*

Pherecydes item dæmonū lapsūm *Ophit.* describit: & Ophin, hoc est, serpētem dæmoniacum, rebellans, & à diuinæ mentis placito deficiens exercitus caput & antesignanum fuisse tradit. Eandem ruinā & Trismegistus in Pimandro depingit: & ueritissimum Empedoclem, dæmones ἐπανεισά co locuentes uocantem, eorū casum nouisse, significat Plutarchus in sermone de Fœnore.

*Tract. in Ioh.  
xii. 42.* Eleganter hic Augustinus: Quæris unde diabolus? Inde utique, unde & cæteri angeli. Sed cæteri angeli in sua obedientia persistunt, ille inobedientendo & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus. Item de Veritate religione, cap. 13. Diabolus in quantum angelus est, non est malus: sed in quantum peruersus, propria uoluntate. Magis enim scipsum quam Deum diligendo, subditus ei esse noluit, & intumuit per superbiam, & à summa essentia defecit.

Item lib. 8. de ciuit. Dei, cap. 22. Dæmones esse credendum est spiritus nondi cupidissimos, à iusticia penitus alienos, superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos, qui in hoc

quidem aëre habitant, quia de cœli superioris sublimitate deieisti, in eritò irremissibilis transgressionis in hoc sibi congruo uelut carcere prædamnati sunt. Nec tamen quia supra terram & aquas aëri locus est, ideo & ipsi sunt meritis superiores hominibus, qui eos non terreno corpore, sed electo in auxilium Deo uero, pia mente facilimè superant. Sed multis planè participatione ueræ religionis indignis, tanquam captis subditisq; dominatur, quorum maximæ parti mirabilibus & fallacib. signis siue factorum siue prædictorum deos se esse persuaserunt. Vide eudem lib. 6. cōtra Iulianum, cap. 9. & de Natura boni aduersus Manich. cap. 33. & lib. 1. Hypognost. contra Pelag.

Hi ergo spiritus antea diuini, cœlestes, puri, lucidi, nullius malicie conscientiæ, Dei solius nutum obseruantes, in ministerium emittebā propter eos qui hæredes futuri essent salutis, angelicæ essentiam non omnino perdidērunt: sed perditissimè, originali iusticia & lumine gratia priuatæ, uitiarunt, denigraruntq; ut iam aëri, mundani, obscuri, tenebrosi, & (uno uerbo) immundi maliq; dicātur & sint: ac licet lumē intellectus naturalis etiamnum obtineant, lapsus tamen penam infinitis partibus duriorē, obscurata obscurataq; diuinæ sapientiæ luce sustinēt: & grauiorē expectant, quam ex transgressione genus humanum. Quam si hoc quoque supremæ præminentia radios, quos in primorum parentum animis de suo æternō lumine Deus incenderat, retinuisse, plurima acumine mentis perspicacissimo inuerteretur clarius, penitus intelligeret, certiusq; dijudicaret: quæ nunc hebetato mentis oculo, ceu solis faciem, per densas nubes aut atrias in aëre nebulas conspicit.

*Heb. 1.  
Psal. 103. ¶  
104.  
Spiritus im-  
mundi et mala  
li.*

*Ephes. 2. 6.  
1. Corinth. 2.  
Zach. 13.  
Math. 8. 12.  
Marc. 1. 3. 5.  
Luc. 8. 9. 11.  
Act. 19.  
Indic. 9.*

*Genit. 3.  
Genit. 5.  
Genit. 6.*

**L I B E R**  
**Q V I T H E O L O G I Q V I B V S I N**  
locis de dæmonum lapsu, causa lapsus,  
& natura scripserint.

Cap. II.

*Liber ad Mo-*  
*nymum.*

**D**E causa lapsus angelorum scribit in hęc uerba Fulgentius: Superbia tunc initium sumpluit, quum angelus aduersus Deū elatus, & ipsa elatione prostratus, per concupiscentiam (quae est radix omnium malorum) uolens usurpare quod illi datum à Deo non fuit, à Deo discessit & cecidit: in quo si stetisset, non cecidisset. Sed per concupiscentiam malam, qua concipiuit plus extra se, minus factus est in se: quam cōcupiscentiam licet explere nequuerit, opere tamen retinuit uoluntatem. Sic ipse sibi iam factus est pœna, ut supplicium esset semper uoluntas mala, tanquam cæco ipsa cæ- 20 citas sua.

Et Alcimus in lib. de Peccato Originali:  
Angelus hic dudum fuerat: sed criminis postquam  
Succensus proprio tumidos exarsit in austus,  
Se semet fecisse putans, suis ipse creator  
Quod fuerit, rabido concepit corde furorem,  
Autoremq; negās: Diuum conseqvar, inquit,  
Nomen, & eternā ponam super ethera sedem,  
Excelso similis, summis nec uiribus impar.  
Talia iactantem precessa potentia caelo  
lexit, & electum prisco foliavit honore:  
Quicq; creature prefulgit in ordine primus,  
Primas uenturo pendet sub iudice poenarum.

Quoniam aut à ueteribus Theologis cum de lapsu dæmonum, tum de causa lapsus illorumq; natura tam eleganter & copiose scriptum est, ut acutum agere videar, si ea omnia hic congererem, indicabo ueluti digito auto- 40 res & loca, qua haud difficulter consulat lectori studiosus. Id eo libentius & necessariò magis facio, quod d' instituti sit mei, aliena nō meis, sed cuiusq; authoris uerbis in omni nostra scriptione representare. Sic enim nullius

**P R I M V S.**

22

aut laudem interverti, aut sensum detorqueri, lectoris studio ac iudicio cōfulti, mihi autem & uero ipsi ueritati optimè caueri existimo. Scribunt igitur de tribus illis Epiphanius lib. 2. tomo i. hæresi 64.

Athanaf. in lib. de Virginitate: & in Quæstionibus sacrae Scripturæ, quæstione 6.

Gregor. Nazianzenus, oratione prima de reconciliatione monachorum. τῶν ἀγράνθων λαοῖς idem describit οὐ τῷ τοπικῷ λεξιστίῳ.

Gregorius Nyssenus libro de uita Mose.

Basilius Magnus, in sermon. Quid Deus non sit author malorum.

Chrysost. hom. 15. in cap. i. Ioan. In homil. de Adam & Eva.

Cyril. in Dial. de ador. in spirit.

Ambrosius lib. 10. Epistolatum, epistol. 84.

Eusebius lib. 3. de Demonstratione Euā gelica, cap. 5.

Laetantius lib. 2. cap. 9.

Damascenus lib. 1. cap. 18.

Iscyhius lib. 4. in 13. cap. Leuitici.

Hieronymus in epistola ad Antoniuū, & aduersus errores Ioannis Hierosolym.

Antonius epistola 2.

Prudentius in Hamartigonia.

Gregorius lib. 2. Moralium, cap. 17. & in cap. 9. Iob, lib. 9. cap. 2. & lib. 2. in cap. 2. primi Reg. & lib. 3. in caput 7. primi Reg. item libro 4. Moral. in Iob, cap. 13.

Leo ad Turbium Asturensem episcop. & sermon. 4. de coll. eleemosyn.

Prosper libro 3. de uita contempl. cap. 2. 3.

Primas. in cap. 1. ad Rom.

Io. Cassianus coll. 8. cap. 10.

Paulinus epist. 4.

Sedul. in cap. 1. ad Rom.

Theodo.

Theodoreetus quæstion. 19. & 24. in Genes.

Eucherius lib. 1. in libros Regum.

Vnde sit diabolus, annotat & Rabanus lib. 4. de Sermon. propriet. cap. 10. Idem libro de Modo pœnitentiae capite 18. Lib. 3. in Ecclesiasticum, cap. 3. & in epist. Rabani & Fuldenium monach. ad Orgarum archiepisc.

Haymo in 18.1.143. Psal. libro 1. in Apocal. cap. 2. & super Euágel. feria 3. post Inuocavit, & super 3. cap. Oseæ.

Hincmarus ad Hincmarum Laudunensem cap. 4.4.

Idiota cap. 2. de Vera pœnitentia.

Giselbertus in lib. Altercat. cap. 3.

Radulphus lib. 8. cap. 1. in Leuitic.

Anselmus libro 1. Cur Deus homo, cap. 7. Idem in 12. cap. Matth. In 10. cap. prioris ad Corinth. In cap. 1. ad Ephes. In 3. cap. prior. ad Timoth. Ibidem cap. 6. In Dialogo de casu diab. cap. 3.

Petrus Damianus in epist. cuius initium Prodigium.

Rupertus libro 7. in Ioan. cap. 7. & libro 8. in eundem. Libro 7. ac lib. 8. in Apocalyp. cap. 13. 18. Libro 10. cap. 17. in Apocalyp. Libro 11. in eandem: & libro 12. cap. 21. in Apocalyp. & lib. 5. in Matth. cap. 5. Lib. 13. in eundem, cap. 26. Libro 3. in Exod. cap. 10. Lib. 1. de Victoria uerbi Dei, cap. 8. 21. Lib. 3. de glorif. cap. 8.

Petrus Alphonfus Tit. 10.

Honorius in Psal. 18.

Hugo de S. Victore in eulogio de sponsa.

Bernardus serm. 5. de uerbis Esaiæ, & serm. 27. interparuos, & serm. 17. super Cant.

Lombardus lib. 2. distin. 6.

Petrus Blesensis epist. 34.

Petrus Cantor cap. 13. de Inuidia, & cap. 15. de Humilitate.

Hildebertus epist. 31.

Hildegardis lib. 1. Visione 2.

Hugo Eterianus lib. de regressu animalium ab inferis, cap. 9.

Bartholomæus Anglicus libro 2. de proprietatibus rerum, cap. 19.

Q V A R E   E T   Q V O M O D O

Euam deceperit diabolus, & primùm corrupserit mundum.

Cap. 111.

**P**orrò ex illa sui exclusione, repulsa, ac ignominiosa ex patrijs sedibus deturbatione, tam ingens,

& immedicabile erga Deum Diaboli erga Deum odium cōceperunt hi spiritus, ut quæ eum offendere, uel eius gloriā labore factare, aut quod admiranda prouidentia fabricatus fuerat mundi opificium, deformare, uitiare & corrumpere posse uiderentur, acerrima indaginare inuestigare, & studio indefesso conari cōperint. Ac primū nobilissimam inter creaturas, clarissimo sapientiæ cœlestis lumine illustratā, absq;

labe Deo fœdere confociatā, primam parentem nostram Euam adoruntur:

quā partim amissi status dolore, partim alienæ felicitatis inuidia à Deo alienare, suiq; exitij sociam reddere satagunt, deluduntque astu quām blāndissimo: ubi nullus uidebatur subesse fucus, submota comminationis certissimæ mortis opinione, his scilicet uerbis: Nequaquam moriemini. Deinde Genes., fraudulenter eluis & abiecis præceptionibus à Deo datis, Euam erigunt falsis pollicitationibus in spem longè maiorum ornamentorum, excellentiorisq; potentiae, hoc modo: Deus nouit, quod ipso die quando comedenteritis ex ipsa arbore, aperientur oculi uestrí, eritisque sicut dij, scientes bonum & malum. Idem profecto laqueus, quo semetipos statim à creatione sua & allectos & iretitos fuisse sentiebant. Sic perfecerunt tandem, ut misera à mandato deficeret, seque-

turq;

25 turq; consilia in suam internectionem contra Deum instituta atq; ordinata.

Nam satan iam malus , malū transgressione edoctus , & causæ sui lapsus probè cōscius, qud nimirum præscriptas sui ministerij metas fastu transfigere cogitasset , in idem studiū Euā pertrahere conatus est gratæ persuasionis illecebris, qud ab ehu uertito oculis Euā & Adæ reseratis, dijs adæquarentur, scientes bonum antea solum modò cognitum , & malum nō dum notum. Nec illi, subsequituræ ex inobedientia calamitatis præscio, labor fuit inanis : licet illa se à serpente falsam, serd agnosceret, cōfitereturq;. Violata siquid obediencia , factus est hostis Dei homo, in pœnas illapsus transgressioni diuinitus constitutas, condemnationem nempe, diabolī tyrannidem, ac mortem tum hanc, tum eternam : deniq; & exutus honoribus, dignitate & dominatu, quibus maxima cū autoritate ipsum ornarat Deus.

*Hoc illi Dei  
falsus homo  
ex inobedien-  
tia.*

*Quando cre-  
ati angeli, &  
quaes.*

*Contra Iude-  
os, Paganos  
& Ariens  
nos cap. 2.  
Diabolus  
quid.*

26 Ætor mendacij , quia ab ipso primū inuentū est mendacium. alibi inteserit: A' semetipso deceptus, alterū decipere cōcupiuit. Ipse est aduersarius effectus generis nostri, inuentor mortis, superbiae institutor, radix malicie, scelerum caput, princeps omnium uitiorum, persuasor turpium uoluptatum. Hinc ergo, cūm illum primum hominem à Deo factum , Adam patrem omnium nostrum intueretur, uideturque hominem ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compositum, charitate circum datum, immortalitate uestitum : æmulus atq; inuidus tantam beatitudinem hominē accepisse , quā ipse dum angelus esset, per superbiam agnoscitur amisisse, inuidit statim infaibilis homicida, primumq; parentem nostrum tantis & talibus bonis expoliauit, & nos interemit.

Hoc auspicio primi conatus successu effrenatius insolecentes hi maligni spiritus, potissimum recepto à Deo rursus in gratiam homine, multa imposta, ac promissione facta de CHRISTO, mulieris semine caput serpentis contrituro, & mediatore apud Deum, pro genere humano, aduersus eorum violentiam: deinceps porr̄d furere, uarijsq; modis ferocius insidiari occipiunt, & machinari omni arte doloque ea quæ ad promissionis huius depravationem, abolitionemq; in Dei cōtumeliam, & hominum perniciem facerent. Sic Cainum, tertium hominem, inuidiæ facibus mox inflammat in Abelis iusti, numero quarti, crudelē cædem, homicidæ ab initio: sic deinde Caini sobolem, & uniuersum generis humani pigmentum paulatim ea malicie scelerumq; tum magnitudine tum multitudine deprauarunt, ut Deū fecisse hominem pœnituerit: eumque prorsus, exceptis octo in arca

*Hominū an-  
te lapsum sta-  
tus.*

*Cain. Ab-  
lem occidit.  
Genet. 4.  
Ioan. 8.*

*Genet. 6.  
Genet. 7.*

27 DE P R A E S T I G I I S D A E M O N V M  
cōseruatis, aquarum inundatione ab-  
sorserit.

Q U I D I N A L T E R I V S M V N D I  
mūdo machinatus sit diabolus, & quando Ma-  
gia infamis coepit. Cap. IIII.

Diluvio mū-  
das interrūt.

Exercitatio  
Chami.  
Gen. 9.  
Magia infamis  
missa inscotor.  
Clem. lib. 4.  
Recog.

Jouis Ham-  
monis oracu-  
lum.

Dedonauum.

Epirus Do-  
de ha.

Sodoma &  
Gomorra,  
extirsum.  
Gen. 19.  
Esaia 13.  
2. Petri 2.  
Epist. ad Iude.

28 urbes illæ, & in cinerem redactæ, cum  
tota planicie, omnibus habitatoribus,  
simulq; germine terræ. Hinc euestigid  
Loth egredium, ebrietate & incertu-  
cū filiabus nefario grauiter uulnerat. *Loth ebr.*  
*incestu.*

Nónne & Esau de innocentis fratris  
Iacobi nece inferenda, strenuè sollici-  
tat: Póst & in iustum Iosephum emu-  
latione fratres excitauit, propemodū

fratricidas factos: illum etiam, obie-  
cta adulterij occasione captiosa, tan-  
dem perdere uoluit. Nónne etiā, quod  
Israelem numeraret, Davidem excita-  
uit satanas? ut pestilentia inde cecide-  
rint uitorum septuaginta millia.

Q U O M O D O P R O D I I S H A B E-  
ri uoluerint dæmons, & presidere regionib: *Gen. 17.*  
corumq; in hoc officio nomencla-  
ture. Cap. V.

20 E Iusmodi denuo felicibus auspi-  
cijs audaciores redditū dæmo-  
nes, in huius mūdi principatum  
exules proterius grassati sunt: cultus  
que simul multifarios & oracula inde  
diuersa diuinis contraria effinxerunt:  
acad ea intuuntur pelleixeruntq; ani-  
mas uacillantes, ita ut uniuersum pro-  
pè orbem pedetentim quasi obsidio-  
ne quadam subiugariint: obstreperū-  
que diuinæ legi, contumacem, idolo-  
latriatum, & contemptus eorum qui-  
bus morem gerere decuit, ac cuiuscū-  
que uitiositatibus plenum reddiderint.  
Ed demum audacie & petulantis fa-  
stus excreuit horum insolentia & ars,  
ut pro dijs haberit apud peritos impe-  
nitosq; uoluerint, & presidere regionib:  
populis, insulis, montibus, fonti-  
bus, locis, urbibus, uicis, familijs, tan-  
40 quam dij proprij, tutelares & patrij:  
quorum nomenclaturas partim Hi-  
storia sacra, partim Origenes, Tertul-  
lianu, Apuleius, Diocorus Siculus,  
partim alij recensent historiographi  
& scriptores haud ignobiles. Eorum  
uero nominum explicatione, utpluri-  
mum

Tertullian. in  
Apolog. ad  
urt. gentes,  
cap. 22.  
De dñi gen-  
tium Lilius  
Gregor. Gy-  
ralia

*De cognomi-  
nib. destru. In-  
lianis Au-  
rel. Loff. &  
Germanicus  
libris sex lo-  
nei Herold.*

*Damones  
pro dñi habi-  
ti. & corum  
nomina.  
Bel.*

*Beelzebub.  
Laclant. li.  
z. cap. xi. de  
Orig. err.*

*De Priapo,  
Hermaphro-  
ditu. Diony-  
sio. gentium  
dñi. Diador.  
Sted. s. cat.*

Baal, idolum aut dominas uel sub-  
ijciens, aut possidens, nomen idoli à Sidonijs ad Iudæos profecti, Samariæ & Moabitū numinis: Martem Græci putant. Num. 22. Rom. 11. Id Gedeon destruxit, Iud. 6.

Beelphegor, dominus hians, ape-  
riens, nudus, aut dominus hiatus hue-  
nuditatis, Moabitarum deus: Osee 9.  
11. Num. 25. Deuter. 4. Sic & Phegor:  
Num. 25. Deuter. 3. 4. Iosue 22. Sunt qui Archeum Priapum fuisse sentiant, qui in carnis ocio celebratur.

Adramelech, pallium regis, siue ma-  
gnitudo uel potentia regis uel consili-  
j, idolum Sepharuaim: quæ fuit Assy-  
riorum urbs: 4. Reg. 17.

*4. Reg. 17.* Anamelech, afflīctio siue responsio regis, deus Sepharuaim. Succot Benoth, tabernacula filiarum, Babyloniorum numen.

Nergal, explorās, aut lucerna tumuli, idolum Cithæorum, qui ex Perse erant ac Media oriundi: Ioseph. lib. 11. cap. 2.

Asima, delictum, idolum uirorum Emath.

Nibhas, prophetans, aut potius lo-

mum studia dæmonum prodi nō du-  
biū est: sic Bel, uerustum, nihil, con-  
fusum sonans, Babyloniorum habeba-  
tur deus: Esaiæ 46. Daniel. 14.

Beelzebub, dominus musæ: qui omnibus retia tendens, mucram saltē, id est, infirmum capit. Spurcissimum

Accaronitarum idolum, qui sunt qui-  
dem in regione Iudeæ, sed impij. 4.  
Reg. 1. Ab hoc principem dæmoniorū

Beelzebub nuncuparūt Hebrei: Matt.  
10. 12. Mar. 3. Luc. 11. Plutonem Græci, ut Trismegistus, *dauporopxwv* dixerunt:  
pleriq; Latini Sumanum, quasi sum-  
mum deorum maniū: à getibus Pri-  
apus appellabatur. Serapin & Proser-  
pinam, malignorum dæmonum pri-  
marios vocat Porphyrius.

Baal, idolum aut dominas uel sub-  
ijciens, aut possidens, nomen idoli à Sidonijs ad Iudæos profecti, Samariæ & Moabitū numinis: Martem Græci putant. Num. 22. Rom. 11. Id Gedeon destruxit, Iud. 6.

Beelphegor, dominus hians, ape-  
riens, nudus, aut dominus hiatus hue-  
nuditatis, Moabitarum deus: Osee 9.  
11. Num. 25. Deuter. 4. Sic & Phegor:  
Num. 25. Deuter. 3. 4. Iosue 22. Sunt qui Archeum Priapum fuisse sentiant, qui in carnis ocio celebratur.

Adramelech, pallium regis, siue ma-  
gnitudo uel potentia regis uel consili-  
j, idolum Sepharuaim: quæ fuit Assy-  
riorum urbs: 4. Reg. 17.

Anamelech, afflīctio siue responsio regis, deus Sepharuaim. Succot Benoth, tabernacula filiarum, Babyloniorum numen.

Nergal, explorās, aut lucerna tumuli, idolum Cithæorum, qui ex Perse erant ac Media oriundi: Ioseph. lib. 11. cap. 2.

Asima, delictum, idolum uirorum Emath.

Nibhas, prophetans, aut potius lo-

quens uisionem, aut fructus uisionis,  
deus Heueorum.

Tartac, concatenatus, Heueorū nu-  
men: 4. Reg. 17.

Nisroch, tentatio delicata, idolum  
adoratum à Sennacherib rege Assyrio  
rum: 4. Reg. 19.

Chamos, quasi palpás, aut quasi re-  
cedens, uel auferens, Moabitarum nu-  
men: Numer. 21. 3. Reg. 11. 4. Reg. 23. Ie-  
rem. 48. Ammonitarum, Iud. 11.

Melchom, rex uel consiliator eorū, idolum quod colebant filii Ammon:  
4. Reg. 23. 1. Paral. 20. Ierem. 49.

Dagon, frumentum, aut dolor, uel  
deniq; pīscis eorum, Philistinorū ido-  
lum: Iudic. 16. 1. Machabæor. 10.

Astarte, quod à caula siue grege di-  
ci uidetur, nomen dæx Sidoniorum, à  
Solomone cultæ: 3. Reg. 11. 4. Reg. 23.  
Venerem Sidoniam fuisse pleriq; arbi-  
trantur.

Sumpisse præterea quandoque no-  
mina hos spiritus à pessimis homini-  
bus, aut pessimorum hominum habi-  
tationibus, in literis Sacris compri-  
mus, sicut Astaroth, Palæstinorum fuit

deus, Iosepho teste: quem sustulerunt  
Iudæi Solomonis iussu, 1. Reg. 7. Item

deus à Solomone adoratus, 4. Reg. 23.

Et quanquam significet greges, aut eti-  
am diuitias, faciens explorationem  
siue tincam legis: fuit tamen olim no-  
men ciuitatis Og regis Basan, in qua  
habitarūt Gigantes: item urbis Amor-  
rhæorum.

Leguntur & aliae in Biblijs, horum  
numinum nomenclature: ut Baalim,  
plurali numero: 1. Reg. 7. 2. Paralip. 28.

*40. Ieremias 2.*

Baalberith, dominus fœderis: Iud. 9.  
Rempha: Actor. 7.

Remmon, id est altitudo: 4. Reg. 5.  
Adonis, in Hebreo Thamuz, hoc est  
cōsumptus, seu incendiū, Syrum est:  
Ezech. 8.

Narrat Philo, fuisse Amorrhæis septem simulachra aurea, quas uocabat Nymphas sanctas: quæ inuocatae ostendunt Amorrhæis per singulas horas opera eorum, & nomina eorum: nomina mulierum, quæ fuerunt uxores septem uirorum peccatorum, qui eas confecraverunt post diluuium, uidelicet Chanaan Phut, Selath, Nembroth, Abition, Elat, Desuat.

Deus Vualdat: Abd. episcop. Babyl. lib. 8. Hist. Apostol.

Adorabantur & uirili aurei: 3. Reg. 12. Militia cœli: 4. Reg. 17. Regina cœli:

*Chron. Sax.* in vita Otto nisi lib. 3. cap. 21. & libro 1. cap. 21. 22.

Hieremie 44. quam cœli machinam intelliges. Sic olim Pomerani grande nucem diuino honore sunt prosequitati: & à certo equo generoso nigri coloris Stetinenses bellum omen capiebant.

DE PROVINCIARVM DIES. 20 Grecorum idolatria, Romanorum deorum distinctione & sacrificiorum numero, item quod in Dei populum peruerserit idolatria. Cap. VI.

**C**oluerunt & reliquæ prouinciarum deos: Ægyptij, Osirim & Isidem: quoru filius Anubis, quoddam canibus gauderet, in specie canis etiā ab iisdem cultus est. unde Virgilius inquit:

Omnigenūq; deūm monstra & latrator Anubis.

Nam quædam, ait Strabo, animalia sunt, quæ Ægyptij uniuersi colunt: quemadmodum ex animalibus terribilis tria, bouem, canem, felem: ex uolatilibus accipitrem atque ibim, ex aquatilibus duo, lepidotū pescem, & oxyrinchū. Sunt alia quæ quisq; seorsim coluntur Saitæ & Thebani oué, Latum pescem Nili Latopolitanum, lupum 40 Lycopolitanum, Cynocephalum Hermopolitanum, cepum Babylonij qui sunt iuxta Memphim, aquilam Thebani, leonem Leontopolitanum, caprā & hircum Mendesij, murem araneum Athribite. Item alij aliud. Persæ ignem Ori-

masda ab ipsis nuncupatum: Æthiopes, Meroen incolentes, Iouem & Bacchum: Arabes, cum Baccho Venerem, & Diafarem: Bœoti Amphiarau, Aphri Mopsum, Scythæ Mineruam, Naucratitæ Serapim, Syri Astartem, Norici Tibulanum, Manri Iubam, Macedones Gabirum, Pæni Vranum, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Lampsaceni in Hellestōto Priapum, in Diomedea insula, Diomedem. Sic Delphi colunt Apollinem: & quemadmodum canit Ouidius in Fastis,

Pallada Cecropide, Minoia Creta Dianam,

Vulcanum tellus Hypsipylea colit:

Iunonem Sparte, Pelopiadæq; Mycene,

Pinnigerum Fauni Menalis ora caput.

Mythras simulachrum tale quoque fuit apud Persas, ut leonis effigie praeferebatur, tiaramq; gestaret. Quæ quidem effigies utrisq; manibus cornua bubula comprimebat: ad cuius sacra in antrum sacerdotes, ut olim Hiberni quoq; in Patricij antrum, cœueniebant, & Apollinem clara uoce Mythram uocabant, ac bouem cornibus ex antro educebant, & Mythram immolabat.

Vt muscæ insuper facescerent, lita- 30 tum est Cyrenaico Achori: quemadmodum Herculi Canopio, ut culices minus infestarent. sic & numen inuocabatur Apollinem Parnopæi, ut à muribus nō arroderentur casei uel aliud simile: Bœotiorum enim lingua Par-nopion mus est.

Greci adhæc, quorum post Ægyptios uanitas, præcipua & superstitio celebratur, cœlo Iouem, mari Neptum, intimis terræ cœuernis & recessibus Plutonem præfecerunt, ac horum singulis alias infinito numero adiungerunt: Saturnum & Cybelem Ioui: item Mercurium, Apollinem, Martem, Iunonem, Mineruam, Venerem, Diana, Ephesiorum deam, Astorum decimonono:

*Provincia-  
rum dī.*

*Strabo lib. 16.  
C. lib. 17.*

*August. li.  
de ciuitate  
Dei, cap.  
18.*

*Vide lib. 4.  
cap. 22.*

cimonono: Neptuno Nereum, quem  
etiam & nominarunt, Latini  
Portumnum, & cohortes Nympharū.  
Imō singulis in natura corporibus ad-  
esse peculiare numen, ut crederetur,  
persuasit diabolus: eamq; opinionem,  
numinūllorū sese specie ostentans,  
auxit & confirmavit.

Romanorū  
dij.

Ioue:

Dij maiorū  
gentium.

Vesta.

Consentes.

Dij selecti.

Penates.  
Dij commu-  
nē.

Dij genia-  
les.

Lares.

Præstites.

Indigetes.

Dij patrij  
& tutelares.

Nec ferè pauciores deos Romani

habuerunt: inter quos numeratū ab

antiquoribus pro euocandis fulmini-  
bus, Statores, Tonantes, Feretrii, Iupi-

ter Elicius: deinde dij maiorū gen-  
tium, Iuno, Vesta Troianorū dea, quā

profugus Aeneas in Italiā transfluit:

item Minerua, Ceres, Diana, Venus, Lu-  
piter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vul-  
canus, Apollo, qui ab Eonia enarran-

tur, & Consentes dicuntur, cū Ioue de  
rebus omnib. cōsultatēs: quib. o. & ad

iungebātur, ut coadiutores, selecti dij  
nūcupati, Janus, Saturnus, Genius, Plu-

tus, Bacchus, Sol, Luna, Tellus, Penatae,  
Iuno & Minerua: dij communes,

Mars Latio uenerandus erat, quia p̄f  
siderit armis: item Bellona, Victoria: dij

geniales, Terra, aqua, aēr, ignis, sol &  
luna, quibus natali die quisq; facrum

faciebat, quōd rerum gignendarum  
& producendarum uim obtinere exi-

stimentur. Genij duo, Lares, quos

priuatarum rerum, triuiorum uiarūm-  
que & urbis curam agere opinio erat.

Vnde appellabantur inferiores ac mi-  
norum gentium dij, & Præstites. Oui-  
dio 5. Fastrorum dij,

Quōd præstent oculis, omnia tua sis:

id est, quōd res omnes conseruent &

tueantur in ædibus: pacato enim &

quieto nomine domum possidere pu-  
tabantur.

Affuxerant & deos indigetes: qui

ex hominib. ob eximias bellī & pacis  
artes & bene merita, inter deos erant

relati. His accedebāt dij patrij & tute-  
lares, & reliqua familia Faunorū, Syl-

vanorū, Satyrorum, Lemurum. Rabī  
Abraham, autor libri Zeror Hammor,  
scribit in illum locum Genes. 2. Quod  
creauit ut faceret, significari dēmones  
illos familiares, ut lunt Fauni, Satyri,  
incubi, penates & similes, qui quidem  
sunt creature, sed imperfectae, quōd  
Deus uespera sabbathi præuentus, il-  
los non perficit. Et hinc est, quōd fu-  
giunt sabbathi sanctitatem, querentes  
mōtes & tenebrarum latibula, in qui-  
bus delitescuntq; ad finem sabbathi,  
& tunc reuertentes infestat homines,  
quibus & damnū dare conantur. At  
mera sunt nūge.

Potentissimū suū numen Thor ap-  
pellarū Gothi, alterum Odhen, tertiu  
Frigga. Varro, qui Ethnica numina si-  
gulari conquiuit diligentia, supra tri-  
ginta millia commēticiorum deorum  
reperiisse, literarum monumētis tra-  
didit. Hinc etiam ritū & sacrificiorū  
extreuius numerus, quorum sexcenta  
sexaginta sex genera Ægyptiis in usu  
fuerunt: Græcis & Romanis non mul-  
tò pauciora. Et quanquam hi ab illis  
deorum numero & sacrificijs olim su-  
perati putantur, factam tamen tem-  
poris successu multam uicissitudinē,  
Romanosq; superstitionis uictoria po-  
titus esse, dolens ueroor.

In infinitum esset hic enumerare reli-  
quarum gentium barbararum numi-  
na, cuiusmodi sunt Viti, Rugieuthi,  
Poreuthi, Porenutij & Stanitiae (alijs  
Stuatiræ) apud Rugianos, de quibus  
ample Saxo Grammat. libro 14. Da-  
nicæ histor. & Crantzus de Vandal.  
rebus libro 5. capite 12.13. Zuanteuthi  
apud eosdem meminit Helmoldus  
lib.2. cap.12. & cap.53, de rebus Sclau-  
torum, apud quos & Proue idolum

in syluis & lucis degens, apud Pola-  
bos Sumia muliebre numen, apud

Obotritos Rodigast deus cultus, item

Podaga, Siuuia, Flins apud Vandalo-

Olaus Mag.  
l.3.ca.3.h.15.

Septent.

Idem Oeno-  
maus & He-  
siodus.

Deorum na-  
merut.

Sacrificiorū  
numerus a-  
pud Ægy-  
ptiis.

Idem ca.70.  
84.

In Chron.  
Saxon.

## DE PRAESTIGIIS DAE MONVM

35

Lusatiam incolētes, Triglas triceps apud Stetinenses: similiter Heronitus, qui lingua Latina Mars dicitur, Vuol galli deus fuit. At horum memoriam perdat unicus ille omnipotens Deus. quemadmodū & quā Turci sunt numina fortiti, quibus honorem diuinum, uti & Romanenibus moris est, deferunt. Est enim apud hos Hatischi petteſch cognominatum, hoc est, peregrinationis adiutor, quem implorat peregrini.

Alcikpassa amoris patronus habetur, imploraturq; in matrimonio protulis impetrantē causa, uel in partus discrimine, uel maritatis litigantibus.

Vairpassa dissidentibus patrocinium unionis conferre creditur, nunc se iuuenem, nunc senem hominibus ostendens.

Schleychpassa conturbatis & afflitis solatium præbere dicitur.

Chiridirelles uiatoribus in necessitate constitutis auxilio esse solet: quē in uiatoris forma equo insidentem appetere inuocantibus ferunt.

Coluntur & quidam dij, qui pecorū & ceterorum animaliū curam gerunt, & qui pro pluviis elicienda auferentia inducenda inuocantur, quorum alter Goiuelmischin, alter Bascum-bassa nuncupatur: his butyrolitant, & calido pane, quem passama uocant.

Prolixior uero in recitando gentiliciorum deorum catalogo fui, ut in suis exorcismis & preculis suis barbararum & ignotarum uocum pallio sāpe dæmonia tegi meminerint, qui illas usurpant libertius. Deos gentium dæ-

Dūgentium dæmonia esse, affirmat regius ille uates 40

P/ſ/ſis. 35. David: quæ dicuntur etiam in Sacris literis dij gentium, terrarum, & dij populorum terræ, 2. Paralip. 32. dij populorum, 1. Paral. 16. dij terræ, Iud. 3. idola nationum, Sapient. 15. dij montium, 33. Reg. 20. dij filiorum Seir, 2. Paralip. 25.

dij Damasci, 2. Paral. 28. Dij autem alie ni frequenter nuncupantur, quales ex ēde Domini abstulit Manasses, 2. Paral. 33. item Iosias, 4. Reg. 23.

Nec solum abominanda hæcidolo *Idolatria* latraria portenta inualuerunt, per uaga- *in pop. Dei.*  
taq; sunt omnes gentes: uerū etiam in populo Dei molimine diaboli per-  
uauerunt, uirusq; seminarium sparce-  
runt. Nam deos Laban patris sui, & fo- *Gen. 31.*  
ceri Iacobi, furabatur Rachel fugiens.  
At Iacobus tandem domui suæ, & om- *Gen. 35.*

nibus qui secum erant, præcipit inquiens: Abicite deos alienos, qui sunt inter nos, mundamini, & immutate ue-  
stimenta uestra. Itaq; eos illi cum in-  
auribus quæ in illorum auribus erant,  
dederunt Iacobo, quos subter quer-  
cum, quæ erat iuxta Sichem, ille defo-

dit. Vituli item simulachrum adorat, *Exod. 32.*  
cicque sacrificat populus Israel in de- *Vituli ado-*  
ferto, dicens: Ilti sunt dij tui, ð Israel, *rantur.*  
qui fecerunt te ascendere de terra Ä-  
gypti. ac tria millia uirorum è popu-  
lo ob hanc impietatem interficiuntur  
à Leuitis uno die. Et Indic. 10. filii Is-  
rael rursus fecerunt malum in oculis  
Domini, colueruntq; Baalim & Asta-  
roth, & deos Aram & Syriæ, deos Sy-  
don & deos Moabitum, & deos hi-  
liorum Ammon, deos deniq; Palæsti-  
norum: deserueruntq; Dominum, &  
non seruierunt ei. Item, particeps ido-  
lorum Esraim, Osea 4. & Ezechielis  
8.18. & multis alijs locis.

DE HUMANI SANGVINIS  
uictima, à diabolo inuenta, celebrataq; in popu-  
lo Dei, apud Græcos, Romanos, & dios:  
item de iuinatione ex mactatorū  
bonum uiceribus.

Cap. VII.

**S**Vb hoc quoque frā dulento blas-  
phemiarum, sacrificiorum & nati-  
ciorum praetextu (quod magis deplorandum) tētrima flagitia &  
horribiles cædes fabricatus est mille-  
artifex

artifex ille, in cœtu Israels sancto: ut  
is ab iectis cōtumacissimè legibus cœ-  
lestibus & oraculis, sanguine humano  
litauerit, filiosque & filias per ignem  
duxerit, in gratiam & cultum Moloch  
idoli Ammonitarum, in ualle Gehen-  
non, crudelitate plus quam ferina.

Quom etiam Græcis & Romanis,  
in nefanda ac multiplici idololatria,  
multa sint communia: & ut alia plura,  
ita quoque ritus certorum sacrorum  
Romani à Græcis sint muruati: eò de-  
mum insanis & inhumanitatis utroq;  
que rediget diabolus, ut ad sua ipsius  
iussa humano quoq; sacrificarent san-  
guine. Hoc enim authore, uaticinia  
Tiresiæ & Calchantis iubebant macta-  
re humanas victimas: sanciebantque  
præsentem *tempus uictimæ*, atque prodi-  
giofam illam de plurium deorum nu-  
mero opinionem. Tiresiæ pollicet-  
ur Thebanis uictoriam: sed ea lege,

*Creontis fili-  
us uictima.*

*Diphigenia ho-  
fia.*

*Menalip-  
pus, Comethone.*

ut Creontis filius mactatus sit uictima  
pro patria. Calchas uaticinatur de  
Troiae excidio, & successus spondet:  
at simul Agamemnonis filiam Iphige-  
niam immolari iubet. Ionibus reme-  
dium desiderantibus ab oraculo Del-  
phico, aduersus saeuissimam luem in  
tota uicinia horribiliter grassantem: 30  
respondet Delphicum numen, Non  
remitendam pestem, nisi offeratur  
Dianæ Triclaræ Menalippus cū Co-  
methone, quam in Dianæ templo i-  
pse stuprauerat: & nisi annuitim eo-  
dem tempore pro Menalippo elegan-  
tissimus iuuenis, pro Comethone pu-  
ella uenustissima ad Dianæ aram ma-  
&etur. Idem Messenijs in longo illo  
& diurno bello, quod cum Lace-  
demonijs gesserunt, consulentibus de  
exitu, prædictit uictoriam: uerum ea  
conditione, si virginem incorruptam  
de Ægyptidarum familia Deo sacri-  
ficarent. Ibi quum Aristodemus, unus  
ex præcipuis familiæ Ægyptidarum,

gratificaturus patriæ filiam quam ha-  
bebat unicam, destinasset immolati-  
onem: aliis quispiam amore puellæ a-  
daetus, quod miseram seruaret, ex se  
grauidam esse, & idcirco Deo litari  
non posse, singit. Quo audito, pa-  
ter effreni exardescens iracundia, e-  
uestigid interemptam filiam dissecat:

*Aristode-  
mus filiam et  
seipsum inge-  
lat.*

paulo post noctu secundum quietem  
fœda specie sauciare & concisæ filiæ  
à sathana representata, graniter ani-  
mo deiectus, ad tumulum eius se-  
met ipsum ingulat. Androgei etiam  
cædes expiari scilicet non poterat,  
niū Athenienses quotannis septem  
adolescentes & totidem pueras in  
Cretam Minotauro deuotandas mit-  
terent.

Nationem esse omnium Gallorum  
admodum deditam religionibus, scri-  
bit Cæsar: atque ob eam causam, qui  
sunt affecti grauioribus morbis, quiq;  
in prælijs periculisque uersantur, aut  
pro uictimis homines immolant, aut  
se immolatuos uouent, administrisq;  
ad ea sacrificia Druidibus utuntur:  
quod pro uita hominis, niū uita ho-  
minis reddatur, non posse deorum im-  
mortaliū numen placari arbitran-  
tur, publicaque eiusdem generis habent  
instituta sacrificia. Alij immani magni  
tudine simulachra habent, quorum  
contexta uim inibis membra uiuis ho-  
minibus complent: quibus successis,  
circumuenti flamma exanimantur ho-  
mines. Supplicia corum qui in furto  
aut latrocino, aut aliqua noxia sine  
comprehensi, gratiora diis immorta-  
libus esse arbitratur. Sed cum eius ge-  
neris copia deficit, etiam ad innocentium  
supplicia descendunt. Non igi-  
tur immerito tantæ immanitatis ad-  
ministros & uates tam Barbaros, quos  
Cæsar Druidas uocatos dicit, Bardos  
Lucanus appellat:

*Lib. 6. de bel-  
lo Gall.*

*Druida Bar-  
di.*

Vos quoq; qui fortis animas belloq; peremptas,

d 2 Landi-

Tertullianus iu Apologer. refert, in Aphrica infantes palam Saturno fuisse oblatos usque ad proconsulatum Tyberij, qui sacerdotes eius religionis in patibulis suspendebat. Summè id placuit illi, qui ab initio homicida fuit. Eodem authore, à Gallis senioris Mercurio offerebantur: eiusmodi oblatio ludus erat latus Tauricis. In civitate Enchadarum, quidam Iupiter in ludis sanguine humano perfundebatur. Cum Bellona, belli dea, paciscuntur sanguine ex lumbis effuso. In officio diuino nobiles pueri cæduntur omnes, astantibus parentibus, qui ut perdurent hortantur. Temixitæ in America, idola sanguine hominum oblatorum confpersa fuisse, author est Ferdinandus Corthesius.

Olaus Mag.  
de gentiis  
dept. libro 3.  
cap. 3.4.

Gothi quoq; suum maiores deum Odhen, id est fortiorum, armis præsentem, semper crudelissimo placuere cultu, morte scilicet captiuorum: arbitrati, bellorum præsidem conuentientius humano conciliari cœnare, à quo omnem belligerandi industriam tam absolute didicissent, ut deuictis Europæ & Asie potentissimis imperijs, summum fortitudinis nomen reportarint. Item Froe, Uspalensis deorum satrapa, deus sanguinis postea huius, humanorum corporum hostias mactauit. Teutates & Hesus idola quondam fuere Gallorum, quibus etiam non nisi sanguine humano sacrificabant, teste Lucani uersu:

Et quibus immitti placatur sanguine diro  
Teutates.—

Felbold. ea  
patescere  
bus Selauer.

Inter multiformia sclauorum numerina prelucet Suuancenit, deus terre Rugianorum, ut pote efficacior in responsis, cuius intuitu ceteros quasi semi deos astimabant. Vnde etiam in peculum honoris quotannis hominem

Christianum, quem fors dederat, eidē litare consueverunt.

Talia certè non ab illa æterna mente, iusta, casta, misericorde, rerum tam cōseruatrice quam cōditrice: sed præculdubio ab authoribus dæmonibus oriebantur, qui ueri Dei odio, inde usque à rerum primordijs, in conscientias & corpora hominū quavis occasione immanissimè sequierunt, & multiplici eorum cęde plurimum delestanti sunt, adē etiam, ut uoluptatē hanc, quam ex successu talium latrociniorū capiunt, risu nonnunquam inter dira sacra prodiderint, quis enim aliis eius risus auctor fuisset, qui ex iugulo uirginis ac puellæ illius ortus traditur, quam Mithridates aruspiciū iussu Furij immolabat? Accidit hoc L. Sylla, Q. Pompeio Coss. attente Iulio Obsequente. Hinc philosophi tradūt, demones nidoribus sacrificiorum affici: incantationibus item, quæ plerunque sanguine fuso, suffumigationibus adhibitis celebrabantur, præfuisse. At ò miserae deceptionis errorē, tale numē colere, quod coletum supplicio magis placatur, quam pietate & officio.

At qui ab opere uarietate, id est, diuinatione ex mactatorum hominum usque ribus, primum solūq; diaboli instigatione usum Heliogabalum imperatore, turpisimum & flagitiissimum monstrum, accepimus: qui paulo post huius immanitatis plusquam beluinæ penas merito dedit, quando crudeliter interfecitus, & in latrinam abiectus, inter excrementa computruit.

D E D I A B O L I V A T I B U S, EN-

thusiastis, pylbris mulieribus, & plerisq;

Sibyllis. Cap. VIII.

V T potrò suam in hoc mudi theatro tragœdiā idoneis dein honestaret organis, & suis undique communaret membris, enthusiastas & uatidicos ministros quoque finxit

Cassiodor. in  
Epst.

Diuinatio  
ex uesteribus  
mactatorum  
hominum.

finxit dæmon, æmulatione ueri Dei, qui per prophetas sanctos cum patribus locutus est, ne cedere Deo uideatur scilicet, & in grauiorem hominum ruinam.

*Pythias uates.*

*Lexit. 19.10.*

Adhibuit insuper eiusdem artis fœminas, uates Pythias, quæ penè apud singulas fuere gentes, atque adeò Dei populum etiam cōspurcarunt: ut Mo

*Reg. 18.*

ses lege lata strītissimè cauerit, ne cōsulerentur, easq; lapidibus obrui iusserit. Eiusmodi de consultationis diras luit

pœnas Saul rex.

*Sibylla.* Huc pertinent pleriq; famosæ Sibyllæ, à dæmoni uelut conductæ, ad in epistolas ipsius regni, quod in genere humano prior ad Corinthum. Vide pōst in mationem. ex quarū libris ad uarias fine apologeticas aduersas Scđ. hichium.

apud alios plerosq; tum apud Zozimū uidere est, à quo multa citantur carmina Gentilium superstitione plena. licet Sibyllæ uel Erythrea, Babylonie uel Cumane opus heroico scriptū carnime, Christi præconia declararit. Ex prophetarum tamen uaticinijs, potissimum Esaïe & Davidis, nō obscurè ea quoq; colligere potuit diabolus. Man

sittamen eiusmodi uatu præcipua au-

*Christo nato cesserant oracula, cōsue- runt demo- nes.*

Institutus in Dial. aduersus Iudeos. Athana. de Humanitate uerbis, que corporali aduentu. Aug. de ciuitate Dei. Eusebi. lib. 7. cap. 6. & 13. cap. 1. 8. Rupertus in

toritas & obseruantia usq; ad Christum, gemitri Dei filium: quo nato, prouenteq; ut legationis suæ ministerio ex Patris coelestis uoluntate perfunge retur, cessarunt passim in orbे terrarū oracula, & quæcunq; impiarum diuinationum genera: testibus Athanasio, Iustino, Augustino, Eusebio, Laetatio, Plutarcho, Plinio: conticueruntq; dæmones ubique, & tanquam rançæ Seriphæ obmutauerunt: ac deserris qui-

30

40

40

buscunque enormis sua nequitiae latrebis, cesserunt, nō quidem ultrò, uenimus compulsi, partim quidem horrendo metu omnipotētiae vindicis. CHRIS- STI: partim uero cōdēnationis sui, quam præ foribus iam esse cernebat,

Quandoquidem eō CHRISTVM mis- 10. cap. 12. sum probé norāt, ut satanae opera pes- Plutarch. de fundaret demolirenturq; & genus hu- 10. cap. 12. manum in integrum restitutum uindi Plin. lib. 30. caret aduersus diaboli technas rabit- cap. 12. emq; ex his Zachariæ uaticinijs diui- Zach. 13.

na uoce longè antea traditis: Eratque die illo, dicit Dominus exercituum, excīndam nomina idolorum è terra;

10 ne ultrà eorū fiat mentio: & pseudo- prophetam & immūdum spiritum de terra auferam. Si postea ramen adhuc

fuisse audita responda quis obijciat, ea certè tam fuerunt rara, læsa, manca, & omnino inutilia, ut nullo haberi loco

debeant. Pulchritudin & uerè Athanasius inquit: Olim dæmonia inani

specie ludibrijsque rerum intricabant homines, infensis alibi fontibus, alibi fluuijs, lapidibus aut lignis, atque ita præstigijs fatuos in furorem agebant: nunc uero quum apparuit Dei uerbum, spectra huiusmodi & ludibria imaginum cessauerunt.

DE VNO EODEM' QVB  
diaboli cultu in diffusissimis regionibus, &  
quām uariè in Christiana Europa  
illudat. Cap. 1 X.

Tandem & hoc non sine singulari studio & ratione machinatus est diabolus (quanquam peculiares quasdam cærimonias coluisse plerosque non disfitear) ut non solum in longissimè diffisitis totius orbis partibus, uti olim apud Gallorum Druidas, & remotissimos Indorum Gymnolophistas, unus idemq; eius cultus obseruaretur: sed & (quod multo magis mirandum, uel potius dolendum) in Christiana nostra Europa apud diversissimas regiones, in cuiuscunque

materiæ uel nominis idolis, non disfiliati ritu honorib[us] habere tur. Hanc in cultu nominis idolis cæcitatem apud commoda suis præstigij organa auxit, uoce, canto, capitulo nutu, auctorione, inflexione ad late-

ta, manū gesticulationibus, aut alijs motibus: eoq; modo indicia propitię uel auerstantis atque abhorrentis uoluntatis edidit ex statuis: prophanatę; loca, quæ certe erant domicilia & sedes doctrinæ cœlestis, sanctissime scholæ patrum, & vici tychior, loci hæreticorum, in quæ uelut conuersa suæ impietatis & superstitionis latibula, suas blasphemias in Deum contumeliosas, & hominum generi exitiales eruſtare atque euomere conatus est.

*In uero Dei templo se collocat diabolus.*

*1. Corint. 3. 6.*

*2. Corint. 11.*

*Campanarii baptismus et exorcismus.*

Imò in hac mundi senecta nutantibus technis illis manifestis, se in uero Dei templo collocat, & hominum mentibus dominatur, in lucis angelū transformatus. Hac ratione, le graiori diuinæ maiestatis contemptu, atque hominum exitio magis ulciscitur.

Huc pertinent ludibria, quibus nostros homines etiam adegit, ut nisi sacro baptismō regenerationis lauacro ad Christi solummodo membra pertinente, & exorcismis tam ubi sua sede deturbandus est dæmon, ab illis qui eius pellendi singulare donum habent applicandis, campanæ & tintinnabula expientur, sancti centurque, sponsoribus & testibus in sacrilegam uberioris auri exploitationem undique conuocatis, res illas inanimatas mortuasq; è turrib. à diabolo ablatum iri, simplicibus persuasum sit. Quinimdouce & stagna ostendit, qua etiā uidi, si dignus sum, quod eiusmodi non baptizatas consecrataq; campanas à dæmone ex turribus proximis inuestitas esse, affeueranter dicunt: audiriq; earum sonum nocturna hora duodecima in Natiuitatis Christi solennibus, uel etiam singulis quatuor anni temporibus, que uocant: & eum commori, qui audierit. Sic fit, ut à sono caueat imprudētes, nec inueniatur qui audierit: & si aliquem audire cōtingerit, is proculdubio à dæmone ob impietate

illudetur: interim tamen hisce religionis nostræ præstigijs illi detinetur. nec ita pridē eò loci prope Abbatiam Knechtlestein ductus sum, ubi firmiter adhuc credi hoc sacrilegiū corā audiui: monstratur fouea, turrisq; osten ditur. Propterea perquām prudenter & piè Cæsar Maximilianus inter grauamina sedis Romane à Germanis non toleranda, campanarum cōsecrationem recensuit in hęc uerba: Suffraganei exco gitauerunt, ut solum ipsi, & nullus alius sacerdos, laicus campanas baptizarent. Credunt deinde simpliciores, ita affirmantibus suffraganeis, tales campanas baptizatas, dæmones & tépestates pellere. Quapropter innumerí plerunq; adhibentur compatri, præcipuè uerò qui fortuna polent: exorátur, qui baptismonis tempore funem, quo campana ligata est, tangunt, ac suffraganeo præcincto (quemadmodū in paruolorū baptismatione fieri solet) omnes patiter respondent, ac campanæ nomen ingeminat, uesteq; noua (quemadmodū & Christianis fieri solet) cappa induitur. Inde ad sumptuosa properatur cōiuia, quibus præcipuè compatri, ut eo largius munera offerant, adhibetur: necnon suffraganei, & eorum capellani cum multis alijs ministris regaliter paſcuntur. Nec hoc satis est, sed & suffraganeo mercedem persoluere necesse est, quam illi munusculum nocare solent. Inde euenit, ut aliquando etiā in paruis uillis centū floreni in tali absumentur & expéndant baptismatione. Quæ res non solum superstitiosa, sed etiam Christianæ religioni contraria, ac simpliciorum seductio & mera est exactio. Verumetiam episcopi, ut suffraganeo uel nullissima obærare possint mercede, talia & adhuc absurdioratolerant. Rea igitur tam nephanda & illicita meritò aboleri debet.

Scribit

Scribita q; in hæc uerba, scitè admodū Lastantius: Ita hominū credulitatem mērita diuinitate deludunt dēmones, quid illis uerum aperire non expedit. Hi sunt, qui imagines & simulachra fingere docuerūt: qui ut & hominū mentes à cultu uerti Dei auerterent, & filios mortuorū regum uultus & ornatus exquisita pulchritudine statui consecratiq; fecerunt, & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. Sed eos magi, & iij quos uerè maleficos uulgus appellat, quum artes suas execrabilis exercet, ueris suis nominibus crient, illis celestibus que in Sacris literis leguntur. Hi porro incesti ac uagi spiritus, ut turbent omnia, & errores humanis pecto ribus infundant, serunt ac miscent falsa cum ueris. Ipsi enim ecclæstes multos finixerunt esse, sed ueritatē mentitis nominibus inuolutā ex oculis absulerunt. Et paulo pōl: Illi autē qui descierunt à Dei ministerio, quia sunt ueritatis inimici & prævaricatores, Dei nomen sibi, & cultum deorum uendicare conantur: non quid illum honorē desiderent (quis enim honor perditis est?) nec ut Deo noceant, cui noceri non potest, sed ut ho minibus, quos nituntur à cultu & noticia uerae maiestatis auertere, ne immortalitatem adipisci possint, quam ipsi sua nequitia perdidenterunt. Offundunt itaque tenebras, & ueritatem caligine obducunt, ne Dominum, ne Patrem suum norint: & utillicant faciē, in templis se occulunt, & sacrificijs omnibus præstō aduersari. Eduntq; sēpe prodigia, quibus obstupefacti homines, h̄dem commodent simulacris diuinitatis ac numinis. Et pōl: Itaque sibi apud homines, qui eos nesciunt, autoritatem ac timorem patiunt. Hac uerutia, & his artibus, noticiam ueri & singularis Dei apud o-

mnes gentes inneterauerunt. Suis enim uitis pēditi sēniunt, & grassantur ut perdant. Idcirco etiam humanas hostias excogitauerūt, ipsi hostes humani generis, ut quām multas devorarent animas. Plura ibidē. Nec mi Obſeruātio dia boli ludibriū. ait Saxo Grammaticus de Ruginis, si illorum numinum potentiam lib. 1. 4. de reg. formidabant, à quibus supra sua ſæ. Dant.

10 penumero punita meminerant. Si qui dem matres in ea urbe Karentina, cum feminis in cōcubitum accitis, canum exemplo cohærere solebant: nec ab ipsis morādo diuelli porerant. Interdum utrique perticis ediuersō appensi, inuisitato nexu ridiculū populo spectaculum præbuere. Ea miraculi fœditate solemnis ignobilibus statuis cultus accelsit: creditumq; est, earum uiribus effectum, quod dæmonum erat præstigijs adumbratum: qui statuis demolitus, Rugianorum templo & uerbes destituerunt.

Sed artificiose nimis maligni huius conatus uarios describētem audi Augustinum in Sermonibus communib;: Quid prauius, quid malignius, quidū aduersario nostro nequius? qui posuit in cœlo bellum, in paradiſo fraudem, odium inter primos fratres, & in omni nostro opere zizania seminavit. Nam in comedione posuit gula, in generatione luxuriam, in exercitatione ignauiam, in conuerlatione inuidiam, in gubernatione auariciam, in correctione iram, in præsumlatu sue dominatione superbiā. In corde posuit cogitationes malas, in ore posuit loquitiones falsas, in membris operationes iniquas: in uigilando mouet ad praua opera, in dormiendo ad somnia turpia. Letos mouet ad dissolutionem, tristes autem ad desperationem. Sed, ut breuius loquar, omnia mundi mala sunt: ipsius prauitate commissa,

*Simile quidam apud Gregorium. lector lib. 29. Moralium. ſu. per illud lib. Diuidatur atque ſuper terram.*

*Item apud Leonem pōl. Ser. 8. Natiuitat.*

*Unde tam ad  
miranda pos-  
sunt camo-  
nes.*

*Despicio et  
ani. cap. 28.*

*Lib. 4. Re-  
cog.*

*Etiam in  
scripturæ  
sanctæ &  
scripturæ  
sanctæ &  
scripturæ  
sanctæ &*

**N**ec mirum est, uaria & infinita eius generis hos spiritus conari, quum etenim tenuis sint substantiae, sua tenuitate, subtilitate, celeritate incredibili, sensuum acrimonia, & lumine naturæ lucidior, quibus omnibus terrenorum corporum inhabitatem & sensuum tarditatem longè lateque præcellunt, multa Dei permisso, partim uerè, partim præstigiose intelligunt, & possunt. Quibus accessit, teste Augustino, diuturnioris temporis beneficio, quo eorum uita à primo ævo protenditur, comparata insignis rerum longè maiorum experientia, quam hominibus ob breuitatem uita momentaneam potest evenire. Idcirco quædam admiranda faciunt: & quedam, potissimum ob Scripturæ sanctæ & uaticiniorum cognitionem, prædicunt, uel etiam probabili coniectione consequuntur: nonnunquam etiam quæ ipsi facturi sunt, preuiciant, quibus homines alliciunt, inescant, seducunt & defraudat: quo nomine ille mirabilem prudētiā, acutum ingenium & tenacem memoriam traxit Plato in Epinomide. Quapropter tradit Clemens, istos, quum sint dæmoniaci spiritus, & multò citius scire aliqua, & multò perficius: non enim tarditate corporis degrauantur. Hinc addit: Etideo quæ medicilongo tempore & labore plurimo affsequuntur, hæc illi, tanquam spiritus, absq[ue] mora illa, & sine difficultate cognoscunt. Non ergo mirum est, si plus etiam aliquid quam homines, sciunt: sed hoc metuendum est, quod ea quæ sciunt, non ad salutem, uerum ad deceptionem proferunt animarum, ut per hæc eas cultum false religionis

edoceant. Hic Tertullianus sic difficit: Omnis spiritus ales est, hoc angelus & dæmones, igitur momento ubique sunt. Totus orbis illis locus unus est: quid ubiq[ue] geratur, tam facile sciunt, quam enunciant. uero citas divinæ creditur, quia substantia ignoratur. Sic & authores interdum uideri volunt eorum quæ annunciant, & sunt planè malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam. Dispositiones etiam Dei & nunc prophetis concionantibus excerpunt, & nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita & hinc sumentes quædam temporum sortes, diuinitatem æmulantur, dum furantur diuinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperent in euentus, sciunt Crœsi, sciunt Pyrthi. Sic presciuit diabolus ex Esaiæ & Daniel. 8. Dæmonis oraculis (quorum uterque adolescentem Alexandrum exprelè delineat) eum ipsum Alexandrum superato Dario, porturum Asia uniuersa, translaturum Imperium à Babylonij ad Græcos. Propterea Delphicam uatem consulenti, & ab inuita respōsum extorquenti, tādem ipsa in hæc uerba prorumpens, respondit: Inuictus eris Alexander. Postea ad Persas exercitu traduci, prodiga offudit multa. In aditu Asie, simulachrum Orphei sude re maduit. Hinc Alexandro ad extremum cum Dario configente, aquila è sublimi supra eius uertice se le librare, & in aduersos hostes traijere uisa est. Ludibria haud dubiè dæmonij hæc erant, adorna ta ad prodigiorum & auguriorum, quibus tūc sive debatur, observationes confirmandas. Dariū eduerfo, ancipitibus somnijs in saltam uitatoris spē erexit. Preuouit ex Esaiæ prophetijs, fore ut Tyrus destruatur à Macedonibus. Ita enim ille ait: Vlulate naues maris, quia uastata est domus, unde uenire consueuerant. De terra Cethim

*In Apolog.  
adversus gen-  
tes, cap. 11.  
Diminatio-  
ne, nes demonū  
unde.*

*Esaiæ 23.*

Cethim reuelatum est eis. Terram ue  
Vide Is.eph. lib. 10 Cethim Macedoniam esse, afferunt  
bro. antiqui pleriq; & ab Homero *lureus* Macedo  
nus uocatos. Quidam tamen per ter  
ram Cethim, Cyprios intelligent. In  
de quum fufo fugatoq; Dario, copias  
ad Tyrum admouisset Alexáder, præ  
monuit quandam qui ciuibus prænū  
ciaret. Apollinem ciuitatem deferturū  
esse: ut quum euentus responderet, i-  
dolorum existimationē stabiliret. Ex  
ijsdem Esaiē & Danielis uaticinijs pre  
sciuit, fore ut Assyriorum monarchia  
peßum ire, & in potestatem redigere  
tur Medorum ac Persarum: & quidem  
*Ez. 44.* à Cyro, cuius nominatim Esaias me  
minit. Vnde coniectatus est, Cr̄esum  
etiam de regno Lydiæ periclitaturum  
esse. Quare & aliquanto ante <sup>7</sup> *μίαν*  
*ἡ μέση ἡ περιήγησις* Gygis, quod in Cyri tem  
pora incidere eum prospiciebat, amil  
furum regnum Lydiæ prædixit, cōfultus  
ex oraculi Delphici sede: & postea  
cum regnum adeptus esset Creslus, ut  
opum suarum fiducia insolecentem,  
superbiētem, & regnum Persicum af  
fectatēm euerteret, *λεπτούς λαβάρους* ui  
ctoriam in speciem ipsi annuente, ad  
bellū Cyro inferendū perduxit: quo  
modo uictus, captus & regno exutus,  
uitam in Perſia finiuit. Prædictionis  
uerò dæmoniacæ finem luculentē o  
stendit Imperatoris Valentis facinus,  
de quo literarum monumentis tradi  
tur, quod noua correpus insania, dæ  
monem interrogavit, quis post ipsum  
Imperio esset potiturus. Dæmon obli  
què responderet, & literas Græcas ostē  
tā, significans hoc fore initū no  
minis eius qui sibi successurus erat. I-  
ta interimi omnes iuber Valens, quot  
quot in suæ nomenclaturæ principijs  
eisdem sortientur literas, Theodori  
nimurum, Theodoii, parentes Theo  
dosij, eius scilicet qui Imperium ade  
ptus est postea, Theoduli; interq; eos

50  
numeratur Theodosiolus, uir nobilis  
Hispanus. Cæteri metu noui periculi  
nomina sibi indunt alia. Socrates lib.  
4. cap.19. Sozomenus libro 6. cap.35.  
Paulus Diaconus lib.12. Ioann. Zona  
ras tomo 3. Infinita eiuscmodi in hi  
storijs obseruantur exempla: sed ad  
posteriora, nec obscura, conuertamus:  
ubi prius singulare recensq; sathanici  
uaticinij exemplū subdidero, scriptū à  
Magistro nostro Ioanne Henrici Co  
len Buscoducensi ad Magistrum no  
strum Hunęum Louaniensem, 3. Mar  
tij, anno 1574. Gueforum Belgicorum  
nefandi & tyrannici consilij finem no  
stre quidem ciuitatis iuuenis nouem  
annorum, Spiritu sancto afflatus, ut fer  
tur, prædict. Metuimus tamen frau  
dem esse maligni spiritus, quod tamē  
nemo doctorum uirorum deprehen  
dere potuit. Clamat puer iste, & po  
stulat feruētes & assidas preces: qui  
& ipse tribus horis diei, extensis orat  
brachijs. Prædixit mira huius tempo  
ris, quæ omnia eueneret, & ne minimo  
quidem hallucinatus est. Ait quoque,  
se audiuisse ab angelo Gabriele finem  
harum tragediarum, ante dimidium  
æstatis futurum: Regem quoque no  
strum in has inferiores patrias uentu  
rum, & compositurum omnia felicissi  
mis medijs. Prædixit quoque pun  
ctum temporis, quo Middelburgum  
fuit captum, & huiusmodi alia infini  
ta, quæ dictis eius cōsonant. Fui & e  
go indignus uocatus ad examinandū  
iuuenem, & in stuporem & admiratio  
nem summam raptus fui, quādo puer  
tam simplex & literarū imperitus tam  
expedita ad omnia interrogata, etiam  
abditissima, respondere potuerit. Et  
quia angelus sathanæ transfigurat se,  
&c. petui ab eo uaria & multa: ue  
rūm non solūm non ueretur & timet  
crucem Domini aut nomen Iesu an  
gelus: sed & preces iuuenem docuit,

quæ nihil aliud sonant, quām, <sup>185 v</sup> Nazarene pro nobis crucifice, misere-  
re nobis: subueni miseris peccatorib.  
ut reuertamur ad fidē. Haec tenus ille.

*Puer dæmoni  
macus.*

Puerum hunc à dæmons aëtum fu-  
isse, qui in eo loqueretur, & sua ede-  
ret uaticinia, contrariis docuit even-  
tus. Nullus etenim intestinarum dis-  
fensionum Belgicarum exitus uel ea  
sequenti æstate, uel tertio pōst anno <sup>10</sup>  
quo hæc scriberem, quum nihil etiam  
rumoris adhuc de regis aduentu spar-  
geretur: quinimò ne quidem adhuc  
anno 1581. quo hæc recuderentur. Spi-  
ritus aut̄ Dei ne in reminima quidem  
aberrare ait hallucinari potest. Hic  
facile innotescit ille Gabriel, qui &  
punctū temporis quo Zelandiæ Mid-  
delburgum in deditiōnem ueniret, an-  
nunciare per iuuensis os potuit ob ce-  
leritatē incomprehensibilem, quia  
spiritus est. Idem quoque ad illiusmo-  
di modum orandi puerum incitauit,  
ut suis uaticinijs falsis & imposturis  
cautius fidem conciliaret. Hac ratio-  
ne ueritatem mendacio commiscere  
perpetuò solet. Addam hoc, ne ange-  
lum quidem Dei futura scire, ut de se  
testatur <sup>4</sup>. Elīdæ <sup>4</sup>. Quid præterierit,  
scio: quid autem futurum sit, ignoro. <sup>30</sup>  
CHRISTVM, ET TAD QVID  
missus esset, prius norunt dæmones, quām Apo-  
stoli: & quare illum tentarit diabo-  
lus. Cap. XI.

**P**Erhibet sacre Scripturæ authori-  
tas, diabolum prius CHRISTVM  
penitus nouisse, quām ipsi qui-  
buscum ille loqueretur, & familiariter  
degeret, Apostoli: ut etiam ante  
CHRISTI mortem resurrectionem-  
que sciuerit, testatusque fuerit inui-  
tus, ad quid uenisset CHRISTVS:  
nimirum, quod cognitum facheret sa-  
thanum, eiusq; fraudes: illius actio-  
nes demoliretur, atque regnum euer-  
teret. Quapropter metu iudicij diui-

ni æternarumq; poenarum contremi-  
scens, & tantum non deficiens, in ob-  
sesso ante CHRISTVM procidente,  
magna exclamauit uoce: Ah, quid rei <sup>Marc. 4.</sup>  
nobis tecum est, <sup>185 v</sup> Nazarene?  
uenisti ad perdendum nos. Noui te <sup>Luc. 4.</sup>  
qui sis, nempe sanctus ille Dei. Et in-  
crepauit illum <sup>185 v</sup>, dicens: Obmu-  
tesce, & exi ab homine. & cùm proie-  
cisset illum dæmon in medium, exiit  
ab illo, nihilq; illi nocuit. Et pōst: E-  
xibant & dæmonia à multis, clamanta  
& dicentia: Tu es CHRISTVS ille  
filius Dei. Et increpans, nō sinebat ea  
loqui, quod sciebat ipsum esse CHRIST-  
VM. Hic Athanasius: Dæmonis, in-  
quit, sermonem compescet CHRIST-  
VS, ne simul cum ueritate, etiam  
suam iniquitatē promulgaret: ut nos  
etiam assuefaciat, ne talia curemus, e-  
tiam si uera loqui videatur. Illud alias <sup>Matth. 16.</sup>  
etiam pios postea latuisse, Sacrarum <sup>Marc. 8.</sup>  
literarum testimonio docetur: ut alij <sup>Luce 9.</sup>  
eum Heliam, alij Ioannem baptistam, <sup>Ioan. 6.</sup>  
alij Hieremiam, alij unum de propheta-  
tarum numero esse dicarent. Petro au-  
tem pronunciavit, Tu es CHRISTVS  
ille filius Dei uiuētis: respōdit CHRIST-  
VS, Beatus es Simon bar Iona, quia  
caro & sanguis non reuelauit tibi, sed  
Pater meus qui in cœlis est. Id quod  
Petro à patre cœlesti hic reuelatum pa-  
serit CHRISTVS, hoc ipsum & satan  
nouit, & palam testatus est, non roga-  
tus. Hinc ipsis ingenij acumen li-  
quet, cuius ope res etiam abstrusissi-  
mas, nostrisq; sensibus apprimè alie-  
nas, nouisse potest.

Huc facit illud puellæ Pythia, de <sup>Allor.</sup>  
Paulo & Barnaba clamitatis testimo-  
nium: Ipsi homines serui Dei excelsissimi sunt, qui annunciant uobis uia fa-  
lutis. Atq; id genus testimonia ab A-  
staroth & Berith idolis, & à dæmonio  
obsessis, de Bartholomæo apostolo,  
Thoma & alijs data legimus, Veritatē  
uerit.

**53** uero hic confitentur dæmones, nō ut populū ad audiendā amplectēdamq; eorum doctrinā permouerēt: sed exhorrescentes & reformidatēs ministri Euangelici uirtutē, & sui cōdemnationem ac expulsionē ex obsēssis: quę hospitia si obtinuerint, statim Apostolorum ministeria seditione potuissent conturbare, aut inchoata pōst opprimere, nouis rumoribus disseminatis per Pythiā uatē, obcessos & idola, quę apud stultū vulgus magno habebatur loco. Addatur & illud mali spiritus re

*Act. 19.* sponsum: Iesum noui, & Paulum scio,  
*Matth. 8.* uos aut qui estis? Item: Quid rei nobis tecum est, et s v fili Dei altissimi?  
Venisti huc ad cruciandum nos antē tempus. Obsecro ne nos torqueas.

*Marci 6.* Enim uero semen mulieris cōtritu-  
*Luc. 8.* rum caput serpentis, prophetarum de 20  
*Genes.* CHRISTO nascituro etiā in Bethlehē  
*Actiue 5.* *Iudæa* uaticinia: præfinitū hinc tem-  
*Matt. 1.1.* pus, i e s v m in diuī uirginis utero, su-  
*Ezra 7.* perueniente Spiritu sancto, & uirtute Altissimi obumbrante cōceptum, ex angeli Gabrielis annūciatione, admirandam eius natuitatem, lōginquum magorum ex Oriente iter, ut eum adorarent, sciueraūt dæmon. Quapropter inter spem & metum, Herodis animū 30 diris contra i e s v m inflammauit facibus, ut inter infantium Bethleemiticorum bimulorum ætateque iuniorum deplorandam cladem, i e s v s simul internecione absumeretur, atqui salutifero magis Dei consilio suos collabescere conatus, infringiq; re ipsa experitur diabolus.

Ne quid tamen incredibili eius audacī & fastū incomparabili decede 40 ret, atq; ut adoratione, peculiari Dei prērogatiua honoraretur, uel Christū certius tunc cognosceret, ipsum in solitudine tentat: illiq; in præaltū montem adducto, omnia mundi regna, ac eorum gloriam ostensam se daturum,

**54** si se prostratus adorauerit, ausu plu-  
quam sacrilego pollicetur: quū diuinam maiestatē in hominū regnis atq;  
imperijs solam dominari, eaq; cui li-  
bet tradere constet. Porro Christum iam certō cognitum, uoluit etiam perditum: quare ut eum proderet, in cor  
Iude Simonis Iscariotæ immisit, in quem post ossulam à Christo porre-  
tā etiam ingressus est. Tantum enim hu-  
ius solerissimi artificis contra Deum & genus humanum est odium, ut quic  
quid machinetur, sit in Dei contem-  
ptum, & hominum detrimentum per-  
niciemq; fraude & extremo dolo cau-  
te teclum.

### M U L T A S T U D I A D I A B O- L I , & opera breuiter comprehensa.

#### Caput XII.

CÆterū ut instituti mei ratio  
certius citiusq; innoteat, pau-  
cis, ueluti fasciculo uno, quæ-  
dam ex dæmonis actionib. & potētia  
colligam. Quū angelica eius essentia  
non interierit, sed malè propriæ uo-  
luntatis affectu degenerat, accreue-  
ritq; tam diutino répore eximia rerū  
obseruatio & usus insignis: magna il-  
lum esse constat uirutis, calliditatis  
incredibilis, sapientiae plus quam hu-  
manæ, perspicacitatis acutissimæ, ui-  
gilantiae summæ, artificij technas stru-  
endi pernicioſissimas fuso speciosissi-  
mo incomparabilis, malicie infinitæ,  
odij erga genus humanum *dæmonis huius*  
adūctus: atq; hoc nomine eum se pen-  
nero (permittente, uel saltē conni-  
uente Deo) admirandas facere res, &  
se in bestias, statuas, specus, latebras,  
cavernas in gerere, in quercus Dodo-  
ne Molossidis in Epiro, unde Dodo-  
næum oraculum frequētatum est, in-  
ſinuare: apud Aegyptum ex Hercule,  
Apolline, Minerua, Diana, Marte, Io-  
ue, Api boue, Latona in urbe Buti, fu-  
riosis sacerdotibus Apollinis in Colo-

*A. Christi  
uul adorari  
diabolus.*

*Matth. 4.*

*Marci. 1.*

*Luc. 4.*

*Daniel. 4.*

*Ioan. 9.*

*Diabolus flos-  
dia & poten-  
tia.*

*Strabo Greg.  
lib. 16.*

phone, Thebis in Bœotia, & in Lœbadia ex Trophonio, ex uacca Memphis, ex boue Mineo Heliopoli, ex crocodilis in Arsinœ, ex Amphiarae uate in Attica, respōsa dare, humana uoce, nutu, aliouē gestu, afflatis subinde gestibus furentium, nonnunquam ebiorum, aliâs trementiū, aut ridiculè gesticulantium: quandoq; somnijs, amphibolijs interdum, plerunque & ænigmatibus: quia ignorat diabolus quousq; toleraturus sit Deus, aut permisuris, quæ intendit & struit.

Et sanè Deū quibusdā sagaciōribus hominib⁹ has eius technas iam olim s̄aepē detexisse, testis est Valerius Ma-

Lib. i. cap. 8.

ximus, hisce uerbis: Nec me præterit  
,, de motu & noce deorum immortalium  
,, humanis oculis auribusq; percepta,  
,, quām ancipiti opinione estimatio uer  
,, letur: sicut de transitu lunonis in ur  
bem. Captis enim Vejis à Furio Ca  
millo, unus militum simulachrum lu  
nonis Moneta fertur interrogasse, an  
Romam migrare uellet? Deamq; re  
spondisse, uelle se. Quamuis unus uo  
cem audierat, omnes tamen sibi per  
suadebant, eandem se perceperisse. Tra  
dunt alij simulacrū annuisse tantum:

alij unum ho cincter milites & uulgum 30  
Lutus, sparisse. Quo factum est, ut non bmu  
lacrum, sed ipsam celo lunonem peti  
tam portare se credentes, leti in ea par  
te Auentini montis, in qua nunc tem  
plū eius cernimus, ut inquit Valerius,  
collocarent. Hic uidemus & qua arte,  
& quam ob causam ludat in idolis il  
la Dei simia.

Cæterū alia religionis opinione  
legitur in diuīe Irmgardis comitissa 40  
uita, quomodo tertio Romæ peregrina  
nata, D. Pauli templum fuerit ingres  
sa, inuenientque crucifixi imaginem  
prorsus conformem ei, qua in tem  
plo metropolitano D. Petro sacro Co  
loniæ ante sacrarium uisit. Hic pro

strata orationiq; intenta audit uocem  
ex ore imaginis cruci affixæ, hunc in  
modū: Chara & electa filia Irmgardis,  
te oro ut mox ubi Coloniam redieris,  
in D. Petri templo crucifixum in alta  
ri ante sacrarium, mihi admodum si  
mile, salutes. Hæc posito peregrinæ pi  
leo, gratijsq; actis, se facturam recepit,  
si modū digna haberetur: simulq; hoc  
simulacrū uidit à cruce detraxisse bra  
chium dextrum, quo electæ suæ spō  
sæ Irmardi benedixit. Inde rursus  
gratijs Deo dictis propter longum il  
lud iter nec frustra nec temerè factum,  
Coloniā reuersa est, & præfato loco  
prouoluta ante crucem, sic infit: Mihi  
singulare, idq; haud leue mandatum  
Romæ à cruce & imagine in æde D.  
Paulo sacra, tibi mirè conformi datum  
est, quæ scilicet salutari te plurimum  
uoluit. Ad hæc euestigiod Coloniensis  
crux caput inclinans, inquit: Gratias  
ago electa mea filia. Ex hoc rumore  
episcopus cum solenni pompa uene  
rabilē sacramentum in huius simula  
cri capite inclusit, quod repente etiam  
seipsum rursus eo modo contraxit oc  
clusitq; ut non fuisse diuulsum uide  
retur. Hic multa contigisse miracula,  
& perpetuum ea ratione in lampade  
foueri lumen narratur. Hæc eadem  
comitissa insignem pagum Suchtelen  
in Iuliacensi ducatu legauit D. Panta  
leonis hæreditibus Coloniæ, quare huic  
etiam in uicina sylua erectum fuit sa  
cellū, quod religionis ergo Martis die  
post Paschæ solennia confluere solet  
ingens eorum multitudo, qui uel mor  
bo uel alia calamitate premerentur.  
At quū eiusmodi prodigia nostro non  
uideantur seculo, nec iudiciū arti me  
dicæ permittatur, hic Theologis non  
illibenter cedo: quemadmodū & in  
similibus quæ in hanc rem nimis reli  
giose traduntur in Chronicis Casinen  
sis lib. 4. cap. 68. item in Schedelij et a  
te quar-

te quarta: in Vincentij lib. 26, cap. 12: lib. 27, cap. 23. 84. 98. 99. 100. 101: lib. 29, cap. 6. 7. 8. 9. 10. multisq; locis alijs: uti & in cōtinuatore Sigeberti, & ab Helmoldo in Chronicī Sclauorum cap. 8. 43. 70: in Chronicī Saxonīæ: item lib. 1. uita Bernhardi, cap. 10: in Othonis Frisingensis lib. 7, cap. 32: in Austria Cuspiniani.

Potuit adhēc diabolus ad Iouis Hāmonis oraculum inquirendum in extimo sinu Libyæ, apud Garamātes, ultra Cyrenem, in solitudinibus uastis, torridis ac fuscitatis sterilibus, Cambyßen Cyri & Alexandrum instigare: itē Pythium Delphis p̄r ceteris, cultu,

*Diabolus* religionē, fama, opib; & donarijs ceteris, quomodo ualidius reddere. Nouit & uaticinari ex certis indicijs uel conjecturis, siue rerum retroactarum obseruatione, ut hinc etiā cogitatus & sensa peruidisse quandoq; creditur: quanquam interī fallat & fallatur, tenebras offundat, ueritatem caligine obscuret, atq; etiā mentiatur. Nam rogatus dæmon, Porphyrio teste, etiam quæ nō nouit, constanter affirmat: & quæ nouit, si semel uerè, decies illa fallit & refert.

Potest quoq; plerisq; locis in simulachris sua exercere ludibria, ut ad ea ex longinquis regionibus confluant imprudentes, ea uenerentur incauti, adorent, eorum opem implorēt in rerum angustijs, in ualeitudine aduersa, & quaerūq; afflictione: quod à ueri Dei cultu & eiusdem filii inuocatione ad suas imposturas in interitum eos auocet. Sic Gallorum rusticis hanc fuisse

*Lib. 1. in uita  
D. Martini.*

consuetudinem scribit Seuerus Sulpi-  
tius, dæmonum simulachra candido-  
testa uelamine, misera per agros suos  
circumferre demēta. Nec satanæ dif-  
fīcile est, animarū corporis mole exu-  
tatum figurā mentiri, circa monumen-  
ta uerari, in cemeterijs oberrare, spe-  
ctris pertinere facere heredes aut alios,

ut ad illicitos cultus, uetitam religio-  
nis ergō peregrinationem, iustorū & *Eras. lib. 12.  
parentalium præscripta forma perso-*  
*Epist. penult.*  
lutionem damnosam, imperitos, mi-  
nusq; Deo fidentes cogat. Vifum est  
& spectrum, quod à presbytero flagita-  
ret absolutionem, quia circa confesio-  
nem decesserat. Conatur itidem imbe-  
cilles fide p̄cipites agere, fortis ue-  
rō diuerhis modis semper impugnare,  
si qua ratione eos agere transuersos  
posset: item desperantes, credulos,  
maleq; sanos pollicitationibus & glo-  
ria ditare, in spem felicium succellū  
illestos perimere, aut tristium euen-  
tuu metu iniesto cruciare.

Nouit adhēc uarias ostentare for-  
mas, inania idola arte mira conforma-  
re, uisus organum turbare, oculos per-  
stringere, falsa pro ueris singulari dex-  
teritate ne agnoscantur proponere:  
quæ uerè sunt, ut non apparent, uela-  
re: & quæ reuera non existunt, ut esse  
apparent exhibere: se in mille spe-  
cies transformare, Proteumq; agere;  
& ut canit Poeta,

*Tum uarie illidunt species atq; ora serarum.* *Virg. 4.*

*Fiet enim subito sus horridus, atraq; tygris,* *Georg.*

*Squammosuq; draco, & fulua ceruite leona,*

*Aut acrem flammis sonitus dabit:*

*Omnia transformans se in miracula rerum,*

*Ignemq; horribilemq; seram fluuiūq; liquefem.*

Confuevit & hominū mentes mul-  
tifarij phantasmatum ludibrijs uiri-  
are, uigilates perturbare, dormientes  
insomnijs terrere, peregrinantes a re-  
gio itinere seducere, errantes atq; etiā  
alios quādoq; ridere, alijs terrore cō-  
cutere, multa labyrinthis opinonum  
inextricabilibus implicare & innescare,  
tertiora mala plerunq; boni specie  
serere, & uenitatis cōfessione in suam  
illucire naſsam, grauiusq; fallere.

Solet quoq; lac uaccarum cohibe-  
re, & ne in butyrum coalescat impen-  
tre: uinum aliunde adfert, clauſtrare  
e 3 ser-

59 DE P R A E S T I G I I S D A E M O N V M 60  
ferare: præterea ocyssimè res uarias,  
uelut panni laciniæ, ossa, ferramenta,  
clauos, acus, aciculas, fila, corumq; glo-  
bulos, intortum capillitiū, ligna; idque  
genus portenta in uiuorum extremas  
fauces, nec penitus, quod ore reiçian-  
tur, ingerere: in mortuorum ventricu-

*Iulius Obſe-  
quens de Pro-  
digij.*  
lum & partes alias præstigijs aptas, &  
post mortem festas ligna, cultros, &  
quaecunq; uis alia, fallaciter aere dolo-  
ſa intersecandum inferere: nec solum  
talia ostentare, sed etiam partes uitia-  
les prius ex astantium oculis in eius-  
modi anatomie auferre ac summoue-  
re, quam animaduertatur. Neq; uero  
per alium, neq; alia ratione in extorū  
nefanda obſeruatione apud veteres  
olim ea procurata fuere miracula, ut  
Cesari Dictatori extra sine corde sint in-  
reta: Posthumio uero cōſuli, Catoni,  
Decēuiris, Herénio, Lucilio Lupo im-  
molatibus in plurimis uictimis modò  
iecur, modò caput iecinoris defuerit.

Similiter ex parte postica & uteri  
collo nouit implicatos crines, arenæ  
copiam, clauos ferreos, ligna, uitra cō-  
fracta, stupam, lapides, ossa, & similia  
præstigijs mouere, offuscata interim  
oculoru acie: insecta auribus furtiuè  
immittere, quæ postea uel prodeat, uel  
euolent. Hæc à me uisa sunt alata, ex  
auribus cuiusdā uirginis Henricæ no-  
mine, misère à dæmonio exagitata, &  
desumpta. Proclive illi quoq; est, ulce-  
re corpus defendare, pudenda melice-  
ride uel ulceræ sanioso inficere, euira-  
tionis persuasione falso inducere, cor-  
pora tota obsidere, eaq; sursum ac de-  
orsum distrahere, quando & quam-  
diu à Deo permititur. Huiusmodi ui-  
lentam uirginis prædictæ sublatione  
in arce Caldenbroce apud Geldros,  
Deo iuante, alias intrepide reluſan-  
do impeditre ualui: à morbus tamē in-  
teriori inflitu, quo manus meas mirè  
impetebar, in horribili illa subiectio-

ne, anxiè cauedum erat. Cur enim nō  
tam meos promouere conatus in iu-  
uando, quam dæmoni permittere sua  
studia in lædendo, potuit Deus?

Aſſueuit præterea uariè corpora trāſ-  
ferre, eorumq; humores commouere,  
originem neruorum in cerebro turbare,  
quod atrociſsimis rariſsimisq; con-  
uulsionis ſpeciebus, iactu traſtuq; in-  
credibili, & quali crepantibus ſonitu  
horriſico iuncturaru cōpagibus, in ad-  
mirationem, diffidētiā, linifram de  
alijs opinionem, ad mendacia, uerita  
auxilia & cædes, homines compellat.  
Ad hunc modum neruos & muſculos  
præter uoluntatem inordinatè crude-  
liteq; conuelleret potest: plerunque  
*trāvov* ciere, ut ceruix unā cum corpo-  
re immobilis maneat, & in neutrā  
infleſtatur partem, ſed iuxta in utra-  
que partem intendatur: ſubinde *trā-  
vov* uel tensionem ad anteriora  
excitare ualet, ut caput, ceruix, reli-  
quumq; corpus, iugularibus uenis mī-  
rum in modum circum collum diſten-  
tis, contrahatur: quādoque *trāvov*  
uel tensionem ad posteriora citare tam  
uehemēto ſolet, ut caput in dorsum  
& ſcapulas grauitate conuellatur, cruri-  
bus interim contractis: item diuersas  
horribilium cōuulsionum facies, mul-  
titatiā & inēqualiter in mēbris pro-  
ducere: nonnullis totum corpus, cen  
articulis tormento luxatis diuulfisque  
eneruare, aut palpitantum, trepidan-  
tiumque muſculorum ſpeciem inferre:  
quibusdam os & oculos truculenter  
intorquere, ſeptum transuerſum in ho-  
mine ita conſtrigere, ut spiratio uix  
difficulter duci queat, arterijs interim  
pulsantibus leuiculum inferens impe-  
dimentum, ſed uentriculum ſingulti-  
bus frequentibus cōuellens. Interim  
hic prætantissimos ſæpe medicos lu-  
difcar, qui eiucemodi morborū dira  
contuſti ſymptomata, imò laruas, ad  
natu-

naturales ea referentes causas, frustra curationem medicamentis tentant.

At aquam etiam coitionibus sacratam se formidare impescet, gestibus & noce in corporibus, quæ obfidence coeret regitq; simulat: quemadmodum se naribus extrahi, uirtute radicis inclusæ annulo ex Solomonis, ut fertur, doctrina naribus admoto. Deinde multa obseruata a soler, artificioseque imitari, seu uerè seu falso: plurima eorum quæ acta aut prodiit sunt, incredibili solertia ratiocinari & colligere: uaria ex notis naturalibus argutissimè elicere, penitissimeq; errere: diuersa in imperiorum & hominū priuatorū negotijs moliri, mira astuta cōtexere telam longā, uariā nobisq; inextricabilem, qua in opinatiō insperatoq; implicant & irretiuntur certe plurimi: tādem homines, bestias, cōrem cōtubare, prodigia meteoris similia in celo effingere, figuræ confligentia exercituum exprimere, clāgores tubarum, armorum iterpitus, ferientium se multud, & ex istib; collabentib; sonitus, uoces eulantium aut exultantiū imitari, sceleratē abuti natura rerū ad generis humani perniciem, callidè exitiosas præstigias phyllicis effectibus conformare, & multa in ordine causarum suo tenore progressuq; agentium confundere, mala quanta potest calliditate attrahere & urgere, in cervices nostras cogere & contorquere, bona abiger atq; excludere: quinim d'ea interdū suadere, sed propter mala: suadere quoq; mala sub specie honorū: diffudere mala ut ducat ad peiora, tandem etiā celū terræ miscere & inuoluere.

*Aduersus  
Lectio. Ed. 12.*

Proinde in Apologetico scitè testatur reliquit Tertullianus, inquiens: De monū operatio, est hominis euerio. Sic spiritualis malicia à primordio a spicata est in hominis exitiū. Itaq; corporibus quidē & ualeitudines infligit,

& aliquos casus acerbos? anima uero repétinos & extraordinarios per uim excessus. Suppetit illis ad utraq; substantiam hominis lāden dam subtilitas & tenuitas sua multū spiritualibus uiribus, licet & inuisibilis & insensibiles in effectu potius quā in actu appareat: si poma, si fruges nescio quod aura latens uitium in flore precipitat, in germine examinat, in pubertate cōuulnerat: si cēca ratione tentatus aēr, pestilentes haustus suos effundit, eadem igitur obscuritate cōtagionis, aspiratio démonum & angelorum mētis quoque corruptelas agit furoribus & amentijs, fœdis ac sequis libidinibus, cum erroribus uarijs: quorum iste potissimum, quād eos ipsos captis & circumscriptis hominū mentibus comedat, ut & sibi pabula propria nidoris & sanguinis procuret, simulachris imaginibus oblata: & quā illi accuratio palea est, qua hominem è cogitatu uerae diuinitatis auerat falsis præstigijs: quas & ipsas quomodo operetur, expediam. Omnis spiritus ales est. Reliqua Tertulliani uerba suprà recitantur Cap. 10.

M E N T I E N D O D E F V N C T O rum spiritus, quibus præstigijs religiosos ludificare solet diabolus, ostenditur prescripta coru dem spirituum inquirendorum for-

mula. Cap. X. III.

V T evidentius omniū oculis patet, démonem quandoq; etiā ordinis Ecclesiastici uiris illudere, atq; mortuorum sēpe animas imitari, ex Tractatu Iacobi de Chusa ordinis Carth. Theologie professoris, de Apparitionibus quorundam spirituū, & quomodo inquiri & cognosci debeant, si uerè aut fēcē appareant, ipsius uerba fideliter hicadiungam, maxime quād mysterij loco præscriptum hoc conseruari apud eiusmodi professores homines non ignorem.

6. 4. Primū

Prīmō uidetur expediens fieri ieiūnium trium dierū cum aliquibus mis-  
sarum celebrationibus, & deuotis ora-  
tionibus, scilicet septem Psalmis p̄oni-  
tentialibus ſepe repetitis. Quibus per-  
aditis, accerſendi ac uocandi ſunt qua-  
tuor aut quinque ſacerdotes deuoti.  
Crederem hoc aptius fieri per deuo-  
tos religiosos à ſecularibus actionibus  
exoccupatos, & mēte in Deum eleua-  
tos, propter horrorem & terrorē propo-  
pellendum: qui ad locum accedant,  
in quo ſpiritus ſe ostendere conſueuit,  
cum humilitate cordis, & reſta inten-  
tione, ceſſante omni ſuperstitioſa in-  
quifitione: nō tamen ſine certis cere-  
monijs, cum in collatione omnium fa-  
cramentorum & in missis ecclesia uta-  
tur ceremonijs. Aſſumatur igitur can-  
dela in die Purificationis benedicta,  
accensa, aqua benedicta & ſignum cru-  
cis, & ſi placet, thuribulum cum thure:  
in accedendo orent septem Psalms  
ac Euangeliū ſancti Ioannis. Ingres-  
ſi autem, locum aspergant & thurifi-  
cent. Non tamen dico de necessitate  
omnia fieri huius requiri, ſed eſtimō ita  
expedire: quia non habeo de his fun-  
damentum necessitatis ex Scriptura,  
ſed aliqua exempla sanctorum ſuper 20  
hiſ legi. Stola etiam ſancta non uide-  
tur eſſe inutilis. Ingresſi igitur locum,  
fleſtentē genua, ut uideatur, han-  
chumiliter per unum eorum dicant orati-  
onem ſequētem: Domine 185v Christe,  
omnium ſecretorum cognitor, qui  
ſemper tuis fidelibus & paruulis reue-  
lare ſalubria & utilia conſueuisti, qui-  
que in hoc loco ſpiritum quendam ſe  
oſtendere permifisti: humiliiter obſe- 40  
cramus benigniſſimam tuam miſeri-  
cordiam per paſſionem tuam, & pre-  
ciolifſimi ſanguinis tui pro peccatis  
noſtriſ effuſionem, ut digneris praeci-  
pere huic ſpiritui, ut ſine terrore & la-  
ſione noſtra & omnium hominum, ſe-

releuet, ſignificans famulū tuis, nobis  
uel alij peccatoribus, quis ſit, & cur  
uenerit, & quid deſiderium ſuum exi-  
ſtat, ut tum exinde honorari ualeas: &  
ipſe, ſi poſſibile eſt, conſolari, & fideles  
tui iam ſubleuari, in nomine Patris &  
Filii & Spiritus ſancti, Amen. Poſt haec  
ad interrogatoria ueniendum eſt, ut  
puto, ſic dicendum: Obſecramus per  
185v m Christum, tu ſpiritus ut dicas,  
quiſ ſiſ: & ſi eſt aliquis inter nos cui  
uelis reſpōdere, & ut nomines eū, aut  
per ſignum eum ſignifices. Eſt ne ille  
N. aut iſte N. & ſic de ſingulis, quo-  
tquot ſunt præſentes, nominando ſpe-  
cialiter: quia expertum eſt, quod non  
reſponderet cuilibet. Si autem aliquam  
uocem aut pulſum fecerit ad alicuius  
nominationem, illi committatur alia  
interrogatoria, ſcilicet, cuius hominis  
anima fuerit, & propter quid uenerit,  
& quid deſideret? Si ſuffragia pro ſe  
fieri deſiderat: an in missis, an in elec-  
mosynis: aut quod missas, tres, ſex, x.  
xx. x. xx. &c. & per quos ſacerdotes,  
religiosos uel ſeculares? & ſi ieiunia,  
que, quāta, & quot, & per quas perſo-  
nas? Si eleemosynas, quas & quot &  
quibus perfonis? aut in hospitalibus,  
aut leproſorij, aut alij mendicantib.  
& pauperibus? & quod erit ſignum  
ſuæ perfectæ liberationis, & propter  
quas cauſas ſit deputatus pœnis purga-  
torij? quia beatus Gregorius ponit in  
Dialogo multa exempla, in quibus a-  
nimæ defunctorum per ſe expreſſerūt  
uiua uoce cauſas purgationis. Nulla  
tamen ſuperflua, curiosa, inutilia, aut  
ſuperstitioſa ſunt ab eo inueſtiganda,  
niſi ea per ſe proprio motu uoluerit re-  
uelare. Et in diebus festiuis & tem-  
poſe ſobrio, puto ante prandium, conue-  
nientius hanc fieri inquifitionem: aut  
forte ſi tempore noctis magis Deo pla-  
cuerit, ut fieri ſolet. Sed ſi forte nullum  
ſignū appaſeret illa hora, extunc diſfe-  
rendum

rendum est ad aliud tempus, donec iterum se spiritus manifestet, relicta ibi aqua benedicta & cruce: quia Dei oculi iudicio certis horis & personis, non omnibus se reuelant. Nec timendum est, quod spiritus ille personam talem in corpore ledat, si est bonus spiritus: hoc non est expertum, ut credo, aliquando. nam iam expectat statum merendi aut demerendi: nec peccare amplius potest, sed est in medio statu inter bonos & malos, certus de sua predestinatione: sed adhuc in satisfactionis statu, scilicet in pœnis ad tempus, &c. Quod si talis spiritus aliquem offendet in corpore, iam suspectus esset, quod non esset unus de bonis, sed de reprobis, saluo iudicio diuino.

Notandum secundum eundem doctorem: Non omnibus hominibus forte expedit indiferenter prædictis revelationibus & apparitionibus interesse, nisi ualde fortiter complexionatis, qui non de facili terrentur: quia per experientiam puto scire, quod aliqui uisus istis aut locis pœnalibus, incidentur in incurabilem infirmitatem. Oportet ergo dispositos esse tam in corporis complexione, quam in animæ purgatione, qui de his inuestigare nolunt. Quia enim non est proportio inter animam uiuentem in corpore, & animam exutam à corpore: ideo semper terror apparent hominibus uiuentibus: nec mirum, quia etiam sancti angeli non nisi cum terrore magno etiam uiris sanctis apparuerunt, licet patet in plenisq; locis sacrarum Scripturarum.

Secundò notandum de tempore apparitionis animarum, quo ad eatum reuelationem, credo quod hoc pendeat ex diuina uoluntate, licet frequenter legamus noctis tempore tales factas, propter quietationem sensuum exteriorum, & curarum secularium cessationem, quando homo est magis

*Tum facilis  
falluntur ho-  
mines tene-  
bris territi, et  
quod non sa-  
mudicent*

66  
capax ipsarum, ac magis dispositus. Reperiuntur etiam tempore diei se animæ reuelasse ac ostendisse. Quantum autem est ad se, ipsæ semper parate essent se ostendere propter celestem liberationem.

Tertiò notandum, quod diuersis apparent modis: non quidem semper apparent in corpore, aut in effigie corporali, sicut dæmones leguntur in assumptionibus corporibus apparuuisse, ut in uita S. Martini legitur, sed inuisibiliter, ut solùm sonus, uox aut strepitus percipiatur à uiuentibus, scilicet percussio, sibilatio aut sternutatio: gemitus aut latus aut planctus: aut plausio manuū, ut attentos reddat homines ad inquirendum & respondendum: unde creditur, quod in locis separatis ab hominibus se non ostendant, saltē ista causa liberationis scilicet, qua cessante causa, cessat & effectus, sicut in locis forestis possunt puniri.

QVOMODO ET QVA SVBstantie commoditate tam uaria machinetur diabolus, ex Psello: interiecta historia de bestiola ex militis dormientis ore egressa, & rursus

ingressa. Cap. XXXII.

A Tiquis uisorem, ea quæ diximus, aliaq; similia agendi modum & rationem, Michaeli Psello expli-  
cauit quidam Marcus, dæmonij cultor eximius, in Chersoneso Græcia contermina uitâ solitariam degens: Dæmones (ait) licet sexu & propria lingua careant, corpus tamen illud aëreum sibi concessum, pro arbitrio uelut nimbus uento flante, in uarias formas mutant, contrahuntq; atque extendunt, quemadmo dū lumbricis uidetur accidere ob substantiam molliorem, du-  
ctuq; facilissimam: neque solū magnitudine diuersitas in eis accidit, uerum etiam figuræ coloresq; uariant multiformes. Corpus enim dæmonis ad utrumque est natura paratum. qua e-

*qua audire  
et nō uidere  
vel qua uide-  
re uidentur.*

*Quia ibi nu-  
lis fallende  
cut.*

*Pſello de da-  
monibus.  
Marcus de-  
monis cultor.*

f nim

nim ratione est natura facile cedens, sic in uariis figurarum species transformatur: qua uero æreum est, diuersos aëris instar colores subit. Sed aëc quidem extrinsecus coloratur, corpus uero dæmonis iuxta animi sui affectus species colorum mutat, uelut & hominiis: sed longè melius, ut quo d' animæ sit obedientius. Omnia tamen celeriter dilabuntur, ob corporis mobilitatem, tenuitatemque. Sic tanquam uir apparet, & mox occurrit ut fœmina: leonis more fremit, saltat ut pardalis, latrat ut canis, atq; ad utris uasisq; somnam se aliquando transfert.

*Lib. Chroni-  
corum 15.*

Lubet non inelegantem hoc loco historiâ aptè interponere. Refert Heliandus monachus, se audiuisse ab Ebaudo patruo suo, qui à cubiculis erat Henrico Remensi archiepiscopo, 20 Ludouici Gallorum regis fratri: quod Henrico archiepiscopo æstate quadam in itinere somnum meridianum capiente, miles quidam inter ceteros aperto & hiante ore post prandium dormiret, è cuius ore uisa est ab alijs ore egredi, ut vigilantibus quædā alba bestiola mu-  
jusq; ingredia.

*Anstela simi-  
lis bestiola ui-  
des ex milii  
tis dormiuit  
ore egredi, ut  
vigilantibus quædā alba bestiola mu-  
jusq; ingredia.*

Stelæ simili exiisse, atque ad uicinum ibi riuiulum procurrite. Cum q; sursum deorsum in ripa riuiuli anxia cu- 30 curriisset, nec transeundi uiam inneniret, quidam ex astantibus accedens, euaginatum gladium riuulo angusto ueluti pontem faciens, imponit. Bestiola ilicò riuulum super gladiū trâsgrediens, sōgius procurrit, & lese subduxit. Paulo pōst redire uisa, cum iterum potum pontem quereret, atq; eo iam sublato discurrens transfire nō ualeret, idem ille qui ante, sursum riuiu- 40 li ripas imposito gladio coniungit, atque abscedit. Tum transit bestiola, & ad dormientis adhuc patulum os re-diens, uidentibus omnibus ingrediatur: ac ilicò qui dormierat expergiscitur, rogatusq; num quid in somno pas-

sus esset & respōdit, se fessum esse, & fatigatum, tanquam ex diffīlici & longo itinere: in quo bis super pontem ferreum, flumen transfluisset. Vnde socij collegerunt, eum, quæ ipsi uiderāt, uerè somniasse. Mihi uero diaboli ludibriū esse uidetur, qui ut uigilantes socios fallerer, aut animam hominis corpoream esse, ideoque interituram cum corpore, ipsis ostenderet persuaderetq; idolum hoc, exiens dormientis corpus, & ingrediens, oculis obiecit. Reperimus, inquit etiam Plinius, *Libr. ca. 39.* inter exempla Hermotimi Clazomenni, animam relicto corpore errare solitam, uagamq; è longinquō multa annunciare, quæ nisi à præsentino scī posse: corpore interim semianimi, donec cremato eo inimici, qui Cantaridę uocabantur, remeanti animæ uelut uaginam ademerint: Aristei etiam uisum euolantem ex ore in Proconneso corui effigie, magna quæ sequitur fabulositate, &c. Simile quiddam de Guntiano rege legitur: neque id mirum est, nam præter supradicta idem etiam Marcus loco paulo antè citato deinde refert: Spiritui qui nobis inest phantastico propinquant dæmones, utpote qui & ipsi spiritus sint: uerba perturbationum & uoluptatum nobis insinuant, non emittentes quidem uocem pulsatione quadam & sonitu, sed sermones suos absq; sonitu immittentes. At quónam pacto inquam (respondet Psellus) sine uoce sermones nobis ingerere possunt? Quid mirum (air Marcus) si modò illud animaduertas, quemadmodum uidelicet qui loquitur, si procūloquatur, uehementiore clamore egrediens uero propinquierat, in audientis aurem susurrando subloquitur: qui si posset cum ipso animæ spiritu copulari, nullo sono profus egeret: sed sermo eius, uoluntate conceptus, nullo penitus sono audiēti illa-

ti illaberetur. Et paulo p̄d̄st: Sicut aēr  
pr̄sente lumine colores & formas ac-  
cipiens, trāducit in illa quæ naturali-  
ter accipere possunt, sicut apparet in  
speculis, rebusq; quasi specularibus:  
sic & dēmoniac corpora, suscipientia  
ab ea quæ intus est essentia phantasti-  
ca, figuræ atq; colores, & quascunq;  
ipsi uoluerūt formas, in ipsum anima-  
lem nostrumq; spiritum trāmittunt, 10  
multa nobis negotia pr̄bent, uolun-  
tates & consilia fuggerentes, formas  
subindicantes, suscitantes memorias  
uoluptatum, simulachra passionum  
frequenter concitantes uigilantibus  
atq; dormientibus: nonnunquam ue-  
rd femina nobis & inguina titillanti-  
bus incitantes, infanos & iniquos amo-  
res subijciunt & subacuunt: p̄cipue  
aut, si humores calidos humidosque  
ad id conducentes nocti fuiint. Sed  
hi Plutonis galeā subinduentes, per-  
turbant animas arte quadam, & sophi-  
stica fraude. Hactenus Marcus, quem  
magum Irenæus & Epiphanius magi-  
cæ imposturæ expertissimum uocant.  
Ille & de quodam genere eius falseini,  
quo in distributione doni sine gratiæ  
usus est, ita refert, quid solitus sit spe-  
ctatorum & auditorum suorum ocu-  
los perstringere calice uino replete,  
quod rubrum & purpureū subito ap-  
pare fecit, ut putaretur supernarum  
potestatum sanguis in calicem destil-  
lasse, &c. Plures eius illusiones apud  
Irenæum lib. i. cap. 9. & reliquis.

Trithemius adhæc nullam figuram  
magis quam hominis, dēmones sibi  
coaptare docet. Cæterū quando ad  
hanc non inuenierint conuenientem 40  
aēris materiam, apparentem formam  
sibi eos inducere ait, prout contrarius  
uel humor uel vapor effingat, & sic in  
forma conspiciantur plerunq; leonis,  
lupi, suis, asini, hippocentauri, hominis  
comuti, etiam caprinis pedibus, qua-

les uarijs in locis quandoque apparu-  
ere: sicut de Morpho filio Somni fa-  
bulantur poetae. Cui enim melius il-  
lud Ouidij conueniat?

Excitat artificē simulatorēq; figure Morphæ.

Docebitur hoc capitibus sequentib.  
per exēpla cūm uetera tum recēta.

**E X E M P L A   V A R I A E   F O R M A E**  
laruarum & actionum dēmoniacarum

memorabilia. Cap. XV.

**M**Emorabilia uariæ formæ larua-  
rum & actionum dēmoniacar-  
rum exempla describit C. Pli-  
nius iunior, in hæc uerba, primū de Lib. 8. ep̄p̄.

Curtio Rufo: Tenuis adhuc & obſcu-  
rus obtinent Africam comes h̄eserat.  
Inclinato die spaciabatur in porticū:  
offertur ei mulieris figura, humana  
grandior, pulchriorq;: perterritō, A-  
fricam se futurorum prænunciam di-  
xit, iturum enim Romanā, honoresq;  
gesturum, atque etiam cum summo

Demoniu-  
līoris forma  
Curtio Rufo  
apparet.

imperio in eandem prouinciam reuer-  
surum, ibiq; moraturum. Facta sunt  
omnia. Præterea accedenti Carthagi-  
nem, egredientiq; natuē, eadem figu-  
ra in littore occurrit̄ narratur. Ipse  
certe implicitus morbo, futura præ-  
dictis, aduersa secūdis auguratus, spem  
salutis, nullo suorum delperante, pro-  
iecit. Iam illud nōnne & magis terribi-  
le, & non minus mirum est, quod ex-  
poni ut accepi? Erat Athenis spacio-  
la & capax domus, sed infamia & pe-  
stilens: per silentium noctis sonus fer-  
ri, & si attenderes acrius, strepitus uin-  
culorū lōgius primo, deinde proximè

Sabellis, lib.  
10. Exempli-  
cap. 3.

Demonis id-  
la infamis: do-  
mus Alve-  
nis.

reddebatur. mox apparebat senex ido-  
lon, macie & squalore confectus, pro-  
missa barba, horrenti capillo: cruribus  
cōpedes, manib. catenas gerebat, qua-  
tiebatq; inde inhabitatibus tristes di-  
rēq; noctes per metū uigilabatur: ui-  
giliam morbus, & crescere formidine  
mors sequebatur. Nā interdiu quoq;  
quanqua abscesserat imago, memoria

71 imaginis oculis inhærebat, lögiorisq; caula timoris timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi mōstro relicta: prescribebatur tamen, seu quis emere, seu quis cōducere ignarus tati mali uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, letra demen<sup>t</sup>s

*Athenodori philosophi obfirmatus contra animus.*

caula timoris timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi mōstro relicta: prescribebatur tamen, seu quis emere, seu quis cōducere ignarus tati mali uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, letra demen<sup>t</sup>s

10

caula timoris timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi mōstro relicta: prescribebatur tamen, seu quis emere, seu quis cōducere ignarus tati mali uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, letra demen<sup>t</sup>s

20

caula timoris timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi mōstro relicta: prescribebatur tamen, seu quis emere, seu quis cōducere ignarus tati mali uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, letra demen<sup>t</sup>s

30

caula timoris timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi mōstro relicta: prescribebatur tamen, seu quis emere, seu quis cōducere ignarus tati mali uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, letra demen<sup>t</sup>s

40

caula timoris timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi mōstro relicta: prescribebatur tamen, seu quis emere, seu quis cōducere ignarus tati mali uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, letra demen<sup>t</sup>s

git. Vbi concubia nocte, cūm sollicito-  
dibus & curis mente sopita, in lectu-  
lo iaceret, existimauit ad se uenire ho-  
minem ingentis magnitudinis, colo-  
ris nigri, lquallidū barba, & capillatio  
demissio: interrogatumq; quisnam es-  
set, respondisse, *hanc dixi uox.* Perterri-  
tus deinde tam tetro uisu, & nomine  
horrendo, seruo in clamauit: sciscita-  
tusq; est, si quem talis habitus aut in-  
trantem cubiculum aut ex euntem ui-  
dissent: quibus affirmantibus, nemini  
ne illuc accessisse: iterū quieti & som-  
no se dedit: atq; eadē animo eius ob-  
uersata est species. Itaq; fugato som-  
no, lumen intrō ferri iussit, puerosq;  
à se discedere uetus. Inter hanc nocte  
& supplicium capitis, quo eum Cæsar  
affecit, parvulum admodum tempus  
accessit. Facile huius mortem poterat  
diaboli prouisisse, ex Cæsaris in hāc  
rem apparatu & uerbis. Describit quo  
que Valerius, Iulij simulachrum, quo  
post mortem C. Cassio suo interfecto-  
ri apparuerit.

Dionyssius Syracusanus breui anteā Dionyssius Syracusanus ex-  
quām interimeretur, cōsedit in sua do-  
mo, cogitationib. molestis grauatus:  
tum illi apparet imago illa deformis,  
habitū fathanici, scopis domum uer-  
rens & expugnās. unde ille usq; adeō  
extimuit, ut noctu solus in ædibus ma-  
nere noluerit: sed quosdā amicos ro-  
garit, qui cum ipso pernoctarent.

M. Brutus, quum ex Asia contra O. Plutarch. in  
Etiaianum & Antonium aliquid gra- uita Cæsari  
ue moliretur, contigit ut in suo cubi- paulo alter.  
culo apud lumen cōsideret, ardua me-  
ditatus & animo uolutans: interim  
animaduerit aliquem ad se cubiculū  
ingredi. Apertis oculis circumspicie-  
bar, num aliquis ex familia uel mini-  
stris aliquid uellet: inopinatō uidet  
imaginem formidabilem & admiran-  
dam corporis tyrannici & agrestis.  
Hic Brutus multo animosior liberior-  
que

*Contra diabolum magnam nimitas M. Brutii.*

que Dionysio, sc̄iscitabatur, Num spiritus esset, uel aliquis deorum, & quid uellet? Cui occulto murmure respondeat spiritus: Diabolus sum, & spiritus malus: in Philippis denud me uidebis. Inquit Brutus ingenuè, ut uir Romanus, & magnanimus: Imò sine mente iterum uidebo. Quum aut ex famulis studiose inquireret, num ingredi aut egredi aliquem obseruassent? respondebant, Non. Hinc perterritus Brutus, infelicem instituti sui prælii successum uerebatur: quemadmodū euent.

*Aug. Polin. Mj. cap. 58. Mōstrosa spe cie apparet diabolus.*

Quum bellum inter se Romani Albañiq; gererent, & ultraq; in procinctu iam staret acies, extitit repente quidā monstrosa specie, pelle amictus furua, uociferans: libere Ditem patrem, deamq; Proserpinam, fieri sacrum sibi, priusquam committeretur præliū. Quo perterrefacti uiso Romani, protinus aram sub terra edificarū: & statim sacrificio factō, pedum uiginti aggere contexerunt, ut ea ab omnibus præterquam Romanis ignoraretur.

*Julius Obſt. quens.*

M. Claudio Marcello & Lucio Valerio Flacco Coss. Romæ multis locis species togarū uise fuerunt, & approximantium oculos eludebant. Unde respondebant aruspices, magistratum & sacerdotū interitum fore Caio Lælio, Lucio Domitio Coss. Fesulis ingens multitudo inter sepulchra lugubri ueste, pallida facie interdiu gregatim ambulare uisa fuit, cum nil nisi spætra essent, Caio Panis & Hiricio Coss. Cæsari unam hostiā immolanti, duplicita exta apparuerunt. Tagen extispicinæ & aruspicinæ aucto-

*Togæ.*

rem Cicero tradit ex Hetruscorum libris, cùm terra araretur, & sulcus altius actus esset, repente ex sulco apparuisse pueri specie, sed senili prudenteria: & cum qui arabat, allocutum fuisse: & cum eius aspectu obstupefactus

bubulcus exclamasset, populum in eum Hetruriæ locum cōcurrisse: puerum multa locutum, sed nil nisi dene fandæ artispicinæ doctrina: quod om̄en populus exceptit, & literis mādat. Si uerū hoc sit, quis dubitet, ipsum Tagen dēmonem fuisse in forma pueri declamantem? aut ut cum Lucano loquar: — *Conditor artis*

10 Finxerit ista Tages. —

Quū magna esset Romæ existimatio duorum senatorum Symmachi & Boëtij, qui gener Symmachi fuit, eos Ticinum euocauit Theodosius Gotthorū rex, & diu captiuos tenuit: quia aliquibus eius decretis fuerat aduersati, & forte quia impedierant, ne Arianis ecclesiæ traderentur: & bona eorum publicauit, & tandem eos interfici iussit. Hanc iniustam crudelitatem hæc secuta est pœna. Non multò post eorum necem; cum cœnanti propositum fuisset in mēla grande caput pisces, uisus est sibi cernere caput Symmachi horribili rictu & flammeis oculis minitantibus ipso. Repente itaque consternatus & tremens iussit se in lectum collocari, & accito medico Elpidio, narravit amicis terribilem illam Symmachi speciem conspectam, & in deploratione sceleris sui paulo post extinctus est.

In grauissimo prælio Atheniæsum & Persarum aiunt ante aciem terribiles sonitus esse auditos, & uisa spectra, quæ Athenienses postea dixerūt fuisse speciem Panos, qui terrorē tantum Persis incusserit, ut fugerent. Inde Panici terrores postea dicti sunt, su Panici terribite constringentes.

Saxones armatos, tradit Saxo, à Lib. 4 Hist. Sclavis, horrenda forma, tanquam bono & opato omne, supernè in uertice montis uiso dæmone, fuisse interemptos: quia eo monstro ueluti diuinatus datu ducis aduētu firmati, sum-

*Ei. et Cenial.  
dierum, ca. 9.* ptis victoriae auspicijs, ex improviso  
Saxones eosdem proflus occiderunt.

Alexander ab Alexandro scribit,  
quendam suum familiarem, non am-  
biguae fidei hominem, amici funus cu-  
rasse: & cum inde Romam reuertere-  
tur, nocte adueniente in hospitium uia  
proximum diuertisse, & ibi se animo  
& corpore fatigatum quieti dedisse.  
Cumq; solus degeret, & adhuc uigila-  
ret, ait repente amici nuper defuncti  
imaginé summo pallore & macie, ac  
eo fermè habitu oris, quali illum cum  
agrotaret dimiserat, ad se accessisse:  
quem quum fuisset intuitus, & præ ti-  
more nec animo nec mente satis con-  
stare, quisnám esset interrogavit. Ille  
autem cum nihil respō disset, exutis ut ui-  
debat uestibus, in eodē cui ipse in-  
cumbebat lectulo se collocauit, ac pro-  
pè accessit quasi etiū amplexurus. Alter  
uerò cùm ferè iam metu examinis  
uideretur, ad lectuli spondā secessit, il-  
lumq; proprius accedens abegit: qui  
se repulsam pati uidēs, alterum toruo  
& minus familiarī uultu aspectat: re-  
sumptisq; mox uestib. & lectulo surre-  
xit, & cinctus calceatusq; inde abiēs,  
nunquam postea apparuit. Quo timo-  
re familiaris ille perculsus, graui cor-  
ripitur morbo, ut propemodū interie-  
rit. Addebat his, dum in lectulo cū illo  
luctaretur, se nudū illius pedem usq;  
adeò gelidū contrectasse, ut nulla gla-  
cies huic frigori potuerit cōparari. Ad  
hac, Gordianus amicus meus, specta-  
tore fidei homo, mihi retulit, quum A-  
retium cum familiari suo profisciscere-  
tur, & ab itinere, ut sit, longè aberras-  
fent per difficultia & deuia loca, ubi ni-  
hil uiderent culti, sed saltē nemora,  
saltus niuei & inaccessi obijcerentur  
oculis, & ipsa terneret solitudo: uer-  
genteque ad occasum sole, labore fes-  
ti confessissent: tandem hominis uo-  
cem procul audiri uisum est, quam se-

quuti, in proximo fastigio trium ho-  
minum conspicunt imagines imma-  
nes & formidabiles ultra humanum  
modum, nigris & demissis tunicis, in  
ueste lugubri funestaq; barba capilo-  
que summisso, horribili facie. qui  
quum uoce gestuq; ad se ipos aduo-  
carent, ac iam propè illexissent, ingen-  
te interim corporis mole, longè huma-  
na maiores apparuerunt: atque alius  
specie nō ab simili nudus, mirificos e-  
didit saltus, gestusq; in decoros. Quo  
spectaculo consternati fugam hi cepē-  
re: uiamq; arduam & præcipitem e-  
mensi, uix rustici demum uile hospi-  
tium, ubi diuerterent, innuenire.

Idem Alexander eiusdem argumē-  
ti historias describit lib. 4. in hæc uer-  
ba: Nuper amicus meus summus, in-  
genio & fide singulari, rem dictu admirabilem sibi euensis narrauit, eius ue-  
ritatem multorum comprobans testi-  
monio: se uidelicet, cum apud sibi fa-  
miliarem & cōiunctissimum Neapolii  
diuerteret, & nocte intempesta homini-  
nis in via clamantis, opemq; implorā-  
tis uocem audisset, accenso lumine ac  
currisse, quid rei esset inquisitus, ibi-  
que dæmonem & diram quoddā nu-  
men tetra & horribili specie conspe-  
xisse, quod iuuenem uociferantem &  
reluctantem in via infestis manib. in-  
uadere nitebatur. Adhunc propè acce-  
detem miser ille accurrit, uestemque  
& manum quā potuit tenacissime  
apprehendit: multumq; & diu frustra  
reluctatus, inuocato numinis diuini  
auxilio, uix tandem à dæmon se uin-  
dicat. Quū uerò iuuenem animo tur-  
batum in domū recepisset, ut ab ipso  
dimitteretur, aut palliū relinqueretur,  
nunq; potuit effici: tantus enim illum  
inualerat horror, ut mēte euista sui nō  
esser copos, quū illi perpetuò ob ocu-  
los uerari uideretur illa species. Vbi  
tandem ad se rediisset, rem omnē quo  
pacto

pacto habuerat, exposuit. Fuerat autem scelerata uitæ, cōtemptor Dei, & parētib. immorigerūs: quos tūc obiurgat, cōtumeliasq; & intollerāda probra in eos cōgesserat, ut ab illis cōsecratus diris execrationibus abierit. Atne cui hæc uana fīcta q; appearant, Thomas monachus, homo minimè malus, cuius fidē probitatēq; in reb. non paucis expertus sum, serio mihi retulit, quum in monasterio & sacrīs ædibus, sitis in Lucanis mōribus, cum pluribus altercatus fuisset, & post multa conuicia ri-xas q; animo perturbato solus secessis 20 Monachus de set per nemora, se specie hominis uultu tetru, aspectu deformi sequoq; nigra barba, promissis tunicis, obuiā habuisse, qui rogatus, quid solus p deuia oberraret loca? respōdit, Se equū, quo uehi solet, amilisse, & sua opinione in proximis excutisse cāpos. cūq; per sinus inuios equū unā quæstū pergeret, ad riuulū, in cuius alueo gurgites latebāt formidabiles, deuenerunt. Quare monachum calceos exuētim in faciliorē trāstitum, magnopērē urgebat alter, ut in ipsius cōscenderet humeros, trāstferēdus ab eo q maior erat corpore. ille acquiesces, collūq; amplexus alterius uada inquirētis, pedes ipsius nō humana, sed tetra & deformi specie cōtuerit. Qua re animaduersa, terrore percussus, diuinā implorat opē: atq; euēstigio dēmonē & simulachrū illud dirū, audita inuocatione diuina, murmur querulo & turbine usque ad ualido profugisse aſſeuerauit, ut imminētē querū ingēti colliserit impetu, & infractis ramis radicis euerterit: se aut cōsternatum & uelut exanimē diu iacuisse: & nisi prēvidisset, diabolum in uortices & uoraginiſ fluuioli præalatas ipsum præcipitaturum fuisse, atq; interempturum, persuasum habet.

Sed præ omnib. quæ audiuētim aut uiderim, res est admiratione digna,

quā recenti memoria eueniſſe Romæ cōperimus. Quum apud Gabios quidam infimæ sortis & obscuris natalibus adolescēs, furiosus, corruptorum morum & facinorosæ uite, parentem obiurgasset, conciūq; proſcidilleret, ijs agitatus furijs dæmonem inuocat, cui le deuouerat: Romamq; meditatur, ut grauius aliquod flagitium in patrem moliretur. In itinere dæmonem facie hominis truculenta, sordida barba & capillo, uesteq; obsoleta & squallida obuiam habuit: qui comitatus, tristis & anxietatis causam ex iuuene percūctatur. Hic, sibi quid altercationis fuisse cum patre, & scelus aliquod iam animo constituisse, respondit. Cui dēmon, sibi eandem obuenisse fortem ait, pergēdumq; ut suas simul ulciscātur iniurias. Cumque nocte appetente ad urbem peruenissent, in proximo diuenterunt hospitio, unaq; incubuerunt. Iuuenis uero somno oppresſi iugulo manus inijicit pestilens ille comes: quod iam infregisset, nīſi alter expergefactus Deo supplicasset. Vnde de furiā illam teterimā tanta uiftri dula & impetu cubiculū dicitur exēudo collisisse, ut tigna & testū diruerit, regulasque penitus perfregerit. Hoc spectaculo perterritum, & ferē mortuum adolescentem uitiositatis & anteactæ uite penituit: qui alio afflatus spiritu perofus scelera, boni exempli uitam procul à populari tumultu egit. Hæc Alexander.

Mercurius Alexandriae Abbas nocte præuentus, ethnīcum fortē sepulchrū subijs cippo submoto, ut in eo somnum caperet: ubi uocem audire imaginatus est ex ijs ossibus redditā, quibus dormiens incumbebat: Venire, si possem: sed premor pondere super me cubantis. Tum ille: Exi, inquit, & abi, si potes: ego hic, te uel nolente, pernoctabo.

*At dēmoni  
exagitatus in  
uenus parenti  
bus immorige  
rus, respicere.*

A L I A E L A R V A B D A E-  
moniacæ. Cap. XVI.

F'Actam olim Hectoris & Achillie  
fuisse mentionem in aula Imper.  
Maximiliani primi narratur: qui  
ubi à quodam consiliario uehemen-  
tius laudarentur tanquam uiri robo-  
re & fortitudine præstantes, se opta-  
re eorum effigies & magnitudinem  
contueri, ait Imperator. Erat isdem  
forte diebus in aula magus infamis,  
se id tunc præstare posse iactans. Quo  
cognito, ab Imperatore accitur, suæq;  
artis specimè edere iubetur. Se id qui-  
dem facturum circa lesionem respon-  
dit, si modò tantisper, dum hi uiri ap-  
parerent, sileretur. Fide taciturnitatis  
& præmij accepta, in circulo ingenti  
cum solio regio collocat Imperatore  
magus, inde quædam ex libello sub-  
murmurat: protinusq; ostium eo mo-  
do pulsat: Hector, ut uniuersa contre-  
misceret domus: eoq; aperto, ingredie-  
tur sua panoplia instructus, longè  
splendentem in manu hastam gestans  
ferream, oculisq; flammis terribilis.  
Statuta superabat quoscunque gran-  
des nostri seculi uiros. Postea simili  
corporis maiestate apparuit Achilles,  
uultu toruo Hectorem intuitus, cre-  
broque hastam ferream quasi Hecto-  
rem inuasurus, uibrans. Et cum de-  
lato Cæsari honore, ter hunc eundo  
& redeundo præteriissent, mox eu-  
nuere. Hos insequutus est larvatus ua-  
tes Dauid, corona & magnificètia re-  
gia insignitus, cytharamq; portans, at-  
que erat huius quam priori duorum  
plausibilior uultus. Hic quoq; suo in-  
cessu ter Maximilianum in regia ca-  
thedra sedentem citra ullius honoris  
delationem præteriit, indeque dispa-  
ruit. Rogatus ab Imperatore magus,  
cur honorem denegasset Dauid: re-  
spōdit, cuncta regna à Dauidis regno  
uinci, & Christum æterni Dei filium

ex Dauidis stemmate ortum esse.

Tibicen quidam Hammelæ Brun- Omnicolor  
cen Hammelæ.  
swicorum ad eliciendos glires condu-  
ctus, sequeti repedit facinore ingra-  
titudinem, cum illi expasto non sati-  
ficeret. Anno siquidem millesimo du-  
centesimo octagesimo quarto, die ui-  
cesimosexto Iunij, hunc tibicinem O-  
mnicolorem nuncupatum ob uestis  
uarietatem, centum & triginta pueri  
per plateam inde nomen, ut audies,  
fortitam, non procul extra ciuitatem  
usq; ad Caluariæ locum sub Koppen  
nuncupatum, ad uiam communem Bo-  
ream uestis sitū, sequuti perire, nec  
unquam postea apparuere. Hæc ita in  
annualibus cōscripta, Hammelæ in ar-  
chiuis religiōse custodiuntur: legun-  
tur & in libris templi sacris, atque in  
eiusdem uiris picta conspiciuntur: cu-  
ius rei oculatus equidem testis sum.  
Vetustior præterea Magistratus in hi-  
storiæ huius confirmationem suis co-  
dicillis publicis inscribere solet con-  
iunctim, Anno Christi, &c. & exitus  
puerorum anno, &c. Obseruatur ue-  
rò in hunc usque diem ad perpetuam  
rei gestæ memoriā, quod tympani so-  
nitus nunquam in eadem admittatur  
platea, per quam egressi pueri, si forrè  
isthinc aliqua educitur sponsa, donec  
ex illa exierit: nec etiā choreæ in ea-  
dem ducuntur. Hinc & nomen conse-  
quuta est platea, Burgloſestrass. Ma-  
ne post septimā horam contigisse hoc  
fertur, & fuisse in puerorum numero  
consulis filiam iam plenis nubilem an-  
nis, quæ simul euanuit. Puer uero qui-  
dam nonnihil sequurus, necedum ue-  
stitus, uolens suas adferre uestes, re-  
dit domum: interea autem euanue-  
re omnes in exigua fouea colliculi,  
quæ mihi ostensa est. En diabolum ti-  
bicinem sanguinarium.

Sunt item qui referunt, episcopum Platina de  
uitis Pontif.  
nedi-  
quædam die in solitudine uidisse Be-

Benedictus  
stlaus pon-  
tificis quo ni-  
go post mor-  
tem uetus.

81  
nedictum octauū pontificem 151. post  
mortem equo nigro insidetem: eum  
qui interrogasse, quid causae esset, cur  
mortuus equo nigro ueheretur? tum  
Benedictum hominem rogasse, ut pec-  
cunias quas occultauerat (locum indi-  
cat) pauperibus suo nomine erogaret:  
quæ ante a date fuerant eleemosynarum  
nomine, nihil ei profuisse, quia ex  
rapinis partas constabat. Facit man-  
data episcopus: & statim episcopatu-  
se abdicat, monastica amplexus uitā.

Naucler. & ge-  
nerat. s.;

Benedictus  
monachus

Legitur etiam, pontificem Benedictum nonum, anno 1056. à diabolo in  
sylva iugulatum fuisse, uisumque po-  
stea ab heremita horribilem hirsutum;  
uelut ursum capite asinino. Rogatus  
metamorphoseos huius causam, re-  
spondit: se talem apparere, qualis ui-  
xisset.

Sener. Sulpit.  
in uita Mar-  
tim l. i. item  
in uita Cle-  
mentis

In Vitis patrum quoq; ut D. Martini, Antonij, Eulogij, atq; aliorum, ex-  
pla extant non pauca. Inter alia legi-  
tur, monachum quandam *avagpirlo*,  
habuisse patrem non procul degente: qui  
filium inuisurum, securim compor-  
tabat, qua in redditu ligna domum cō-  
ferēda cedere: quare dæmō in ange-  
li specie huic apparuit monacho, dia-  
bolum in patris forma cum securi ad-  
uentare, ut eum iugulet, nuncians, af-  
firmansq; se ea causa præuenire admo-  
nitum eremitam, ut is satanæ cona-  
tus p̄quereret, prius illum occidens,  
quam ab eo interficeretur. Itaq; ratus  
patrem accidentem salutantemq; es-  
se diabolū, confessum illum interemit,  
& uicissim monachum dæmon eu-  
stigid strangulat. Fabula esse uideret:  
si tamen uera sit historia, diabolū spi-  
ritum non alio cōuinci oportuissi gla-  
dio, quam spirituali, ignorauit mona-  
chus. Eadem fide scribitur D. Bernar-  
do occurrisse dæmonem, qui iactabat  
se uersiculos septem in Psalmis Davi-  
dicis scire, quos qui recitasset quoti-

## LIBER I

82  
die, non posset nō in cœlum perueni-  
re. Instabat Bernardus, ut indicaret  
quinam essent. Quumq; ille recusaret,  
Nihil agis, inquit Bernardus, quando-  
quidem singulis diebus totum euol-  
uum Psalterium, in quo tu quoq; se-  
p̄tem uersus insint, necesse est. At dæ-  
mon ueritus ne tanti boni dedisset oc-  
casionem, maluit suos uersiculos indi-  
care. Atq; hoc tantum bonum, cui si-  
miles in Euangelio non legitur, caco-  
dæmoni acceptum fertunt plerique.

Addam non iniucundum laruataū  
animarum spectaculum. Quidam pa-  
rochus sub diem Paracœtus clām im-  
misit in cœmiterium uiuos canros, af-  
fixis ad latus cereolis ardentiibus. Qui  
cum repererit inter sepulchra, uisum  
est noctu terrible spectaculū, nec quis

20 quā ausus est accedere propius. Hinc  
rumor atrox. Consternatis omnibus,  
parochus è suggestu docet populum,  
has esse defunctorū animas, quæ Mis-  
sis & eleemosynis flagitarent à crucia-  
tu liberari. Fucus ita proditus est, re-  
perti sunt tādem unus & alter cancer  
inter rudera facem extintam gestan-  
tes, quos parochus non recollegerat.  
Id genus similia, & alia tum uetera tū  
recentia terriculamentorum ludibrio-  
rumq; diabolicorum testimonia, pos-  
sem recensere multa: at quum ea infi-  
nita multifariaq; sint, & cuius obvia,  
cognitaq; ijs longiori enarratione im-  
morari, superuacaneum existimo: poti-  
ssimum, quoniam multiplicem eius  
argumenti historiam, commodiōti oc-  
catione sequentes suppeditabūt libri.

Non tamen erat præterēdum, huc  
obiter apparitionum & segmentoram  
sathanicorum ingentia possi conuehi  
plastralia ex libro Conformatum, ob  
conformatitatem B. Francisci cum uita  
Domini nostri IESV Christi, sic inscri-  
pto a fratre Bartholomæo Pisano, ap-  
probatoque à fratre Heinrico ordinis

Conformati-  
tum liber.

fratrum Minorum generali ministro, anno 1389. 2. Augusti, ac impresso Mediolani apud templū sancti Satyri anno 1510. finitoq; die 10 April. Hic Alcoranus Franciscanorum alicubi nuncupatur. In eo legitur, dēmonem per mulierem Rauennatem nomine Zantensem, confessum fuisse cuidam Iacobō presbytero Bononiensi, Franciscū occidere Luciferi cathedram: eundem cupare Luciferi esse uexilliferum, quoq; Iesu Christi esse uexilliferum, atque ea ratione Regi proximum, nec ullum ecclesiasticū ordinem esse Christo uiciniorem cœtu Franciscanorum, & Franciscum gloriose latus Regis regum claudere: sedere item supra omnes cœli sanctos, excepta Dei matre, S. Ioanne baptista, & Ioanne Evangelista, & Apostolis. Mirum est cognoscisse satanam, Franciscum in eius successione locum, & illum in cœlis seruari ordinem, quum à lapsu reuocare eò gradum nequiverit. At id ipsum uisionis obseruasse Rudolphum episcopū Erfurtensem, factum eo nomine monachū gregis Franciscani: duos item cives Venetos hoc uidisse scilicet, uelut & fratrem Pacificū extasi in cœlos raptū, alibi in eodē ueritaris opere narratur. Legēda item antiqua afferuerat, 30 monachū expulisse dēmonem, qui de Francisci sanctitate rogatus, respōdit: nato Francisco, mōx metu tanto fuisse perculsum uniuersum illud dæmonū collegiū, tamq; graues turbas motas, ut extremū ad eße diem fuerint ueriti. Quā uero hic se falsos uiderent, inter se dicebat, puerū certè natū esse, qui auero graueriter turbato, horrenda ipsos clade afficeret. Quare Beelzebub princeps euestigio in omnem terram suos ablegat inuestigatum, ubinam locorū hic puerū modo apparuisset. Tandem intellexere, Franciscum esse hunc, quem nimis coarctaturū Tartara, habuegunt persuasissimum, quo circa ut

<sup>2 Pet. 2.</sup>  
*Visionis aucthor manifeſtus.*  
Rudolphus episc. Erfurtenſis.

84  
è medio tolleretur, infantī insidiabantur: sed frustra. Angelus enim Domini in peregrini forma uenit ad Francisci matrem, domusq; famulam, præmonitum ut ob diaboli insidias singularis haberetur pueri ratio. Quare dēmones indignatā dixerē: Esto, si Frāeſcus tolli nequit, eius tamen ordinē persequemur, uexabimus & affligeamus. Alibi adhac in dicto uolumine scribitur, satanam ex obſessa fœmina fassum esse, cum Christus Deum patrem festinare uideret ob populi peccata ad extremam mudi punitionem finemq; eum rogaſſe patrem, ut Franciscum ſibi adiungeret, in portā cruce manus auxiliatrices subministraturum. Inde in Franciſco apparuere quinq; uulnerum ſtigmata, à Christo illi, ut ſuo coadiutori & in omnibus ipsi simili impressa. Sed ne ultra clepſydrum in hac narratione morer, manū de tabula.

M O N A C H O S M E N T I T I D A E M O N E S à Georgio Sabino carmine depicti. Eleg.

3. Similes item à Melatibhone cuiusdeſcerdetelli. Cap. XVII.

V Rbs antiqua iacet celebri contermina Rheno,  
Vangionum longè non ea diſtat humo:  
Nescio qui Nemetes hanc incoluisse feruntur.  
Sunt ubi Francorū buſta quaterū Ducum.  
Cæſareis ſeds fuit illa cohortibus olim,  
Nomen ob id Graiam Spira uocata tenet.  
Hic humili modicis à ſirpe cohortibus olim  
Exiguae quidam nauita puppis erat:  
Qui calamo pīces lnoq; madente ſolebat  
Fallere, iam radios ſole tegente ſuos.  
Is dum fortè leues hamos ac reti atractat,  
Non procul à ripa lubrice Rhent tua:  
Ecce per obscurā tenebroſa crepuscula noctis  
Obtulit ignoti ſe noua forma iuri.  
Atro teatū erat monachum simulante cucullo,  
Viq; ſolent raso uertice tonsus erat:  
Nauta propinquanti, confueto more ſalutans.  
Egredi agis ſere tempore noctis? ait.

ille ſub

15  
ille sub hæc; Adsum longinquis missus ab oris  
Nuncius, ipse tua me rogo lñtre uehas;  
Ut citò transmiso contingam flumine ripam,  
Dixerat, assumpsum nauita lñtre tulit.  
Iamq; serè medios cursus nox atra tenebat,  
Flexaq; lenta pigrì plaustra Bootis erant:  
Cum procul in uiridi uententes margine ripe,  
Quinq; cuculligeros rufus adisse uidet.  
Exoptatq; illis piscator, ut ante, salutem,  
Quoq; ueluti media pergere nocte rogat.  
E quibus unus ait: Nos magna pericula cogunt,  
Obscura tutas carpere nocte uias.  
Omnibus inuisi sumus, intentiq; nefandam  
Sacrificis nobis turba profana necem.  
At te si quis amor tangit, si cura pitorum,  
Transuebe nauigio corpora nostra tuo:  
Ut riuidas lati supererimus fluminis amandas,  
Ne iure mortis uirius impedianus aqua:  
Sic opata uis fortuna laboribus adsit,  
In tua sic multus retia pescis cat.  
Annuit, & remo propellens nauita cymbam,  
Mox iubet adducti scandere puppe ratim.  
Sed mihi quis, dixit, soluet me cede labore?  
Alter adhæc: Nulla scis quid habemus operis?  
Raraq; percipimus discordi munera uulgo:  
Non tameni ingratis nos habiturus eris:  
Si nos in solido rurvis fortuna locabit,  
Premia pro tali digna labore feres.  
Soluerat extremo piscator margine nauem,  
Iamq; serè medias illa secabat aquas:  
Sidereras remouent subeuntia nubila stellatas,  
Precipi fertur puppis & ita nota:  
Incipiunt nigris horrescere fluctibus undæ,  
Seuaq; tempestas imbribus orta furiit.  
Ipse repentina fassus pallore timorem  
Nauta, Quid haec, inquit, uult noua causa mali?  
Nulla tamen pluviae uenture signa notabam,  
Sol ubi flagrantे & quore mergit equos:  
Nulla laetus usquam circumvolatibat hirundo,  
Villa nec est oculus ardea uisa meis:  
Tum nec Luna nigro surgebat pallida uultu,  
Clarus & occiduo lumine phœbus erat.  
Talia iactanti, disturbant uerba procelle,  
Impeduntq; graues ora loquentis aquæ:  
Penè procello si subuerterat, turbis ita  
Naus, & insani fluctibus bausta fuit:

LIBER I.

16  
Ardua sublates tendens ad sidera palmas,  
A superis orans nauita poscit opem.  
Quid facisti monachis aut unus, et improbe di:  
Define uoce tua sollicitare Deum. (xit,  
Mox graui tollens immundem pondere conum,  
Nauta parum felix quo prius usus erat:  
Illiusr hoc humeros pulsataq; terga fatigat.  
Cesus ad extreman domum fuit usq; necem.  
Proditus est tandem peruersi demonis aslus,  
10 Deteclusq; fuit fraude patente dolus:  
Vana recesserunt in manes corpora uentos,  
Manst & ingratus nauae relictus odor.  
Mox quoq; purgato fugerunt nubila celo,  
Et redit pulsis aura serena notis. (pus  
Territus hoc monstro gelidu sine sanguine cor-  
Tollit, & ad ripam nauita puppe reddit.  
Isthic in uiridi procumbit languidus herba,  
Donec ab Eois sol fuit ortus aqua:  
Mane sub Oceanum pulsis Hyperione stellis  
20 Dicitur à pauro pretereunte domum:  
Omnia commemorans presentibus eger amicis,  
Clausit adhuc illo sata supra die.  
Postea quam croceis fulgens aurora quadrigis  
Protulerat roseas ore nitentes genas,  
Accidit & similis diuerso tempore casus,  
Acta sed eventu res meliore fuit.  
Summa procul radijs seriente cacumina phœbo,  
Carpebat solus mane uiator iher.  
Qui Nemeton postquam digressus finibus esset,  
30 Primus ubi positus distat ab urbe lapis:  
Aduentare nigro teclum uelamine currum  
Conspicit, hic monachis currus onustus erat:  
Ordine quem iuncti septem traxere ingales,  
Quarta sed ablato defuit axe rota:  
Qui manu flexas aurigatenet habendas,  
Terribili naso conspicendus erat.  
Attonitus currus stat pretereunte uiator,  
Nec monachos illos, spectra sed esse uidet.  
Euolat extemplo sublates ad althera currus,  
40 Misericordia cum fumo stemma sequuta fuit.  
Tristis & infastum bellum mortalibus omen  
Horrifica per nubes arma dedere sonum.  
Ille statim rediens, que uiderat indicat urbi:  
Est caries certa cognita uera fide.  
Heo igitur uobis, aliis quos susinet orbis,  
Carmibus duxi significanda meis.

Exposituras eram, si res interprete egeret,  
Spectra quid infesti demonis ista uelint:  
Efferat Germanos agitat discordia reges,  
Proq; cuculligerus impia bella parant.  
Hec ea tempestas, hic impar ordo rotarum,  
Hec & cum fumo lucida flamma fuit.  
Sed Deus est nobis orandas ut arma quiescant,  
ille precariis mitia fata dabit.

Narravit ite alias doctissimus Melanchthon, se habuisse amitam: quae ubi mortuo marito assideret foco tristior, en domum ingrediuntur duo: quorum hic in mariti specie, se mari-  
tum esse mulieris defunctum dicebat: alter longus Franciscani monachi formam induerat. Hic maritus ad focum accedens, modestam salutat uxorem, eamq; sine metu esse iubet, afferitq; se uenisse, ut quedam ei mandaret: hinc longum monachum tantisper in hypo-  
caustum secedere uult: inde sermonem exoribus, sacrificulos tandem conduci, qui missas recitent, maximoperè orat, obsecrat & obtestatur impense: atque discessurus sibi dexteram porrigi cu-  
pit: per terrefactæ autem, exhorresce-  
tiique, quum se nihil daffini facturum promitteret, dexteram illa dat: quæ etiam si non laderetur, tamen usquæ ad eum uidebatur, ut semper manse-  
rit nigra. Postea euocat Franciscanum, & simul egredi, in cunctanter euaneantur.

Eiusdem præterea relatu auditum est, Lutheri ædes accessisse monachū, foræ ueheméter pulsitatem: cui quū famulus aperiret, ac sciscitaretur quid uellet: num domi esset Lutherus, quæ rit monachus. Recognita, Lutherus eum ingredi iubet, quod nullum mul-  
to tempore uidisset monachum. In-  
gressus hic, habere se quosdam erro-  
res Papisticos ait, quorum nomine li-  
benter cum ipso conserferet: proposu-  
itq; syllogismos, quibus haud difficul-  
ter à Luthero solutis, alios protulit

explicati minus faciles. Vnde offendit nonnihil Lutherus, in hæc proru-  
pit uerba: Multum mihi faces sis nego-  
cij: aliud etenim quod iam agerem,  
erat. simulq; surgens, loci à monacho  
propositi explicationem ostédit: atq;  
in eiusmodi collatione, manus mona-  
chi non esse auium unguibus dissimi-  
les animaduertens, inquit: Túne is  
es? ausculta, sententia hæc aduersus te  
pronunciata est. & mox locum in  
Genesi monstrat, Semen mulieris  
conteret caput serpentis: inde subiugit,  
Nec cunctos tu degluties. Hoc di-  
cto uiuitus dæmon, indignabundus se-  
cumq; murmurans abiit eliso crepitu-  
no exiguo, cuius suffumen terri odoris  
dies aliquot redolebat hypocaustum.  
RES NATVRALES ET ARTI-  
ficiæ quandoq; iudicari dæmoniacas.

## Cap. XVIII.

Pleraque oculis nostris subinde ob-  
versantur, quæ præter naturæ le-  
gem dæmonum ludibria & acti-  
ones censemur, licet ea certis de cau-  
sis & rationibus haud obscuris ipsa re-  
rum parens natura produxit: huic-  
modi est ignis ille fatuus, quem cæde-  
lam ardenter etiam uocant, qui exha-  
latio est ad infinitam aëris regionem e-  
levata, & ibi per antiperistastin incæsa.  
dum enim ascendit, à frigore regionis  
media repellitur, & quasi saliens ap-  
paret, loca decliviora petens: unde etiam  
ad aquas noctu ducere sequente  
uidetur: imò quandoq; non sine hor-  
rore uel ambulantes vel equitantes si-  
ue nauigantes aut præcedere aut inse-  
qui appetit, diutius in aëre perdurâs:  
tale meteoron Plinius Castore & Pol-  
lucem nominat.

Eiusmodi etiam existit ignis lam-  
bens animantium crines & pilos, ho-  
minum item uestes: tali nimirum ex-  
halatione per aërem dispersa, collisa  
ac inflammata dictis partibus adhæ-  
rente,

*Re natura-  
les in magno  
mundo.*

*Ignis fatuus*

rente. Atq; eiusmodi ignes non urentes & innoxij frequentius uisuntur in locis humidis, uiscosis, putridis, palustribus & fumosis, ut in coquinis, conuallibus, cœmiterijs, sub paribus, & ubicunque multa computruere cadauera, unde exurgunt sumi pingues, crassi & uiscosi, sed minus calidi, quam ut in supremam aëris regionem feratur: qui ita continue exuentis incenduntur per collisionē, ut dixi, sicut ex duabus collisis silicibus elicitur ignis.

Lunaria.

Stellam adhæc terræ nonnulli herbam nuncupant, qua uulgò Lunaria dicitur, & folliculo rotundo semina includit: is noctu apertus, usque adeo lunæ radios admittit, ut lucens uideatur stella. Loci incoleæ id uidentes, tanquam spectrum maleficum fugiunt. Hac ueneficia quidam parant, hac demones irritant, hac suum Mercurium fixum stabilemque reddunt Chymici. Lunariam Græcam nominat doctissimus Gesnerus.

Sofigenes Alexætri præceptor, tertio volumine de Visu, rationem afferre conatus est, quamobrè aliqua colucere in tenebris uideatur: Flammula, inquit, hæc quadantenus naturam ætheris & quinti elementi participant ea cognitione fieri, ut ad motum sibi aërem, aut perspicuum aliud corpus illuminent. Quod autem id maximè noctibus faciant, rationem esse, quia tum maius lumen absit: alioqui eueniens interdiu, ut exiguum eorū lumen quasi exoleat & offendatur in magno. Noctu ergo cum resurgent, aërem proximum & circumfulum leniter sublustrant, non ita ut alia item possint uideri, sed ut sola se uendicet à tenebris. Atq; hoc facit exilitas portionis eius, è qua proficisciunt manaque lumen, nam & ipse quoque ignis, quamvis splendorem suum latius & diffusius mittat, adeo ut afferat etiam

90  
alii: tamen si remotior sit, caligant oculi in cætera, ipse ad conspectum sui uix sufficit.

Sic multa sèpè pro miraculis habetur, & præter naturam rerum accidere putatur in hominibus, quæ tamen & naturalia sunt, & sèpè sunt: ut quod Seruio Flacco, Q. Calphurnio Cols. Romæ infans genitus fuerit posteriore naturæ parte solidus: & aliis Sergio Galba, M. Scauro Cols. Nursi, qui uoce tamen missa, expirauit: & Fesu lis C. Perpenna, M. Perpenna Cols. ex ancilla. Nos enim in medicis nostris obseruationibus rarissime neque nouum hoc esse docuimus, ut puer nascatur sine foramine naturæ, quod excrementum aut humorem aut aliud transmitat, neque ratione naturali, neque re medio carere: ut nec illud quod fœmina mutetur in marem, quod infrā

4.lib.cap.24. pluribus explicabo: licet

dæmoniacum esse forte potenter plerique. Huc quoque facit Cap. 16.lib.4.

Quamplurima insuper imperitoribus uisa miracula, manuum expedita agilitate & industria quotidie ab histriónibus & ioculatoribus fieri uidentur, miramurq; Narrat Póponatius, Li. de Incāt. se Mantua & Patauij quendam eius generis hominem Reatum nuncupatum uidisse, qui incredibilia operabatur, eaq; dæmonum arte perfici, uulgò credebantur: quare ab hæreticæ prauitatis inquisitoribus subditus questioneeribus, bona fide occulte ostédit frau dulentes esse suas actiones, merasque manuum agilitates, & multis secreta intelligentia colludentib. peragi. Proinde dimissus, interimitur tandem à quodam, quem deceperat.

Turca quidam pali sim per Italiam ubi oberrans, inter cætera miranda, quæ uidenda populo exhibebat, manuum dexteritate peracta opera, pīstillum ferreum prægrandem pugni il-

Turca circa  
lavor.

Miracula  
manuū dexteritatem à circulatorib. edit  
uidentur.

lissione, item sola manuum contorsio-  
ne infringere videbatur.

Quidam circulatoriae artis non im-  
peritus, mihi alijs fassus est, in eiusmo  
di miraculorum exhibitione fucū ab  
his ioculatoribus foueri, quod prius  
idonea ad eiusmodi spectaculum ap-  
pararint organa: quæ manuum celeri-  
tate, dum spectatorū oculos sermone  
uario in se defixos levocat deludūq;  
multipliciter uariant. Insignem huius  
factionis hominum imposturā iocular-  
rem recēserit Iulius Scaliger, ut & Mat-  
thiolus. In uinū radicis cuiusdā pulue-  
rem, cuius gustatu feuces cōuelluntur,  
immisscent: & cui fucum facere nolūt,  
iubent ut in hoc uino intinctū dīgitū,  
quasi p̄gustādi causa fugatū  
ilicē dīgitū in uino madidū in os  
inditū, sibi mordicus nō sine dolore & 20  
clamore premit inuitus. Interā perin-  
de atq; blanditijs mōerentē cōsolatur  
circulator, temporū carpiq; arterias a-  
lio quopīa oblinit medicamēto: dein  
de nummū in terrā proiectū ut tollat,  
hortatur. Ibi ille pronus, primūm fese  
nequit attollere, mox unguinis ui-  
mens factus, cōcidit: statimq; eius mo-  
re qui meruit ne mergatur in aqua, na-  
tat, ac uociferatus simul se fluitib. ob-  
rui. Ergo à circulatore erigitur: dein-  
de quasi secundicaturus, primūm ma-  
leficiū obliquo & toruo uultu expro-  
brare, mox hominē aggredi uideatur:  
postremò fugiētem circulatorē per-  
sequi, donec absterto cādem illiti  
medicamēto ueneno, ad se redeat. Mēti  
aut̄ restitutus, quasi qui euaserit ē ma-  
xi naufragus, capillū uestimentaq; ue-  
luti uela torqueare exprimereq; bra- 40  
chia tergere, &c nares emungere con-  
spicitur. Hęc non sunt fabulæ. Non e-  
nīm multorum defunctorum testimonia, qui  
uiderunt, quq; imposturam suspicant-  
es, luis & amicorum famulis (quod  
Pragę contigit) hęc fieri iulserunt.

Insignis im-  
postura circa  
laterum.

Funambulorum prēterea siue schœ *Funambuli*  
nobatō gressus & equilibres uel cqua-  
ti ad libram, aut ponderibus utrinq; li-  
brati, naturæ miracula augere solent.  
Fuit talis superiorib, annis per om̄ē  
Italiā sati notus, *Venetianello* cognō  
minatus, eo qud & *Venetianus* natus, &  
paruæ statura esset, nō solū in eo ne-  
gocio tante dexteritatis & peritiae, ut  
modò facio insutus, liberis tamen ma-  
nibus, quibus & equilibrium dirigebat,  
modò unicuiq; pedi pelue rotundissi-  
ma supposita, modò pilis magnitudi-  
nis oui durissimis ac rotūdissimis plā-  
tae pedum subligatis, suuī à palatijs Bo-  
noniēs turri per mediū forū ad ca-  
cum domus alligato libertim̄ ingre-  
deretur: sed eius etiā roboris ac firmi-  
tatis, ut posset ossa crassissima curvāue  
bōu in genu illisā cōfringere: tres clau-  
uos ferreos crastos, ut dīgitus auricula-  
ris, manib. sudario inuolutis cōtorque-  
re simul uelut igne maceratos: trahē  
longū uiginti pedes & amplius, crassū  
uerò pede unū, humeris impostū ali-  
quādiū crestū sine manuum ope geska-  
re, ex unaq; scapula in alterā traj. cere.  
Vidit & rerulit hęc mihi filius meus  
Theodorus iure cōsultus, omniū præ-  
dictorū oculatus cum alijs complu-  
ribus testis.

IN ANIMALIBVS QVAEDAM  
artificialia quandoq; uideri demo-  
niaca. Cap. XIX.

**Q** Vid̄ in ip̄s animalibus brutis *Miracula in  
brutis.*  
quæ nō miracula tum arte tum  
exercitatione sagacitas humana exci-  
tat ac edit reuera? In suburbio Mem-  
phis apud Egyptios Beb Elloch nomi-  
nato, cūm eiusmodi multa quotidie  
uulgō repräsententur, tum plerūq;  
histriōnū quispiam, ubi nō nihil pr̄fūl  
tauerit, ad alium cōuersus alta uoce  
Sultan magni operis cōdīcium me-  
ditari ait, proinde opus ei fore omni-  
bus Alcairi (sic enim nūc Memphis no-  
catur)

*Ioan. Leo in  
Afric. de-  
script. lib. 8.*

*Afini mira  
decidit.*

catur) afinis ad calcem, lapides, & alia id genus deferenda. Tum afinus repetit in solum prolapsus, pedes in aërem attollit, uentre turgescit, atq; oculos nō secus claudit, quā si exanimis esset. Interim astabat, histrio afini casum cōqueritur, obnixè rogā ut ad alium emendū sibi subsidiū impertiant. Coacta uirūm qua potest pecunia: Ne existimetis, inquit, afinū mortuū. Helleo enim paupertatis domini sui conscientia, hoc de industria cōfingit, ut munusculis illi collatis, pabulū sibi emere queat. Deinde ad afinū cōuersus, ut euestigio resurgat, monet. At ille dū se nō dimouer loco, frequenti fustuário cæditur. Quo nec excitato, fabulā repetit histrio, & iterū ad plebem inquit: Scitote Sultanum edictū tulisse, ut cras populus omnis spectandi triūphi causa ciuitatē exeat, ac omnes fœminę uenustę & nobilis pulcherimis afinis inequitant, ijsq; uicissim auenā & prēstātem aquā Nili prēbeant. Vix hēc uerba absoluīt histrio, quin afinus in pedes erectus, profiliat fremens, ac ut letabundus exiliens. Tum fabulam prosequens histrio: Vici, inquit, nostri Præfectus à me commodatō petiū elegantem hunc in eum afinū pro deformi & uerula sua uxore. Ad hēc uerba afinus ueluti dolēs, auriculas complicat, & altero pede claudicans luxatum se singit. Tum histrio: Tibi itaq; arrident iuuencale: Afinus caput inclinans, annuere uidetur. Age igitur, hic plurimae sunt iuuencale, indica quæ ubi præ ceteris placeat. Afinus spectatorū coronam cōspiciens, sc̄minā honestiorē feligit, ad eā procedit, & capite cōtingit. Spectatores multo risu & clamore: Heus, inquisit, afini mulier.

*Ioan. Leo  
African. hi  
bor. lib. 9.  
Cameli saltu  
ria.*

Sunt & qui camelos ad certos modos saltare docent. Camelum iuuenulum per semihorā in loco instar hyponcausti preparato, cuius pauimētū

igne calefactum sit, constitunt: tum pulsante quodam foris tympano, camelus non ad sonum, sed ob ignē subiectum, quo pedib. offenditur, modō crus unū, modō alterum, ueluti saltatores, erigit: cui exercitio per annū uel mēses decē assuetus, in publicum deductus, auditō tympano, téporis quo calorē sub pedib. sentij reminiscēs, cōfestim saltat: ac supra idē pauimētū cōsistere se existimās, pedibus alterna tim reductis saltare uidetur: atq; ex uisu naturā formās, id ppetuū obseruat.

Mahometus ex disciplina precepto *Colūba Māsi.* ris sui Sergij monachi colubam assue fecerat, ut in aure sua pasceretur, quā Spiritū sanctū impostor simulabat, & eā sibi secreta Dei cōsilia nūciare iactabat, quoties ob pabulū ad aures aduolaret. Hoc impia plebs nō animaduer tebat, delusa scilicet à dæmonē, cuius intererat his fundamentis exēdificari sectā infandā Colabā autē illā, quā S. Athanasij per urbē euntis aures prēter uolabat, statim hēretici & Atriani schismatiū sic accipiebāt, ac si magus esset sanctissimus Athanasius, insinuātū pfectō eiusdē artificis, quā suspicētā eius doctrinā redderet. Ceterū ut gentē suam uenti somnoq; deditā homo subdolus Mahometus porrō magis falleret, taurū quendam nutriuit, qui pabulum ex solius Mahometi manibus capere consueuit. Huic intra cornualibrum imp̄iſſimum lāse conscriptum, Alcorani titulo, colligauit, & astante simplici plebe altiori uoce in abditō quodā loco latente euocauit. Cumq; multa de legib. declamasset, erumperet subito taurus, multis ab eo prostratis: uolumen per mediā plebem in manus Mahometū deponit, ueluti cælitū missum munus. Quod nebulo reuerenter accipiens, quēdam ex ijsq; populo mox explanauit. Hoc commentā se raggm, Sergium prophetam fecit.

Columba enim literis aureis schedā sic inscriptam attulit in collo suo: Qui-cunq; tauro iugum imponet, rex esto. Sergio iugum adferente, Mahometus id tauro facilē imposuit: & ut rex à plebe diuino munere datus salutatur, ita Alcoranus sacrū volumen esse creditur. Adēd hæc omnia diuina putabantur.

DE DIABOLI MACHINATIO-  
nibus & earum sine pauca patram sententie,  
& quarundam index: ac quare demones homi-  
nibus aduersarios constituerit

Deus. Cap. XX.

**V**T porrò latius dēmonium inno-  
telcant studia, citius que finiam,  
ad huc paucas huc spectates, nec  
ad nostrā institutionem inidoneas Pa-  
trum sententias obiter annecltere pla-  
cuit. Amare, docet D. Clemens, immū-  
dos spiritus inhærere corporibus ho-  
minum, ut ipsorum ministerio cupidi-  
tates suas expleant: & ad ea quæ ipsi  
desiderant, inclinantes animæ motus,  
suis eos parere libidinibus cogant, ut  
efficiātur ex integro uasa dēmonum.  
Et lib. 4. Dēmones habere desiderium  
immergendi se corporib. hominum,  
hæc causa est: Spiritus sunt, habentes  
propositum conuersum ad maliciam:

*Li. 2. Recog.  
Cur hominū  
corporibus se  
immergere cu-  
piant dēmo-  
nes.*

*Quomodo in  
corpora inge-  
diendi loca  
detur dēmo-  
nes.*

*August. su-  
per opimil. 3.*

per cibos ergo & potus immoderatos  
ac libidinem, perurgent homines ad  
peccatum, eos tamen qui peccandi pro-  
positum gerunt: qui dum uidetur na-  
turæ necessaria uelle complete, non  
tenentes modum per luxum, ingredi-  
endi in semetiplos dēmonib. faciūt lo-  
cum. donec autem naturæ mensura  
seruatur, & modus legitimus custodi-  
tur, Dei clementia ingrediendi in ho-  
mines non eis tribuit facultatem. Vbi  
uerò aut mens ad impietatem declina-  
uerit, aut corpus immoderatis cibis &  
potibus adimplebitur, tanquam uolū-  
tate & propolto eorum qui se ita ne-  
gligunt inuitati, quasi aduersum eos

qui à Deo positam legem soluerint, ac  
cipiunt potestatem. Et pōst: Dēmo-  
nes quantum uiderint fidem in homi-  
ne crescere, tantum ab eo refugiunt. Si  
tamen in aliqua infidelitatis parte re-  
sederint, cū tempus inuenient, cogi-  
tationes subiiciunt cordib. hominum:  
& illi nescientes unde hęc ueniat, sug-  
gestionibus dēmonum quasi animæ  
lue sensibus credunt. Suggestunt ergo  
alijs, occasione corporeæ necessitatib.  
delicias sequi: aliorum iracūdiam ex-  
cusant per abundantiam fellis, aliorū  
insaniam nigri fellis uehementia colo-  
rant, sed & itulticiam quorundam ob-  
phlegmatis multitudinem extenuāt.  
Quod ethī ita esset, tamen hæc singu-  
la molesta esse corpori non possent, ni-  
si ex ciborum potuumque redundan-  
tia: qui cū iusto amplius sumuntur,  
abundantia eorum, quam decoquere  
naturalis non sufficit calor, crudescit  
in uenenum quoddam: idq; in uisceri-  
bus uenisq; omnibus sentina in mo-  
dum redundans, motus corporis insa-  
nos reddit, & turpes. Cyprianus in  
serm. 2. de Zelo & liuore: Circuit ille  
nos singulos, & tanquam hostis clau-  
sos oblidens muros explorat & ten-  
tat, an sit aliqua pars membrorum mi-  
nus stabilis & minus fida, cuius aditu  
ad interiora penetretur. Offert oculis  
formas illices, & faciles uoluptates, ut  
uisu destruat castitatem. Aures per ca-  
noram musicam tentat, ut sonus dul-  
ciori auditu soluat & molliat Christia-  
ni uigorem. Lingua ad cōuicium pro-  
uocat, manus iniurijs laceſſentibus ad  
petulantiam cedat instigat. Ut frauda-  
torem faciat, lucra opponit iniusta: ut  
animam pecunia capiat, ingerit perni-  
cioſa compendia: honores terrenos  
promittit, ut cœlestes adimat: ostendit  
falsa, ut nera subripiat. Et quum la-  
tenter non potest fallere, exerte & a-  
pertè minatur, terrorem turbidae per-  
secu-

fecutionis intentans, ad debellandos  
Dei seruos inquietus semper, & sem-  
per infestus, in pace subdolus, in perse-  
cutione uiolentus. Idem epist. 8.l.i. Vi-  
tate linguam diaboli uenematam, qui  
ab initio mundi fallax semper & men-  
dax, meneuit ut fallat, bladitur ut no-  
ceat: bona promittit, ut malū tribuat:  
uitam pollicetur, ut perimat. Lucent  
nunc quoq; uerba eius, & uenena ma-  
nifesta sunt: pacem pollicetur, ne per-  
ueniri possit ad pacem: salutem pro-  
mittit, ne, cui promittit, ueniat ad salu-  
tem: Ecclesiam spondet, quum id a-  
gar, ut qui illi credit, in totū ab Eccle-  
sia pereat. In tract. de Idolorum uani-  
tate, ubi de Romanorum diis & de dæ-  
mone Socratis quoq; agitur, hęc legū-  
tur: Spiritus insinuerit & uagi, qui po-  
ste aquā terrenis uitij immersi sunt, 20  
& à uigore cœlesti terreno cōtagio re-  
cesserunt, non definiunt perditū per-  
dere, & deprauati etrorem prauitatis  
infundere. Docet Augustinus, illos spi-  
ritus qui decipere uolunt, talia procu-  
rare cuique, qualibus irriterit eum  
per suspiciones & consensiones eius  
uideant. Reste itaque Laetantius: Il-  
licita, inquit, desideria immitit dæ-  
mon, ut aliena contaminent, quibus 30  
habere propria sine delicto licet. Ob-  
ijicit quippe oculis irritabiles formas,  
suggerit, fomenta, & uitij pabulum  
subministrat: tum intimis uisceribus  
stimulos omnes cōturbat ac commo-  
uet, & naturalem illum incitatq; inflammat ardorem, donec irriterit hominem  
implicatumq; decipiat. Eadē  
sensit & prodidit Athenagoras philo-  
sophus Christianus: ἐταπὲ διαιρεψεν αὐτὸν  
διὶ μονάδινα λένα, τῷ πρότελλῃ τετράτῳ: Si  
quādo dēmon cūpiam comparēt ina-  
la, mentem labefactat prius. Tatianus  
scriptum reliquit ad Gentes in Apolo-  
geticō: οὐκονοί εἰς πολλοὺς λαούς επου-  
λαύτις, τὰς μεμυκτέσθη ταῦτα νῦν φυξά-

*λαταργεῖν τὴν φρενταπομήρην πατεῖνται.* Dæ-  
mones, ait, in multum scelus prolapsi,  
animas apud nos initiatorum per in-  
scitias & apparentias deceperūt. Pro-  
inde uoluit Deus (authore Laetantio) *Li. 6. de Verbo  
cultu, cap. 4.*  
qui homines ad hāc militiam genuit,  
expeditos in aie stare: & intentis a-  
riter animis, ad inuisibilis hostis insi-  
dias uel apertos impetus uigilare: qui  
nos, sicut periti & exercitati duces fo-  
lent, uarijs captas artibus, pro cuiusq;  
natura & moribus sequens. Alijs enim  
cupiditatem insatiabilem immittit, ut  
opibus suis tanquam compedibus il-  
ligatos à uia ueritatis excutiat. Alios  
inflammatis stimulis, ut ad nocen-  
dum potius intētos à Dei contempla-  
tionē detorqueat. Alios immoderatis  
libidinibus immergit, ut uoluptati &  
corpori seruientes, ad uirtutem respi-  
cere nō possint. Alijs uero inspirat in-  
uidiam, ut suis ipsi tormentis occupa-  
ti, nihil aliud cogitent, nisi eorum quos  
oderint felicitatem. Alios inflamat  
ambitionibus. Ii sunt, qui ad gerēdos  
magistratus omnem uitę suę operam  
curamq; conuertunt, ut fastos signēr,  
& annis nomen imponant. Quorun-  
dam cupiditas tendit altius, nō ut pro-  
uincias temporalī gladio regant, sed  
ut infinita & perpetua potestate domi-  
nos se dici uelint uniuersi generis hu-  
mani. Quos autem pios uidet, inani-  
bus implicat religionibus, ut impios  
faciat. Iis uero qui sapientiam qua-  
runt, Philosophiam in oculos impin-  
git, ut specie lucis excæcer, ne quis  
comprehendat aut teneat ueritatem.  
Sic hominibus obstruxit aditus om-  
nes, & obsepserit omnes vias publicis la-  
tas erroribus: quos ut discutere pos-  
semus, ipsumq; authorem malorum uin-  
cere, illuminavit nos Deus, & arma-  
uit uera cœlesti, uirtute. Et in proce-  
mio de Opificio Dei: Ille colluctator  
& aduersarius noster, scis quā sit a-  
h stutus,

stutus, & idem sepe uiolētus. Is hec omnia quę illicere possunt, pro laqueis habet: & quidem tam subtilibus, ut oculos mentis effugiat, ne possint hominis provisione uitari. Eius cibus est ebrietas, inquit Hieronymus, luxuria, fornicatio, & uniuersa uitia. Haec blāda sunt, & lasciva, & sensus uoluptate demulcēt, statimq; ut apparuerint, ad usum sui prouocant. Et apud Synesium: Mortalium calamitates epulae sunt malorum dæmonum.

*In epist. ad Damascum.  
Cibus dæmoni.  
Lib. 1. de præ-*

*Lib. 2. cap. 17.  
Orig. err.* Eleganter iterum Lastatius: Hi spiritus, inquit, cōtaminati ac perditi per omnem terram uagantur, & solatim perditionis suę perdendis hominibus operantur. Itaq; omnia insidijs, fraudibus, terroribus compleant. Adhèrent enim singulis hominibus, & omnes o-

*Genij, stiatim domos occupant, ac sibi Geni-  
orum nomen assūmunt. Sic enim Lat-  
dæmons.* no sermone dæmonas interpretantur. Hos in suis penitralibus consecrant, hos quasi terrestres deos uenerantur, & quasi depulsores malorū, quę ipsi faciunt & irrogant. Qui quoniā spiritus sunt tenues & incomprehensibiles, insinuā se corporibus hominum, & occulte in uisceribus operii ualeru dinem uitiant, morbos citant, somniis 30 animos torrent, mentes furoribus qua tiunt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere. Idem lib. 2. cap. 17. & lib. 3. cap. 29.

Diaboli opera sic explicat Alcimus in lib. de Peccato originali:

Sed quod uitaces portendit in abdita sensus,  
Quodiq; futura uidet, rerumq; arcana resignat,  
Angelici seruens superest natura uigoris.  
Horrendum dñs, signoq; notabile monstrum, 40  
Nam quicquid toto dirum committitur orbe,  
Iste docet, scelerumq; manus ac tela gubernat.

Cæterum ne prolixiori sententiarum catalogo in explicandis dæmonum conatibus mire uarijs monstrofisiq;, delicatulo lectori nauseam con-

citem, nec defuisse videar quibus confirmationi uentriculus multiplicita eius modi condimenta appetit & amplectitur, loca solummodo præcipua, ubi cum primis eorum essentia, affectus, potentia, studiorum peruersitas, fraudulentæ artes & inexplicabiles furia apud scriptores antiquos deteguntur, commonstrabo, ut eorum quæsita letiōne satiari queant, quibus fuerit libutum. Erunt autem alia quām huius libri cap. 2. recensentur.

Epiphanius lib. 2. tomo 2. & libro 3. tomo 1.

Fausustinus libro 1. de Fide contra As-  
rianos.

Dionysius de Diuin. nomin. cap. 4.

Athanasius de Beatitudin. filij ho-  
minis.

Ambros. libro 10. Epistolarum, e-  
pist. 80. & 84.

Augustinus de Ciuit. Dei lib. 5. cap.  
9: libro 8. capite 22: libro 9. cap. 18. 20:  
libro 10. capite 21. Quæsitionum uete-  
ris & noui Testamenti quæst. 11. 27. 98.  
In Ioann. tract. 49. In Apocalypsf. ho-  
mil. 10. Item libro 11. Genes. capite 16.  
De confess. Euangelist. libro 3. capite  
3. De spiritu & anima capite 17. 26. 28.  
libro 2. de symbolo ad Catechum. ca-  
pite 1.

Chromatius in cap. 5. Matth.

Theophilactus in Matth. cap. 12. in  
Marc. capite 1. in Ioann. cap. 10. in Luc.  
capite 10. 13. 14. in epist. ad Coloff. capi-  
te 2. Idem ad Philpp. capite 2. ad Thes-  
sal. cap. 3. item super Abacuc capite 1. 2.  
in Nahum capite 2.

Basilius epistol. 14. & in serm. in ali  
quot scripturæ locos, & in serm. de ex-  
hortatione ad baptismum.

Gregorius Nyssenus oratione secu-  
da de papperibus amandis.

Leo serm. 6. in nativit. Dom.

Theodoreetus in dial. tertio Impati-  
bili, & in ii. cap. ad Corinth. epist. 2.

Euche.

Eucherius lib. 4. in libros Regum.  
Isychius libro 5. in 16. 18. capita Leuitic.

Chrysostomus homil. 53. in 28. cap.  
Genes. Item de Lazaro: in secundum  
cap. ad Ephes.

Cyrillus in Leuit. lib. 3. & lib. 4. contra  
Iulianum.

Olympiodorus in Ecclesiasten ca-  
pite 4. 7. 9.

Cassiodorus in cap. 3. Cantic.

Philastrius in Catal. hæreticorum.

Maximus in homil. hymali.

Marcus heremita.

Salonius in Ecclesiasten.

Syntesius lib. 1. de Prouidentia.

Gregorius in 1. cap. lob. libro 2. capi-  
te 4: in 5. cap. lob. libro 6. capite 16: in  
10. cap. lob. libro 9. capite 25: in 19. cap.  
lob. libro 14. capite 18: in 30. cap. lob. li-  
bro 20. capite 22: in 37. cap. lob. lib. 27.  
capite 17. in 39. cap. lob. libro 30. capite  
13. item libro 31. capite 17: & in 40. cap.  
lob. libro 32. capite 11. & libro 33. capi-  
te 8. Idem libro 2. in 3. caput 1. Reg. &  
libro 4. in caput 10. primi Reg. Item  
libro 5. in 11. caput 1. Reg. libro 5. in 13.  
caput 1. Reg. & libro 5. in 14. caput 1.  
Reg. item in Cantica Canticor. in E-  
zechiel. lib. 1. homil. 2. 3. 12. item in E-  
uâgeliâ homilia 11. 14. 23. 27. 39: in Psal-  
mos penitential. & libro 2. indict. 10.  
epistol. 22. lib. 4. in dict. 13. epist. 38. & li-  
bro 2. Moral. in lob. capite 26. 40. 41.

Rabanus in admonit. ad populum,  
quâ Reghinario chorepiscopo misit,  
& lib. 3. in Ecclesiasticum, capite 1. & li-  
bro 5. capite 1. & libro 6. in eundem,  
capite 3. 9: libro 8. in eundem, capite 7.  
& lib. 9. capite 1: libro 4. de serm. pro-  
priet. capite 10.

Haymo super 7. cap. Osee: item su-  
per cap. 3. Cantici Cantic. idem super  
17. Psal.

Idiota capite 2. contemplation. de  
morte.

Angelomus in 4. caput lib. 1. Reg.

Remigius in Psal. 30. de duobus dia-  
boli laqueis, quibus insidiæ sunt fide-  
libus, nimurum terrore & errore: & in  
Psal. 71.

Smaragd. in Euangel. Luc. cap. 8. in  
Ioann. cap. 14: in epist. Pauli ad Ephes.  
cap. 4.

Radulphus lib. 6. in Leuit. & lib. 20.  
10 cap. 2. in eundem.

Berno libro de contemn. diuinat.  
dæm.

Anshelmus in Euangel. enarrat. &  
in 11. cap. 2. ad Corinth.

Rupertus libro 1. in Ioann. capite 1:  
libro 6. in eundem, capite 6. item libro  
9. & libro 11. capite 14. & libro 12. capite  
16. in eundem: libro 2. in Matth. capite  
2. libro 7. capite 8. & libro 13. capite 26.  
in eundem. item libro 5. in Apocalypsi.  
capite 9: libro 7. capite 12. & libro 11.  
capite 20. in eandem. item libro 2. in  
Zachar. capite 5. & libro 1. in Abacuc,  
capite 1.

Hildegardis lib. 2. uisione 1. 6.

Bernard. serm. 17. & 32. super Cantic.  
serm. de diuersis affectu animæ.

Petrus Blesensis epist. 49.

Lombardus lib. 2. dist. 2. 8.

Petrus Cluniacensis libro 1. de Mi-  
raculis, capite 14. 17. & libro 3. epi-  
stol. 24.

Bartholom. Anglicus lib. 2. de pro-  
prietatib. rer. cap. 20.

Miraculorum uero, machinationū,  
& apparitionū diaboli quis finis un  
num diaboli  
qua, & uelut ex professo aliis, quam  
erroris furoristis manifeste impij. bla-  
sphemi, & in Deum contumeliosi, aut  
sceleris alicuius confirmatio præce-  
ptio uero, aut approbatio uel porrectio?

Hunc autem, Lactantio teste, consili  
tuit homini Deus aduferariū, ne quis.  
simum & fallacissimū spiritum, cum  
quo in hac terrestri uita sine ulla secu-  
ritatis requie dimicaret. Nam ut uicto-  
rum constituta  
Deus

ria constare sine certamine nō potest: sic nec uirtus quidem ipsa sine hoste. Ita quoniam uirtutem dedit homini, statuit ei econtrariò inimicum, ne uirtus torpens naturam suam perderet. Noluit enim Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire.

In Marc. 5.  
piles.

Sic & Theophilactus: Quia certamen est uita nostra, noluit Deus extra hanc uitam dæmones esse, ut certates nobiscum nos probatores monstrarent. Nam si non essent aduersarij, neque coronæ essent, uti subiicit in Luc. cap. 8. Similiter & Berno de diuinatione dæmon. contem. Neq; diabolum remouit à principatu mundi huius: quia adhuc opus est opera eius ad exercitia certaminum & uistoriarū beatorum. Si enim dæmonibus auferatur libertas arbitrij, nullus ultrà oppugnat athletas Christi. Nullo enim oppugnante, nec certamen aliquod erit: & sublato certamine, nullum erit præmium, nulla uictoria.

NOMINA DIABOLI, IPSIVS  
studium prudentia, quibus nun-  
cupatur in Sacris litteris.

Cap. XXI.

**S**Va uero nomina aptè ipsius studiū & fabricam prudentia, fortitū diabolus tum alibi, tum maximè in sacro sancta Scriptura: quæ hic recensere lubet, ut præter nomenclaturas suprà recitatas copiosius, quibus Deum mentiebarurathan, eiusq; sibi honorem assumebat, denominatiōnibus nunc his, qualis est affectu & opere, cognoscatur plenius. ipsa siquidem nominum diuersitas, diuersa illius uirtus commōstrat, cui nomina mille, mille nocendi artes, ne quis præter ordinem, nouum hic dæmoniacorum nominū catalogum cōtexi arbitretur.

*Dæmoni.*  
*Iob. 40.* Elephas ubi in lobo describitur, Behemoth uocatur, id est bruta, ut Gra-

cis frequenter dīpa. Et quidem plurali *Dæmonū* no numero, designatur eius uastitas. Sub *mina*, *ipſorū* allegoria uero elephantis, satanæ potius. allegoria uero elephantis, satanæ potius. docetur. Behemoth (respondens Dominus è turbine, ipsi Iobo inquit) scēnum comedat ritu bouis: hoc est, paleasigne comburēdas. Ecce uirtus eius existit in lūbis eius, & robur illius in umbilico uentrī sui. Illecebris enim uenerē uoluptatis, quæ circa lumbos & umbilicum præcipue sentitur, frequenter impugnat. Ossa eius uelut fistulae aeris, & cartilago eius quasi laminæ ferri. Ad duritatem dia-boli ista referuntur, quoniam à malicia, quam semel amplexus est, nequit dimoueri, aere & ferro obduratio. Quem arbusta tegunt umbra sua. Hoc illud est quod in Psal. legitur de im-Psal.,  
20 pio: Sedet in insidijs in occultis, ut interficiat pauperem, dum attrahit eum.

De Leviathan idem ferè alijs uer- *Leviathan.*  
bis prædicatur, quod de Behemoth: & uis naturæ dæmoniacæ exprimitur, supra modū potens atq; uersuta: quæ utiq; cuncta humana subuerteret, nisi diuini arbitrij habenis coerceretur. Vide integrum Iobi caput 40. & 41. Sonat autem Leviathan, sibi traditus, uel apposito: qui uerbo Dei & reb. quibusunq; addit. Esaiæ 27. Iob. 3.

Afmodæus, spiritus uel deus cæci-tatis, destrutor, dissipator, aut delicti abundantia, uel peccatum abundans, siue ignem menfurans. Tob. 3.

Mammona, uoce Syriaca, cupiditas *Mammona.*  
pecuniae aut diuitiae: Matth. 6. His ille imprudentium mentes implicat, ne Deo seruire queant, cum mammonæ ceperint famulari.

Diabolus Græcis, caluniator. Matt. *Diabolus.*  
4. Joan. 8. Apocal. 12. & alibi saepius.

Dæmon & Dæmonium, sciens, cal- *Dæmon.*  
lidus, & multarū rerum peritus. Matt. 4. 7. 8. 9. 12. 15. 17. Marc. 16. Iac. 2. *anō* 75 *dæmon.* Scio. Plato quoque in Cratylō ar-bitra-

birratur ex Hesiodi sententia, dæmones quasi *Δαιμόνες* dici, hoc est, prudentes & scientes. Sic autem eos dici ob terrorem, uult Euseb. Philo de mundo: ἄγγελος uocat Moses apposito nomine, quos ἡρωες οἱ Δαιμόνες Græci appellant.

Cacodemon.

Cacodæmon, peruersæ sciens. Quos cunque uerustas deorum cultu uenerata est, omnes *λαοὶ Δαιμόνες* fuisse, author est Porphyrius. Dicitur & malus dæmon: & dæmon βλασφόματος, id est nocentissimus, in Symposio septem sapientum.

Satan.

Satan, Hebreis à τὸν aduersarius, qui obfilit atq; obturbat. Iob.1.2. Zacher.3. itē Satanas. Matt.4.12.16. Marc.1.3.4.8. Luc.10.11.13.22. Ioan.13. Apocal.12. Bafili in concione, Quod Deus non est autor malorum. Licet Moses Barcepha Syrus à τῷ Sat, quod Syris & Chaldaeis significat recedere, deducat in lib. de Paradiso parte 1. cap.28.

Abaddon.  
Ἀβάδδων.

Abaddon Hebraice, perditor, aut perdens: Græcè ἀβάδδων, Apoc.9.

Deus huius seculi, sensus incredulorum excæcans: 2.Corinthior.4. Vt in Psalmo: Dij gentium dæmonia, sic & Ephes.6. *λουκουνάρος* Paulus uocat impios hos spiritus. Deus dicitur: ut, 30 Quorum deus uenter est: quemadmodū Augustinus annotat lib.21. aduersus Faustum, cap.2. nō enim simpliciter deus est, sed illis deus existit, qui Christo illum anteponunt, ut ait Cyrilus. Ethicæ, ne duos cum Manichæis deos faciamus.

Principatus, potestates, mundi domini, rectores tenebrarum huius seculi, spirituales astutiæ in cœlestibus, à 40 Paulo inscribuntur hi spiritus: Eph.6.

Legio, qa multi sunt: Mar.5. Luc.8.

Princeps cui potestas est aeris, qui est spiritus nunc agens in filijs contumacibus: Ephes.2.

Princeps huius mundi: Ioann.8.12.

14.16. Habens mortis imperium. Heb.2. Qui seducit totū terrarum orbem: Apoc.12.

Rex super uniuersos filios superbiæ. Iob.41.

Celsitudo quæ tollitur aduersus cognitionem Dei.2.Corinth.10.

Aduersarius noster diabolus, qui ut leo rugiens obambulat, quem deuoret inquirens. 1.Pet.5.

Homicida ab initio, qui in ueritate non permanxit: mendax, & pater mædaci. Ioan.8.

Author peccati. 1.Ioan.3.

Spiritus, Act.16.

Spiritus Dei, propter ministerium dicitur tanquam Dei carnifex: spiritus Dei malus, 1.Reg.16.

Spiritus nequam, malus, 1.Reg.16.

20 Act.19. Pessimus, Iud.9.

Spiritus mundi, 1.Corinth.2.

Spiritus ad uindictam creati, qui in furore suo confirmauerunt tormenta sua, & in tempore cōsummationis effundent uirtutem: & furor eius qui fecit illos, confundent, Eccles.39.

Spiritus qui non confitetur Christum in carne uenisse, spiritus Antichristi. 1.Ioan.4.

Spiritus Ægypti, & uertiginis, qui fecit errare Ægypti in omni opere suo, sicut errat ebrios & uomens. Esiae 19.

Spiritus fornicationis, Osee 4.

Spiritus Pythius, uel diuinationis. Leuit.20. Act.15.

Spiritus mendax, 3.Reg.22.

Spiritus immundus. Zach.13. Matt.10.12. Marc.3.9. Luc.6.9.11. Act.5. Apocalyp.16.

Spiritus impostor. 1.Timoth.4.

Spiritus dæmoniorum. Apoc.16.

Spiritus mutus & surdus. Matth.9.12. Marc.7.

Spiritus iræ uel furoris, Iob.4. Psalmo 17.

Spiritus soporis. Esiae 29.

Spiritus timoris. 2. Timoth. 1.  
Angelus, nūcīus & minister. Iob. 4.  
1. Corinth. 6. Roman. 8. 2. Pet. 2. epistol.  
Iud.

Angelus Domini. Psal. 34. Ita uult  
Hieronymus. 1. Paral. 21.

Angelus uel nuncius satanæ. 2. Co-  
rinth. 12.

Angelus crudelis. Proverb. 17.

Angelus abyssi. Apoc. 9. Habens irā  
magnam. Apoc. 12.

Accusator sanctorum fratum, Apo-  
calyp. 12.

Loliorū seminator. Matth. 13. Marc.  
4. Luc. 8.

Tentator, ḫ weigafos, Matth. 4. 13. 25.  
Luc. 4. 8. Ioann. 6. 8. 13. 1. Theflā. 3.

Vltor, Psal. 8.

Fortis, armatus, atriu tenens. Matth.  
12. Marc. 3. Luc. 11.

Hostis, Psal. 8.

Malus, Ephes. 6. 1. Iohan. 2. Malus il-  
le. Matth. 13.

Quoniā omnium scelerum prin-  
ceps est & inuentor, per excellentiam  
uocatur ḫ wanpōr.

Inimicus. Luc. 10.

Inuidus. Sapient. 2.

Meretrix Babylonica, bestia habēs  
septem capita, &c. Apoc. 13. 14. 16. 17. 18.

Abominatio desolationis. Matt. 24.  
Dan. 9.

Venator: illius astus, laqueus: ti-  
mor nocturnus, sagitta uolans in die,  
pele in tenebris graffans, extermin-  
nium meridianum. Psal. 90.

Volucres cœli. Matth. 13. quia semen  
uerbi Dei, quod in duro solo & nullo  
compunctionis uomere proscisso ce-  
cidit, rapiunt protinus, & absumunt.

Aquila. Oseæ cap. 8. Si exaltatus fue-  
ris ut aquila. Haymo.

Aspis & basiliscus illis dicitur, quos  
primo congressu superat: aspis qui-  
pe morsu, basiliscus aspectu statim pe-  
nit. Psal. 90.

Leo, quia aperto martē nos inua-  
dit ut dilaniet. Draco, quia occulte no-  
bis insidetur, uiroso afflato perdens.  
Esaïæ 13. 34. Psal. 90. Apoc. 16. 20. Viro  
autem iusto promittitur: Superaspide-  
m & basiliscum ambulabis, & con-  
cubabis leonem & draconem.

Draco magnus, Apoc. 12. propter in-  
sidiarum multitudinem.

Draco rufus, Iob 41. propter homi-  
cidium.

Serpens, scorpio: Genes. 3. Luc. 10.  
Mera enim uenena sunt quicquid dia-  
bolus suadet. Vnde tamen suos libe-  
rat Saluator, dicens: Ecce dedi uobis  
potestatem calcandi super serpentes  
& scorpiones.

Serpens antiquus, Apoc. 12. propter  
occultas insidias & seductionis diu-  
nitatem.

Serpens tortuosus, Esaïæ 27.

Ohlim, onocrotalus, ericins, ibis,  
coruus, struthio, onocentaurus, saty-  
rus, lamia, miluus, ululæ uel zjym He-  
braicè. Esaïæ 13. 34. Perdix, malleus,  
thaninim: Hieronymus in epistola ad  
Damascum.

Locustæ similes equis in prælium  
paratis, quia fero ces dæmones: & su-  
per capita earum tanquam coronæ si-  
miles auro, quia superbi: facies earum  
uelut facies hominum, & capilli sicut  
capilli mulierum, quia utriq; sexui in-  
fidiantur: & dentes quasi leonū, quia  
quos uicerint, perimunt: loricas sicut  
loricas ferreas habent, quia in malicia  
obdurerunt: alis perstrepunt, quia ue-  
lociter omnia permeant: caudas scor-  
pionum aculeatas gerunt, quia unus  
eorum finis est nocendi hominibus.

Ethabent super se regem, angelum A-  
byssi, cui nomen Hebraicè Abaddon.  
Apocal. 9.

Edem modo & apud Ecclesiasti-  
cos scriptores uaria diabolo imponu-  
tur nomina.

Bestiam intelligibilem appellat dia-  
bolum Isychius, quæ capit homines  
cætelam & custodiam suam negli-  
gentes: probatque testimonio Petri,  
Aduersarius uester, &c. lib. 2. in 7. cap.  
Leuit. Et libro 7. in cap. 26. Leuit. Dæ-  
mones sunt bestiae ex simili malicia,  
primum sicut latentes, deinde ut ue-  
nenum importabile & mortiferum ha-  
bentes.

Bestia terræ, Gregor. lib. 6. cap. 16. in  
cap. 5. Iob.

Serpens Assyrius ille draco, omnem  
humanam libertatem seruituti suæ sub-  
iecit: Andreas Hierosolymit.

Coluber antiquus, Rabanus lib. 5.  
in Ecclesiastic. cap. 1.

Pardus, Rabanus libro 6. in Ecclesi-  
astic. cap. 9.

Vrsus, ob crudelitatem, Giselber-  
tus in lib. Altercat. cap. 19.

Lupus spiritualis inimicus, Theo-  
phil. in Ioan. cap. 10.

Serpentem Luciferi, ueneni produ-  
ctorem, feroem belluam, leonem hu-  
manis carnibus uiuentem, ac basilicū  
appellari in scripture, scribit Euseb. li-  
bro 3. de Demonst. Euang. cap. 5.

Corvus, Beda lib. 3. cap. 8.

Apostata angelus, Rabanus lib. 1. de  
Sermonum propriet. cap. 5. lib. 6. in Ec-  
clesiastic. cap. 3.

Fur, adulter, Beda lib. 2. in Iob. ca. 7.  
Lapis caliginis, idem lib. 2. cap. 1.

Hypocrita & simulatus, idem lib. 3.  
cap. 3.

Umbra mortis, idem lib. 1. cap. 12.

Mors, Conciliū Toletanū 12. cap. 11.  
Deserritores potentiae, Gregor. Na-  
zianzenus.

Sophista, maleficus, idem orat. 1. de  
Reconcil. monach.

Senex, stultus rex, Saloniū in Ec-  
clesiastic.

Peccatum, Theodoreetus in cap. 7.  
ad Rom.

Iumentum ijs quos luxuria inflam-  
mat, anis ijs quos superbia cuehit.  
Greg. lib. 14. Moral.

Plerisque tamen hisce nominibus  
satanæ quoq; membra nūcupari pos-  
sent: uelut Ioannis sexto, Indas dia-  
bolus à Christo nominatur. Sunt & e-  
ius figuræ imaginesq; expressæ, Pha-  
rao, Antiochus rex Babylonis, Assur &  
omnes impij.

NOMINA DÆMONVM EX  
actionis uarietate apud Ethnicos; difinita quo-  
que ex officijs apud Latinos: dæmons famili-  
ares, uirunculi terrei & montani, Sibylæ albe,  
atq; quorūdam gentilitiorum et poetico-  
rum dæmonum nomenclature.

Cap. XII.

**D**iuerse adhæc pro actionis ua-  
rietate frequenter Ethnici dæ-  
monio commutarunt nomina:  
ut quod uarijs formis aut spectris sub  
meridiem, quando inferis patetatur,  
calamitosis iubente Hecate obuerfa-  
tur, iansonu nominant: quemadmo-  
dum Aristophanis interpres docet. no  
minis ratio est: quia uno incedat pe-  
de, ut Eustathio placet: uel (ut alij)  
quia alterum pedem habeat æneum.  
Id genus terriculamenta dicuntur quo-  
que à Græcis Hecatæa, quod ab He-  
cate immitantur.

**D**æmones etiam uocant, quod terro-  
rem incutiat representatione uel imi-  
tatione. Erant & dæmons quidam  
Dionysiaci, asperi & immites: sunt  
quos libet nuncuparunt, quasi di-  
cas ludificatores. Qui uero dæmon  
interuertere & elidere res bonas ac  
salutares, calamitates autem & in-  
40 commoda tum inferre, tun si impen-  
derent, maturare, atque in capita  
nostra cogere, & uelut per præcep-  
agere, omninoque ad scelerâ & fla-  
gitia propellere, indeque in discri-  
mina uitæ adducere, uel in subitum  
præcipitare exitium putabatur,

*Diabolismi-  
bra et expref-  
sa imagines*

*De spiritibus  
quoque alijs  
Suidas in de-  
clitione  
terrea.*

*Hecatæa.*

*πειρη, πειρηποναις, παλαιαριστης, & δαιμονια  
λυγητα τοις οργης appellarent antiqui.  
Qui ad uitae tedium & dispendium  
urgent daemones, *ωραιοισι*, allelores  
illis uocantur. Diabolica mirthum,  
eiusmodi fuerat in Simone mago,  
parem duci, annotauit Eusebius:  
& sic deinceps.*

*Ternistratores  
terti.*

Ternistratores dicuntur etiam daemones, quod triplici calle ad animarum properant interitum: uerbo nempe, cogitatione, & opere.

*Ex officiis quoq; daemones distinxere Latini: ut hi qui regionum administrationi praesidere censerunt, ante recitati Penates dicuntur: qui pacatus*

*Lares.*

*Penates.  
Lares.* aedes possident, Lares: aut si quando exterrent, domosque incursionibus infestent, Larvae. Qui autem nobis fin-

*Genij mali.  
Manes.* gulsi designati sunt, genij mali: item manes, quos Graeci Heroas indigunt: & iracundos occurstantibusque infestos fuisse, Menander signat. Hos

*Lemures.* Lemures Latini ueteres appellantur: so-  
*Folleti.* lent, Italis Folleti dicuntur, & Em-  
*Empedauia.* pedusæ.

Sunt & ex Larum & Laruarum familiis, qui vulgo nostrati dicuntur terrei virunculi, iam detectis non nihil manifestis daemonom imposturis infrequentiores quam olim. Horum duplex genus. Sunt enim aliqui mites, merito Lares familiares nuncupandi, qui in domibus coœubia potissimum nocte uersantur, atq; ministrorum munia perageret, auditui appareret, descendere scilicet e gradibus, ostia aperire, struere ignem, haurire aquam, cibum & quæcumque alia cuique domui coœsuetu apparet, quum proflus nihil faciant. Horum plerique rerum quoq; futurarum ex occultis indicijs presci, ea quæ paulo post compemimus perfici, antea administrare audiuntur: ut etiam breui adforse mercatores signis prænuncient, qui merces uenales sint

ablaturi. Id quod aliquoties in ædibus parentum Theodori & Agnetis (quorum Deus pro ineffabili sua misericordia meminerit in resurrectione iustorum) obseruauit puer, admodum territus, unà cum fratribus Arnoldo & Matthia: ubi quum in tabulato ingenis lupuli afferuaret copia, si quādo uenturi essent emptores, precedenti nocte per gradus dei ci eo modo audiebantur facci, quo ueritatem subsequens ostendebat dies. Omen id ut faustum, plausu semper excipiebatur. Quū enim de rebus suis statuunt mercatores, aliquid mercium causa profecti, de ijs ante a loquuntur, ingrediq; se carū nomine iter fatetur. Quod intelligens diabolus, sua his ad quos contendunt mercatores antē ostedit ludi bria, quam illi adueniant. Tempus si quidem suppeditat locoru distantia. Ita & prouisit & prouinciare uidetur dæmon, quæ iam fieri cepta sunt.

Alij tetrici sunt, familiam quo cunque modo uel turbates, uel exterrentes. Hos dæmones etiam in subterraneorum, ut Theologis placet, substantiarum numero habitos, in quibusdā uersari fodinis, tradit uir eruditissimus, ac metallicarum rerum inuestigator acerrimus, Georgius Agricola:

*Tetrici fami-  
liares dæmo-  
nes.*

*In lib. de ani-  
truculentia autem & aspectu terribiles, mani. faber-  
plerunq; metallicis infesti atque ini-  
mici sunt. Talis fuit Annebergius ille, qui operarios duodecim amplius gius dæmon.  
flatu interfecit in specu, qui Corona rosacea appellatur: eo nomine relietus, quantumuis argento diues es-  
set. Flatum uero emittebat ex rictu, equi enim specie habentis procerum collum, & truces oculos, dicitur ui-  
sus. Eiusmodi etiam fuit Sneebergius, *Sneebergius* nigro cucullo uestitus, qui in fodina demon.  
Georgiana operarium è solo subla-  
tum, in superiori loco maximæ illius  
concauitatis quondam feracis argen-  
ti collo.*

113  
ti collocauit, non sine corporis attritu.  
Questuosam admodum fodinam de-  
serere apud Turcas cogebatur Iudeus  
à dæmonе metallico, hominibus fre-  
quenter in forma capra aurea cornua  
gerentis apparēte. Psellus certè, cùm  
sex genera dæmonum definitat nume-  
ro, hoc cæteris peius esse dicit, quod  
ipſi amictui sit crassior materia. Qui-  
dam philosophi hos & similes dæmo-  
nes, qui nocentes sunt, & natura im-  
probi, nominat brutos, & rationis ex-  
pertes. At sedatos illos Germanorum  
*Cobalii.* alijs, ut etiam Græci, Cobalos uocant:  
quod hominum sunt imitatores. Nam  
quasi lēticia gestientes rident, & mul-  
ta uidentur facere, interim nihil pla-  
*Virunculi* nē efficienes. Alij virunculos monta-  
*montani.* nos nominant, staturam significantes,  
qua plerunque apparent: nempe na-  
ni, tres dodrantes longi. Videntur aut  
esse seneciones, & ueluti more metal-  
licorum: id est, uittero induio, & co-  
rio circum lumbos dependente indui-  
ti. Hi damnum non solent dare metal-  
licis, sed in puteis & cuniculis ober-  
rant: & quum nihil agat, se tamen in  
omni laborum genere uidentur exer-  
cere, quasi modo fodiant uenas, mo-  
dò id quod effossum est in uasa infun-  
dant, modò machinam uerent tracto-  
riam. Quanquam uero interdum gla-  
reis operarios laceſſunt, rarissime tam-  
en eos ledunt. Nec ledunt unquam, nisi prius ipſi cachinno aut maledicto  
fuerint laceſſiti. Itaq; non admodum  
sunt abſimiles dæmonibus, tum his  
qui raro hominibus apparent, quum  
quotidie partem laboris domi perfi-  
ciant, & currentiumēta: quibus quod  
nostri causa benignè faciant, generi-  
que hominum sint, aut saltē uiden-  
tur esse amici, nomen imposuerunt  
*Gutelb.* Germani ( Gutelos siquidem appellant:) tum Trullis uocatis, quos se-  
xu tam mulieris quam uiri ementi-

114  
to, cum apud alias nationes, tum ma-  
ximè apud Suionas in famulatu fuif-  
se ferunt. Sed dæmones montani po- *Dæmones*  
tiſſimū laborant in his specubus, è *montani.*  
quibus metalla iam effodiuntur, uel  
ea effodi posse spes est. Quocirca à la-  
boribus nō deterrentur metallici: sed  
omen inde capientes, alacriori sunt a-  
nimo, & uehementius laborant, eos  
que exoptant.

Narrat Trithemius de quodam dæ-  
mone, qui familiaritate singulari ho-  
minum usus egerit in diœcesi Hilde-  
ſiana, potissimum in episcopi aula,  
ubi culinæ ministeria obibat. Ipsius  
uerba referam, fides rei sit penes le-  
torem. His temporibus spiritus qui

*Spiritus fas-  
miliari.*

dam malignus in diœcesi Hildeshei-  
mensi multo tempore multis uisibili-  
ter apparuit in habitu rusticō, pileo  
caput opertus, unde & uulgō Pilea-  
tum eum appellabant rurales, hoc est,  
ein Hedeckin, lingua Saxonica. Iste *Hedeckin.*  
spiritus Hurtin multa mirabilia fecit, *Hurtin.*  
& delectabatur esse cum hominibus,  
loquens, interrogans & respondens  
familiariter omnibus, aliquando uisi-  
biliter, aliquando inuisibiliter appa-  
rens. Neminem iſſit, non prius iſſus:

30 sed iniuriarum seu irriſionū memor,  
uicem irrogantibus sibi contumeliam  
impedit. Cum Burcardus comes de  
Luca per comitem Hermannum de  
Vuinsenburg fuisset interfectus, & co-  
mitatus ipse Vuinsenburgensis in dire-  
ptionem uideretur expolitus, præfa-  
tus spiritus dormientem in lecto suo  
Bernhardum episcopum Hildeshei-  
mensem accedens, cum excitauit, di-  
cens: Conſurge o calue, exercitū con-  
uoca, quia comitatus de Vuinsenburg  
propter homicidium uacuus & defo-  
latus, tuo facile parebit imperio. Qui  
surgens, milites suos commonuit, co-  
mitatum inuasit & obtinuit, quem Ec-  
clesie Hildesheimensi de Imperato-  
ris con-

ris consensu in perpetuum coniunxit. Eundem quoq; pontificem non rogatus idem spiritus saepe de multis periculis auisare consuevit. In curia eiusdem praefulvis frequens apparens, co quis ministrare plerumq; fatis diligenter consuevit, crebroq; in culina cum ipsis miscere sermones. Vnde cū iam ex consuetudine familiariter factus, à nemine timeretur, puerulus quidam in coquina seruiens eū despiceret, subfannare, & cōtumelijs afficere cœpit, & quoties potuisset, immundicias coquinæ in eum effudit. Qui cum saepe magistrum coquinæ rogasset, ut puerum ab iniurijs suis compesceret, minitatus se tandem iniurias ultrum, irridetur ab eo dicente: Tu spiritus es, & puerum times! Cui dæmonium respondit: Quia puerum tuum ad petitionem meam emendare contemnis, ego quantum illum timeam, post dies paucos tibi ostendam. His dictis, spiritus abscessit iratus. Non multo post, cūm die quodam post uesperam puer solus in coquina fatigatus dormiret, uenit spiritus, & suffocatum in frusta cōscidit, ollæq; impositum ad ignem coquere cœpit. Quod magister coquinæ cum perceperisset, spiritui maledicere cœpit: qui exacerbatus, assatiram postero die pro episcopo & curialibus ad ignem in uerubus posuit, compresis desuper bufonibus horrendis, ueneno & sanguine eorundem aspergit: rursusq; cōtumelijs affectus, per pontem in foueam de alto illum præcipitauit. Supra muros ciuitatis & castelli uigilias nocturno tempore diligenter peragens, omnes custodes 40 uigilare coegit. Vir quidam lögè profectus, cum uxorem haberet impudicam, quasi periocum dixit ad spiritum Hurgin: Bone socie, tibi commendo uxorem meam donec reuertar, uide custodias eam. Cumq; uiro absen-

te cū adulterio mulier portionē suam poneret, & amatores multos succisiū tentaret, ita se spiritus iste invisibiliter medium semper interposuit, projectisq; in terram de lectulo uiris, nullum peruenire uel ad taetum ipsius forminæ, taceo de commixtione illicita, permisit. Sic mulier singulis noctib. & fœtē singulis toto tempore horis nouos semper introduxit amatores: quos ramen spiritus, mox ut eam contingere tentassent, procul in terram proiecit. Tandem reuertenti marito, & adhuc longe à domo existenti, spiritus commissarius lætus occurrit, dicens: Gratius est mihi ualde tuus aduentus, quo liberer a tam inquieto labore, quem mihi imposuisti. Cui maritus: Quis ergo tu es? Ego sum, inquit, Hurtin, cui pridem abiturus, uxorem commissisti tuendam. Ecce custodiui eam tibi, licet cum maximo & continuo labore, ab adulterio saluam. Sed oro te, ne illam mihi deinceps custodiēdam tradere uelis. Malo enim totius Saxoniae porcos, quam unam ipsam uxore custodire tuam, tantis me dolis circumuenire, tantis uijs tortis; modis abiuti suo corpore tentauit. Innumera quoque alia tam seria quam ridicula spiritus iste miracula fecit, que omnia nec facile scribi possunt, nec si scriberentur, multorum credulitatē inuenientur. Idiotam quendam & simpli cem hominem clericum ad synodum citatum, per annulum factum ex foliis lauri, alijs quibusdam additis, alijs etiā quanto tempore doctissimum reddidisse ferut. Tandem à præfato episcopo Bernardo per censuras Ecclesiasticas eliminatus, de prouincia recede re compulsius est.

Familares quoq; referuntur dæmones priuatorū hominum se nutum obseruare simulantes. Tali cōfiliario fretus legitur Socrates, quæ Deum appellauit

Iauit Apuleius: de quo peculiarem hu-  
iūs uide librū, & Serm onem 26. & 27.  
Maximi Tyrij philosophi Platonici:  
unde hoc cōsequutus est, ut nihil suo  
iuuante deo uitæ finem ueneno coa-  
ctus sit facere: quemadmodū Q. Ser-  
torius, qui ceruam Dianæ, ut prēdicab-  
at, numine afflatam, cōsultricem ha-  
buit, nullo suæ dæ monitu edocet,  
domestica fraude perijt. Eādem ratio  
ne Numam quoque Romanorum re-  
gem, nympham Ageriam coluisse, cō-  
luluisseque, memoriae proditum est.

Pueri quoque incorrupti & uiolen-  
ter necati animam, adiuramentis in-  
estabilibus à se euocatam assistere si-  
bi, & per eam omne quod iuberet fie-  
Clem. lib. 1.  
Recog.  
ri, iactabat Simon Samaræus. Erat aut  
familiaris illi diabolus: quem pueri, a-  
nimam esse prædicabat, ut diuinitatē 20  
suam mentiretur cautius.

Benedicti tertij pontificis Romani  
tempore, in urbe Mogūtinensi dēmo-  
nium quoddam, sub cuiusdam sacrifi-  
ci pallio, dum aquam lustralem spar-  
geret, quasi familiare esset, latitans, il-  
lum accusabat, quod ea nocte cū pro-  
curatoris filia concubuisse: ut Sig-  
bertus atq; Vincentius tradunt.

Huic numero accensendi dēmo- 30  
nes, qui hominibus plerisq; peculiari-  
bus tanquā familiares, morituri alicuius  
notas uel gemitu uel strepitu uel  
pulsatione in claudenda clavis theca  
futuri cadaveris, sive etiam in com-  
monstrando pullata funeris adhuc-  
gnoti, subsequitur itamen comitatu,  
sub ipsa meridie uel alijs ostentant.

Ludibria in super quædā diaboli ad  
nostra ætatis crepundia, ante doctri- 40  
nā Euangeli, è superstitionē tenebris  
minus euolutam repurgatāq; in Ger-  
mania nostræ locis plurimis obserua-  
bantur, familiaria adeò, ut publicæ le-  
murum (albas mulieres, & Sibyllas al-  
bas uernaculo sermone appellaba-

mus) chorea hoc uel illo loco celebra-  
tæ narrarentur. Eratq; hoc laruarū ge-  
nus apprimè infestū puerperis, & in-  
fantibus lactentibus, cunis adhuc in-  
hærentibus. Quod etsi olim erat fre-  
quentissimum, cū satanæ præstigijs  
nimū tribueretur, Christoq; eius sup-  
plantatori ac nostro patrone unico i-  
gnauius adhærerent animi, diabolo lu-  
dente, ridére, uarijsq; artibus, quibus  
ad se imperitā multitudinē illexerat,  
impī cultum stabiliente: tamen post  
puriorē feruētioremq; Euágelij prædi-  
cationem mentib. hominū insonante,  
id usque ad euauisse, est quod Deo  
gratias agamus summas, ut ne leuia  
quidē eius uestigia uideantur reliqua.  
Hoc dæmoniorum genus intellectus  
apparet Hieronymum, ad Paulam su-  
per obitu Bleſſilæ in epistola sic scri-  
bentem: Quid causæ est, ut s̄epe bi-  
muli & trimuli, ac ubera materna la-  
stantes, à dæmonio corrumpantur?

Deum nuncupatum cacodēmo Deumus.  
nem ueneratur rex emporij Indiæ ce-  
leberrimi Calechut, confisus illi factā  
à Deo potestatem iudicandi orbis ter-  
rarum, & tribuendi unicuiq; pro be-  
nefactis uideat & malefactis merce-  
dem meritam. Eius imaginem ut mō-  
strum horrendum ingens, sedentem  
capite redimito diademate, Romano-  
rum pontificum modo, scribit Ludo-  
vicus Romanus patricius regem habe-  
re in scelto suo. Hoc autem illi acce-  
dit, quod diadema ipsis ternis insi-  
gnitus cornibus. Deum uerè maximū  
Tamerani appellant incole. Tamerani.

Agnan uocatū dæmonem nunchac, Agnan.  
nunc alia forma uideare Americos, ab  
eoq; multū infestari, tradit frater An-  
dreas Theuer Angouleſme, in obserua-  
tionibus suis in America cap. 35. & 36.

Grigri dictū dæmonium apud eos-  
dem in Canada & Guinea, maximē  
uerò in eorum syluis conspicitur. Grigri.

## DE PRAESTIGIIS DAE MONVM

119

Habent etiam suos dæmoniorū sacerdotes aut uates, Pages uel Charobes uocatos: horum aliquis postquā dies nouem ab uxoribus abstinuit, in nouo quodam tuguriolo, importatis ad uitium, ut regio fert, necessarijs, mundo lecto à uirgine annorum duodecim strato, totus decumbit solus, se-moto populo, intuicione dæmonem quem Houioulira nūcupant, per horæ & amplius spacium, adhibitis suis ceremonijs. Facta deinde inuocatio-ne, dæmon tandem accedit, inspirans quæ scire desiderabat uates. Exaudi-tur etiam aliquoties aduenientis stre-pitus & rugitus ab astate populo, qui tum acclamat: Precamur ut uera pro-feras, & denuncies prophetas nostro intus operienti. Paulo pōst rebus in-tus peractis prodit uates, ac à dæmo-ne intellecta, longè explicat.

Vide lib. 4.  
cap. 11.

*Plumifasci* Nomina adhæc ridicula admodu, frequenter sibi dant dæmones roga-ti. Sic cum in obfessis nomen alter al-terius haud ita pridem Hammonē co-ram pastore inquireret, unus pluma-  
*Planipes* rum fascem, uel plumifascem se nun-cupari, alter planipedes sibi nomen esse, tertius roseam arborem se appelle-lari respondit: ita qui scelestus & ua-  
*Rosearbor.* fer eas in Kentorpio cœnobio trag-e-dias tum mouebat, Elsæ familiaris,

*Hornuar.* Hornuar se uocari dixit.

*Dæmones* Dæmones fictiti & poetici, ut Ma-petus, tuta, Oceanus, Gallacia, Phorcis, Satur-nus, Opis, Jupiter, Iuno, memorantur à Platone in Timæo, à Marco in libro De uniuersitate.

Commenticiorum horum & futi-lium nominum, quorum nullus est fi-nis, enarrationi diutius immorari tæ-det. Orandum sedulò & ardēter Deus per filium, ut nostros animos, natiuū suum templum, ab illius maligni con-spurcatione & fôrdibus expiare, cle-menterq; conseruare dignetur.

2. Cor. 3. 5.

DISTINCTIO DAE MONVM SE-cundum Theologos & philosophos: item bono-rum & malorum dæmonum diffe-rentia. Caput

120

## XXIII.

*S*unt etiam ex Theologorum scho-la, qui malos dæmones in nouem distribuunt gradus, ueluti ipsis no-uem angelorum ordinibus aduersan-tes: quorum primi, *Proph. 10. 10.* hoc est, *Proph. 10. 11.* falsi dij dicuntur, qui assumpto diui-na maiestatis nomine, pro dijs coli-uolunt, sacrificisq; & adoratione ho-norari: sicut satan ille *Math. 4. Marc. 1. Luc. 4.* Hos suprà latius recensui. Se-cundo habentur loco spiritus menda-ciorum: cuiusmodi fuit ille, qui eges-fus est spiritus mendax in ore prophe-tarum Achab. Hoc dæmoniorum ge-nus sese oraculis immiscet, & Pythio-rum uatum diuinationibus ac prædi-cationib. homiges ludificat. Tertio or-dine césentur iniquitatis uasa, qui spi-ritus sunt inuictores malorum, omni-umq; artium prauarum: qualis apud Platonem Theutus ille dæmon, qui ludos & aleam docuit. Vasa furoris, *Esaia 13.* uasa iræ, *Ieremiæ 50.* uasa mortis, *David Psal. 7.* Quarto loco, ul-tores scelerum. Quinto præstigio-*Ecclesi. 39.* res, qui miracula imitantur, & Magis infamibus maleficiisq; inserviunt, at-que ita populū seducunt. Sexta clas-si assignantur aëreæ potestates, se-tonitruis, fulminibus & fulgurib. misce-tes, corrupentes aërem, pestilentias & alia inducentes mala. Septimam mansionem tenet furia, seminatrices malorum, discordiarum, bellorum, & uastationum. Octauam, criminatores *Apoc. 9.* & exploratores. Postremam, tentato-res & insidiatores, qui singulis adesse hominibus creduntur, mali Genij id-*Maligenj.* circo nuncupati.

Nolo hic dæmones in igneos, aë-*Demonii na-reos, aqueos, terreos, subterraneos &* ria apud di-luci-

*uerū dīstīn-* lucifugos, in Iouiales, Saturnios, in orientales, occidentales, meridionales, septentrionales, in diurnos, nocturnos, meridianos, in sylvestres, montanos, campestres, domesticos, cum Psello & reliquis Magis secernere: nec eorum itidem numerum & officia secundum duodecim signa zodiaci, iuxta decurios cœli, quinarios, triplicitates, elementa, planetas, & reliquam Magram, bonos interim dæmones prætentium, commenticiam scenam recensere: aut Marci cuiusdā imbibitas ex dæmonum institutione opiniones, à Psello recitatas & creditas, enarrare inquam nolo, hic doctrinæ sacrofæcta & religionis nostræ (ut in exordio fassus sum) limitibus contentus.

*Dæmonū dīf-* Philosophi, qui dæmones esse crederunt, trifariam eos diuiserūt. Alij immortales, & omnes malos esse putant, ac imbecilles, ut Psellus: qui cum esset Christianus, Christianorum sententiae subscriptus. Alij mortales, aliosque bonos, alios malos, potentes, sed qui metu mortis sibi prolpiceret. Terrena Platonorum est discretio, qui eos immortales, potentesq; ac nobis familiares, partimq; bonos, partim malos esse affirmat. Omnia adhaec philosophorum is est consensus, naturales esse dæmones, quos Plato ueneficijs, in cantationibus, magicæ, yonræ, sacerdotumq; artibus & oraculis præficit.

*Bonorum &* Porro clarè, & Proclo apertius, bonorum de nos à malis dæmonib. distinguunt Iamblichus de mysterijs: Dij (inquiens) angeli, dæmones boni non apparent phantastico modo, sed proprio profus, & uero: at spiritus mali, phantastico, fallaciq; simulant deorum præsentiam, dæmonumq; bonorum: idcirco cultorem suum iubent esse iustum, ut ipsi uideatur boni, sicut & dij. Quoniā uero natura sunt mali, rogati mala

inferre, libeter inferunt, atq; nobis ad iniusta conducunt. Hi sunt omnino, qui & in oraculis mentiuntur & fallunt, & turpia consulunt atque peragunt. Dij autem boniq; dæmones ne- *Cem.lib.4.*  
*Recog.* que fallunt unquam, neque cōferunt ad iniqua. Est insuper malotum natura dæmonum sibimet inconstans, instabilis, secumque dissidens, alijs alia suadens. Superiorum uero natura sibi constat assiduè, eundemque seruat semper in actione tenorem. Dæmones malos arbitratus est bonos Plato interdum, & Porphyrius, & multi alij Platonicon. nam Plato suam eam philosophiam ab Ægyptijs, cæterisq; barbaris, Plutarcho iudice, hauserat.

Amusit autem qua interflinguntur spiritus, ita proponitur à Petro apud Clementem lib.3. *Recog.* Ille qui à malo est, signa quæ facit, nulli profunt: illa uero quæ facit bonus, hominibus profunt. Nam dic quæso, quæ utilitas est, ostendere statuas ambulantes, latrare æreos aut lapideos canes, salire montes, uolare per aërem, & alia his similia, quæ dicitis fecisse Simonem? Sed quæ à bono sunt, ad hominum salutem deferuntur: ut sunt illa quæ fecit Dominus noster, qui fecit cæcos uidere, fecit surdos audire, debiles claudos erexit, languores & dæmones fugavit, mortuos fecit resurge re, & alia his similia, quæ etiā per me fieri uidetis. Ista ergo signa quæ ad salutem hominum profunt, & aliquid boni hominibus conferunt, malignus facere nequit.

A diuo Antonio, quemadmodum perhibere D. Athanasium scribitur, hac ratione discernuntur: Sancti spiritus plausibili & sedato uultu apparent. Non enim contendunt, neq; clamant, nec uox eorum auditur, quum occulto instinctu gaudium & fiduciam peccatoribus infundant: Dominus sequi-

dem fons & origo læticiae cum ijs est. Quare tum animus noster minimè turbidus, sed lenis placidusq; lucis ange lorum radijs illustratur: tum idem cœlestiū munerū studio flagrans, cupit ab hoc corporis hospitio & mortali domicilio exonerari, festinatque cum ijs quos uidet, ad eternum illud tabernacula lum. Licet adhuc quis pro humanæ frigilitatis forte, primi intuitus fulgore non nihil terreatur: tamē tanta coru est gratia, ut omnē repente tollant metu. Ita Gabriel quum Zacharię in templo loqueretur, & angeli quādo diuinum uirginis partū pastoribus nuncient, ut & ij qui circa Dominicū corpus excubias ageret, securis uidentiū se mentibus ostendētes, ne metuerent, imperabant. Malorū uero spirituum uultus truces, sonitus horrendi, cogitatus for didi, plausus gestusq; dissolutorū iuuenium uel latronum, unde confessum animæ timor, & sensibus torpor incutitur: accedit & odiū Christianorū, monachorū mōror, tedium suorū, recordatio & metus mortis, cupido nequitiae, lassitudo uirtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorē horrore cōcepto successerit gaudiū, & ad Deū fiducia, atq; ineffabilis charitas, auxiliū 30 prēstō esse memineritis, quād animæ securitas, p̄sentes diuinæ maiestatis iudiciū sit. Sic nanq; & patriarcha A-  
Zean. 8.  
Luct. 11.  
Luct. 1. braham Deū uidēs, gauis est: & Io annes p̄sentiā Mariæ sentiēs, quæ in sacri ueteris hospitio uniuersitatis gestaret parentē, exultauit p̄ gaudio in utero matris. Sin uero iniectus timor durauerit, hostis est qui apparel, q; nō modō reficere nequit, quemadmodū 40 Gabriel pauentē uirginē securā esse iubet: sed & pauorē duplicit, & usq; ad profundā impietatis foueā, ut nimis ipsi genua flestant, mortales impellit. Proinde misera gētilitas edicti diuini ignara, falso dēmōes deos opinata est.

Subiungam & hanc distinctionem, quād angeli nos ament ac tueantur, diabolus uero & nos & Deum odit: Luc. 11. gaudent illi de nostro bono, de quo contristantur dēmones: cauentilli ne Psal. 90. offendamur, hi offendunt, ut in Apo calyp. in Tobit filio, & Iobo appetit: nuncij item angelii in p̄ Deum & homines, precesq; offerunt, diabolus autem hominum accusator.

Cæterū qui angelorum atq; dēmonum distincta nomina, officia, loca & tempora penitus curiosiusq; intelligere uoleat, ea in Rabi Simonis Templorum uolumine requirat, ac in eiusdem libro Luminum, & in tractatu de Magnitudine statura, in tractatu item Templorum Rabi Ismaelis, tum etiam in omnibus ferè commentarijs libri Formationis, &c.

Q V O D D I A B O L U S N O N omnia, & nihil sine Dei cōsensu potest: & qua-  
re Deus illi multa permitit, constitutis  
limitibus. Cap. XXIII.

**Q** Vanquā Deū omnipotētem & misericordē, suo confilio, & nostro merito, ut dēmon sua ludi bria & tyrannidē in cuiuscūq; ordinis homines exerceat, quādoq; permitte re, ex p̄cedentib. si palam: nō tamē indulget ei, conniuetq; ad omnia: nec infinitam, nullisq; a strictā limitibus li-  
Agendi li-  
mites diaboli  
constituitur.  
cētiam cōcedit: alioq; uno momēto à diabolo enecti interitemus omnes: sed metas cōstituit, quo usq; illius acti ones tolerare uelit (interea tamē nos clemētissimè alarum suarum umbra culo complexos custodit, fouet & patrocinatur) quib. tam angustē satanā Citra Dei af-  
sensum, ne in  
tillū quidem  
poteſt satan. cōercuit, ut circa eius assensum, ne in bestias quidē aliquid poscit, multo mihi unus in homines. Exemplū habes Matthēi 8. ubi porcos ingredi nequit, ni si singulari C H R I S T I permissione. Nec Quare diabo  
lo aliquid in  
homines pera  
mitiuit. unquā illi Deus in homines uel tantilū cōcedit, nisi ut uel probētur, si boni sunt:

**Angust. in Euag. Ioan. tract. 7. stem. serm. 24. de Tempore. 2. de Trinit. lib. 3. cap. 2.**  
**L. 2. Recog. Theodoret. quæst. 12. in Deut. 3. lib. 3. de Dñs & angl.**

funt: uel castigetur puniaturq; si pecatores, præfixis terminis, ultra quos ferri non sinitur. Ut infideles (ait Clemens) à fidelibus, & p[ro]ij discernatur ab impijs, permisum est maligno uti his artibus, quibus singulorū erga uerum parentem probetur affectus. Sic Deut. cap. 13. permissæ tētationis explicatur causa: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somniū se uidisse dicat, & prædixerit signū aut portentū, & euenerit quod loquutus est, & dixerit tibi, Eamus, sequamurq; deos alienos quos ignoras, & seruiemus eis: nō audias uerba Prophet[us] illius, aut somnia toris: quia tentat uos Dominus Deus, ut palam fiat an diligatis eū, an non.

**L. 2. Moral. cap. 6.**  
**Pulchra Gregorij est sententia: Satanę uoluntas semper iniqua est, sed nunq[ue] potestas iniusta: quia a semetipso uolūtatem habet, sed à Domino potestatē. Quod enim ipse facere, iniquè appetit, hoc Deus fieri non nisi iuste permettit. Formidari ergo nō debet satan, qui nihil nisi permisus ualeat. Similiter fere idem in 19. ca. lob. li. 14. cap. 18. & li. 2. Moral. in lob. cap. 16. & in 23. ca. lob. li. 16. ca. 18. & in 40. cap. lob. lib. 32. cap. 11. & dialog. lib. 3. Item Cassianus asserit, potestatem nocēdi nō esse pos-  
 fitam in arbitrio dæmonum, Collat. 7. cap. 21. Terminū uero hunc statutū es-  
 se, author Clemens existit, ut nisi quis prius fecerit dæmonū uoluntatem, dæ-  
 mones in eo nō habeat potestatem.**

**Exod. 7. 8.**  
**Erod. 8. 9.**  
**Exod. 8. 10.**

la quædam Mosis, adminiculo diaboli imitentur magi Ægyptij, uirgasque in dracones videantur uertere, flumina sanguine tingere, ranas ex fluminib[us] euocare: at cyniphes ex terra puluere productos, uel muscas domus Ægyptiorum solas infestantes, uel sceda hominum & pecorum ulcerā, aut reliqua Mosis opera imitatione mētiri, minime cōceditur, ut à solo Deo ea profi-

cisci cōgerentur fateri. Annuebatur satanae, ut regem Babyloniorū Nebucadnezar in furorem actum, & ab ho- **Daniel. 4.** minū usu in solitudinem propulsum, forma miserè defœdata, durissimè affligeret & exagitaret totū septenniū: ne autem anima uim faceret, prohibebatur. Interea nec penitus illum reijcit Deus, nec p[ro]en[ti]s obrutum deserit: sed exacto septennio liberatum à fu-  
 rijs, regno restituit. Itidem illi Deus af-  
 sensit, ut in fortunas & corpus Iobi se- **Iob. 20.**  
 uiret: ne tamen anima illius laederet, mādato cauit. Cōcedit ut septē uiro Saræ virginis uita primaret dēmō, propter effrenē in illā affectū, cuius illi e-  
 rati indigni matrimonio: at in castū iu- **Robie. 3.**  
 uenē Tobiā, nihil illi licuit. Quū losue **Zach. 4.**  
 princeps sacerdotum (per quē i. ss v s  
 significatur) coram Dei angelo consi-  
 steret, permisū est satanae ad dextrā  
 stare, ut ei aduersaretur. Christum ad **Matt. 4.**  
 h[ec] tētare p[ro]mittitur, sed usq[ue] ad aras. **Luke. 22.**  
 Petru expetiuit satanas, ut cribraret si-  
 cut triticum: nec illi cōcessum est. Nec ullo modo admittendū sentio, uel leuis simū quiddā illū posse, cui ex sacrosanctis literis uel proba moneta libris exempli uel **atacaya** nō attestetur: quū huic maximē ueteris & non Te[le]stamēti monumēta, prophetarū cōcio, Chri- **Ioan. 2.**  
 sti aduētus spectet, ut diabolus, eius ar-  
 tes, conatus & potētia innotescat, ner-  
 nus illius infringatur, opera dissoluantur, regnūq[ue] p[er]lsū eat. Quapropter si quid p[re]ter omnē fidē ad diaboli po-  
 tentiā relati audiatur, nō cōfessim cō-  
 fugiendū est ad illud imperitorū axio-  
 ma, diabolū uidelicet Deo p[er]mittētē  
 h[ec] & illa indiscriminatim posse. Cōsi-  
 derandū siquidē, quis ea in re maiesta-  
 tis diuine à rerū primordijs fuerit or-  
 do & modus, num hunc cōtraueniat  
 quod accidisse narratur, quū nihil pro-  
 miscuit aut citra ordinem cōdidierūt  
 uieri ordinis causa, imd ipsus ordo.

Natura quid.  
Vnicuique enim rei suam essentiam, formam, proprietatem, uires & munus indidit, ut quodcunq; conditum uel agere uel nō agere debeat queatq; ex initio naturæ (que nihil aliud est, quām ordinaria Dei potestas, cunctis rebus pro sua cuique conditione indita) motu, & extra hanc inditam à principio potētiā, nihil id ipsum posuit: neque aliud huic quām quod ea ratione potest, à Deo conceditur: alioqui sibi ipsi Deus aduersaretur, quod ab eo est perquām alienum. Huiusmodi ordinis constantiam iactis primū uniuersitatis fundamentis anima dueritum in spiritibus, quomodo nimirū angeli puriores in locis & ministerijs celestibus uersarentur, Deum glorificantes, & quæ illis maximè usui sunt, qui ipsiis puritatis synceritatisq; proximiores sunt uel esse possunt, tum & alijs annunciantes ministris tescq; quemadmodū huius libri cap. 1. plenius explicui: ita & dæmones illis puritate ob arbitrij captiuitatem & suæ synceritatis primò inditè depravationem inferiores, spiritusq; crassiores inferiora sortiti loca, puta aërem & eo demissiorem regionem, in ijs uagantur, Dei nutum obseruantes, cuius sunt ministri uel in probandis uel castigandis uel puniendis ex Dei uoluntate hominibus, nec aliter. Hac ratione quicquid agit, ut Dei minister operatur. Cæterum quando eosdem falsis persuasionibus ad cuiuscunq; malii perpetrationē excitare conatur, non ut Dei spiritus uel minister agit, sed uti depravatus sui arbitrij spiritus, quo suæ corruptionis cōsortes efficere ludit, quos ex indicijs externis in hoc uel illud virtutum prōnos, induci facilius posse colligit. Vt itaque spiritus est impurus & tenebrosus, ita se sui similibus adiungit insinuatq; Tale ex abstrusa Dei ordinatione & permitti-

one opus est diaboli. Nec aliud unquam à mundi creatione ipsum potuisse, ex sacris Biblij & historijs ueris intelligetur. Eodem modo & de hominis insita primitū potentia sentio. Vt autē clarius intelligatur, exemplo quid uelim, ostendam. Si à diuina maiestate mihi permittatur, ut per aera cum auibus uolem, aut per terræ uiscera cum lumbricis serpam, uel in aquis cum piscibus degam: id certè ne quirem, quia Dei ordinem ab origine constitutum, & insitam mihi à Deo naturalē potētiā contraueniret, quā me hominem de limo terræ, & ex osib; nervis, ligamentis, carne, uenis, arterijs, sanguine & spiritu compaginatum crearit, huiusq; compositionis uitrite in terra degerem, eamq; excollerem, & quicquid hanc spectaret, sed dulcē curarem, ex eaq; uiuerem: spiritu uero diuinitus indito, cœlestia mihi curæ & studio essent.

Ita ab initio uolucribus leuioribus, ut in aere uolent altius mandatum: succo autem terrestri faburratis, in terram demissius inclinet: aquarum hospitium piscibus commissum, arboribus & plantis terræ superficies præfixa est, lumbricis & uermibus eam altius persulcandi facta est potestas: Non uero ut celeres pascantur in ethere cerui, Aut freta destituant nudos in littore pisces, Sive pererratis amborum finibus exul, (grm. Aut Ararim Parthus bibat, aut Germana Ti-

Non minus spiritibus suæ potentiae leges & limites præscripti, ultra quos nelatum quidem pilum ferri queunt, etiamsi Deus conniueret, cūcta q; permitteret. Nihil autem permittit, quod in suo ordine fieri nequit. Hic Dei omnipotentiæ nihil derogatur, sed dæmonis impotentia ostenditur. Ex omnipotentiā porro diuina non quicquid concludendum. In scholis dicunt, à posse ad esse non ualere consequitio-

quutionem. Deus non agit cōtra uerbum suum & seipsum. Probādum es-  
set hoc uel ipsum Deum uelle. Ita san-  
cti Patres etiam de omnipotentia lo-  
quutur. Tertullianus dicit contra Pra-  
xeam : Planē nihil Deo difficile sensi:  
quiduis de Deo cōfirmare poterimus,  
quasi fecerit, quia facere potuerit. Nō  
autem quia omnia potest facere, ideo  
creendum est illum fecisse: sed an fe-  
cerit, inquirendo sēpius etiam  
scribit ad Chromatium epistolarū li-  
bro 6. epist. 37. Quid ergo ei impossibi-  
le? nō quod uirtuti arduum, sed quod  
nature eius contrarium. Impossibile,  
inquit, est ei metiri. Impossibile illud  
non infirmitatis est, sed uirtutis & ma-  
iestatis, quia ueritas non recipit men-  
daciūm, nec Dei uirtus leuitatis erro-  
rem. D. Hieronymus ad Eustochium 20  
De custodia virginitatis, inquit: Audē-  
ter loquar, quum omnia possit Deus,  
fuscitare virginem non potest post rui-  
nam. Augustin. De ciuitate Dei lib. 5.  
cap. 10. Deus dicitur omnipotens faci-  
endo quod uult, non, faciendo quod  
non uult. Item: Poteſtas Dei non mi-  
nuitur, cum dicatur mori fallīque non  
posse. Mox: Propterea quādam non  
potest, quia omnipotēs est, &c. Theo-  
doretus quoque dicit, non in definite  
pronunciandum esse, Deo omnia esse  
possibilia. Nam qui hoc absolute di-  
xit, omnia & quæ bona sunt, & quæ  
contraria, simul dixit. Non oportet  
Dei potentiam esse errorum latibulū.  
Diabolus sibi multa assumit, quæ non  
potest. Create ne muscam quidem hic  
potest (hoc siquidem solius Dei mu-  
nus est, qui cuiuscunq; ueræ essentiæ 40  
unicus fons est & origo) nec id officij  
ulla sibi tribuere potest creatura, sit uel  
angelus uel homo. Concubitum item  
exercere, eoq; generare nequit demō:  
defunt etenim ei organa & materia,  
illis animalibus solū ab initio man-

data, quæ carnem, sanguinem, spiritū  
& ossa, quibus carēt dæmones, habēt.  
Vides quantam hic ruinam facit falsissi-  
ma illa cū cōpotentiae diaboli cō  
persuasio. Imō à me afferitur, illum nihil  
omnino posse extra inditam ei à rerū  
origine uim, quæ ipsius essentiæ con-  
sona est, & ei naturalis dicitur. Ex hu-  
ijs potentia quicquid operari potest,  
Deo annuente, concedendum ei est:  
uerūm in eo exequendo sēpius etiam  
freno coercetur, ut quod uelit & pos-  
sit, non efficiat. Ad uindictam quidem  
Dei minister est, exequitor iusticæ e-  
ius & tortor, in eo genere quod natu-  
rali uirtute ualeat, neq; amplius.

Eadem ratione citra negocium cō-  
uulseris, vulgarem de Lamiarum uiri  
bus obiectionem, has nimirum rerum  
miracula humanas uires superantia,  
diaboli adminiculo p̄f̄stare. Imō nec  
hæ extra connatam naturæ humanæ  
uirtutem quicquā ualent, etiam si mil-  
lies cooperetur dæmonium: at potius  
ob sexum & etatem ex corporis inido  
nei cōstitutione frigida, humida, cras-  
sa & torpida, tenuis substantiæ dæmo-  
niaca opus impediunt, ut si ille harum  
cooperationem requirat, in sui operis  
exequitione turbetur inhibeaturq;  
Multa siquidem huic ut spiritui sunt  
naturæ ductu possibilia uel naturalia,  
quæ ob humanæ essentiæ crassitatem  
& tarditatem, nostre naturæ metas  
longè lateq; uincant.

Si relinqueris, urgeasq; ex spirituum  
communione miracula edi: & quemad-  
modum se pijs clarisq; hominum  
spiritibus adiungunt angelii boni, te-  
nues & puri, ut eorum preces in cœle-  
stibus apud Deum exequātur, eodem  
modo dæmones uerūciores spiritus  
impuris maledicentesq; hominum spiri-  
tibus se coniungere, ut eorum uota &  
uoluntatem perficiant: respōdeo: Vt  
quidem hæc quadantes permittit,

non tamen sequitur inde, naturalem hominis potentiam ita augeri, ut amplius uekaliere extra insitam ab initio uim quid ualeat; at solùm à spiritu uitioso spiritus & uoluntas deprauatur, ut quod naturae impetu queat, malè & peruersè uelit & exequatur: nec propterea quoconq; plagatum & afflictionum genere quoslibet ex illius precibus affici posse concedendum. Quod aut huiusmodi homines maleficiati desiderant, hoc prestigijs uel in eorundem phantasia uel in aere exhibebat prestigiator, ut decipientur, qui ex naturae corruptela simili afficiuntur sympathia: sic utriusq; fieri potest uoluntas, quatenus naturae ordo permittit. Nec Deus summè bonus & iustus aliter concedit, quam ut pravorum sit communio tū in uoto tū in actu, at limitate, ne pro arbitrio laderet queāt: bonorum uero libera est & uoluntas & actio, qui nihil uolunt nisi in summo bono, hoc est Deo, qui infinitus est, nec ullis circumscrribit limitibus.

Proinde non quiduis concedere iu stissimum Deum afferendum est, sed ea solùm quæ naturalis ordo diuinus constitutus postulat: in cuius notionem si ex ordinatis rerum principijs & ratione peruenire nequieris, in tieratibus libros mentis oculos conuerte, lucidoq; radio contéplare quid haec tenus diabolo concessum sit: in ijs enim uelut in terfissimo speculo, totius harmoniae & diuinae ordinatio nis idēam, euidentissimè cernis: ad quam ~~ανάλογη~~ quadam facile referri poterit, quicquid in huiusmodi mediatione tibi remoram obiectum.

**Q V AE D I A B O L O S V N T**  
impossibilita: ubi multa maleficia illi hactenus falso attributa recensentur.

Cap. XXV.

**P**orrò quemadmodum mirificas satanae uires actionesq; prestigi-

olas confessus sum: ita quoq; machinetur, fabricetur, architectetur, molitur, formet, reformet, singat, mutet quadrata rotundis, artem quamcumque iactet, oculos praestringat: pluri- *Diabolus imma* ma tamē illi *duipiura* atq; impossibili- *possibilita*.  
lia proponam, constater negans, illum aut illius angelos uel minimum cor- *Gen. 19.*  
pus posse creare, sive res ex nihilo cō- *Exod. 7.8.*  
dere, aut uerè pro suo nutu transmu- *9.10.*  
tarē, aut ijs aliam induere formam, uitu- *Vide lib. 20.*  
tem, uel proprietatem. Nequit cor-  
pus in salis petram retuera immutare,  
quod uxori Loti contigit. Nec potuit *Exod. 14.*  
virgas in dracones uere conuertere, *15.17.*  
nec aquam in sanguinem, nec signare, *Reg. 4.*  
puluere producere, nec mate seiunge- *Iean. 6.*  
re ut nudis transiretur pedibus, nec a-  
quam amarā reddere simpliciter dul-  
cem, neq; eam istu è petra elicere, que  
cuncta Moses praeficit. Non item res  
exiguas reddit ampliores, quod in se-  
minibus & quibusconq; creatis à Deo  
quotidie fieri uidemus, oleum quoq;  
in uasibus uiduas uacuis auxit Heli-  
saeus: & panibus quinq; hordeaceis *10.11.*  
piscibusq; duobus tot hominum mil-  
lia cibauit Christus, relictis duodecim  
fragmentorum cophinis. Nec sua uir-  
tute potest aquam in uinum transfor-  
mare, elephantiacos mundare, cæcis  
uistum, surdis auditum, claudis gressus  
firmitatem restituere, aut ullum mor-  
bum uerè sanare, uel steriles feminas  
fecundas reddere. Nequit etiam dia-  
bolus cum suis membris, alicui uitam  
date, aut extinctos ad uitam reno-  
care: aut eorum animas in manu Dei  
existentes, & in Domino obdormi- *Sapiens.*  
entes, è sua quiete turbare: uel insti- *3. Theſſ. 47.*  
tutum diuinitus naturae cursum im-  
pedire (quemadmodum Iosue Amor- *Ioſue 10.*  
rheos expugnante, & poste Ezechia *Eze. 10.*  
conualecentem, ac Domino nostro *Ecc. 46.*  
Dionys. *Dionys.*  
**I** s v in cruce pendente, reuera fa-  
cium

Etum legimus) destruere aut mutare.

Nec quoq; penitus destructa redin  
tegrare potest: non cœlo deducere lu  
nam: nec quæ adhuc in herba sunt, aut  
fasas alio traducere messes: non hone  
stos bonosq; homines diligere, non

*August. de  
Diffinit. Ecclæstic. do  
gmatum.*

improbos odisse: non intropiscere, ac  
integre pernoscere sensus & cogitata  
hominum contra Platonem in Epino  
mide: nō duras, asperas & acutas ma  
teries, per solidas corporis partes illæ  
se, aut per strictiores meatus magnitudi  
ni materiali certa proportione aut  
dimensione secundum naturæ legem  
neutiquam respondentes, in ipsa cor  
pora immittere: nō ad ullum malum  
(in quod no[n]t diuque ipse rotus ma  
lus, malignaq; uoluntate quo[s]cunque  
pesimos mortales uincens, sponte  
propædet, nec uitata natura aliter po  
test) ullius homini imperio uel arte,  
uel ex fœdere compelli: non se in ho  
minum corpora pro sua uoluntate, aut  
ad alicuius maliciæ & maleferiatæ  
anus arbitrium imprecationem uue in  
sinuare, nec eiusdem editio è corpori  
bus egredi: non denique præuidere  
prius, quomodo fata mundi, imperio  
rum aut priuatarum rerum dispensa  
turus sit Deus, quam illa uoce diuina  
promulgantur declaranturq;

*1. parte 26. q.  
2. episcopi.*

In Decretis legitur: Quisquis cre  
dit posse fieri aliquam creaturam, aut  
in melius deteriusse immutari, aut in  
aliam speciem uel similitudinem trâ  
formari, quæ ab ipso omniu[m] Cre  
tore, pagano & infideli deterior est.  
Omnibus itaq; publicè annunciatu[m]  
est, quod qui talia credit, & his simili  
tudinibus perdidit: & qui rectam fidem  
non habet, hic nō est eius, sed illius in  
quæ credit, id est diaboli. Nam de Dô  
mino nostro scriptum est: Omnia per  
ipsum facta sunt. Scribit Psellus Plato  
nicus & Christianus, dæmonia sœpe  
hominibus divitias polliceri, item &

gloriam, uictoriā, amorem, cum tamē  
tradere ex se non possint: quippe q;  
nullum imperium habeant. sed uisu  
tandem quedam inania suis cultorib.  
affert, naria prorsus & instabilita, quæ  
tamen impij diuina esse spectacula pu  
tant. Hinc multa, quæ tanquam uerè  
gesta, ha[ec] tenus diabolo & illius man  
cipijs attributa sunt, ut fraudulēta aut  
præstigiola, uel non eo quo apparue  
re modo, reuera existentia, collabasce  
re oportet: quemadmodum luculent  
tis porr[ad] demonstrationibus, fusius in  
sequentibus docebuntur libris.

### DIABOLVM IGNORARE hominum cogitationes, sententijs patrum

ostenditur. Cap. XXVI.

**Q**UAM mitè cōtrouersum hæte  
rus apud eximiae etiā prudē  
tiae uiros fuerit, num sensus ho  
minum noscat diabolus, licet hic sa  
crostanæ Scripturæ testimonia satis  
superq; meam stabiliant sententiā, ubi  
Deus solus *λεγετοντος*, cordis cogni  
tor & inspecto agnoscitur, Act. cap. I.  
15. & Sapientiæ cap. 1. scrutans corda  
& renes, Apoc. cap. 2. tamen ut præfrac  
toribus nimis in satanicarum uiriū  
prærogatiu[m] inclinantibus satisfiat,  
corollarij uice, patrū quorundam scri  
pta huic facientia adjicere uolui, ut &  
huius stationis præsidia in posterum  
deserant aduersarij. *August. de Eccle  
siast. dogmat. cap. 8i. Internas animæ  
cognitiones diabolum non uidere,* *Idem Rab  
bi lib. 4. de  
sermo. proprie  
ti. cap. 4.*

certi sumus: sed motibus eas corporis  
abillo & affectionum indicijs colligi,  
experimento didicimus. Secreta au  
tem cordis solus ille nouit, ad quem  
dicitur: Tu solus nosti corda filiorum  
hominum. Anshelmus in caput 6.  
Matth. Dæmones non possunt cogita  
tiones intelligere, nisi aliquibus signis  
indicantur. Ibidem in 15. cap. Sunt ar  
guendi hac sententia, qui cogitatio  
nes à diabolo immitti putant, & non  
k 3 expro

ex propria uoluntate nasci. Diabolus est adiutor, & incensor malarum cogitationum potest esse, non author: quia nec interiora, nisi per quosdam habitus & gestus exteriore, nouit. Verbi gratia, si pulchram mulierem uos crebro inspicere uiderit, cor amoris iaculo uulneratum intelligit. Haymo super Euāgel. feriae 4. post Oculi: Diabolus non est author malitiarum, sed incensor potius. Incensor enim potest esse, non author. Non enim potest in-

teriora cordis nostri rimari, sed ex gestibus corporis intelligere quid cogitemus. Ioannes Cassianus Collat. 7. cap. 15. Nulli dubium est, quin possint spiritus immundi cogitationum nostrarum attingere qualitates, sed indicijs eas sensibilibus forinsecus colligentes, id est, aut ex nostris dispositionib. aut uerbis & studijs, in quaē propēsius cōspererint nos inclinari. Ceterū ilias quæ necdū de internis animæ prodierunt, adire omnino non possunt,

## DE MAGIS INFAMIBVS, LIBER SECUNDVS.

QVIBVS NOMINIEVS. MAGI infames & uenefici, in ueteri Testamento significantur.



Cap. I.  
VANQVAM mota interdum quæstione, uel disputatione instituta de Lamicarum actionibus, sacrae mox obijciantur Scripturæ testimonia, in quibus magi uel malefici, sive incantatoris aut uenefici, uel etiam præstigatoris, ut alii interpretantur, nomen legitur, eo quod denotari nuncupatas uulgō Lamicas uel sagas, mox indistinctius afferuntur: comporio tamen, prodigiosos hos homines cum suis artibus, præstigijs, illicitisq; diuinationibus, uarie à Rabinis & Hebrais interpretibus exponi, diuersis etiam nominib; reddi à nostris Latinis: nec Hebraismo exactè, uel Latinæ translationi consonare Græcam. Manifestum id erit, si contextum Hebraicum cum quacunq; uersione non oscitanter contuleris, Rabinorumque & interpretum iudicia attentius obseruaueris omnibus his locis, ubiq; nulla horum portentorum sit mentio:

uelut Exod. cap. 7. 8. 9. 22. Leuit. 19. 20. 20 Deuter. 18. Hiero. 27. Daniel. 2. 4. Reg. 21. 2. Paral. 33. & reliquis. Ob eiusmodi diuersitatem interpretum, & dissidia, prædictis in locis virum undequaque doctissimum, & linguarum peri-  
tissimum D. ANDREAM MASIVM con-  
sului, qui voces Hebraicas, rem magi-  
cam spectantes, atq; hic usurpatas nu-  
mero septem, his explicit uerbis.

Primam, uidelicet ἡγετησαν Chasaph, ui-  
deo constanter in vulgariis Latinis  
Biblio; ita redditam, quasi id malefi-  
cium significet, quo à dæmone demeti-  
ati homines, per malas artes pecudi-  
bus, segetibus, imò etiam ipsi homini-  
bus nocent, aut saltē nocere se exi-  
stunt: à quibus facinoribus malefici-  
ci uocantur, quos lex Moshè uita sub-  
latos uoluit, Exodi 22, hoc decreto,  
הַנְּתָרֶק לְהַבְּשָׂא: hoc est, Maleficam nō<sup>Mechasseph</sup>  
patieris uiuere. Nomen enim מְחַסֵּפָה Mechasseph, quod lex hic uititur, הַנְּתָרֶק pha.  
Chasaph deflebitur: positum q; est in Vide & p̄st  
Feminino genere, ut aiunt interpre- read Brent.  
tes: non quod uiros impunes lex esse  
uelit, sed quia ille sexus ob genuinam  
simplicitatem dæmonis insidijs fre-  
quen-

quentius patet. Quare Græca tralatio,  
quam Septuaginta senioribus ascribi  
mus, decretum illud liberius reddidit,

*Iosephus: He ~~populorum~~ & ~~opifices~~: hoc est, Venefi-  
cium, anti-  
quit. Iud. lib.  
4. cap. 8. intel-  
ligit eos qui  
venenum u-  
surpant. Vide  
post lib. 6. ca-  
pit. 21.*

quæ ab ipso  
deducuntur: uix ulquam in prædicta  
tralatione Græca aliter exponi, quam  
ut ueneficium significet: hoc est, hisce  
Græcis uocabulis, ~~populans~~, ~~populans~~,  
~~populans~~, & quæ huius sunt inflexionis.  
Nam & vulgo etiæ credunt illi, quos  
uocamus maleficos, nefarias suas ar-  
tes non sine medicatis quibusdam re-  
bus exercere atq; efficere: ut taceam  
authores tum Græcos, tum Latinos.  
Abenezra autem apud Hebreos ma-  
gni nominis scriptor, dicit uocem ηνω  
Chasaph propriæ ad præstigias specta-  
re: hoc est, eas delusiones, quibus res  
aliter atq; se habent, nostris oculis ex-  
hibitentur. Quod ut ipsi concedamus,  
tametsi mihi sanè non uideatur facile  
ex sacra Scriptura id euinci posse: ta-  
men Danielis secundo capite, ubi legi  
mus, Nabugo donozerem inter alios  
somniai sui interpretes adhibuisse etiā  
Μεχασθημ: si præstigia-  
tores uertas, nō video quid illi ad ex-  
plicandum somnium adferre sua arte  
potuissent, quæ tota fallax & delu-  
ria est. Quare eius loci interpres, Leui  
Gersonis filius, summus in illa gente  
philosophus, ait, Mechassephim esse  
eos qui artem proferunt astrorum, ge-  
nios cœlo deducendi, atq; in charac-  
teres quosdam certis horis siderumque  
curibus fabrefactos cōcinnatosq; pel-  
liciendi, & illectos in eorum hominū  
quos uelint, aut commodū aut incom-  
modum incitandi, uel ad quævis etiā  
alia officia adigendi, ueluti ad præsa-  
gia significationesq; rerum aditarū.  
Malachiæ cap. 3. uer. 5. mechassephim

138

& memaphim, id est, malefici & adul-  
teri, coniunguntur. Ego uero, si meum  
iudicium etiam requiris, putarim illud  
uocabulum lati patere, atq; ad quam-  
uis magican artem spectare: & in hac  
sententia video etiam esse vulgus He-  
bræorum. Video tamen Syros illa uo-  
ce uti pro λατηργάν, hoc est, rem diuinā  
facere, aut sacrī operari, item precari  
suppliciter & magno studio. Et quia  
Syris illio themate utuntur, probabi-  
le est, olim Hebreos quoq; illos pri-  
stinos sic usurpasse. Sæpe enim fit, ut  
uocabulum aliquod in vicina conser-  
uatum lingua inueniatur, quod ē sua  
perijt. Sicut Ligures hodie lotum ar-  
borem aut fructum fabam Græcam  
uocant, Latinī aut̄ quid sit faba Græ-  
ca, nunc ignorant.

20 Secunda uox erat ονειρού Kasam, ea ui-  
detur, etiā Hebreis auth oribus, pecu-  
liariter ad futurorum rerum præfigia  
pertinere. Quare & in Græcis Biblijs  
ubiq;, quod sciam, significatione uer-  
bi ονειρού, quod uaticinari signifi-  
cat, redditur: ueluti Deut. 18. Hierem.  
27. & alibi: in Latinis uero Biblijs (lo-  
quor autem semper de vulgari tra-  
latione) interdum ueritur hariolandi,  
interdum diuinandi uerbo: ut in ijs lo-  
cis quos iam citaui. Est autē etiam ubi  
in bonam partem accipitur, pro eo  
qui subtilioris ingenij sui perspicacia  
te futura præuidere aut coniugere po-  
test, & quod facto opus est, perspicere.  
Sic enim utitur Isaías cap. 3. uer. 2.  
cum inter alios qui rem publicam con-  
seruare apud Hierosolymitanos pos-  
sent, istos etiam enumerat.

Tertia ινώ Onen, in Latinis Biblijs Onen.  
aliquando obseruare somnia, ut Deut.  
18. & 2. Paralip. 33. aliquando augurari,  
ut Hier. 27. interdum etiam diuinare,  
ut Micheæ 5. uertitur. In Græcis ue-  
ro, nō unquam ονειρού, id est augu-  
rari, ut Hier. 27. plerunq; etiā Αποφέγ-  
γοντες, ιδεα, θεα.

*Yehu*, oracula edere, Micheæ 5. Veteres Hebræorum dicunt id uerbum ad eos propriè pertinere, qui temporum momenta superficiose obseruant, atque alia fausta rebus gerendis, alia infesta præscribunt.

*Nahas.*

Quarta *wn* Nahas, Deut. 18. & 2. Paralip. 33. Latinè uerritur, obseruare auguria: Græcè uerò, ut ea quæ proximè præcessit, *et uox*, uox est in Biblijs frequens. Hebræi dicunt, ad eas coniecturas accòmodari propriè, quibus rerum præsentium futurarumq; statu nimirum curiosa & sanè delira religione cōijcimus ex fortuito quopiam euentu: uelut ex dextro aut sinistro auium uolatu, aut animalis cuiuspiam occurstu, uel membra nutu, tinnituue aut lapsu, sternutatione item, singultu, cantu, cri bri motu: & quæ sunt aliae huius generis mille superstitiones apud mulierculas in uanissimo usu.

*Habor.*  
*magis*  
*arcana incan-*  
*tatores.*

Quinta *wn* Habor, Latinè in cantare, Græcè *enōdei* traducitur. Utūt Hebræi ea, quando arcana quædam uerba à Magis mussantur, quibus efficacia inesse mira putatur. Quale illud est Virgilii nostri:

*Frigidus in pratū cantando rumpitur anguis.*

Et ego uidi qui uerbis sisterent feras, teliq; iactum expectare cogerent: & qui secundum illud & domesticū animal quod Rattum dicimus, simulatq; conspexissent, quovis loco quasi attonitum aut stupidum subsistere, nec se loco mouere cōpellerent (sive id uisu solo, sive inchantmente efficerint) donec non ex insidijs, sed protensa manu apprehensum strangularent. Quin & David eiusmodi miracula fieri perincantationes, satis uiderunt de aspergesura significare, cuius mentionem facit Psal. 57, aut iuxta Hebraicos codices, 58. Quo loco uitetur uerbo isto *wn* Habor: & simul etiam uerbo *wn* Lahas, quod idem significat.

Sexta uox *wn* Ob, plernq; redi. Ob tur in Latina trāslatione Python, aut Pythonicus spiritus: ut Deut. 18. Esa. 19. 1. Reg. 28. & 4. Reg. 23. ac alibi crebro, interdum etiam, sed ut mihi videatur, minus propriè, magus: ut 2. Paral. 33. in Græca autē ferè lemp̄ *iyayaḡ* uobos; nisi quod 4. Reg. 21 & 23. interpretetur *θεατής*, & nescio an usquā ali bi. Significat uerò uox *wn* Ob, Hebrei is utrem aut lagenam: unde & eos dēmonas qui obscuris uocib; ex semotib; corporis humani partibus, ueluti ex axillis, aut scūnariū pudendis responsabāt, quasi ex utre aut lagūcula, *wn* Ob, aut plurali numero Oboth, ea gens uocauit. Græci uerò apposita uoce appellarūt *iyayaḡ* uobos, aut *iyayaḡ* *θέατρον*, eo q; ex uentrib; hominū profa-

20 rentur. Quā uocē Græcā imitati Latinorū quidā, non inepit uentilo quos Part. 2. cap. 26. q; dixere. Accòmodantur aut illa uoca *cauta* bula propriè ad ipsos malos spiritus: interdum tamē etiam ad ipsos homines qui illos patiūtūr. Eius generis dæmonium nobilitauit olim apud Athenienses quēdam Euryclē magū, ut author est Aristophanes in Vespis: *Videlib. 2.* ubi ait, se suppositijs suis comœdijs *cap. 14.*

30 multum commodi attulit Reipub. Atheniēs, quas, Euryclis imitatus oraculum & morem, in aliorum poetarum uentres ingressus, clām recitandas curarit. Ab illo Euryclē (ut doctissima commentaria Græca ostendunt) uates eius generis postea dicti sunt *ob-punātū*, & *iyayaḡ* uobos, uel etiam *iyayaḡ*. Puellam quoq; eius in Actis Apostolorum cap. 16. fit mentio, uentri loquam fuisse, author est D. Augustinus in eo libro quē de doctrina Christiana composuit. Sed de hoc satis.

Postrema uox Hebræa erat *יעען* *Iidoni* Iidoni, quā ab Hebreo uerbo *wn* iada, quod scire atq; cognoscere significat, deduciam puto: quanquam nō igno-

rem

rem quas nugas Hebræi adferat de animali quodā terrigeno, humana forma, cui nomen Iadua singūt, & cuius osse uaticinētur iij qui lidoniū uocētur. Est enim illa gens nimis quām stulta, in eiusmodi anilibus delirijs & fingēdīs & credēdīs. Vocabulum lidoni uertitur Latine aliquoties Diuinus, ut Deuter. 18. Leuit. 20. & fortasse alibi: nonnunquam etiam hariolus, ut Leuit. 19. item 4. Reg. 23. Esaia 19. Græcē uerò interdū *τυποί τῶν πονηρῶν*, ut 2. Paral. 33. Leuit. 19. & 20. interdum aut̄ *γάγγραι*, quod illi quam dixi etymologiæ appositiū simum est, ut 1. Reg. 28. 4. Reg. 21 & 23. Est autē ubi uertitur, *τύπος τῆς γῆς πωραίας*, qui è terra clamiter: ut Esaie 8. & 19. Quod an ad oraculum è terra redditū spectet, an uerò ad manes sepulchris exciendos, quale 1. Reg. 28. narratur factum, non satis scio. Equidē putarim, uocabulū hoc lidoni, omne dæmonū uaticinantium atq; responsa dantium genus complecti: illosq; ab rerum omnium cognitione, quam profitetur, sic esse appellatos. eam uerò quæ hāc proximē antecedit, dico *τύπος οὐρών*, horū certam speciem, ex uentribus scilicet, aut axillis, aut alijs secretioribus humani corporis partibus obscura uoce profantiū significare. Cuius rei uel id argumentum esse potest, quod in universis Biblij hāc duæ posteriores uoces, uix altera sine altera scriptę usquā habeantur: certè ultima hāc lidoni, nusquā omnino nisi mox post illā penultimā. Atq; ita fieri, ut illarū septem uocū quas cōmemorauimus, priores quinq; ad hominū supersticioſas uanitates, aut ueneſicia etiā, quibus uel res abditas cognoscere, uel miracula efficerē se posse putant, uideantur spectare: duæ uerò postremæ, ad ipsa malorum dæmonum, aut dæmoniacorum hominum (ut sic dicam) oracula.

Hic præcipua illa horum monstro-

rum uox non erat pretermittenda, nimirū Hartūmim. Sic eos dici ait Rabbi Leui, qui naturali modo mirabilia faciūt, aut fa cere censem̄t ab his qui eorum dexteritatem minus diligēter obseruant. Aben Eldra interpretatur, qui secreta qualitatū rerum & naturæ cognoscunt. At tales nō fuissē, res ipsa docet, quum naturali potētia illi produci effectus, quales Exod. 7 & 8. legū turne qui uiissent, enim uerò sic fuisset magi naturaliū rerum periti, Deo grati, nihil in eius cōtumeliam præfracte moliētes. At Hartūmim in Exodo, potius magi fuēre infames: qui ut diaboli mancipi, nihil nō præstigij dæmoniacis conati sunt, impiorum oculis rerum simulachra obijcentes, ut Moſi & Aaroni legatis Dei, fides derogaretur: qua ratione præstigiatore dicēdi potius essent. Est aut̄ aliarū nationum uocabulū, ab Hebræa lingua alienum & peregrinū, usurpatum tamē ab Hebreis, uelut Gen. 2. uer. 8. & uer. 24. item Exod. 7. uer. 13. & uer. 24. & cap. 8. uer. 7. & uer. 18. & cap. 9. uer. 11. Adhac Daniel. 1. uer. 20. deniq; Daniel. 2. uer. 2. D. Hieronymus in Gen. uertit Coniectores: in Exodo, Maleficos. Et sanè Exod. 7. uer. 13. qui primō uo cantur Hachamim, id est lapientes, & Mechassephim, hoc est malefici, ut quidam volunt, mox dicuntur illi ipsi Hartūmim Mezeraim, hoc est, in cantatores Ægyptij: unde colligi potest, quales sint Hartūmim. Idem in Daniel interpretatur Hariolos. Rab. Isaaci Nataris sentētia est, hoc nomine uocatos esse ab Hebreis quoquis qui intergentes singularem profitebātur sapientiam, præsertim quum ea ad superstitionem pertineret.

Nostris adhac Germanis uno eo-  
demq; nomine Zauberer nūcupatur  
magus, ex professo illusor, & frequen-  
ter eruditus, saga uel Lamia ob mētis  
imbe-

*Hartūmim*

*Magni illa-  
for, & Lam-  
mia delusa et  
men feni co-  
dem nouans*

imbecillitatem & corruptamphantiam à diabolo delusa, & uenenum studio usurpans ueneficus. Hinc euenit, ut quando sagarum sit mentio, uel ueneficorum, mox Pharaonis præstigatores, longè à sagaru & ueneficorum actionibus alienos opponant, æquino Germanico falli. Proinde omnes scriptores Germanicos, quo quot me haec tenus in ea lingua legisse contigit, grauiter in hoc argumenti genere impegisse, etiam si speciosos librorum foribus præfixerint titulos, atque sacrae Scripturæ testimonia produxisse videatur, palam testari minimè pudet: maxime quod in aëre turbando morbisq; cōciliandis nimium eos Lamijis tribuere, gladiumq; strictū & fæces inflammandos crudelissimi carnicibus sine iudicio, discretione, uel nulla commiserationis nota imprudentius subministrare uideam. In ea opinionum uarietate, ne tenebras offundat nominum cōfusio, ad hoc nostrū institutum uarijs de causis libuit, Magum infamem à Lamia & uenefica sequi: ut clarius, exulceratissimo hoc nostro seculo, & in hoc negocio, adhuc tam indocto, res innotescant (cui usui uoces seruire oportet) & hi internoscantur de quibus mihi sermo est: atque palam uideatur, ubi ab aliorum male inolita opinione, rationis & faciolantœ Scripturae basi innixus fieri solum, non temere dissentiam, licet his hominibus, ac eorum artibus, quemdam esse communia non diffitear.

Q V I D M A G U S I N F A -  
mīs, yonterā & bisyria.

Caput 11.

*Magnus in-  
famus.*

**M**agi itaque infamis nomen generalius erit, nec tam angustis constrictum cancellis: Lamiarum uero & ueneficarum appellatio, strictioribus circumscribetur limitibus. Magum enim nuncupo, qui à de-

mone uel ab alijs, aut è libris uolunta-  
riè edoctis, præscripta aut barbarorū  
ignotorum aut cognitorū uerborum  
formula recitata, submurmurata, ap-  
plicataue, uel characteribus quibuscu-  
que, aut exorcismis, dirisq; execratio-  
nibus aut ceremonijs, solennibus rit-  
ibus, aut rebus plerisque adiunctis, pro-  
suo arbitrio, dæmonium in præstigio-  
placitum facit.  
10 sum, fallax, uel alioqui ludicrum mini-  
steriū, illicitè euocare conatur, ut ascii-  
ticia se se uel conspicua ostendat ima-  
gine, uel aliter prodat, ad quæsitaque  
uel uoce uel susurro respondeat, uel  
picturis, uel notis, uel quo cunque alio  
modo: uel qui aliud opus, simili rati-  
one præter natura legem, perficere ni-  
titur. Sub hoc etiam nomine illos o-  
mnes comprehendeo, qui ab Hebræis,  
Græcis & Latinis hic uarijs dicti no-  
minibus, superstitiose modoque ueti-  
to futura prædicunt.

Magorum artem omnem ac poten-  
tiam aspirationibus dæmonum con-  
stare, perhibet Laetatius: à quibus in-  
uocati, usus hominum præstigijs ob-  
cæcantibus fallunt, ut non uideant ea  
quæ sunt, & uidere se arbitrentur ea  
quæ non sunt. Sic Clementis & fra-  
trum oculos effascinarat Simon ma-  
gus, ut patris Faustini uultui facies  
uideretur impressa Simonis: Petrum  
uerò deludere poterat minimè. Hoc  
uerè incàtare, fascinare, effascinare di-  
citur: γεννούεις Græcis, γεννάοις, uel εἴτια  
βανδεῖν, (quoniam duæ hæ uoces  
minus generales existant) qua dichio-  
ne Paulus usus est: οὐ̄ infensati Galatæ,  
tie iuves ἐθαυμοῦ: quis uos incanta-  
uit, & oculis ueluti præstigio impo-  
suit, ut non crederetis ueritati? De o-  
culis delusis Paulum intellectissime, testa-  
tur sequentia. Est autem planè præsti-  
gij genus, ut id quod sit, non uideas:  
tum quod non est, te uidere putas: ita  
usus intentium præstringitur, Fasci-  
num

*gyptiorū in-  
auspicata Ca-  
laurit apud  
Feliodorum  
de Histor.*

*Aethiopica  
ex Aegypto*

*wsp̄r̄at,*

*id est, magie*

*antifet, du-*

*plicat facit.*

*Li. 1. ca. 15. de  
Orig. error.*

*Clem. lib. 10.*

*Recog.*

*Incantare.*

*Fascinare.*

*γεννούεις.*

*γεννάοις.*

*βανδεῖν.*

*πανδεῖν.*

*Gala.*

*Fascinum.*

*num*

num id, fascinationem, incantationem, maleficium uel carmen appelles licet:

Magiam uoce Persica, magicen, mā-

*Magia in-* giam infamem, magicam artem, im-

mūdorum spirituum commercijs in-

auspicatam: Græcè τανάλι & ταναύλι,

quasi dicas excantatricem: uel cele-

briori uoce, γοντέση, incantationibus

& carminibus nefariae curiositatis ar-

te compositis concinnatam, quam ho-

*Pugyia.* nestiore uocabulo etiam πεγγία, uoca-

re audent, licet quodam discerniculus:

quasi illius cultores ut artibus illicitis

deditos, putent damnados: huius ue-

*August. lib.* rō patronos, laudabiles, quamvis utri-

*to. de Crux* que sint ritibus dæmonum fallacibus

obstisti sub angelorum nominibus.

Quandoquidem & Porphyrius quan-

dam quasi purgationem animæ per

theurgiam, cunctanter tamen & pudi-

bunda quodammodo disputatione

promittit: redditus autem ad Deum

hac arte præstari cuiquam, insciatur

omnino. Quibusdam uero consecrativ-

*ritur.* onibus theurgicis, quas reterat nuncu-

pant, idoneam fieri atq; aptam suscep-

tionem spirituum & angelorum ad

uidendos deos (uel certius, meo qui-

dem iudicio, dæmones colludentes)

arbitratur. Hanc & Augustinus reijcit. 3

*Maryā quo-* At μαγεῖα esse boni, ad bonū aliquod,

*rūdām Gra-* dæmonis aduocationem, Græci qui-

dam fuso illito uolūt: cuiusmodi fue-

runt Tyanei Apollonij uaticinia. γο-

ντεῖα autem mortuos excitare: unde

etiam ἀνὰ τὸν γόνων, id est à luctibus, de-

ducunt, qui ad sepulchra edi noctu as-

fueuerunt, atque noxios dæmones in

subsidium permouere & excire crede-

*Athenaeus* bantur: & ob id illa aspergine lustra-

*ex Clidamo,* lis aquæ & tædarum igne expiaban-

tur, ne dæmones ea uel obſiderent, uel

laederent. Hanc artem omnium placita-

ta legum exterminant execranturq;

*4. Reg. u.* Hinc inter sacra lega Manassis regis fla-

*2. Paral. 13.* gitia, quibus Deum irritauit, connu-

meratur, quod fuerit maleficus, magiā exercuerit, & Pythonem cōſuluerit.

MAGIAE ORIGO, ET Q.VI

primi eius cultores: insuper Magici libri  
patribus falſo inscripti.

Caput III.

**H**uius artis originem ab angelis *Lactant.*  
preuaricatoribus deducit apud *Eusebius.*

Clementē Petrus lib. 4. Recog.

referens, eos docuisse homines, quod

dæmones artibus quibusdam obedi-

re mortalibus, hoc est magicis inuoca-

tionibus cogi possent: ac uelut ex for-

nace quadam & officina malicie, to-

tum mūdum, subtraēto pietatis lumi-

ne, impietatis fumo repleuerint. Ita

introductum diluuium. Cham uero *Nimulā e-*  
superstitio Noe filius, cuidam ex filiis *eis Beroyus*  
suis, qui Meliam appellabatur (a quo *scribit.*)

Ægyptiorum & Babyloniorum & Per-

sartu ducitur genus) male compertam

magicæ artis tradidit disciplinā. Hūc

gentes quæ tunc erat, Zoroastrem ap-

pellauerunt: admiratæ primum ma-

gicæ artis authorem, cuius nomine e-

stiam libri super hac plurimi habentur.

Hic à dæmonে, quem importunius fa-

tigabat, igne lucensus concretetur.

Huius cineres, tanquā fulminei iictus

reliquias, colligentes hi qui erant pri-

mo decepti, deferunt ad Persas, ut ab

eis tanquam diuinus ē celo lapsus i-

gnis, perpetuis cōseruaretur excubijis,

atq; ut celestis Deus coleretur. Plura

ibidem: & quomodo hinc templa sint

construita, imagines erectæ, mysteria,

ceremonia ac sacrificia instituta, ut eo

licetius peccarin homines, idola nec

uidere, nec caudire, nec in aliquo mo-

ueri scientes. Sic Plinius quoq; in Per-

ſide à Zoroastre (qui Persa Oromali

filius erat, quem aliqui filium Nohæ

Cham putant) ortam magiam cōme-

morat: fuisus eius originem, quando

& à quibus cōperit, & celebrata fue-

rit, enarrans. Iustinus in sua Epitome *August. de*

1 hunc

huc Zoroastrem, qui magicam reperit  
artem, & de eadem centum millia uer-  
su ab Hermippō commentarijs illus-  
trata composuit, Bactrianorū regem  
fuisse scribit, qui (teste Eusebio de Tē-  
poribus, & in decimo de Præparatio-  
ne Euāglica) plus 800 ferē annis an-  
te tempora Troiana fuit, quo etiā tem-  
pore Abraham & Ninus, quicum bel-  
la gesit, uixerūt, cū ageretur annus 10  
ab orbe condito bis milleimus accen-  
tesimus octo gesimus quintus. Moriēs  
Assyrijs prædixit, si cineres suos cōser-  
uarent, ipsorum regnum non peritu-  
rum. Praeceptorem in hac uanitate ha-  
buit Agonacen, quem aliquot annorū  
millibus ante Troianū bellum fuisse  
celebrem, quidam sentiūt ex Cosmo-  
graphica supputatione, qua Troiam  
annis 4020 post mūdi creationem ca- 20  
ptam numerant.

In suis reuelationibꝫ.

Zamolxis Pythagoreus di-  
ctus Strabon. lib. 16.

Magi.

Cora Alma-  
dal & Al-  
chindus de ef-  
fectu prote-  
ctorū. radiorū  
Iean. Fr. Pe-  
tus lib. 7. cap.  
1 & 6. ex pro-  
fiso.

Curit. lib. 6.

Philoltr. in  
uita Apollonii.Volaterr. lib.  
13. ca. 8. An-  
throp.Dion Nica-  
nu et Xiphi-  
lium in vita

Methodius scribit, anno 340 Iared  
surrexisse uiros malæ artis inuento-  
res, iniquos & omni nequitia plenos,  
ex filiis Cain, ut Iobeth & Tholus col-  
filios Lamech, qui cæcus fuit, quorum  
dominatu diabolus eos conuerterit ad  
omne genus magicarum artium.

Zabulum & Zamolxidē in illicita  
attes pronos, hanc primos excogita- 30  
se, uel potius propagasse, ut à patre dia-  
bolo haud dubiè natam, ferunt alij.

Horum uelutigia se quinii sunt Alma-  
dal, Alchindus & Hipocus ex Arabū  
turba, Apulcorus, Zaratus & Cobares  
apud Medos, Marmaridius apud Ba-  
bylonios, Zarmocenidas apud Assy-  
rios, Abbarisitē apud Hyperboreos,  
Thespheion apud Æthiopes, Arnu-  
phis apud Ægyptios, Julianus apud 40  
Chaldæos, uocatus Theurgus, filius  
Iuliani philosophi, qui lib. 4. de dēmo-  
nibus scripti, sub M. Antonino: Cam-  
byses & Zamares, Charondas, Dēmo-  
gorgon (alijs Damigeron) Eudoxus,  
Hermippus, Gobrias, extiterunt & a-

lij clariiores antistites, ut Trismegistus Antoninus  
Mercurius, uel Hermes, qui tempore philophi.  
Mosis uixit apud Pharaonem, quem Suidas.  
mare rubrum absumpfit: Apollonius Crim. lib. 5.  
Tyaneus, Dardanus, Gog Græcus, & Fulgos. lib. 8.  
Gerra Babylonicus. cap. 11.

Recentiore uero magiam (quam Philostr. in  
Cypriam dixere) ex Perfide inuestam Apollonij us  
esse in Græciā, prodiderunt Græci, id.  
à quadam Hostane Persa, qui Xer-  
xem bellum Græciæ inferentem Volaterr. lib. 6.  
comitatus, semina artis portentosæ un-  
dique sparsit, infecto quoconque com-  
meauerat mundo. Hunc ad rabiem, 13. cap. 4.  
non auditatem modò scientia eius, Adversus  
Græcorum populos egisse, afferit Plinius. Apollonij  
Inde Hostanes secundus, Alex- Tya. magica,  
dri Magni comes, artem hanc illustra- Ptic. lib. 7.  
uit. In uniuersum deinde orbem ma- cap. 10. Cōtr. 8.  
giæ studium est translatum. Hanc & Porphyrius  
coluere Antisthenes Atheniensis, & illius lib.  
discipulus Socratis, & Diogenis præce- de responsis  
ptor, author librorum de arte Magi- idem ls. 7. cō-  
ca: Onomacritus apud Atheniensis. Volaterr. lib.  
Musæi socius, Athenis ab Hipparcho 13. ca. 3. An-  
expulsi: Thrafallus etiam ob huius throp.  
petitiam Tiberio Cæsari admodum Herodot. in  
gratus: Sempronius Rufus, natione Polyhymnia  
Iberus, præstigiorum nomine à Seuc- Dion in Tibe-  
ro Imperatore in insulam relegatus, rie.  
deinde ab eius filio Antonino reuo- Dion & Xé-  
catus: Cetius quoq; Hermogenes, philin. in  
Philetæ, Cyprianus qui D. Iustinianus Antoninus  
uirginem Aglao amatori frustra Capitonius.  
conciliare nilis est: item Didius Julianus, Sparitanus.  
& Antoninus Heliogabalus. Volaterr. lib.  
Plotinus. Iamblichus  
Porphyrius. Plotinus  
Iamblichus  
Proclus  
Ioan. Pic. l. 2.  
c. 5. de Prae-  
dictis

& magia non minus graviter q̄ acerbè perstringit Ioannes Franciscus Picus lib.7.cap.5.de Prenotione superstitionis. Hi simul operam dedere, ut cū studio & labore insanirēt, philosophi alliq; sua laude digni. Amphionē quoq; Thebanū & Orpheū magicis artib. ualuisse, tradit Pausanias. His adde Apuleium Medaurēsem nō alia de causa si & in asinū fuisse cōmutatū, q̄ ob magi carū uanitatū peritiā: item Artephiū, qui in Compedio studij Theologie affectat, se peragrasse omnes Oriētis regiones exquirendā sapientiā gratia, & ad Tantalū peruenisse in aureo throno sedentem, deq; cœlestibus, de natura, de morib; docentem, qui nihil minus ab Artephio sit doctus.

Illustrata hēc magia est, & ferē absoluta à Democrito Abderite, qui Dardani Ägyptiorū magi peritissimi libros de Magia cōscriptos, & in eius monumēto abditos eruit, atq; iustis cōmentariorū uoluminib; ex disciplina Apollonice Captidēn & Dardani Phœnicum explicauit. Ab illo Dardanis dicuntur artes. unde Columella:

*At si nulla ualeat medicina repellere morbum, Dardanis uenient artes.* — Et Choastes apud Valerium Flaccum:

*Maximus hos inter Stygias uouit arte Choastes.*

*Sylius lib.1. Itē: Harcalo non pauidus fortas mulcere leānas. Et apud eundem:*

*Necnon serpentes diro exarmare ueneno*

*Doctus Atyr, tactuq; graues sopire chelydros,*

*Ac dubiam admoto sobolem explorare ceraste.*

Eodem Dardani exemplo duodecim libros à le de hoc præstigiarum genere concinnatos, in sepulchro secum recondi uoluit Numa Pompilius, rex 40 & pontifex Rom. Extant & de hoc artificio Hermeris libri.

Non hic erant prætermittendi præstatiissimi philosophi, Pythagoras, Empedocles, Democritus & Plato, qui ad hanc artem discendant (Plinio autho-

re) nauigarūt, exilijs potius quām peregrinationibus suscep̄tis. Hanc reuet si prædicarunt, hanc in arcā habuerunt. Quin & Pythagorā, Platōnemq; ob eam capessendā Memphiticos uates accēssiſſe, & penē totam Syriā, Ägyptum, Iudæam, & Chaldeorū scho-

*Plutarch. iſe  
uita Numen.  
Contra men-  
ſtroſa Pytha-  
goraſ ſatia  
ſcrip̄is Timo-  
Phleſiſuſ.*

las perlustrasse, compertum est. Enim uero hāc apud Chaldeos, religionem etiam in sapientiā philosophica cōmutantes, Allyrios, Persas, Arabes, Äthiopes & Indos plus ab initio cultam fuisse atq; celebratam, quām apud illas alias gentes, constat. Ägyptios adhac, natura superstitiosos, ac in aniles fabulas & histrionica cōmenta religionem uertentes, in primis ea claruisse, quod potissimum apud eos dēmonū uiguerit cultus; quibus nihil studio maiori fuit unquā, nihil prius, quām ut quibuscumq; possent modis, à uera Dei & nature contemplatione abreptos, transuersos homines suis illaquearent uaframentis. Ita Græcia amates & perquām studiosi nouarum & ingeniosarum inuentionum, in Pyrronias disputationes religionē transfuderunt: quemadmodum Romani dominationis natura cupidi, eam ad suos similiter inflexerunt attemperruntq; affectus, & imperio conformarunt politico: qua ratione utriq; dēmonum artibus manū quoq; pronius dedere. Exitēre & Choatré populi, incantatores nō uulgares, quorum lacus iuxta Maeotim, Plinio testē. Valer. Flacc.lib.6.Argonaut.

*Centoras & diros magico terrore Choatras.*

Neuri Scythiae populi incantatores *Herod.* quoque habiti famosi.

At quanquam naturalem magiam plerosq; eorum authorū coluisse obiectetur, plurimum tamen eoſdem superstitutionis impie infamisq; magiæ admiscesse comperitur: ut naturalis illa goetia & theurgia illecebris con-

*I 2 fula,*

*Naturalis  
magia quid,  
& eius com-  
mendatio-*

fusa, malorumq; dæmonum impostu-  
ris irretita, non satis fecernatur. aliás  
penitissima illa naturalium rerum ab-  
strusarum speculatio & cognitio, uera  
nimurum philosophia, sauctiorq; ma-  
gia, à sapientibus solenni plausu exci-  
pienda, colendaq; , à me hic non ele-  
uatur, cui etiam nulla ex parte quic-  
quam derogatum uolo . Rabini He-  
breorum afferunt, antiquos patres ad  
sanhedrim, hoc est, consilium & iudi-  
cium magnam admisisse neminem, ni  
si magiæ peritum, & gnarum septua-  
ginta linguarum. Adhæc quos Græci  
sophos aut philosophos, Chaldei etiā  
magos uocant, ut in Danielem testa-  
tur D. Hieronymus : hos commendat  
ueritatis historia, Matth. 2. momentū  
enim, locumq; nati filij Dei, ex prophe-  
tis, quas in illo regno & Babylonico 20  
Israeliticæ captiuitatis tempore spar-  
serat, stellæ monitu agnoscunt. Quam  
quidem stellam nō fortuitò illuxisse,  
neque ex materia physica naturæ du-  
stu inflammata exarsisse, uerū diui-  
nitus accēsam, ut Christi nativitatem  
designaret, ipsosque ad locum in quo  
erat duderet, intelligent. Superio-  
rum uero infamia uel hinc magis elu-  
cesceret, quod in Diuinationibus Cice-  
ro scribit, in Persis augurari magos, &  
diuinare, congregariq; in phano com-  
mentandi causa, atque inter se collo-  
quendi. Et quod grauius multò est, in  
lib. de Sacrificio & Magia Proclus, dū  
hanc naturalium sympathiam cogni-  
tionemq; , & si uoles, compassionem  
laetissimè démonstrat, etiam numinum  
aduocatione uti solitos magos, per hu-  
iusmodi rerum consensum, tradit. Eos 40  
quoque multæ idolatria occasionē  
dedisse, fabricatos temere supersticio-  
num & falsæ credulitatis plurima ge-  
nera, testatur Laërtius. Ex quo artis li-  
quer ignominia, quod numinis appellati-  
onem prætentis, ad dæmonum incli-

nans uersutias, impeditissimis & ipsa  
erroribus obreuita, minus prouidos in  
interitum præcipites rapiat.

Sed utinam posterioribus Magis ea  
mansisset religio, quæ Magorū Perfa-  
rum erat, & Ägyptiorū sacerdotum,  
& Druidum Gallorum : qui nefas esse  
arbitrabantur, ea magiæ sacra litera-  
rum monumentis committere, ne uul-  
go innoteſcerent. Ita tandem fuisset  
sperandum, illud prodigiosum diabo-  
li artificium, atq; generi humano exi-  
tiosum, prorsus interitum: quem  
admodum & iam Theologis & Medi-  
cis quoconque moliminis genere co-  
nandum, ut artium hæc perniciōſiſſi-  
ma, fraudib. plena, è religionis nostræ  
sacrī quā longissimè exulet, & è di-  
uinae Medicinæ castris omnino pro-  
cul exterminetur, quum utranq; suis  
fucatis exorcismis, barbaricarum uo-  
cum preculis, obscurorum nominum  
recitatione, sacrosancti eloquij abusu,  
ligaturis, periaptis, carminibus que ad  
salutis & uitæ hominū perniciem con-  
spurcarit, sicuti apud Iudeos secreti-  
orem diuinæ legis interpretationem  
Cabala nūcupatam, identidem ab ea  
defodatam uitiatam que legimus: ut  
Cabalistica eiusmodi magia, Christū  
incōparabilia effecisse miracula, aſtru-  
ere non exhorrescant perfidi Iudæi.

Et hodie adhuc titulis, quos præ fo-  
ribus splendidos suspendunti magi, ḡia.  
ementitis circunferuntur libri sub no-  
minibus Adæ, Abelis, Enoch (quem di  
uniorem ante cæteros fuisse afferuit  
uetus) item Abrahæ, Aaronis, Dan-  
ielis ob somniō explicationem, So-  
lomonis (insigni coniectura ita ex Io-  
sepho auguratur sacrilegi, indoctis au-  
ribus irrepentes) adhæc Zachariae Ba-  
bylonij, Pauli, Honori, Cypriani, Tho-  
mæ, Hieronymi & Eboracensis cuiusdam:  
ut ob speciosa hæc nominū le-  
nocinia magis arideant, illiciantque,  
&c.

*Cabala à ma-  
gia infamia uti-  
tata.*

*Lib. 8. antiqua  
Iud. cap. 11.  
Vide sequen-  
ti lib. 5. ca. 22.  
exam de Solo-  
mone opinio-  
nem scitè di-  
lutam.*

& citius fidem sortiatur. Verum acius intuenti, aperte se prodiit horum furciforum circulatorumq; fallax præstigiū, & nostro quo iam pridem confita se profitentur ipsa uolumina. Ioseph quoque Israelis filio, ex peculia-  
ri Dei munere uaticinanti, somnia interpretanti, in fratrum ministerium à prouidētia diuina segregato, Christi-  
que typum gerenti, eam aspergit ma-  
culam Iustinus, illum magicas notuisse  
artes, easq; ad Mosen & reliquos per-  
uenisse scribens. Idem de Mose tradit  
Plinius, & Tacitus: quem etiam Aegy-  
ptium sacerdotem dixerū nō ualde di-  
ligentes (teste Capnione) quidam re-  
rum scriptores, ut Strabo Cosmogra-  
phiæ libro sexto decimo. Magū item  
& fallacē eum appellat Posidonius,  
& Lysimachus, & Apollonius Molon, 20  
& plerique alij, similiter Apion: quos  
mendaci, ignorantiae & insaniae insi-  
mulat Iosephus multis argumentis.  
Eam labem in primitua Ecclesia quo-  
que multis Christianis illeuerunt gen-  
tes, qui tantum differebant à magis,  
quantum à tenebris lux, à mendacio  
ueritas, ab ima uanitate, summa & fin-  
cera pietas. Hos Origenes defendit.  
Nec sanè illud mirum, quū plures ab 30  
hæreticis & impostoribus libros sub  
titulo Seruatoris nostri Iesu fuisse edi-  
tos, non solum Hieronymus in 13. Eze-  
chielis commentario testis sit: sed &  
Augustinus in lib. 1. de consensu Euau-  
gelistarū affirmet, fuisse gentiles quo-  
dam temporibus suis, qui iactarent se  
uidisse & leguisse libros aliquot Christi  
ad Petrum & Paulum, in quibus scri-  
pta esset summa totius artis magicæ, 40  
ex cuius periti Christus, dum uiue-  
ret, totū tātaq; miracula edidisset: quo-  
rum insaniam quatuor argumētis eo-  
dem in loco breuiter refellit.

*Ex magis  
multi hæreti-  
ci prodicere.*

Ex eo magorum collegio etiam in-  
gens hæreticorum numerus in Eccl-

154  
siam irrepit, qui siue Iannes & Mam-  
bres restiterunt Moysi, sic & illi Aposto-  
licæ ueritati oblatarunt. Horum prin-  
ceps extitit Simon Samaritanus, qui *Simon Samari-*  
*nus, rit. magus, he-*  
*reum semi-*  
*narism.*

*Adias epi-*  
tatus dilabitur, misereq; interijt. Eius *sop. Bab. lib.*  
*blasphemias prolixè recensent Cle-*  
*mens in Itinerario, Ireneus, Egesip-*  
*pus lib. 3. de excidio Hierosolymit. ca-*  
*pite 2, Eusebius, Nicephorus lib. 2. Ec-*  
*cles hist. cap. 27. Ambros. in Hexame-*  
*tro, Fulgos. lib. 8. cap. 11. Menander ma-*  
*gus Simoni successit, ipse quoque ge-*  
*nere Samarita: neque solum eius ex-*  
*presit impietatem, sed longè superās,*  
*maioribus portentis efferebatur, seie*  
*seruatorem dictiās ex olymbo ad cœ*  
*lum demissum, docebatq; nullo pacto*  
*angelos ab hominibus uinci aut cogi*  
*polle, quām artis magicæ disciplina &*  
*baptismo, ab eo traditis, ex quibus im-*  
*mortalitatem humano generi proue-*  
*nire asserebat. Quæ omnia ex libris I-*  
*renai referit Eusebius lib. 3. Ex illo Si-*  
*mone tanquam ex hæretum femina-*  
*rio, pullularunt per multas successio-*  
*nes, monstrosi Ophite, turpes Gnosti-*  
*cis, iactantes omnem intelligentiam li-*  
*bi datam non cœlitus, sed à sp̄itu im-*  
*postore & uentilo quo: impii Valen-*  
*tiniani, Cerdoniani, Marcionistæ, Mō-*  
*taniani, & multi alij hæretici, propter*  
*quæstus & inanis gloriæ auctiuiū mé-*  
*tientes aduersus Deum, nec quicquā*  
*utilitatis aut beneficiorum conferen-*  
*tes hominibus: at decipientes, & in*  
*errorem perniciemque præcipitantes.*  
*Huc pertinet famosissimi magi Cyno-*  
*pis historia, quicum Joanni Euangeli-*  
*stæ, iussi Domitiani, in Pathmo insu-*  
*la, quæ est una ex Sparadibus, exulan-*  
*ti, controuersia erat. Exempla quoq;*

leguntur apud Iosephum libro 20. antiquitat. Iudaic. capite 6.

Q VI MAGIAM INFAMEM  
postea colere, & funeris quorundam  
interitus. Cap. IIII.

**S**Vperiorum magorum nugamen-  
ta itidem insulse sequuntur. Ap-  
pion Grammaticus, Julianus apo-  
stata, Robertus Anglicus apud Helue-  
tios miserè mortuus, Rogerius Ba-  
chon, Petrus Aponensis Conciliator  
dictus, Albertus Teutonicus, Arnol-  
dus de uilla noua, Anselmus Parmen-  
sis, Picatrix Hispanus, uel author libri  
Apon. C ad Alfonsum sub Picatricis nomine,  
4. cap. 9. & plerib.  
lib. 7. cap. 5. que alij obscurioris nominis scripto-  
& 7. de Pre-  
not. superfl. uelut & ad.  
rū Brachma-  
nū & Gymno-  
sophista. nulla ratione subnixa, aut supersticio-  
nes, pijs omnibus indignas congesse-  
runt: quorum plures etiam in hac ar-  
te florentissimos, fama multatos, &  
quād miserrimē hoc mundo defun-  
ctos fuisse, se partim cognouisse, par-  
tim testantibus fidelissimis homini-  
bus audiuisse, assertit eximium illud o-  
lim Germaniae decus Ioannes Reu-  
chlinus, linguarum peritissimus. Quā  
dog; enim eiusmodi societatis iure de-  
uinctos, uel ancipitibus falsisitè pre-  
stigijs ad mētiendum permotos per-  
dunt dæmones, & iudicibus uincen-  
dos, excarnificandos, enecandosque  
prodūt: uel ip̄i tragico aliquo tristiq;  
supplicio interemptos abripiunt. So-  
lent tali quidem honore & remunera-  
tione, tenebrarū potestates suam affi-  
cere clientelam. Ita Zoroastrem ab-  
sumperunt flammæ, ac Simonem ma-  
gum altissimus casus. Zaroes & Arpha-  
xat magos in Persidis ciuitatibus ludi-  
ni illa mor-  
tem.

episcop. lib. 6. certam. Apostol. Sic &  
Cynopem magoru principem, Ioanne Cynope mad  
euangelista orante, fluctus absorpsisse ḡas à fluctib.  
legimus. L. Piso primo Annalium au-  
tor est, Tullum Hostilium regem, ex

Numæ libris, eodem sacrificio quo Io-  
uem cœlo deuocare conaretur, quo-  
nam parum ritè quedam fecisset, ful-  
min iictū. Amphiaraus Argivius uates Statim in  
& augur, cauere sibi non potuit, quin Thebaide.

primo die quo Thebas ueniret, hiatus  
terræ absorberetur. Maxentius Impe-  
rator artibus magicis (quibus exercen-  
dis erat aptior quām Imperio) dedi-  
tus fuit, & mulieres pregnantes inter-  
dum secuit, aliquando infantum re-  
cens natorum uiscera inquisuit. Quā-  
doq; arcana quibusdam rationib. de-  
mones acciuit, eorumq; responsis bel-  
lum, quod sibi à Constantino & Ly-  
cinio parari fenserat, amoliri conatus  
est. At quod hic sui conatus impij for-  
titus est autoramentū? Vicitus aliquot  
à Constantino prælijs, cum suis tan-  
dem in flumine mersus perit, pente-  
Milvio rupto, quem scaphis coniu-  
atis, ut transire posset, ipse fecerat, &  
in proprium appararat exitium. Chri-  
stiani dixerunt, interitum Maxentij simi-  
lem fuisse Pharaonis pœnae.

Scribit Olaus Magnus li.3. cap. 4. de  
gent. Septent. quād Methotin quidā Arte magica insignis, excellentem fi-  
ctæ dignitatis, uel potius diuinitatis  
opinionem sibi assumens, simplicium  
animos præstigiosæ artis fama sedu-  
ctos, ad præstigiosa libamenta sibi pen-  
denda adduxerit. Hic cū esset sum-  
mus deorum pontifex, sacrificia cere-  
moniasq; ita distinxit & ordinavit, ut  
discretus superflū cuiq; cultus & liba-  
tio obseruaretur, afferens deorum of-  
fensas communibus sacrificijs aut per  
mixtis ceremonijs expiari non posse.  
Tandem sceleribus eius detectis, con-  
cursu populi occiditur; occisusq; pe-  
stis.

Lib. 1. de ner-  
bo muris.

Zaroes & gū altissimus casus. Zaroes & Arpha-  
xat magos in Persidis ciuitatibus ludi-  
ni illa mor-  
tem.

Euseb. lib. 9.  
cap. 9.

Methotin  
magis oca-  
cidatur.

Hollerus magis trucidatus.  
Hollerus magus submergitur.  
Faustus magus qui famosus.

stifera cadaveris sui contagione pluri-  
mos perimens, tumulo extrahitur, ac  
palo infigitur, quemadmodum uani-  
tatis ipsius meruerant præstigie. Ete-  
iusdem libri cap. 18. hæc narrat: Cole-  
batur etiam inter alia Aquilonis numi-  
na, magus quidam Hollerus nomine,  
nō minori fraude, quām singulari su-  
perstitione, diuinitatis opinionem &  
cultum sibi in gente curiosa uendicās.  
Is siquidem parem cum Othino am-  
plitudinem in medio deorum assecu-  
tus, ad eū armorum & præstigiarum u-  
su clarus euasit, ut ad trajicienda ma-  
ria osse, quod diris carminibus obsi-  
gnauisset, nauigij loco uteretur: nec  
segnius eo, quām celerrimo uelorum  
uentorumque usu, præiecta aquarum  
impedimenta superaret. Tandemque  
ut diuinitas eius ostēderetur esse mor-  
talis, ab æmulis suis truculentissima  
morte est interemptus. Præterea Od-  
donem, Danicū piratam maximum,  
tradit absque catina altum pererrasse  
mare, & hostilia sēpe nauigia concita-  
tis carmine procellis euertisse: ac po-  
strem peritio hostile circumuētum,  
gurgite submersum esse, qui marinos  
uortices præstigiosis carminibus olim  
calcare confuevit.

Ioannes Faustus ex Kundling oppi-  
dulo oriūdus, Cracoviæ magiam, ubi  
olim docebatur palam, didicit, eamq;  
paucis annis ante quadragesimum su-  
pra sesquimilesum, cu multorum  
admiratione, mēdacijs & fraude mul-  
tifaria in diuersis Germaniæ locis ex-  
ercuit. Inani iactantia & pollicitatio-  
nibus nihil non potuit. Exemplo uno  
artem ea cōditione Lectori ostēdam, 40  
ut se non imitaturum, mihi prius si-  
dem faciat. Hic sceleris ergo captus  
Batoburgi in Mosa ripa ad Geldriæ  
fines, barone Hermanno absente, mi-  
tis ab eius facellano D. Ioanne Dor-  
stenio traetabatur, quod huiusmo<sup>bo-</sup>

no, nec callido, plurium rerum cogni-  
tionem artesque uarias polliceretur.  
Hinc & tamdiu uinum, quo Faustus  
unicè afficiebatur, promptilie, do-  
nec uas euacaretur. Quod ubi Fau-  
stus intelligerer, atque Grauiam sibi  
abeundum esse, ut raderetur barba, di-  
ceret alter: uinum is si adhuc curaret,  
artem denuò promittit singularē, qua  
citra nouaculæ usum, tolleretur bar-  
ba. Conditione accepta, arsenico con-  
fricari eam citra ullam præparationis  
mētionem iubet: adhibitaq; illinitio-  
ne, tanta successit inflammatio, ut nō  
modū pili, sed & pellis cum carne ex-  
ureretur. Cum stomacho idem ille mi-  
hi facinus hoc nō semel recensuit. A-  
lius mihi nō incognitus, barba nigra,  
reliqua facie subobscura, & melacho-  
liam attestante (spleneticus etenim er-  
at) quum Faustum accederet, incun-  
ctanter hic ait: Profectō te fororium  
meum esse existimabam, pedibus tuis  
mox obseruatis, num longæ & incur-  
ue in ijs prominenter ungula: ita hūc  
dæmoni assimilans, quem ad se ingre-  
di arbitraretur, eundemq; affinem ap-  
pellare consuevit. Hic tandem in pa-  
go ducatus Vuirtenbergici inuentus  
fuit iuxta lectum mortuis inuersa fa-  
cie, & domo præcedenti nocte media,  
quassata, ut fertur.

Ludimoderator apud Goslarienses  
ex Fausti magi, uel uerius infausti ma-  
li doctrina inuictus, modum quo car-  
minibus in uitro coerceretur satan, di-  
diceit. Ut itaque impeditur à nem-  
ine, die quodam in syluam abiit: ubi in  
magica execratione aberranti appa-  
ruit dæmon horrenda admodum for-  
ma, oculis flammeis, naribus ad cornu  
bubuli morem intortis, oblongis den-  
tibus, aprinis non dissimilibus, genis  
felem referentibus, & in uniuersum  
terribilis. Hoc idolo terrefactus hic  
prosternitur, iacetq; horas aliquotis.

**D E M A G I S**  
mimortuus. Tandem respiranti non-nihil, atq; ad ciuitatis portas progredi enti, quidam familiares obuij, uultus mutati, pallorisq; causam rogant. Hic tremens & uelut furibundus obmutuit, domumq; ductus horredos edere sonos, & prorsus insanire coepit. Anno tandem exacto fari denud incipit, & ea specie sibi dæmonem apparuisse narrat. Cœnæ uero Dominicæ communionem ubi tum celebrasset, tertio pôst die se Deo commendans, calamitosæ huic uitæ ualedixit.

Quidam item magus in pago uix ab Ihena oppido dimidium miliare, medicinam fecit: liteq; inter hunc & uicinum fabrum lignariu orta, hic alterum cōuicij acerbioribus irritauit. Post menses aliquot periculo so afficitur morbo faber, priusq; offensæ ueniam precatus, magi opem implorat: qui disimulata iniuria, iubet ægrotū in potionē uti radice, cui à Verre nomen est (sic legitur) cum alijs uenenis herbis. Ea bibita tam atrocibus exeretur cruciatibus indies magis ac magis auctis, ut tandem cum morte uitam commutarit. Homicidij accusatur magus à fabri coniuge & consanguineis. Causa uero ad magistratum 30 Ihenensem delata, vinculis ille coercetur: & questionibus subditus rem omnem confitetur, ac in primis quod vindictæ studio fabru perdidisset, subiungens artem se edocum fuisse à uetula non procul ab Hercinia sylua degente: item dæmonem sibi semper præstò fuisse, commone facientem inspirantemq; quid consilij tam absentibus quam præsentibus præstari oporteret. Quare palo affixus, Vulcano consecratur.

*De Prænot. super lib. 4. cap. 9.*

Alloquitum se plurimos asseuerat Ioannes Frânciscus Picus, qui uana spe futurorum delusi ab apparente sibi dæmoni, perinita pœta uocato, usque a-

160  
dæ uexati fuerunt postrem, ut optimè secum putarint actum, ne uitam amiserint. Aliu quoq; intellexit ab eius dæmonis adhuc uiuis, à dæmoni quinq; aginta fermè abhinc annis uiuū ab latu, nusquā comparuisse, dum curioso cui dæ & malè sano principi Troiae oppugnationē repræsentare, quasi in scena, pollicitus esset, Achillemq; & Hectorē introducere præliaentes.

Comes item Matisconensis magiæ factionis, hora prandij coram multis Baronibus & militibus abreptus fuisse à dæmonibus legitur, ac ter circum ciuitatem Matisconensem uelociissime uectus cunctis uidentibus, atque ter miserabiliter exclamasse, Succurrite ciues, succurrite: unde tota ciuitas fuit commota, atque ille uectus perpetuus dæmonum comes, ut fusius docet Hugo Cluniacensis.

Recéti adhuc memoria, Anno 1530, sacerdoti in crystallo thesauros Norbergæ ostenderat dæmon: hos cum loco perffoso ante urbem quereret sacerdos, adhibito amico spectatore, & iam in specu arcum uidisset, atque ad eam cubantem canem atrum, ingressus sacerdos in specu, opprimitur interficieturq; ruente cacumine, & spesum rufus complete.

Saltzburgi incantatoris actabat, se omnes in uicinia ad miliare serpentes posse in unam perducere foueam, & interimere: quod cum tentaret, tandem antiquus & ingens proserpit serpentis, quem quum carmine in foueam compellere niteret, ille exiliens, incantatorem uelut cingulum amplecti tur, trahitq; in foueam, & enecat. Hec magiæ huius stüpédia, hi simulat fructus amicitiae, haementitæ phialæ, an nuli, carceres, si eti compedes, & uena pernicioſaq; ludibriæ.

Restè igitur ac piè Petrus Lombardus ait: Dæmonum scientia & uirtute tauri, d. 7. exer-

*Sacerdoti in crystallo thesauros ostendit à dæmoni uectus, & ab eo dæmon opprimitur in specu.*

*Ad serpente magus enecatur.*

*Liber 2. Scientia & uirtute tauri, d. 7.*

excentur artes magicæ, quibus tam potestas quam scientia à Deo data est uel ad fallendum fallaces, sicut Ægyptios: & etiam in ipsos magos data est, ut eorundem spirituum operatione uiderentur admirandi, à quibus erant dammandi: uel ad monendum fideles, ne tale quid facere pro magno desiderent: uel ad exercendum seu probandum iustorum patientiam. Nec putandum est, dæmonibus hanc rerum uisibilium materiam ad nutum seruire: sed Deo potius, à quo haec potestas datur.

DE LIBRIS QVIBVS  
dam magicis. Cap. V.

**P**reterea non eximios tantum uiros, sanctos patriarchas & Dei angelos tam sceleratorum execratorumque dogmatum iactant autores, hi magi: uerum etiam libros à Razielle & Raphaele, Adæ & Tobiae angelis, traditos ostentare nō erubescunt, ut hoc fuso suam pulchre adornent. *Cap. 4. Libri magici.* Empusam. Hi uero libri, ut & superiores, penitus introspicient preceptorum canonem, rituum modum, uerborum confutetudinem, characterum genus, barbarum constructionis ordinem, indoctam phrasim, sententiarum uim, res insulsas, manifeste sepe produnt, & inscriptiones esse adulterinas suppositionesq; nec nisi summas imposturas eos continere, necnon ita pridem ex unius conspirationis uolutabro cunctos nostra etate scaturisse, minimeq; Chaldeorum & Hebreorum linguam uetus tamq; respire: nec duplarem Ægyptiorum characterem, unum in scriptis, alterum in prophanis agnoscere, commonstant. Interim tamen à perniciofissimis abominationum architectis uera sapientiae ignaris fabricatos esse ex gentilitijs quibusdam obseruationibus, nostræ religioni: ceremoniis, ueluti ex insidijs, ut circumueni-

162  
ant citius, studio immixtis insertisque multis signotis nominibus & signaculis, ut stupori terroriq; sint rudioribus, simplicibus & incautis, mentis sanæ dubitet nemo.

Optimo iure his annumeretur abominabilis libellus nuper in lucem ab impio homine emissus, tributusque Henrico Cornelio Agrippæ, meo olim hospiti & præceptoris honorando, ultra annos quadraginta iam mortuo, ut hinc falsò eius manibus iam inscripti sperem, sub titulo quarti libri de Occulta philosophia, seu de ceremoniis magicis: qui insuper clausus librorum trium de occulta philosophia, omniumque magicarum operationum iatatur. Sed

Parturiunt montes, generatur ridiculus mus:  
meræ sunt nugæ, & scopæ dissolutæ, ut nihil ex eo certi constituere queas, etiam si huius uanitatis studiosissimus singula quo iuber author ordine, industrie prosequaris, inchoesq; ex figura mundi, collectis literis ab ortu corporis planetæ secundum successionem signorum per singulos gradus, atq; ex singulis gradibus ab ipso planeta aspectis, facta proiectione à gradu ascendentis, ut ille proponit, & fuisus nugasq; docet. Idem dictum uolo de tabulis, per quas malorum spirituum nomina extrahuntur: & de calculatione, quam Ægyptijs literis tradidisse Trismegistus dicitur, qui etiam omnium primus exitissime fertur, qui de nominibus spirituum eliciendis tractat. Fabrica quoque exquisita in hoc libello subsequitur de characteribus bonorum & malorum spirituum: quos tamen ita effictos esse ad deceptionem, nec ijs quicquam inesse uirium, quilibet sanæ indolis haud difficeret iudicabit. Accedit & tabula, per quam figuræ quædam malorum spirituum familiares, & imagines inueniuntur,

*Quartus lib. de occulta philosophia impia. Cardanus lib. 18. de subtilitate philosophia, seu de ceremoniis magicis: qui insuper clausus librorum trium de occulta philosophia, omniumque magicarum operationum iatatur. alio titulo eiusdem libri me minit.*

untur, sub quarum forma inuocantibus occurtere & comparete illi solent: item formæ familiares spiritibus Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. Pentacula describuntur quoque tanquam figura quædam sacra, à malis euentibus nos preservantia, & ad malorum dæmonum constrictiōnem & exterminationem adiuuantia: malos etiam spiritus allientia, nobisq; conciliantia, quæ ex characteribus, picturis, nominibus bonorū spirituū uariè componuntur, quibus abominabilis, imò blasphemus sacrae Scripturæ adhibetur abusus. Inter reliquas preces, rogatur etiā malus spiritus ad cogendos homines, cuius nomen similiter inseritur: fitque hoc, si ad malū tendit operatio, ut ad uindictam, pœnam uel destructionem. Praeterea si quis uerſiculus in Psalmis, uel aliqua parte literarum sacrarum, desiderio nostro congruus habetur ille orationibus immiscetur: & post orationem ad Deum, quandoq; oratio converterit ad exequitorum illum, qui minister in precedenti oratione optatur, siue unus fit, siue plures: siue angelus, uel stella, uel anima, uel ex Herou numero aliquis.

Subsequuntur & uariæ consecratio[n]es rerum aliarū, tum libri, per quem malorum dæmonum ministerio plurimum quidam utuntur, cui spiritus inscripti proclinem obedientiam sacro quodam suo iuramento uouerūt. Hic post consecrationem conservatur religiosè, ne extra institutum aperiatur. Fumi certè & anicularam deliramēta. Idem sentendum de inuocatione bonorum spirituū ibi descripta, ubi post delicia multa, recitat[ur] genibus flexis Psalmus, Beati immaculati in via, cum diuinis & angelicis nominibus: eoq; finito surgit auctor, & incipit ab Orienti in Occidentem cōtinuo uortice in-

tra cōfēcratum circulum circuire, docē uertigine correptus humi in circulo procumbat, ubi quiescens statim in extasi rapitur, in qua is se prodit qui cuncta annunciat. Sic & oracula per informia reddūtur, si post alia ex prescripto administrata, lectum ingrediat[ur] auctor cogitatu illi rei inhærente, quam cognoscere desiderat, eoq; indormiat modo. Hisce somnijs haud dubiè insinuat se diabolus, quādo res imaginationi cogitationiq; tam validè impressa adhuc in organis imaginatiōni inseruentibus hærent. Quæ etiam in malo spiritu inuocatione requirantur, eadem religione prolequitur. Vbi adhibentur quoque consecratæ res, necessariae tam ad defensionē inuocant's & sociorum eius, quād etiam ad uincula & constrictiōnem spirituum: quales sunt sacræ chartæ, lamīæ, picturæ, pentacula, gladij, sceptræ, uestes, ex materia & colore convenienti. Apponuntur & sedilia pro spiritibus, qui quoque inuocati ad potum & elum initiantur. Inde pestilen[tissimus] subiungitur libellus, Heptameron inscriptus, siue elementa Magi Petri de Abano: quem, ut reliquos greci Petri de Abano. id genus omnes, interlectionis reiecit libros, Vulcano cum primis consecrare decet. In eo circulus & eius compositione describitur, item nomina horarū & angelorum eis præsidentium, barbara nimis, quemadmodum & angelorum quatuor anni temporum nomenclatura: consecrationes quoque & benedictiones circuli ac suffumigiorum, exorcismus ignis cui superponuntur fumigia, ueltis & pentaculum factum die & hora Mercurij, crescente luna, in charta, membrana scilicet hœdi, ubi prius super illo dicta fuerit misa Spiritus sancti, & aspersa baptismatis aqua. Succedit modus operacionis, exorcismus spirituum aëreorum ipsius missa & aque baptis- mati.

impious, oratio ad Deum blasphemæ, in  
quatuor mundi partibus recitanda in  
circulo, deinde uisiones & apparicio-  
nes uirtute exorcismi excitatae, cū in-  
uocatione horrenda exorcistæ: nomi-  
na item angelorum absurdæ diei Do-  
minici, & eius coniuratio, ut & singu-  
lorum totius septimanæ dietum.

*Agrippa à*  
*Cassius min- datur.*

*Iouius in*  
*Elogio & ex*  
*hoc Adre-*  
*as Hendorf*  
*in libro Exi-*  
*plorium Ger-*  
*mata & ple-*  
*vique aliq.*

Occasione huius libri Agrippæ af-  
scripti, silentio inuolui diutius ob ue-  
ritatis prærogativam nō patiar, quod  
in diuersis aliquot scriptoribus lege-  
rim, diabolum forma canis ad extre-  
num Agrippæ halitum comitem ipsi  
fuisse, & postea nescio quibus modis  
euauisse. Satis equidem mirari hic  
nequo, tantæ existimationis uiros  
tam insulæ aliquando loqui, sentire  
& scribere ex inanissimo vulgi rumo-  
re. Canem huc nigrum mediocri sta-  
ture, Gallico nomine Monsieur (quod  
Dominum sonat) nuncupatum, noui  
ego, si quis alias familiarissimè, quem  
nimirum non raro, ubi Agrippam se-  
starer, loro ex pilis concinnato alliga-  
tum duxi: at uerè naturalis erat canis  
masculus, cui alias fœmellam ferè colo-  
& reliqua corporis constitutione  
similem, quam Gallicè Madamoselle  
(Dominam) appellabat, me præsen-  
te, adjunxit. Causam autem huic fallæ  
opinioni dedisse opinor, partim quod  
canem hunc pueriliter nimis amaret  
(ut sunt, quorundam hominum mo-  
res) oscularetur plerumq; aliquando  
& à latere hunc hibi admoueret in mé  
sa, quemadmodum & in eodem simul  
lecto lubidice noctu pateretur, ubi  
coniugem Mechliniensem Bonnæ re-  
pudiasset anno tricesimo quinto su-  
pra sesquimillesimum: uelut & in mu-  
stæo, ubi inter supellestilé chartaceam  
certè insignem perpetuus erat Agrip-  
pa, atq; in eius mensa Agrippæ &  
hiu studijs communij, inter utrumque  
sempre iaceret hic canis. Partim ad-

hæc, quod, licet in dicto hypocausto  
inter chartas continuò delitesceret  
meus herus, nec toto ostiduo uix se-  
mel prodiret, quicquid tamen in di-  
uersis regionibus ageretur, ferè norat.  
Hoc alij imprudentiores, huic cani ue-  
dæmoni, dum ad essem, acceptum fe-  
rebant: sed reuera à doctissimis qui-  
busque uiris ad illum unde quaq; scri-  
bebatur quotidie. Anno supradicto  
Bonna Lugdunum profectus, capi-  
tur à rege Francisco, quod liberius  
non nihil in ipsis matrem aliâs scri-  
plisset: sed quotundam intercessione  
liberatus, Gratianopolis in Delphina-  
tu post aliquot menses in Domino ob-  
dormijt. Tum ego Lutetia Parrhisi-  
um agebam.

In hoc catalogo recensendus libel-  
lus Arbatel de magia ueterum, inscri-  
ptus, magicæ impietatis plenus, uti  
constat ex aphorismo 16.17.21.24.25.  
27. & alibi, secus licet splendide polli-  
ceatur in fronte, nimirum Pneumaticam  
magiam ueterum tum magorum  
populi Dei, tum magorum gentium,  
pro illustratione gloriæ & philanthro-  
pias Dei.

DE IOANNE TRITEMIO  
etiuq; libro Steganographia inscri-  
pto. Cap. VI.

*S*teganographia Ioannis Trite-  
mij abbatis Spanhemensis, in hæc  
uerba meminit Carolus Bouil-  
lus: Ad Tritemium diuerti, quem re-  
peri magum, nulla philosophiæ par-  
te insignem. Eius Steganographiam  
euoluï uelitatem nonnullorum capi-  
tum perlegens initia: uix horas duas  
librū in manibus habui: abieci enim  
eum illicet, quod terrere cœperant me  
tâtæ adiurations, ac tam barbara at-  
que insolita spirituum (ne forte dicam  
dæmonum) nomina: uniuersa uero  
hiu modi nomina (quoad uidere vi-  
sus sum) ignota linguae sunt. Aut e-  
m 2 nim

*In epistol. ad*  
*Germanum*  
*Ganatum*  
*Reg. cœlitar.*  
*Tritemius.*  
*Steganogra-*  
*phia Trite-*  
*mi.*

nim Arabica, aut Hebraica, aut Chaldaica, aut Græca: Latina pauca, aut fermè nulla. Innumeri aut sunt characteres, quibus adiurationes singulæ notantur. Quod in epistola ad Boscum Tritemius scribit, uerba esse plana, lucida, fine omni literarum aut uocabulorum transpositione, ita ut omnes elegant & intelligent: secretum tamen illius qualecumque erit, manere ignotū: haec tenus uera loquutus sit. Nam in tota huicmodi Steganographia paucissim sanctissimas ac piissimas orationes inserit, quæ ad amicum epistolaram loco mittantur: re autem uera la chrymæ sunt crocodili. Id enim mihi facere uidetur, quod D Dionysius in epistola ad Sosipatrum de Apollophane sentit: Diuinis aduersus Deum nefariè uitit, ac per mundanam inanemq; sapientiam, diuinā sapientiam euacuare molitur. Quod aut sine adiutorio spirituum omnia pollicetur se facturum, rectè (ut ait Daniel) in caput suum mendacia confingit: manetq; puto angelus Dei bonus, ut secet eum medium, dissoluatq; sedis iniquum, quod cum nocentibus angelis injisse ac sanxisse, palam ex ipso opere declaratur. Porro, si ritè memini, hūc ipsum in Steganographia illa ordinem seruat: in primis spirituum ipsorum nomina digerit, hinc eorum adiurationes disponit, ac singulorum characteres subscibit: postrem d̄ figurā distinguit, è quibus pro adiurbationibus singulis apta spirituum nomina, quoties necessitas ingruerit, depromere atq; elicere liceat. Partitur autem in huiusmodi figuris, spiritus ipsos in quatuor Imperatores, Duces, Comites & Seruos: Imperatores uero totius orbis esse tantum duodecim, quotquot & uenti à philosophis esse traduntur. Ex his quoque quatuor designat præcipuos, Orientis, Meridiei, Occidentis & Se-

Daniel 11.

Ordo Steganographie.

pentrionis: quos, ut magnos, Imperatores appellat. Sub quolibet Imperatore statuit Duces, puto trigenos aut quadrigenos. Sub Ducibus linguilis rursus Comites, maiore numero: & Seruos sub Comitibus innumerous. Hoc igitur pasto, ad artis sua effectū concurrerit. Cū uult disiso amico sua aperire consilia, (hæc enim uocat secreta) scribit epistolæ loco orationē quandam mira sanctitatis & deuotio nis fuco affectatam, eamq; charactere cuiuspiam duodecim Imperatorū im primis, & ad amicum, qui (ut ait) nouerit artem, mittit. Exceptam igitur chartam aperit is amicus: & in calce epistolæ, characterē in primis cuius nam sit Imperatoris, attendit. Si est Orientis princeps, uersus ad Orientem, literas in eam cœli plagam patentes expandit, requiritq; confessim ex suis libris, quibus adiurbationibus princeps ille cogatur, ut suorū quempiam subditorum ad se mittat. Elicit autem adiurbationes duas, ac primam quidem super patētes adhuc literas: spectansque in auroram profert. qua ritè pro lata, mittit illici Imperator ille quendam suorum aut Ducum aut Comitū 30 aut Seruorum, qui protinus aduolās, fituiro eminus uisibilis, uelut nebula aut caligo in aère pédula. Vbi deinde secundæ coniurationis uerba expluit, spiritus ille proprius accedit, cominiisque ad eius aures expedita amici secreta propalat & nunciāt. Sunt aut (quod sentiam) adiurbationes ipsæ haud continua oratio, sed aggregatio quædam nominum ipsorum spirituum ad uarium quendam magicæ artis modum ordinatorum, suntq; huiusmodi nomina (ut dixi) omnia fermè ignota, uelut Arabica, &c. Memini item me in ipsius opere ita legisse: Hi autem spiritus pernicioſissimi sunt, & nequam. Odio quād maximè habent lucem, tene-

tenebras diligunt. Forti adiuratione opus est, ut ad necessaria nostra cogatur. Quod si in his adiuradis tertitus, pauxillum trepidaueris, aut in explenda adiuratione (sive uocabuli omissione, sive seriei immutatione) aberraueris, te illic necabut. Hos igitur tam in uindictam paratos, quis aded erit mente captus, ut bonos clementesq; spiritus esse probet? Vidi in eo Opere adiurations nonnullas, quas uocat potentes, quibus posuit unusquisque, qui assidue cupit spirituum uti ministerio, alligare apud se spiritum, accogere ut in eius domo maneat semper, eiq; in cunctis famuletur. cæterum in semotissimo (ut air) à turba loco is spiritus locandus est, ne temerè ad se ingredients necet, &c. Satis superq; me fecisse uideor, si tibi hæc exposui, quibus liquidius & uiri, & artis quam pollicetur, fuci, ne dicam mendacia, tibi patefcant. Haec tenus Bouillus: quem tamen mendacij & impietatis accusat Tritemius, se purgans in Præfatione libri Polygraphiæ ad Maximilianum Imperatorem. Librorum Steganographiæ partem scriptam cum figuris & spirituum nominibus apud Henricum Cornelium Agrippam felicis memoriaz, ego ipse olim legi, atq; eo inscio exscripti.

Studiò in argumentis famosorum quorundam librorum describendis longior fui, ut ijs cognitis promptius de reliquis eius farinæ blasphemis censeatur.

Hic disciplinæ & artis fons, origo & firmamēta, ac sacrilegi negocij methodus: cuius tamen ui obedire manus, cogi numina, turbari sidera, elementa feruire, eiusque inexpugnabilis porestate & cæca numinum coætorū uiolentia, stupenda supra naturam se opera perficere, sibi persuadent, iacentq; in sinu ridentes, bis certè mi-

seri homines: quod uani testantur exitus, & post immensa laboriofa que studia frustrati euentus. Præstigias ostentant, non miracula: quæ non Dei aſſistentia, sed permissione ob hominum incredulitatem, & dæmonum pætione fortuantur effectum.

Huius scholæ artes iactantur, ars Almagia artes madel, ars Notoria, ars Bulaphiæ, ars quædam. 10 Artephij, ars Paulina, ars Reuelationum, & similia impietatis mōstra plura, neutiquam toleranda: quæ hoc ipso sunt magis extititia, quo indoctis apparent diuiniora.

### INCANTATIONVM VA rij modi. Caput VII.

Incantationum uero diuersi admodum omnibus seculis extiterunt modi, quorum unus alio crebrior, hoc uel illo tempore fuit, atque hisce uel alijs locis celebrior. Huc referuntur sum illud præstigiarum genus & illusionum, quibus malefici hi, qui se honestiori Magorum nomine appellari malunt, phantasmatu phasmataq; edunt, multa miracula fraudulenter ostentantes, plerunq; Goeticis incantamentis, coniurationibus ineptis, illicitis gentilicij sacrificijs, imprecatationibus, mentione diuinorum nominum, recitatione uerborum sacrorum aut barbarorum, sive adhibito quocunque murmure: nonnunquam plantis, animalibus, eorumq; partibus, præter rem uel superstitione uel dolosè admotis: interdum etiam certis suffumigis, luminibus, collirij, wōpōtēs seu alligationibus & suspensionibus: insuper metallis, aut arte fabrefactis corporibus, simulachris, imaginculis, annulis, sigillis: characteribus hoc uel illo modo usurpati, quibus admirandas rebus imprimi vires commentantur: item speculis, & similibus huius magicæ artis mōstris organisq;. Quibus licet interdū aliquid uitutis na-

Bestia  
Occulta uatu  
scribendi est  
Steganographia  
Signum uulgo  
Tara nuncius  
Uultus exco  
In hoc dico  
Graue abominatione

turalis inesse potest, tamen ut plurimum ad eorum constructionem aut usum adhibentur nefandæ uel sacra Dei oracula, uoces siue sententiae, uel blasphemia uocum diabolicarum deblateratio, à quibus uim omnem manare propagariq; in hæc media, ac ab ijsdem pendere confidunt, dæmonio interea coll.

*In actionib. ludente cooperanteq;*, immo rem olli magorum mnem Dei permisso, ob magi impia natura cor-jum superan-tem & astantum incredulitatem extib, dæmonio pediente, quam elusus in carator aliooperatur, Dei permisso, ob magi impie- deni ad omnes horum hominum mi-tatem, & a- stantum in- credulitatem modum exuperantes actiones, semel hic dictum responsumq; uolo. Enim uero eosq; horum hominum animos satanicæ huius professionis œstrum peruersit, ut creditum sit, id genus im-

posturis dæmoniacis omnino perfici quæ requiruntur, aut naturis rerū uel nouas indui vires, uel priores adimi, infirmari aut uegetari, siue naturæ cursum mutari, fulmina cieri, tonitrua, uētos, pluias inopinatæ concitari uel sedari, serpentes feritate violentiaq; exui, bestias indomitas coereri, ferrum rumpi, morbos infligi & curari, manes ac umbras euocari, & (ut Apuleius ait) animas agiles reuerti, pigiūque mare colligari, & noua corpora creari. Nec portetosas eas res enumera-re hic lubet, quas cū Coraceia, Calliclia, Menaide, Corinthade, Aproxi, à Pythagora celebratis herbarum nominibus, ad hoc certè aptis, si non exco-gitatis, ut sono terreat, & cum Democriti Chirocineta, Agloaphotide, Mar-maritide, Achemenide (qua in hostiū aciem coniecta, trepidare agmen, & terga dare, scribit Plinius) Hippophanade, Adamantide, Cynocephala Apionis, similibusq; terrificis platarum mōstris, apud magos usurpatis, & iam singulari Dei bonitate in hominum

*Lib. 14. cap. 17. & lib. 3. cap. 2.*

utilitatem memoriae excussis, penitusq; abolitis, quandoq; prorsus sublatas uoleat Deus. Immensus siquidem est harum fallacium actionum & rerum numerus, quas latèrè præstat: saltem incautos nimisq; credulos præmonuisse utile est, ne impie huic quoque attractis diuinis nominibus, uel sacræ Scripturæ verbis iniqui contoris fallantur, seducanturque, quemadmodum haec tenus factum animaduertimus: ut hoc nomine, quo grauissime delinquitur, se purgèt excusentq; quod nimis nomina sacro sancta inuocent, uerbumq; Dei commisceant in hoc opificio diabolico, ubi sceleres horribili sanctissimum Dei nomen prophanatur, atque abusu abominando Scriptura conspurcatur diuinaria.

Et quanquam iniquis impijsq; his rationibus dæmones se accersere, aut ijs imperare posse, maleferiati hi homines gloriolus iacent, & ad horum illicita murmura nutumq; illi obedire uideantur quasi obstristi compulsiq;: interim tamen suos hos dominos & imperatores, sibi magis deuinctoris seruilesq; habent, ut quibuscumq; dæmonum spectris, larvis aut propolis imaginum dolis seu ludificati bus formis, hdem adhibere cogantur: unde tamen ipsis nunquam usque adeò multum cōmodi sperādum, nisi quod sibi hac ratione magis placeant, aliosq; in admirationem peirant, tanquam rerum non uulgarium aut curiosarum periti. Interim ab his cogi se simulant dæmones: quanquam uenire optent, teste Porphyrio, ut suis deinde alios præstigijs irretiant. Sic quendam se uidisse Iohannes Fernelius scribit, ui uerborū spæstra uaria in speculū deriuare, quæ illuc, quæcūq; imperaret, mox aut scripto aut ueris imaginib. (ut ille ait) ita dilucidè exprimeret, ut promptè & facile ab assidētibus omnia integrōscer-

*Liber. de ab-  
datis rerum  
causa.*

173

rentur. Audiebantur quidem verba sacra, sed obscenis nominibus spurce contaminata. cuiusmodi sunt elementorum potestates, horrenda quædam & inaudita principum nomina, qui Orientis, Occidentis, Austræ, Aquilonisq; regionibus imperent. Hæc ille. Et si uero huiusmodi formæ & literæ appareant, à præstigiatore mendacijs parente nostris oculis obiectæ: nō tam nō debent esse præstigiosæ, mendacesq; uel mendacijs inuolutæ, ut merecedem requisitam dignamq; curioso hominum studio reponat liberaliter, naturæ suæ immemor nunquam.

Incantatorum etiam peculiares modos apud Septentrionales obseruatos, his verbis describit Olaus Magnus: Inter Bothnicos homines Septentrionis passim reperiébatur malificia ac magi, tanquam in proprio loco, qui per lumenam ludificandorum oculoru peritiam suos alienosq; uultus uarijs rerum imaginibus adumbrare nouerat, fallacibusq; formis ueros obscurare conspectus. Nec solùm pugiles, uerum etiam foeminæ & tenebra virgines pro uoto suo larvas liuidu squalore terribiles, faciesq; adulterino pallore distinctas, ab aëris teneritu 30 dine mutuari cōsueuerunt: & rursus ablegato nubilæ in umbrationis uapo re, prætentas ori tenebras ludis perplicuitate discutere. Tantamq; uim carminibus eorū adfuisse constat, ut rem remotissimè posita, & quantalibet nondorum cōsitione perplexa, è longinquo soli sibi cōspicuam ad contactum euocare posse widerentur. Talibusq; præstigijs idipsum hoc modo demonstrant. Scire cupientes statum amicorum aut inimicorum, longinquò terrarum spacio, quingentorum uel mille miliarium inde distantium, Lappone seu Finnonē huius rei peritū, dato munere, linea scilicet uelitis aut arcus, ro-

*Lib. 3. ea. 19.  
Hist. de gent.  
Septent.  
Incantatio  
num modi a  
pad Septen  
trionale.*

*Saxo Gram  
mat. in initio  
lib. 7. Histor.  
Dan.*

gant ut experiatur, ubinam fuerint & quid agant amici uel inimici. Quocirca conclave ingreditur, uno comite uxoreq; contentus, ranam æneam aut serpētem malleo super incudem præscriptis iſtib; concutit, carminum q; murmur hinc inde reuoluit: continuoq; cadēs in extasim rapitur, iacetq; breui tempore ut mortuus. Interea diligenter 174 cōsiderat ex predicto comite, ne quod uivens culex aut musca, uel aliud animal eum cōtingat, custodit. Carminum namque potēta spiritus eius malo dæmone ductore à longinquis signa (annulum uel cultellum) in testimoniū expeditæ legationis seu cōmissionis reportat: illicoq; resurgens, eadem signa cum cæteris circumstantijs conductori suo declarat. Idem *Venti uenam* cap. 18 lib. 3. de Ventis uenalibus, illud *let.* miraculum tradit: Solebant aliquando Finni inter alios gentilitatis errores, negotiatoribus in eorum littori bus, contraria uentorum tempestate impeditis, uentum uenalem exhibere: mercedeque oblata tres nodos magicos, non Cassioticos loro constriatos, eisdem reddere: eo seruato moderamine, ut ubi primum dissoluissent, uentos habere placidos: ubi alterum, uehementiores: at ubi tertium laxassent, ita sequens tempestates se paſſuros, ut nec oculo extra proram in evitan di scopulis, nec pede in nauis ad uela deprimenta, aut in puppi pro clau dirigendo, integris uiribus potirentur. His addit Olaus: Insana certè sunt docimēta, quæ nostra exigitur: crudelitas, ut acrius torqueretur. Vtinam facesseret à mentibus hominum tale ſegmentum: quod esse falsum, & nullius momenti, etiam à maioribus est ostensus. Sed hæc gens Aquilonaris, arte hac post ſuceptam Christianæ religionis cōfessionem, legis inhibitione, nunquam uisa est uti palam:

m 4 nec

ne calios eam, nisi cum uitæ discrimine, docuit. Multa alia eiusmodi maleficorum opera enarrat Olaus impudenter satis, in eiusdem libri capitibus diversis, quæ profectò nō semper fidem merentur: proinde in ijs recensendis breuior esse uolui. Ventos tamen ita magis sedari, testatur Herodotus quoque lib. 7. de prefectis Xerxis: quod ij triduana tempestate quadringéatas naues amiseret, donec quarto die magi incisiones faciendo, & ueneficijs incantando, uentū Thetidi & Nereidibus sacrificando, tempestatem compescuerunt: siue eadem tempestas aliter celerit. Sic & Ephesij notulis quibusdā & uocibus magicis utentes, in omni negocio uictores euadere putabātur.

*Rauifus.* Li. 1. de Ars no aureo. Intericciatur hic Apuleij commentum, cuius hæc sunt uerba: Athenis, 20

proximè & ante Pœcilem porticum, isto gemino obtutu circulatorem asperi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto deuorasse: ac mox eundem in uitamento exiguae stipes uenatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima uiscera condidisse, & ecce pone lanceæ ferrum, qua bacillū inuersi teli ad occipitum per inguen subit, puer in molliciem decorus insurgit, inque flexibus tortuolis, eneruam & exossam saltationem explicat, cum omnī qui aderamus admiratio: diceres Dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerit, serpentem generolum lubricis amplexibus inhærente.

*Ritus incantationis Ar- tephij.* His adde uarios incantationum ritus cultoris magicæ stulticiae maximis Attephij, à Cardano narratos: ut hinc 40 lib. 16. cap. 91. non solum dolos, sed & mente captos esse eiusmodi magos, quis iure censeat. Adhæc, à Græcorum plerisq; Pasetei ludificatores primæ notæ, qui carminū

potentia refertissimum repente- uiuum hospitibus discubituris p̄ae. *Sic Guidone Bistur.*

monstrare consueuerit: idque, cum libuit, mox euauisse rursus, ut nihil omnino apparatum uideretur, discumbentibus omnibus fame & siti eluis. Si quid precio comparasset, id agebat, ut erogati nummi in uenditorum loculis apparetur, illis interim ludificatis. Vnde prouerbium, Pasetis semibulus. Simile quid passum esse Menippum Lycium machinatione sponæ, literarum monumentis traditum iuuenitur, in nuptijs: ubi aurea supellex & imaginarium argentum, uelut fumus effluxere, administri & coqui ac reliqua familia increpata euauit. Accium Nauium Tarquinio Prisco regē & multis alijs presentibus cotem nouacula per incantamenta diuississe, fertur. Tucciam uirginem Vestalem incesti criminis ream Romæ, cum precatione certa aquam cribro hauiisse, anno urbis 609, cōmemorat Plinius. Huius & Tertullianus meminit in hac uerba: Quid ego de cæteris ingenijs, uel etiam uiribus fallaciæ spiritalis edisseram? phantasmata Castorū (qui scilicet toties Romæ uictorias nūciarunt) & aquam cribro gestata, & nauem cingulo promotam (à Claudiā Vestali) & barbam tactu irruſata? ut & numina lapides crederentur, & Deus uerus non crederetur. L. Domitio rure quondam reuertenti, juuenes gemini augustiore forma ex occurſu imperasse traduntur, nunciaret Senatus ac populo uictoriā, de qua incertum adhuc erat, atque in fidem ueritatis adde permulſisse malas, ut è nigro rutilum, æriq; similem capillum rediderent: unde Ænobarborum cognomen. Suetonius. Habet etiam hocho rum cognitum genus suos modos, quibus unum uel butyrum & id genus alia, numerata prius pecunia, ex locis dissitatis, sa-

*Menippus*  
*Lycius delu-*  
*sus à sua ipsa*  
*se,*

*Philost. apud*  
*Volaterr. in*  
*uita Apollo*

*Cic. libro 1. de*  
*Divinat.*  
*Plin. 6. de*  
*uiris illustrib.*  
*Volaterr. lib.*  
*15. ca. 1. At-*  
*throp.*

*Aqua cri-*  
*bro hausta.*  
*Lib. 18. ca. 10.*  
*Valer. Max.*  
*lib. 8. cap. 1.*  
*In Apolo-*  
*get. aduersus*  
*gentes cap. 22.*

*Ænobarbo-*  
*men. Suetonius.*

*Habet etiam*  
*hocho rum cognitum*

*genus suos modos,*

*quibus unum*

*uel butyrum &*

*id genus alia,*

*numerata prius*

*pecunia, ex locis dis-*

*sitatis, sa-*

tis, satanæ opera adfertri iubet. Tales aliquot insignes nostro quo nouit Germania.

*Magi &c de monaci trāf feruntur interdum.* Magos adhæc ipsos, quibuscum dæmon colludit, non est mirum quādōque uel transferri subird, uel ita apparet: quum plerosq; dæmonum uexationibus obnoxios, uel eorū ludibrijs deditos, transuchi nonnunquam aliò sciamus. sic Pythagoram uno momen  
to & in Thurijs & in Metapontijs fu-  
isse, Apollonium adhæc è Smyrna ce-  
lerrimè Ephesum uerbo dicto transla-  
tum esse, ferunt historiæ. Tam autem  
uerum est, eodem momento illud ef-  
fectum fuisse, quām certa ea historia,  
qua traditur, Ambrosium eadem hora  
Mediolani fuisse & Turonis in Martini  
exequijs. Eiusdem fidei erit, quod  
literarum monumētis commissum le-  
gitur de Ioanne Teutonico Halbersta-  
dij sacerdote Metropolitanus, mago  
in signi, hunc nimirum artis sue magi-  
cæ potentia, ipsa nocte Nativitatis Do-  
mini tribus locis celebrasse missam,  
Halberstadij unam, alteram Mogun-  
tia, tertiam Coloniam, anno 1271.

Præstigiator quidā magicus Magdeburgi equulum in theatro frequen-  
ti per circulum transilientem ostenta-  
bat certa stipe: in fabulæ exitu pau-  
cam se apud mortales collegisse pecu-  
niam questus, se in celum concendre  
uelle ait. Hinc in sublimi eiusq; fune,  
cōséquitur in altum equulus: præ-  
stigiator quasi eum cauda retenturus,  
quo que ascendit: cuius uxor maritū  
apprehendens aſſtetur, itidem ancil-  
la, ut uiderentur aſcensu contiguo ue-  
lut concatenati, simul aera petere. Hec 40  
dum populus ad stuporem spectaret,  
cuidam cui eò fortè declinanti, quæ-  
rentiq; quidnam rerum ibi ageretur?  
responsum est, circulatorē cū equu-  
lo in aera concendere: hic se statim  
uidisse ē in uico ad diuersorum abe-

untem asseuerauit. Illusos itaq; se ubi animaduerterent spectatores, discesserunt. Porro uniuersam eiusmodi qua-  
ni arte comparatam dæmonum ne-  
cessitudinem, cunctamq; earum delu-  
tionū rationem, pestiferam fraudem  
esse, in extremum hominum exitium  
introductā, neminem inficiari decet.

## M A G O R V M P H A R A O-

nus actiones præstigioſe.

## Caput VII.

C Aeterū ut omniū obtutui hæc  
magorū fabula & potestas, uel  
potius ludibria magis pateant,  
penitusq; cognoscantur, agite oculis  
non delusis contemplemur, solertiq;  
indagine inuestigemus magorum uel  
maleficorum Pharaonis conatus, o-  
pera & potentiam: sic & illis satisfiet,  
20 qui, cum deceptari menteq; lœſarum  
quarundam muliercularum sit men-  
tio, confessim ad uoluntarios Pharao-  
nis magos cōfugiunt, quasi eadem u-  
trorumque sit profelio: quam longe  
lateq; differre sentio.

In manu Mosis, electi omnipoten- Exod. 7.  
tis Dei ad Pharaonem legati, uirga re- Veritas trāſ-  
uera in uiuum Dei uerbo, transforma- formationis  
tur draconem. Quo arguento se, à si.

Deo cœli & terræ, & omnium quæ in  
eis sunt, conditore unico (cuius quip-  
pe solius est creare, & res uerè trans-  
mutare) missum esse testatur. Quod  
autē id ipsum à Pharaonis Magis, car- Præstigia magorum Pha-  
minibus factum dicit Scriptura, rem ronomis.  
altius intropiciens, nō eandem quæ  
à Mose uerè ostensa est, metamorpho-  
sim intelliger: sed saltē draconis præ-  
stigiosam formā, obtutibus regijs of-  
fufam apparuisse. quare etiam men-  
dax draconis magice unitatis facies,  
in præstigi reuelationem, à uero Mo-  
sis draconem deuorabatur: ut menda-  
cium à ueritate absorberetur uinciturq;  
Propterea, Iosepho teste, Moses in Lib. 2. cap. 5.  
quit: Iam declarabo manifeste, non antiq; Iudec.  
n ecce

esse hæc præstigias veritatis specie pa-  
rum cautis imponentes: sed ipsissimā  
Dei uirtutem, argumentum omnipot-  
tentis illius uoluntatis apud incredu-  
los futuram. & cū dicto uirgam in ter-  
ram mittit, iubens ut fiat draco: quæ  
mox dicto parens, Ægyptiorū uirgas,  
quæ draconis specie reptabant, unam  
post aliam aggressa, omnes ad unam  
deuorauit. Enim uero si uerus exitit  
magorum draco, dæmonis ope ex uir-  
ga ita transformatū esse oportuit. ine-  
ptam autem prouersus esse ut in uiuam  
bestiam transmutari queat, uirgæ ma-  
teriem, cuius liquido constat: quem  
admodum creare etiam ex nihilo, uel  
rem in multo dissimillimā, aut etiam  
contraria pro suo arbitrio uerè trans-  
fundere essentiā, penes diabolum est  
minime. Corpoream materiam non  
subiici potest dæmonis, quantum  
ad transmutationē ipsius ad formam,

*Augusti. 3. Trinit.* cōfirmat Augustinus: Non est putan-  
dum, inquiens, istis transgressoribus

angelis ad nutum seruire hanc rerum  
uiuibilem materiem, sed soli Deo. Fa-  
tendum tamen, dæmones etiam ce-  
leritate incredibili, quibusdam rebus  
emotis, serpentes, dracones, uel quid  
aliud earū loco subiicere posse. Magi  
signa uidebantur potius facere, quam  
faciebant, ait Clemens. & Berno: Sæ-  
pe ipse dæmon ludificat hominū mé-  
tes, ut uidere uideantur quæ nō sunt,  
tanquā ea quæ sunt. Reste item Iamb-  
lichus de Mysterijs: Quæ fascinati  
imaginamur, præter imaginamenta,  
nullam habent actionis & essentiæ ue-  
ritatem. Eiusmodi namq; finis est ma-  
gicæ artis, non facere simpliciter, sed  
usque ad apparentiam imaginamen-  
ta porrigerre, quorum mox nec uola  
(quod dicitur) nec uestigium appetet.

Eodem censendum modo de reli-  
quis signis: quod nimur Moses ele-  
uans manum, uirga fetierit fluminis

Aqua in  
*sanguinem  
mutata.*  
quam corā Pharaone & seruis eius,  
quæ tota mutata est in sanguinē: mor-  
tuisque piscibus tantus'exituit fector  
fluminis, ut Ægyptij de eius aqua bi-  
bere non possent, totaque Ægyptus  
sanguine redundaret. Idem suis in-  
cantationibus Ægyptiorum magi esse  
cerunt, à quibus pleriq; omnes Ægyptij,  
idololatræ & idonea satanæ orga-  
na pendebant: quorum oculus cuius-  
cumq; coloris aut imaginis spectrum  
fraudulenter offerre, Dei permisso, dæ-  
monio facile erat, ut cor illud Pharaon-  
is (quod Deus præuiderat fore ut in-  
duraretur) iusto Dei iudicio, maiori oc-  
callesceret duicie, meritamq; tādem  
ille ueret p̄enam. Magorum aut ſuile  
præstigias facinus illud, uel hinc pa-  
lam est, quod unicus ille Ægypti fluui-  
us Nilus in sanguinem cōuerſus erat,  
eiusq; pisces computruerat opera Mo-  
sis serui Dei. Nec ulla præterea erat re-  
liqua uniuerſe Ægypti aqua non tin-  
cta: ut Ægyptij omnes undiq; circum  
flumen aquam effodere cogerentur,  
quam biberet. Vnde proculdubio col-  
ligendum, magos tantummodo pau-  
culæ aquæ antea in uase conseruatæ,  
uel effossæ, rubicūdam præstigioſe fa-  
ciem ostendisse suis carminibus uel fa-  
scino, ut Scriptura testatur: hoc est, lu-  
dicante dæmonum operatione. Hi  
etenim agitatis ad hanc delusionem  
commidis humoribus, spiritum optimum  
uel nisualem quibuscumque ima-  
ginibus imbuere queunt: quemad-  
modum plerisque melancholicis usu-  
uenire obseruamus. Sic in hypochy-  
matis uel suffusionis oculorum initio  
ex humoris affluxu ad uifus organa  
ueluti pusillos culices obuertari intel-  
ligimus, interdum quasi lucentia que-  
dam corpuscula, plerunque ueluti cal-  
iginosa se oculis offerre, nonnullis  
tanquam lanarum filamenta & aranearum telas apparere, quibusdam  
circa

circa lucernas circulos uideri. plerisq; item regio morbo laborantibus, propter suffusam bilem omnia lutea & flavescentia sese ostendere appetat: atque haec sunt magis uel minus, hac uel illa forma, secundum humorum & spirituum visoriorum constitutio-  
nem, quemadmodum naturae peritis cognitum & perspectum est.

Quid aliud dicendum de ranis ex 10  
Aegypti fluminibus eductis, quibus terra co optera est, Aarone ex Dei mā-  
dato manu uirgam in fluuios & lacus

Rana Aegyptie.

Exod. 8. protéderentur. Magorum ranas solummodo fuisse eadem ratione mercede ma-  
ginarias, hinc luce meridiana clarius euadit, quod tantam ranarum collu-  
uiem eos creare oportuerit, munus

Genes. Creare felius  
Dei est.

Deo omnino peculiare, nec ulli unquam creaturæ, multo minus satanæ eius uice clientelæ concessum. Singula-  
ris haec Dei ab initio fuit & mā sit præ-  
rogativa, qua neminem dignatus est.  
Præterea si ueras in terrâ ex aqua magi produxisserunt ranas, utique & reducere uniuersum hoc ranarum genus eadem arte potuissent. Proclinivs eten-  
tim multò fuit, uisas in natuuum na-  
turealemque suum locum, fluuium ni-  
mitrum & lacus repellere, quam in do-  
mos, penetralia, cubicula, cubilia, fur-  
nos, cellas, loca hisce animalibus aliena, immō aduersissima, primum eas non apparentes excire, ubi illis morientum est: quum in aquis, ut desi-  
gnato his uiario, liberè uisitent: aut faltem uitam illis adimere, quibus do-  
nasse uidebantur, facilium fuisse. Vel quam sortitos credemus magos nocendi aut perficiendi potentiam, si 40 ne ranas quidem laderet, aut carni-  
nibus, quibus eductæ putabantur, ran-  
tium abigere valuerunt? Hoc usquea-  
dē nequiverunt, ut Pharaon rex pos-  
sito priore supercilio, coactus fuerit suos aduersarios Aaronom & Mosem

hortari, ut Deum pro depellendis à se suoque populo ranis deprecarentur.  
Quod etiam ita factum est, definitoq; die ranæ sunt exterminatae à domi-  
bus: ijsq; mortuis in cumulum coacer-  
tatis, forebat regio. Sic Pharaonem etiam inuitum Domino Deo incom-  
parabili honorem deferre oportuit:  
quemadmodū & ipsos magos, penes  
quos ea potestas minimè fuit. Nam quum Deo nō amplius præstigias per-  
mittente, cyniphes uel pediculos, tum homines tum bestias infestantes pro-  
ducere, Aarone & Mosem imitati,  
ne quicquam tentassent: coram Pha-  
raone cōfessi sunt, *Lxx. vii.* Digitus Dei est hic, quasi dicerent: Digitus uel potentia  
Dei est, quæ uerè progignit & condit ex puluere, uel etiam nihilo, quicquid  
pro suo arbitratu. uult, & quando illi  
placitum est. Id uerò quod à nobis ef-  
ficuum uidi, satanæ digitus est, qui  
nihil unquam reuera procreare, sed  
phantasticam solum rerum imaginem  
dolose ostentare potest. quare nos ei-  
ius clientes, ministrorum ipsius om-  
nipotenti Dei ueritatem imitati fu-  
mus præstigis, quibus te ac tuum po-  
pulum hacenus illusimus, Deo uero  
ob tuam incredulitatem & cordis du-  
riciem conniuente. At cessat iam illa  
permissionis hora, ut non amplius sa-  
tanæ ludibrijs superfit locus, sed Dei  
uiuentis ueritati testimonium perhi-  
bere cogamus. Ita Dei manum iam  
agoscunt, qui ei antea suis impostu-  
ris derogarunt Dei gloriam prædicant,  
qui eam suis fucis prius obscurauit.  
Nec postea uiuum usqueadē glorifi-  
cassent Deum, nisi antea impediti, fru-  
stra suam tentassent artem. Nec Deo  
tam iusta puniendo contumacos occa-  
sio fuisse reliqua, nisi prius ad præsti-  
gias conniuisset: deinde impediisset,  
quo se suamque potentiam notam  
faceret, ostenderetque illam longe

esse aliam, ac ueluti ex diametro pugnante cum ea quam Ægyptij idolatriæ & magi in ueri Dei contemptum haec tenus adeo uenerati essent. Iustinus Martyr in explicationibus questionum Christianis propositarum quæst.  
 26. afferit, magorum Pharaonis miracula non fuisse uera, sed spectantium fascinatione oculorum opera dæmonum. Hos Ægyptios incantatores lan-  
 . Tim. 2. nem & Mambrem fuisse, Pharaonem uero hunc Cenchreem Ægyptium regem, scribit Fulgosus lib. 8. cap. 11. ad  
 . Thess. 1. Sed quid plurius opus? cum ex eo quod Thessalonicensibus scribit D. Paulus de Antichristo, permultos ab eo si-  
 gnis & prodigijs medacibus seducti iri, haud obscure colligatur, ea quæ à magis ostententur, esse facta. Vt tamè eorum haud improbo interpretatio-  
 nem, qui mendacia dici contendunt, quod homines ad mendacia pelliciati, ut causa ex suo esse ceteri aut nomen aut  
 insuper fortiri solent: ita quoq; conce-  
 dant, oportet, ut ~~admodum~~ explicemus falsis, admittantq; utrang; explicatio-  
 nem, quam his uerbis affirmat D. Au-  
 gustinus: Mendacia dicuntur signa &  
 prodigia, uel quia uidebuntur & non erunt, uel quia homines ad mendacia deducēt. Quin & Auitus Alcimus epis-  
 copus Viennensis, qui claruit sub Zenone & Anastasio Impp. anno 490. ele-  
 gati carmine exprimit quam tuemur lalentiam, lib. 2. dc Peccat. origin.  
 Legiser ut quondam uates sub rege superbo,  
 Dum noua monstraret iussi miracula signi,  
 Commouit liuore magos, ut talia tentent,  
 Accumulentiq; suas cœcio seruente ruinas.  
 illis suspecteret forsan si recta poterat,  
 Demere, non etiam festinare addere monstra,  
 Amula sed signis tantum, non uiribus aqua.  
 Æmula, inquit, signis, non requa ui-  
 ribus.

In: parte. Non abs re hic etiam Decretotū re-  
 caus. 26. qua- stimoniū acciuero, in quibus hæc cle-

guntur: Nec mirum de magorum pre-  
 stigijs, quorū in tantum prodiere ma-  
 leficiorum artes, ut etiam Mosi in illis  
 August. de Cint. Dei. signis resisterent, uertentes uirgas in dracones, & aquam in sanguinem. In gentilium etiam libris legitur, quod quædā maga Circe socios Ulyssis mu-  
 tauerit in bestias: item de sacrificio, quod Arcades de suo Lyceo immola-  
 bant, ex quo quicunque sumerent, in bestiarum formas conuerterentur. Sed hæc omnia magicis prestigijs potius fungebantur, quam reueraitate comple-  
 rentur. Ut ergo ipsi errores ignorati manifesti hant, de eorum proprie-  
 tate atque intentoribus iuxta tra-  
 dicionē maiorum patrum dicere congruum arbitramur. Magi sunt, qui ual-  
 go malefici ob fascinorum magnitudinem nuncupantur. Hi sunt, qui per-  
 missu Dei elementa concutunt, tur-  
 bant mentes hominum minùs confiden-  
 tium in Deo; &c. Hucusque de-  
 creta.

P Y T H I A M V L I E R I N E N-  
 dor, non Samuelem, sed buius imagine  
 diaboli spectrum excitauit.

Cap. IX.

H Incut ad mulierē in Endor ma-  
 leficam, uel Pythonis spiritu im-  
 pregnatā, meo proposito obji-  
 ciendam, configuiatur, per me licet:  
 quum nullum hic æquè atque sacræ Scripturæ testimonium admittam. Ea Samuelem excitasse legitur, è terra a-  
 scendentem, solito corporis habitu &  
 2. Reg. 28. uestitu, ac futura in Dei manu adhuc posita prædicetem. Ecclesiastici quoq; author tradit, ipsius Samuels hæca  
 40. & uaticinia fuisse, quum ait: eum dormiuisse, regi notum fecisse finem uita suæ, exaltauisse uocem suam è terra, & uaticinatum esse, delendam esse impietatem gentium.

Etsi uero historiæ circumstantiæ, & A. Pythia  
 Iesus Syrach afferere uideatur, ipsum <sup>Pythia</sup> <sub>famina non</sub>  
 appa-

*Samuel, sed huius imaginis spectrum diaboli excisum,* apparuisse Samuelem: penitus tamē rem intuenti ostendam, non ipsum Samuelem, sed illius imagine diaboli spectatur.

*A mortuis non querere da ueritatem.* Primo disertè se uero quod editio à mortuis querenti ueritatem uenit diuinam uox, multa mortis constituta: nec per eos doceri uult uiuos, nec ab iis aliquas expectare patefactiones. Non inueniatur in te sensibilis mortuus: qui hoc facit, est *Edanymus* Deo suo: hoc est, res talis, quam odit Deus, abominatur, & in aeternam abicit damnationem. Proinde nos suo uerbo, in quo se & voluntatem suam expresse declarauit, inniti firmissime uoluit Christus, inquiens: Mosen habent, & prophetas.

*Mazorū carminibus non obediunt beatū anima.* Adhæc, piorum animas maleficarū carminibus è designata à Deo sede euocari, & in corpora inhumata compelli, uel falsissimum est: uel ne in sūnu quidem Ahrahæ, loco beatis assignato, tutæ existunt eorum animæ, in Domini manu cōseruatæ. At satanam nihil unquam ab hac morte in sanctorum animas potuisse, nec bonos spiritus magicis artibus obediere: nec seceratas semel à corporibus & colloca-tas in definitis sedibus animas, si reuocentur, redire, ut Ethnicis persuasum erat, confessum est haec tenus: sed ascensionis se illarum imagine ostentant dæmones. Quocirca non à mortuis ipsis, uerùm à dæmonibus illorum habitu uestitis, *renouacūtexa*: fin uero tenues, nebulosæ & euaniidas sibi circumfunderent umbras, *renouacūtexa* nuncupabantur. Verè D. Chrysostomus ait: Non anima defuncta est quæ dicit, Anima talis ego sum: sed dæmon, qui hæc, ut homines decipiat, sic confingit. Ibidem:

Animæ sunt in loco certo, & expectat iudicium, neque se inde possunt com-mouere.

Antea quoque Samuel plus minus biennio mortuus fuerat: & eius corpus si non omnino computruerat, tamē ita doformatum fuisse certum est, ut eximia illa specie uiua, qua ante innotuerat, & qua se nunc denudasset, hic sis sit Samuel, apparere nequiverit: neq; etiam deorum magnificetiā referre potuisse caducerosum corpus, quilibet nouit: quum tamē deos & terra ascendere, se contueri affirmaret diuinatrix, multo minus quiuit loqui & uaticinari iste Samuel.

Quorsum etiam Samuelis piissimi uatis tamdiu sepulti corpus, pallium consuetum eodem momento, ex impiæ fascinatricis mulierculæ imperio incorruptum assumpsisset, quod in sepulchrum secum non assumpsit, nec eo amiciebarunt mortuus? Hoc autem sanctissimi uiri spectrum ostentare, facile fuisse illi, inficias ire nolo, qui se in lucis angelum transformat, cumpri mis apud impium regem, tum perditam satanæ seruulam.

Deinde cum ipsa historia paulo antea testetur, Deum contumaci & abiecto regi ipsum confluenti, responsa dare noluisse, uel per uiuentes prophetas aut sacerdotes, uel p somnia: multo minus per diuinum uatem ex morte suscitatum, quem nec uiuum audire uoluit Saul, uel per angelū è celis missum, respondit regi, quem in furore suo omnino repudiarat. Quo etiam nomine motus Saul, Pythiam diuinatricem professionis ergo, publico edito iuxta Dei uoluntatem ex Israele exulantem, furtiuè uero latenter, iniqua ratione cōsulere statuit: quasi indignabundi animi institutum fuisset, Flectere si neque superos, Acheronta mouebo. Ideo non potuit non odire & execrare

ri hoc factū Deus, & iusto iudicio deploratam illusionem dēmoniacā Saulis impietatem cōtra suum & ipsius præceptum, contra etiam conscientia testimoniū designatam punire, ut in præfracti Saulis mentem satanæ fascinum merito permiserit. Nec nouum aut inauditum hoc est, ubi quos pertinaciā impietatis homines esse præuidet, præscitque, magis soleret excepare, indurare, spiritui mendacij relinquare, & in reprobam tradere mentem. Exemplo sit Pharaonis inuita pertinacia, fides mendacibus spiritibus data, & extrema inde punitio.

*Exod. 7.8.9.  
26.11.14.*

Quod porro historia commemo-  
rat, Samuelē senem pallium induitū  
indignè tulisse, quod ē sua quiete ex-  
citus esset, atq; cum Sauli regi loquutum  
uaticinatumq; fuisse: hinc nō con-  
uincitur, uerū extitisse Samuelem hoc  
spectrū: quod diabolo spiritui mille-  
artifici non sit difficile quamcūq; for-  
mam mentiri, quiduis fingere, simula-  
re, & de futuris iam antea uaticinio pa-  
tesatis prædicere: maximē uero, de  
quibus manifesta præludia, & euentus  
minimē dubij indicia in foribus ferē  
uidebatur. Nec ignorauit satan, certissima  
esse quæ Sauli uaticinatus fuerat  
uir Dei Samuel: ideo à Samuele ante-  
prædicta repetit, potuitq; non temerē  
coniecturam facere ex apparatu ho-  
stii magnifico & instrutis copijs, itē  
ex dictis, factis & circumstantijs reli-  
quis belli præsentis, quam sortem in  
eo cōfliuctu assequeretur Saul: potissimū  
cum ipsum à Deo abiectum, nec  
resipisceret, & aduersus Dei mādatum  
postremò Pythiam uatem diabo-  
li mancipi consulentem, in sua habet  
potestate, atq; pro suo impelle-  
re nutu, & presentis prælij obijcere  
posset exitio. Ideoq; Saulem mortuū  
testatur Scriptura in trāsgressionē sua,  
qua prēvaricatus erat cōtra Dominū:

*Paral. 10.*

nempe contra Domini uerbum, quod  
non custodiuit, & quod Pythonē con-  
suluit interrogādo, neq; requisuit Do-  
minus: ob hoc interfecit eum, trans-  
lato regno ad Dauidem filium Isai.

Porrō si Iesu Syrach testimonium ur-  
geatur, quāquam (Hieronymo teste) *Iesu Syrach  
auctoritas.*  
illī ab Ecclesia non concedatur autho-  
ritas dogmatā confirmandi Ecclesia-  
stica, nec rerum earundem controuer-  
sias dirimendi: hæc tamen quoque  
addere libert, ne pia huius libri doctri-  
na eleuari putetur, Iesum Syrach so-  
lummodū ex primo Samuelis libro  
historiam proponere: quod factū  
est, simplici enarrare oratione, quem-  
admodum legitur, ut ad uitæ uirtutis  
æmulationem posteros inuitaret,  
prouocaretq; Samuelis item laudes  
succincte recensere: minimē disserere  
uoluisse, uerāne an ficta fuerit Samu-  
elis apparitio.

Inter Hebreorum autem Rabinos illūsionem fū-  
quāquam pauci aliter sentiant, tamen ife Samuelis  
Pythonum opus esse, ferē omnes cen-  
tent: & nihil aliud prēter prestigia, ua-  
nitatem, mēdaciū & deceptionem.  
Samuelem intelligūt spiritū Pythoni-  
cū, qui induerat Samuelis speciem:  
item Samuelem uisum esse dicere Sau-  
li. Mulier uidebat Samuelem, neq; ta-  
men audiebat eum allo quentem Sau-  
lem: sicuti nec Saul uidebat Samue-  
lem, hoc est, illusionem illam diabolici-  
cam, qua uidebatur illi Samuel. Sunt  
inter eos qui hæc omnia mulieris pu-  
tant arte confita, quæ ex certis conie-  
cturis sic deluserit Saulem. Kimhi cō-  
tra aduersarios sic arguit: Si Deus su-  
scitauit Samuelem, ut futurum euen-  
tum indicaret Sauli: cur euentum illū  
nō magis reuelauit per omnia aut per  
prophetas, aut per sacerdotum oracula,  
quām per maleficā mulierem? Sa-  
dias uero, & Aias, quod ipsa mulier, cū  
prēter solitum morem miranda uide-  
ret,

ret, stupefacta, cœperit magna clama-  
re uoce, hanc uerâ fuisse uisionem, nō  
quidem mulieris arte, sed Dei uirtute  
apparentem, falsò existimarunt.

D E V E R O S A M V E L E N O N  
euocato à diuinitate, patrum quorun-  
dam sententie. Cap. X.

**C**æterum ut huic nostræ senten-  
tiæ roboris aliquid accrescat, au-  
di argutissimū sanctioris Theo-  
logiæ censorem Augustinum, lib. Quæ  
part. 2. caus. 26. quæst. 1.  
*Nec mirum.* Indignum facinus estimo, inquit, si se-  
cundū uerba historia commendetur  
assensus. Quomodo enim fieri pote-  
rat, ut arte magica attraheretur uir &  
natiuitate sanctus, & uitæ operibus iu-  
stus? aut, si non attractus est, cōfessit:  
quod utrūq; de uiro iusto credere ab-  
surdum est. Si enim inuitus adductus  
est, nullū suffragium habet iusticia: si  
aut uoluntarius, amissit meritū spiritu-  
ale, quod positus in carne quæsuerat:  
quod ualde absurdū est, quia hinc qui  
iustus recedit, permanet iustus. Porro  
aut hoc est præstigium satanæ, quo ut  
plurimos fallat, etiā in potestate se ha-  
bere iustos configit, quod Apostolus  
*2. Corinth. 11.* inter cætera ait: Ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. Ut enim er-  
torem faceret, in quo & ipse gloriare-  
tur, in habitu uiri iusti & nomine se  
subornauit: ut nihil proficeret spem,  
quam prædicabant Dei cultoribus,  
mentiretur, quando hinc exenteus iu-  
stos fixxit in sua esse potestate. Sed  
hoc quosdam fallit, quod de morte  
Saul & filiorum eius non sit mentitus:  
quasi magnum sit diabolo, ante diem,  
occasum corporis præuidere, quum si-  
gna soleant quædam apparet mori-  
turis, quippe à quibus Dei protæctio  
amota uidetur. quanto magis diabo-  
lus, quæ angelica maiestate sublimem  
prophetica oracula fuisse testantur, de  
cuius magnitudine Apostolus ait: An-

ignoratis altitudinem satanæ? quid  
mirum ergo, si imminentē propè mox  
tem potuit præuidere, cum hoc sit unde  
fallit, & se in Dei potestate uult ad-  
orari? Nam tata hebetudine demens  
effectus est Saul, ut ad Pythonissam  
confugeret. Deprauatus enim causa  
peccati, ad hæc se contulit, quæ da-  
mnauerat. Sed si quis propter historiæ,  
ut ea quæ uerbis expressa sunt, putet  
non prætermittenda, ne ratio historiæ  
inanis sit: rectè faciet quidē, si tamen  
minim è istud ad ueri rapiat rationē,  
sed ad uisum & intellectū. Saul nam-  
que reprobus factus, poterat bonum  
intellectum habere. Historicus enim  
mentem Saulis & habitum Samuelis *Reg. 13.*  
descripsit, ea quæ dicta & uisa sunt ex-  
primens: prætermittens, si uera, an fal-  
sa sint. Quid enim ait? Audiēs in quo  
habitu esset excitatus, intellectus (*in-  
quit*) hunc esse Samuelem. Quid intel-  
lexerit, retulit: & quia nō bene intel-  
lexit, contra Scripturam aliud adora-  
uit quām Deum: & putans Samue-  
lem, adorauit diabolum, ut fructum  
fallaciae suæ haberet satanas. Hoc e-  
nim nititur, ut adoretur quasi Deus. Si  
enim uere illi Samuel apparuisset, nō  
utique uir iustus permisisset se adora-  
ri, qui prædicauerat Deum solum esse  
adorandum. Et quomodo homo Dei,  
qui cum Abraham in refrigerio erat,  
dicebat ad uirum pestilentiae, dignum  
ardore gehennæ, Cras mecum eris?  
His duobus titulis subtilitatem falla-  
ciae suæ prodit imprudens satanas:  
quia & adorari se permisit sub habitu  
& nomine Samuelis, contra legem: &  
uirum peccatis pressum, quum magna  
distantia peccatorum & iustorum sit,  
cum Samuele iustissimo futuru[m] men-  
titus est. Verum potest uideri, si de Sa-  
muelis nomine taceatur, quia Saul  
cum diabolo futurus erat. Ad eum e-  
nim transmigravit, quem adorauit,

*Idem scribit  
Rabanus ad  
Bonifacium ab  
batian epist.*

*Ez.2.queſt.3.  
Eadem ſorū  
ad Dulcium,  
queſt.6. et in  
libello de cu-  
ra pro mor-  
tuis agenda.*

Idem ad Simplicianum, ubi ultrò ci-  
troq; queſtionem de excitato Samue-  
le agitaffet, tandem ait: Quāquam in  
hoc facto potest eſſe aliud facilior in-  
tellectus, & expeditior exitus, non ut  
uerē ſpiritum Samuelis excitatū à re-  
quie ſua credamus, ſed aliquod phan-  
taſma & imaginariam illuſionem, dia-  
boli machinationibus factam: quam  
propterea Scriptura nō nomine Samuelis  
appellat, quia ſolent imagines re-  
rum eārum nominib; quarum ima-  
gines ſunt, appellari. Quis enim, qui  
hominem pictū dubitet uocare ho-  
minem? quandoquidem & singulo-  
rum quorumcunque picturam cum a-  
ſpicimus, propria quæq; nomina in-  
cunctāter adhibemus: ueluti cum in-  
tuenteſ tabulam aut parietem, dici-  
mus, Ille Cicero eſt, ille Salustius, &c.  
quum aliud nihil ſint quām pictæ ima-  
gines. Et paulo pōst: Si uerò liquido  
cōſtat, nominib; eārum rerum, qua-  
rum imagines ſunt, eadē imagines  
appellant: non mirum eſt, quōd Scri-  
ptura dicit Samuelē uifum, etiam ſi  
fortè imago Samuelis uifa apparuīt,  
*a.Corinth.11.* machinamento eius qui transfigurat  
ſe uelut in angelum lucis, & ministros  
ſuos uelut ministros iuſtiſiæ. Iam ue-  
rò, ſi illud mouet, quomodo à malig-  
no ſpiritu Sauli uera prædicta ſint:  
*Atth.8.* potest & illud mirum uideri, quomodo  
dæmones agnouerint Christum,  
quem Iudei non agnoscabant. Cum  
enim uult Deus eriam perinfimos &  
infernos ſpiritus aliquem uera agno-  
ſcere, temporalia duntaxat, atque ad  
iſtam mortalitatē pertinentia: faci-  
le eſt, & non incongruum, ut omnipo-  
tentis & iuſtus, ad eorum pœnam qui-  
bus iſta prædicantur, ut malum quod  
eis impendet, antequam ueniat præ-  
noscendo patiantur, occulto appara-  
tu myſteriorum ſuorum, etiam ſpiriti-  
bus talibus aliquid diuinationis im-

periat: ut quod audiunt ab angelis,  
prēnuncient hominibus. Tantum au-  
tem audiunt, quantū omnium Domi-  
nus atque moderator uel iubet, uel fi-  
nit. Vnde etiā ſpiritus Pythonicus in *Ac.1.6.*  
Aſtibus Apoſtolorum attēſtatur Pau-  
lo apōſtolo, & euangelista eſſe cona-  
trā. Miſcent tamen iſti fallacias ſuas:  
& uerū quod noſſe potuerint, non do-  
cendi magis quām decipiēdi ſine p̄e-  
nūciant. Et forte hoc eſt, quōd quū  
illa imago Samuelis, Saulem prædi-  
cet moriturum, dixit etiam ſecum fu-  
turum: quod utique falſum eſt, &c.  
Idem lib.2. de Doctrina Christiana, ca-  
pīte 26. ait, Samuelem hunc uifuisse ima-  
ginem ſacrilegio excitatam. Et autor  
libri de mirabilibus ſacra Scripturā,  
ſi is fit Auguſtini, negat uerū uifuisse Sa-  
muelē, cap.ii. In recitandis his Au-  
guſtini ſententijs copiosior fui ſtudiō,  
quōd haud ita pridem monachum au-  
dierim, qui in publica concione ipſius  
Samuelis ſpiritu uerē euocatū uif-  
ſe, ex Auguſtino defendere conatus  
eſt. Noftro huic ſenſu calculum addit  
Tertullianus, in libro de Anima di-  
cens, Diabolum illuſiſſe & mulieri &  
Sauli, & illius oculis, huius uerō auri-  
bus imposuitſe. Iuſtinus Martyr in ex-  
pli. queſt.52. dæmonē Samuelis ha-  
bitu & figura apparuiffe affirmat. Ori-  
genes in historiā de Bileamo ait, Bo-  
nō ſpirituſ non obtemperare carni-  
bus magicis.

DE NECROMANTIA,  
quid ſit, & qui ea uifiſe.  
rint. Cap. XI.

**N**eam uocant, quæ ſacrificijs ſo-  
lenni ritu iuſtitutis & peractis,  
atq; diris exerationibus ab Orco ma-  
nes educit, accitosq; de futuriſ ſciſci-  
tatur: ita Samuelem mulier excitaſſe  
putatur in Endor. Hanc Aeneam quo-  
que exercuiffe traditur, quum in Ita-  
liam

liam uenisset, occiso Miseno tubicine.

*Lib. 6. Erichtho malefica.*

Apud Lucanum quoq; Erichthonem maleficam Thessalam, fascinatricemque euocasse mortuum narratur, qui belli Phasalici euentum Sexto Pompeio denunciat. Dicitur & Apollonius

*Philost. lib. 4. in Apol. longuita.*

Romæ uerbis occulte pronunciatis, puellam nuptiarū die resuscitasse, cuius illum nobilem scriptorem Philostratum testem esse miror. Idem gloriatur se Achillis animam ab inferis euocasse, ut corporis sui molem ostentaret, & ad interrogata de gestis in bello Troiano ipsi responderet: Non, inquit, sicut Vlysses terram effodiens, agnorū sanguine manes Achillis eduxi: sed omnes adhibui preces, quas placandis heroum animabus sacerdotes Indorū dici iubent. Appion quoque Grammaticus memoriae prodidit, se umbrā Homerū euocasse, ut ab ea percunctaretur, cuius esset, & quibus parentibus editus. Sed eadem est ratio, & mera dæmonij ludibria, si ea videbantur ita acta esse: ijs enim mirè erat exposita antiquitas, Dei ignara.

*Plin. lib. 21. cap. 2.*

quemadmodum ea & ad herbarū facultates usqueadē fuit attonita, ut ad uitam reuocari mortuos herba quam piam crediderit. Sic Xanthus historicus in primo lib. Historiarum scriptit,

*Balii.*

occisum draconis catulū herba quam piam resuscitatum, quam magi Balim uocant: eadem Thilonem, quem draco interfecerat, uitæ restitutum: & Iuba rex Mauritaniæ, herba itidem in Arabia hominem uitæ redditum esse tradidit. Hoc aut̄ quum fieri nequeat, illas in lypothymiam uel animi deliquiū il laplos, uel alioqui morbo prop̄ uitæ, admota illa herba uires uel excitante, uel etiam naturæ respirantis uitæ quasi resuscitasse fuisse uisos, mea est sententia.

Nec uero ex Israelis cœtu hic solus deliquit Saul, nec etiam soli Ethnici

dæmones mortuorum umbris in uoluto consulerunt: quos, quum nescirent Deum, minus mirum est uarias exquirendæ uolūtatis diuinæ, placardorum numinum, & explorandorum futurorum rationes effinxisse: sed & in reliquum Dei populum peruersit fur ille, qui etiam usque ad hoc nostrū seculū in quibusdam malè sanis perdurauit ingenij. Visitissimā etenim superioribus annis fuisse consuetudinem acciendorū & interrogandorum manium, norunt maiores: & hac de re peculiaria & magna uolumina fuisse consarcinata, eademq; in quibusdam scholis palam proposita, sunt qui meminerunt. Nobis autem cura mandata incumbit, ut omnem consociationem cum dæmonijs & eorum ministris execremur, ne eorum usu polluamur, & oscitacīa uel securitate eorum retribus implicemur incauti.

### D E D I V I N A T I O N I B V S

*Magicis. Cap. XII.*

*P*orrō ritus, quibus commoueri eximo animas, produciq; illi arbitrabantur, item uariarum divinationum magicarum mostrosas species, prodigiosq; modos, satanæ artificio in æternam hominū perniciem dolosè confictos, in historijs annotatos, & ab Ethniciis usurpatos, eruditè in doctissimis suis Commentarijs, de Præcipuis divinationū generib. describit multijugæ lectionis vir **CASPAR PAVCERVS**: ubilicet plurima lectu dignissima, atque huc facientia, complices: nos tamen & alia non pauca nec obseruatione indigna sequentibus Capituloibus proponemus. Et Incantatores quidem, ariolos, haruspices, augures, pythoniſtas, genefianos, saltores, fortilegos discernit diuus Augustinus libro de Natura dæmonum: id quod in Decretis annotatum etiam est 26. q. 3. & 4. c. igitur. Diuini autem omnes di-

*Pinini.*

DE MAGIS  
cuntur, quum uel inita cum dæmoni-  
bus manifesta societate uaticinantur,  
uel superstitiosis quibusdam artibus,  
quæ ex occulto cum dæmonibus pa-  
sto scaturiunt, mancipati idem effi-  
ciunt. Vel sī Diuinatio, alicuius rei af-  
firmatio, quæ neq; ex causis, neq; ex  
uerisimilibus signis est collecta. Ad  
species ueniamus.

*λατρείαν*  
τέλος.

*λατρείαν* describit Psellus, & 10  
eam fuisse in usu apud Assyrios ait: sed  
& Chaldaeis & Ägyptis familiaris  
fuit, ea etiam in hō die utuntur Tur-  
cæ, licet non nihil diuersè. In peluum  
aqua repletam imponebantur aureæ  
& argenteæ laminæ, lapidesq; precio-  
si characteribus certis signati: & post-  
quam consueta essent prolata uerba,  
quibus dæmon exciebatur, propone-  
batur quæstio. tum priū quidem so-  
nitus tenuis absque uoce audieba-  
tur, qui signum erat ingredientis dæ-  
monis: pōst aqua inundante, uoces  
exiles ex ea emergebant, quibus ad  
questionem respondebatur: aut ope-  
ra data exiles admodum, nemenda-  
cij coargui posset dæmonium in his  
qua non nouerat.

*λατρείαν*  
τέλος.

*λατρείαν* hoc à priore discrepa-  
bat, quod nō uoce, sed picturis respon- 30  
sa expediebat. Collocabatur uasa ui-  
trea, rotunda, aquis conferta limpidis-  
simis, & circum collocabantur accensi  
cerei: cumq; euocatio dæmonis secre-  
to murmure finita, & quæstio relata  
esset, adhibebatur puer impollutus,  
aut mulier prægnas, quæ uitra studiose  
accurateq; intueretur, ac circumspi-  
ceret, rogareretq; imperaret & flagita-  
ret responsa. Ea tandem imaginibus 40  
aque impreßis, & per uitra pellucida  
renitentibus, diabolus ostendebat.

*λατρείαν*  
τέλος.

*λατρείαν*, ex nitidis terrisque  
diuinatis speculis, in quibus proposita-  
rum rerum imagines effigie, redditæ  
à diabolo fulgent. Ea usus est Di-

dius Julianus imperator: & pleraque  
satanae moniti prænidisse, quæ acci-  
derunt, scribitur.

*κρυπταλλομαντέαν*, ex crystallis fabrefa-  
ctis atque expolitis, colludente in his  
diabolo (in plerisq; enim minuta spe-  
cie aliæ materiae alterius cōditus de-  
litescit) depictas notas atque figuræ  
euentum ac rerum quæstuarum, qua-  
si uaticinans suis Magis renunciat.

*λατρυλομαντέαν* appellatur, quando  
ex annulis ad certos cœli positus fa-  
brefactis, uel diabolico ritu consecra-  
tis diuinant malefici. At qui uetus his  
diuinationum dæmoniacarum modis  
utuntur, nimis impunè inter Christia-  
ni nominis homines degunt quam-  
plurimi. Ex simili officina nuper qui-  
dam annulum eadem religione sacra-  
tum heroī obtulit uiginti coronatis  
uenum, eius scilicet virtutis, ut felici-  
cem consequeretur euentum in quo-  
cunque lusus genere, quam diu hunc  
comportaret. Cuius rei ut faceret pe-  
riculū, assumpto annulo lusit, & qui-  
dem fortuna annuente, benignaque.  
Quo successu illectus coronatos nu-  
merat, reditque ad consuetæ negotia-  
tionis exercitium & lusum, ac perdi-  
dit duplo plus quam ante lucifere-  
rat. Expertus itaque se delusum, annu-  
lum infringi iubet.

*ιδρόμαντεαν* variè usurpabatur. Aqua  
implebatur cyathus, annulusq; filo su-  
spensus ex dígito librabatur in aquā:  
atq; sic conceptis uerbis postulabatur  
rei quæstia declaratio, uel confirma-  
tio. Si quod proponebatur, uerum e-  
rat, annulus suo nutu, non impulsus,  
cyathum feriebat constitutis istib⁹.  
Hac exercuisse Numam Pompilium,  
& excitos in aquam deos consuluisse  
tradunt. Extant & alij eius modi.

*ιρυχομαντέαν* perficiebatur oleo & su-  
ligine in ungues pueri alicuius im-  
poluti illitis, soliq; obueris. Confici  
enim

enim ex mixtione olei, fuliginis & radiorum solarium simulachra rerum expetitarum, opinio erat: quæ tamen formabat mille artifex diabolus, ut ex hac mixtura in ungue reddi ac refugere uiderentur.

*Liber* 11  
Kynomoxvra, & dñsopavre, ad pertinaciam, & dñsopavre, ad pertinaciam, stringendos atq; detegendos occultos scelerum authores, & res alias obscuras manifestandas, Magi utuntur. Hanc securi perficiunt rotundo palo infixa, aptataq; ad normam, & cum præfatione, ordine enumeratis suspicitorū nominibus. Ad cuius uero mentionem securis uel leui impulsu se circumagit aut nutat, eū culpę reum peragunt. Sic apud Homerum prodūtur proci Penelopes, sed adhibito lapide Gagate, & pranis imposito. Illam administrant cibro forcipi imposito, & forcipe binis tantum apprehenso arq; eleuato digitis: itidemq; adiuratione facta per sex uerba, nec libipplis nec alijs intellecta, dies, nues, ieschet, benedoefer, donuina, enitemaus: deinde suspectorū nominibus recitatis, quo-cunq; nominato cibrum uel tremit, uel nutat, uel uolatur, eum reum statuit, at quam uerè, testatur omnis demonum ueritas. Potuit & ille qui cibrum in forcipe sustinebat digitis, illud pro suo arbitrio commouere.

*Liber* 11  
Kynomoxvra, asini capite super prunas assato, nescio quibus perfectitur ritibus, olim Germanis familiaris.

*Ceromant.* *Liber* 11  
Lipomoxvra, cum cera liquefacta, & in aquam diffundantis figuræ obserabantur, Turcis etiamnum in usu.

*Aspergimant.* *Liber* 11  
Aspergimant ex æcīs partibus ac motu sumpta, celebratur ab Aristophane in Nubibus.

*Aspergimant.* *Liber* 11  
Aspergimant describitur à Theocrito in Pharmaceutria: & aspergimant quoq; quæ in frumento farinae commisto considerabatur. *Liber* 11  
Aspergimant per caseū fiebat: *Liber* 11  
Aspergimant uero per pi-

scis, olim à Tyresia & Polydamante celebrata & usurpata.

*Liber* 11  
*Liber* 11  
Aspergimant ex fumo capiebatur in censi seminis papaveris, aut sesami prunis iniesti.

*Batrachomoxvra* per herbas instituebat, tur, ueluti per saluæ folia: *Eukomoxvra*, Dion. per folia fici: *Nibaromoxvra*, per thus.

*Daphnomyxvra* per laurum. Nam ex e. *Daphnomyxvra*, ius cremata strepitu futura colligebant: ex fragroso quidem secunda, testibus Porphyrio, Eustathio in Ho. *Iliad.* 7. merum, Tibullo.

At laurus bona signa dedit: ex Ta- *Lib. 1. Eleg.*  
cito aut aduersa. Vnde Propertius: *Lib. 2. Eleg.*

Et tacet extincto laurus adusta fico.

Antiphon, Philochorus, Artemon, Serapion Ascalonites, & ex recentiori.

*Parrhas.* in *Clau. lib. 2.*  
bus Fulgentius Placiades affirmant, *derapt. Pro-*  
qui lauri frondes sub puluinari capiti *sorp.*  
suppositas habuerit, uera hunc somnia noctu *Celust. Ro-*  
inquit, *dig. lib. 5.*

— Venturi praescia laurus.

Quapropter & Apollini deo fatidico sacra fuit, & hinc Laurus Apollinea, Delphica, Fatidica dicta.

Ita fructus arboris cuiusdam apud Canibales inuenitur, cucurbitæ minori non absimilis, oblonga siue ovali forma, quem maraka & tamara nuncu *Marsaka.*  
pant. Hunc illi, pulpa exempta, granis *Tamaraka.*  
milij, lapillisue, aut re simili implent, uarijsq; plumarum generibus superne exornant: deinde inferiori parte pertusum bacillo adaptant, quem terre infingunt. Huiusmodi fructus binos aut ternos in singulis tugurijs seruare magna cum reuerentia apud eos moris est. Existimant enim, quū hunc frustum manibus pertractant, crepitantemq; ob milij grana iniecta audiunt, cum suo se Toupan, id est, deo sermones conferre, arq; ab eo quædam sponsa accipere, sic à suis persuasi Paygi. Diuinatorū genus hoc est, qui suf-

fitu herbæ petun & quibusdā obmurmurationibus, illorum tamaraka diuinam facultatem tribuere perhibent.

*περιφραμωντέον*, cum cineri digito bacilo  
loueres de qua diuinādum est, inscribitur : iisq; sub dio exponitur, que enim remanent literæ, non dissipatæ uentis aut confusæ cinere, ordine suo docere de re quæsta putantur.

## DE SORTILEGIIS.

Cap. XIII.

**K**ληρονομικά, Sortilegium. Quod genus duabus de causis hic explicare libet. Primo, quod non exoleuerit adhuc, ut superiora pleraque diuinationum genera, sed & à uulgo & à prudenteribus etiamnū quādoque obseruetur, heu nimis impie. Secundo, quod uideam à nullo sortilegiorum species diligenter inuestigata,

*Sortilegi.* *Et 4. Eym.* Sortilegos esse scribit, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas *tituli.* *& 26. q. 4. S. 25.* Sanctorum seu Apostolorum uocant *q. 4. &c. Igitur* genus,

*Sortilegi.* *Et 4. Eym.* Sortilegos esse scribit, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas *tituli.* *& 26. q. 4. S. 25.* Sanctorum seu Apostolorum uocant *q. 4. &c. Igitur* genus,

*Sortilegi.* *Et 4. Eym.* Sortilegos esse scribit, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas *tituli.* *& 26. q. 4. S. 25.* Sanctorum seu Apostolorum uocant *q. 4. &c. Igitur* genus,

xillorum, & numerus quomodo cuncte cadentia: qui cui elogio respondere deprehenduntur, id uaticinium ac responsum ad quæstionem propositam esse demonstrant. Tales libros etiamnum cum figuris & numeris aleatorum excusos, Galli plerunque animi causa habent. Orta prolus fuit hæc diuinationis superstitione à Pythagoreis, ut & *αγριθμονομικά*, elementis illi literarum certos tribuebat numeros, numeris uim occulti futuri que praefagam. Vide Archid. in c. accusatus. §. lanè, de hæret. lib. 6. & in summa confess. in tit. de sortil. 2. & 3. quæstionibus Hostien. & Ray. in summa, eodem tit. & S. Thom. secunda 2. quæst. 95. in tit. de superstitione. ad quartum dicendum.

*αγριθμονομικά* sumuntur ex cuiuscunque *inventur.* quærentis nomine, per elementa scilicet eius, eorumque figuræ. Huic quidem persimilis est *ἀλητικονομικά*, sed ridiculo mirabilique modo & invento exercetur. Locus enim circumscriptus in circulum, distribuitur per partes vigintiquatuor æquales: in quarum unaquaque, litera Alphabeti scribitur, & unicuique literæ granum frumenti imponitur. Inde gallus ad hoc enutritus dimittitur: & obseruantur ea literæ, quarum ille grana depascit. Valens imperator cum mirè perplexus ac anxius esset de Successoris sui nomine, gallus uatidicus & Aletriomatus depauit grana imposita his literis Θ. E. O. Δ. quibus Theodosius significabatur. Vide quomodo colludat huic impia persuasiōni dæmon. *αρτένια* similem Histriōnum *ἐρις.* Memphiticorū recēset Ioannes Leo, *Li. 8. de scrip.* Afric.

lum auiculae obiicit: quem rostro ex-  
cipiens, in capsulam defert: deinde  
progrediens, responsi chartulam eo-  
dem rostro profert. Quomodo his  
quoque nugis dæmon colludat, ac u-  
tatur ad superstitionem animis incul-  
candam, facilè colligitur ex dicto Le-  
one, qui peius quām in chartula forte  
accepta conscriptum erat, accidisse si-  
bi postea conqueritur.

Illiad. 2.

Jam ad τοιχομαυτάκην, quæ repenti-  
no in librum apertum oculorum in-  
tuuit, ex sententia uersusque ad quæ-  
stionem faciētis occurruit lumen, mo-  
dū ad numerum iastarum alearum,  
modū sine eo. Et quoniam poëma-  
ta pro uaticinijs, ut poete pro uatibus  
habantur, in ijs potissimum exer-  
cebatur. Hinc & in publicis causis Si-  
byllina carmina ita obseruabantur, &  
inter priuatos Græcos Homerica, La-  
tinos uero Virgiliana, Socrates audi-  
ens in carcere recitari Achilleum illud  
apud Homerum,

ἴματιν γε τετάρτῳ πρίλιν ὄπιζεσσον ιονταλοῦ :  
πραδεῖbat Ἀΐσχινη se post triduum  
moriturum. Alexandro Seuero obue-  
nit hic Virgilij uersus,

Aeneid. 6. Tu regere imperio populos Romane memento.

Post annos aliquot Imperium ade- 30  
ptus fuit Romanum Brutus: exqui-  
rens is successum prelii Pharsalicis, in

Hilliad. 6. hunc Patrocli uersum incidit,  
ἄντα μεσοῖς ὀδούντας ἀντός ἐντρέψεις.

Claudio Imperatori obuenit,

Aeneid. Tertia dum Latio regnante uiderit astas:

lib. 6. Nec ultra biennium impetauerit. Ei-  
dem inquirenti de fratre occurrit uer-  
sus, qui & Gordiano juniori p̄d̄st, ex  
sesto Aeneid.

Oſſendunt terris hunc tanum fata. —

Decem & septem diebus à ſucepto  
Imperio interfactus fuit. Opilius Ma-  
crinus num ad Imperium peruentu-  
rus eſſet ſcire desiderans, in hos inci-  
dit Homerii uersus,

Ὥ γορδε, ἢ μάκα Διὸς νέος τερπός τι μαχητώ,  
οὐδὲ βίν λελεγει, χαλεπήρ ἡ σε γῆς εὐδίζει.  
Sanè ſenex ad imperiū peruenit, nec  
diutius quatuordecim mensibus id re-  
tinuit, occiſus ab Heliogabalo. Adria-  
no imperatori dubitanti de animo ac  
amore Traiani erga ſe, fortes hæ Vir-  
gilianæ obueniēre ex ſexto Aeneid.

Quis procul ille autem ramus in ſignis oiuæ,  
10 Sacra ſerens? nosco crines, incanaq; menta

Regis Romani. —

P̄d̄st adoptatus à Traiano, ſuccellit ei  
in imperio Romano. Claudius ſe-  
cundus Aurelianii imperatoris præde-  
ceſſor, inquirens de posteritate ſua, in-  
cidit in illud primi Aeneidos libri:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Genius eius per longam posteritatem  
ſtetiſt. Ethæc ferè ſunt & ſortiū & ſor-

Sortilegia.

tilegiorum genera: quæ non ſolū, à  
fortibus ex urna capiendis, aut aliun-  
de legendis ita dicta mihi uidentur,  
ſed etiā à lectione. Nam & uersus ſor-  
te oblatilegebantur, ut ſuprā demon-  
ſtrauimus: & ſortes etiam fuilſe acce-  
ptas pro ſyngraphis, aut ſcriptura O-  
raculorum, reſpoſtorumq; cōſtat ex  
Delphicis ſortibus. Valerius Maxi-  
mus ſcribit, legatos ad Delphicum o-

Libri.  
cap. 6.

raculum miſſos ob exundationem la-  
cus Albani, retuliffe ſortibus præcipi,  
ut aquam eius lacus emiſſam, per a-  
gross diffundenter. Ethinc ſortilegos

Sortilegi.

dictos existimarem, qui ſortes iſtas ex  
charta uel membrana uel cortice le-  
giffent. Horatius in arte Poet.

— Et diuina futuri

Sortilegi non diſcrepuit ſententia Delphis.

In his autem omnibus ſpeciebus  
40 dæmonem ſuas artes, ſuasq; præſtigias  
non omittere: ſed ferè ſemper adhibe-  
bere, uel inde conſtarre potest, quod  
& impijs ritibus fiant, & non niſi ad  
credulitatem impiam hominibus in-  
culcandam, idolomaniam stabilien-  
dam, & crudelitatem exercendam:

Ouid. 13. Mc  
tamorph.

— Dūrāq; iubent Agamennona fortis  
immeritam seue natam mactare Diane.

DE PYTHONICIS ET  
*γαργαυτέα.* Caput

XIIII.

**Q**Vanquam suprà de Pythonicis nonnihil attigimus, quia tamen ibi nihil explicare uolumus aliud quàm nomina tantum, quibus Sacrae literæ magos appellant infames: hic Pythij uox accuratius nō nihil explicâda prius ob frequentem eius usum erit, quàm longius progediar. Apollinem uero Pythium quidâ dicunt ob nocentissimum draconem *μύθων*, in infantia eius iaculî interceptum: unde spiritus ille, quo afflitti futura prædicebant, Pytho uocari ceptus est. Alijs Pythium oraculum *επο* & *μυθώνται*, id est, à sciscitando sortitum nomen putatur, quod de futuris occulisq; & ignotis consulebat. Ab oraculo aut̄ oppidum, cui alioquin Delphorū nomen erat, *μύθος*: & Apollo, quem hominis specie ex solido auro conflatum, in templo uenerabantur, ac præsidere loco fingeabant, Pythij nomen adeptus est. Mulierem quæ cum habitu dæmonem excipiebat, atq; ipsius incitatione Græcæ uaticinabatur, Pythiam ob eandem causam, & *γαργαυτίου* uocabant, & *μυθόντην*. Chrysostomus de Pythia uel Apollinis oraculo ita perhibet: Dicitur hęc Pythia fuisse fœmina, quæ super tripode diuaricatis cruribus malignum spiritum inferius immissum, partesq; genitales è quibus loqueretur subiectem excipiens, furore repleretur, & crinib. sparlis spumansq; ore debaccharetur, 40 funderetq; insana oracula. Methodius Hieronymi testimonio, aduersus Orientem librum cōdedit *μάρπι μυθωνίου*, ut ait Sophronius. Nam tertio *τριπλασίᾳ* Origenes dæmonem Pythonicum quodammodo tenella etate poscidere scri-

*Pensania in*  
*Phocis.*  
*Strabo lib. 9.*  
*Pythia mu-*  
*ller.*  
*γαργαυτίου.*  
*μυθόντης.*

30 *μύθων* Chrysostomus de Pythia uel Apollinis oraculo ita perhibet: Dicitur hęc Pythia fuisse fœmina, quæ super tripode diuaricatis cruribus malignum spiritum inferius immissum, partesq; genitales è quibus loqueretur subiectem excipiens, furore repleretur, & crinib. sparlis spumansq; ore debaccharetur, 40 funderetq; insana oracula. Methodius Hieronymi testimonio, aduersus Orientem librum cōdedit *μάρπι μυθωνίου*, ut ait Sophronius. Nam tertio *τριπλασίᾳ* Origenes dæmonem Pythonicum quodammodo tenella etate poscidere scri-

bit. Diuinando etiam magnū præstebat quæstum suis dominis puella illa in Actis Apostolorum, Pythonis spiritum habens. Videntur quoque haec uates se prius aqua Cephisi fluuij preterlabentis Delphos proluisse: quod fit ut Lucanus dicat, Fatidica Cephisis aqua: uel potius ex ea potasse, ut qui ex Gallo Phrygiæ flumine bibeant, statim furebant. Vnde Galli sacerdotes Cybeles dicebantur, de quibus idem Poeta sic:

— Crinemq; rotantes,

Sanguinei populi ulularunt tristia Galli. Semetipso enim castrabant, & inter sacrificiūdum furiosorum instar erant. *μύθωνται* & *μυθώντες* dicitur Plutarcho, fatidico spiritu correpti.

Nunc porrò ipsum diuinationis genus quod *γαργαυτέα* uocatur, cōlide *γαργαυτά*, rabimus. Licet autem diuinatio sit spiritus in humano corpore conclusi, ratione tamen loci partisq; ex qua profert, diuersa est. In *γαργαυτέα* enim *γαργαυτά*, spiritus inclusi pectori, cuius os *γαργαρά* nominatur, uel suggerebant, uel uincis compresissq; linguis obsessorum, ipsi per os efferebant requisita præscriptaque uaticinia. At *γαργαυτέα*, uel *γαργά*, *γαργαυτά*, uaticinia profert ex uentre spiritibus turgido. Quare qui hoc diuinationis genere obſidetur, Ventriloquos ab Augustino, ab Aristophane *τριπλασίᾳ*. *μύθος* appellari diximus: nec aliter pro *τριπλασίᾳ* lata fuisse uaticinia tum Pythonicorum, quorū in Sacris literis sit mentio, tum *μάρπι* Pythiarum apud Delphos: licet alioquin ratione sexus discrimen aliquod sit, id quod nondum animaduersum video. In mulierib. enim sonus horū *γαργαρά* uaticiniorū ex genitalib. partibus edebatur & audiabantur. Nec enim alia uia ex Pythijs Delphicis dēmon pronunciare solitus fuit, quàm diductis feminib. per inguen. Quin & Tertullianus, auctor grauiſſimus, affirmat se uel trilo-

*μάρπι*  
mulieris que modo uaticinatur.

triloquias uidisse fœminas, è quarū pudi-  
dēs uocula quædam, dum sedebat,  
excitabatur, respōdebatq; sc̄scitantibus.  
Deniq; Cælius Ludouicus, patrū  
nostrorū memoria fœminam se uen-  
triloquam crebrò uidisse Rhodij Ita-  
liae urbe & patria sua, scribit: ex cuius  
pudendis uocē immundi spiritus per-  
tenuerū quidem, sed tamē profus in-  
telligibilem, sāpe audierit de rebus  
præteritis aut præsentibus mirificam:  
at de futuris plerunque incertam, sā-  
pe etiam uanam & mendacem. At in  
uiris hi spiritus impuritate turpitudi-  
ne uaticiniorum suorum uoces & so-  
num edere nō possunt: sed per hone-  
stiorem corporis partē, os scilicet, elo-  
qui coguntur, ut suprā dictum est de  
Euricle ab Aristophane celebrato: cu-  
ius Vespas cū anno Christi M.D.LX.  
Parisijs Hadrianus Turnebus rū Græ-  
carum literarum, pōst Philosophiae &  
Eloquètia regius professor) interpretetur,  
audientibus meis filijs Theodo-  
ro iam iurisconsulto, & Henrico me-  
dico, palam testabatur olim se Lute-  
ria uidisse persimilem illi Aristophan-  
is Euricli hominem astutū, Petrum  
Brabantium: qui quoties uolebat, to-  
ties ex ima parte corporis, ore quidē  
aperto, sed labijs immotis loqueba-  
tur, & hac siue arte siue exercitatione,  
siue dæmonis impostura multis pas-  
sim imponerat. Nam cū Lutetiae uirgi-  
nem quandam formosam, sed patre  
orbata, deperiret, nec matrem su-  
perfictitem inducere posset ut eam sibi  
desponderet tandem cum ultrò citrō-  
que hac de re colloquuntur, uocem e-  
dit è corpore, qua demortuus mulier-  
cula maritus de penarum gravitate  
conqueri uidebatur, quas ob uxoris  
diffidentiam in purgatorio perpetue-  
retur, quod ea filiam à Brabantio to-  
ties expetitam, optimo uiro denega-  
ret. Quibus illa questibus extenuata,

Lib. I. An-  
tiqu. lect. 6. 15.

*Uiri quomo-  
do uaticin-  
ent.*

Petrus Bra-  
bantius, uen-  
triloquus.

Confita mor-  
tui de Parva  
torio quere-  
la.

uiriq; miserta, petitioni nebulonis af-  
fensit: quem tamen non tam filiam,  
quādotem ei à patre in testamento  
constitutā ambijisse, satis apparuit. Sex  
enim mensibus pōst, ubi puellæ bona  
decoxisset, uxore sociq; relicta, Lug-  
dunum aufugit. Ibi mercatorem quē-  
dam ac trapezitam prædiuitem obi-  
sc̄ intellexerat. Qui cum haberetur in-  
iustissimus, eo quod omnia per fas ac  
nefas in uita corrasisset, filium Cornu-  
tum, eius unicum h̄redem, in porticu  
pone cœmiterii obambulantem, adiit:  
& eō se missum innuit, ut quid opus  
facto esset diceret. Cæterū dum ei  
de patris anima potius, ac fama, quā  
mortē cogitādum esse dicit, uox inopi-  
natō inter loquendum patrem refe-  
rens exauditerat: quam cū Brabantius  
ex uentre daret, se tamē expauescere  
mirum in modū simulabat. Moneba-  
tur autem hac uoce filius, quem in sta-  
tum pater iniusticia sua decidisserat: &  
quātis purgatoriū cruciatibus tum sui,  
tū ipsius causa exagitaretur, eo quod  
iniquorum eum bonoru h̄redem re-  
liquisset: quamq; nullo modo liberari  
posset, nisi iusta à nato expiatione fa-  
cta, & debitissim in eos eleemosynis col-  
latis, qui maximē tum temporis ege-  
bant: eos autē esse Christianos à Tur-  
cis capros, proinde uito quicū loque-  
retur crederet: hunc ad redimendos  
eos Constantinopolim à pijs homini-  
bus ablegatum, eiusq; rei ergo diuinis-  
tus ad eum missum. Cornutus homo  
minimē malus, et si his auditis dolim  
hand animaduerteret: quia tamē du-  
rum uidebatur istud de pecunia uer-  
bum, se deliberaturū respondit, & Bra-  
bantiū eō loci postridie redire iuber.  
Interea anxius, de loco subdubitabat,  
in quo uocem exaudierat, q; umbro-  
sus esset, ac opacus, & hominū insidijs  
Echo q; aptus. Quare postero die cum  
in alium apertū, planum, nullisq; ue-

*Alius eius-  
dem dolor.*

pribus aut umbris impeditum locum dederit. Vbi nihilominus eadem inter loquendum repetebatur cantilena: hoc etiam addito, ut Brabantio statim sex Francorum millibus numeratis, tres in singulos dies Missas redimeret pro salute patris: alioquin nullam apud inferos fore redemptionem. Vnde filius conscientia ac religione obstrictus, licet ægrè, totidem tamen Brabantij fidei commisit, omni legitimo accepti solutiq; testimonio neglecto. Pater ignibus ac Vulcani istibus liberatus, in posterum quieuit, nec filium amplius interpellauit. Verum miser Cornutus dimisso Brabantio, cùm solito lætior esset, idque reliqui mensarij sati admirari non possent, mox ut sciscitantibus causam aperuit, adeò statim irrisus fuit à cunctis, quod & num 20 mis & cerebro emunctus & expurgatus esset, ut præ mortore post aliquot dies mortuus, & patrem ad inquirendam ex eo rei ueritatem infuscatus fuerait. Libro de Diuinatione dæmonū contemnenda, professorum eiusmodi diuinationum opiniones confutat erroresq; conuinct Berno, quemadmodum testatur epistola ad Meginfredum.

DE FYPOMANTEIA, CIRculatoribus, & Theraphim.

Caput XV.

**R**eperitur Fessæ in Africa circulatorum magorumq; genus, quod Muhazzim in uocant. Hi omnium promptissimè dæmonia dicuntur ejercere. Et quia illorum uaticinio nonnquam succedit euentus, dici non potest quā ea res eorum existimationem augeat: quem ejercere nequeūt, spiritum aëreum esse, afferunt. Modus autē adiurandi dæmonis hic ferè est. Prīmū characteres circulosq; nonnullos in foculo aut alio quovis loco depingunt: deinde signa quædam in dæ-

Muhazzim.  
zmin.  
yuphantes.

moniaci manibus ac fronte describūt, illumque miris modis fumigant: postea carmen componunt, ex dæmone sciscitantur, quā & quomodo huc intrauerit, quis sit, quod illi nomen: tandem ut exeat, p̄cipiunt.

Sunt & alterius generis, qui regula quadam Cabalistica (Zairagia appellant) operantur. Hæc autē multis continetur scriptis. Naturalis siquidē scientia putatur: neq; alios Fessæ reperias, qui maiori cum fide magisq; indubitate ad interrogata respōdeant. Verum hæc ars difficillima est. Qui enim huic operam dare uult, non minorem Astrologiæ, quā Cabalisticæ cognitionem habeat necesse est. Ioannes Leo Africanus testatur in descriptione Africae, se uidisse quendam eius artis peritum in unius figuræ descriptione integrū cōsumpsisse diem, & figuræ in hunc ferè componi modum. Primò circulos multos in maio *yuphanter.* ri circulo ducunt: in primo crucem formant, in cuius extremitatibus quartuor mundi plagas appingunt, Orientem, Occidentem, Austrum & Aquilonem: in centro ubi lineæ concurrunt, utrumq; notant polum: extra primū circulum, quatuor depingunt elementa: deinde circulum in quatuor secāt partes, & sequentem circulum in totidem: post hæc quamlibet partem in alias septem secant, quarum quamlibet characteribus maiusculis Arabicis insigniunt, adeò ut quodlibet elementum uigintio&to habeat characteres. In sequenti circulo septem Planetas notant, in alio duodecim zodiaci signa, in sequenti duodecim mensium Latina nomina, in alio uigintio&to lunæ domicilia, in alio 365 anni dies depingunt, extra hūc uero quatuor uentos cardinales annotat. Deinde unam tantum rei propositæ literam sumūt, atq; per omnia antè enumerata multipli-

Zairagia.

Lib. 11.

*yuphanter.*

tiplicant, productumque characteris numerū quodammodo diuidunt, atque pro characteris ratione loco aliquo collocant, utq; elementum illud exigere uidetur, in quo reperitur character sive figura. His omnib; ita perfectis, figuram animaduertunt, quæcum numero iam producto conuenire uidetur: cum quo eodem modo procedūt, ueluti cum priore progresum, donec uigintiocto characteres habent, ex quibus unam dictionem colligunt: ex dictione uero oratio conflatur, quæ ad rem ipsam in quæstionem uocatam responderet. Ea porrò oratio semper in carmen prioris speciei cadit, quod Arabes Ethauil appellant, componiturq; ex octo stipitib; & chordis duodecim iuxta Arabicæ linguae metricam. Carmen igitur ex ijs charæteribus compositum, uerum atq; indubitatim rei propositæ præbet respōsum (ut credunt) primò quid queratur, deinde rei quæstæ sententiam. Hi autem raro errare dicuntur, quod Cabalisticam admirandam reddit. Et quanquam naturalis habeatur, nihil tamen se uidiisse affirmat Ioan. Leo, quod non præter naturam potius sit: & ita scribit porrò Memini me quondam in loco aperto collegij regis Abu lunam (quod Fessæ uisitatur) in area leuigato marmore strata insignem uidisse figuræ descriptionem. Areae quodlibet latus quinquaginta erat ulnarū: huius duæ tertiae partes ijs occupabatur, quæ ad figuram pertinebant: tres uero descriptionem faciebant, quorū quilibet suum tātum curabat locum, durauitq; ea descriptio per integrum diem. Huiusmodi quoque aliam Tunetii à quodā artis peritisimo descriputam uidit: cuius pater duo uolumina commentationum in eius artis Canones conscripsérat, quos qui exactè sciunt, summo habént ab omnibus pre-

*Libri de his  
artibus.*

cio. Ego solum tres, Tuneti unum, Fessæ uero duos uidere potui: duas quoque in eius artis regulas, Explicaciones, & Commentarium Margiani cuiusdam, eius parentis quem olim Tuneti uidi, & aliud ab Ibnu Chaldim historiographo cōscriptum. Artis regulæ cum Commentarijs possunt quinquaginta aureis haberet Tuneti. Breuiter, Fessæ tria in uniuersum sunt fatidorum & diuinorum genera: primi, ut diximus, Geomanticis uel Gyromanticis utuntur figuris. Alij aquam catino uitreο infusam olei guttula admixta, lucidam & transparentem redunt, in qua tanquam in speculo dæmones confertim se uidere affirmant, qui exercitum numerosum representant: quorū nōnulli in itinere lunt, alij riuum transmittunt, alij terrestre prælium gerunt: quos quietos interrogant, dæmonibus nutu manū uel oculorum indicio respondentibus. ò temeraria credulitas. Vitreū uas pueris interdum uix octauum egressis annum in manum dant, à quibus num hunc uel illū dæmonem uiderint, interrogant. Permulti eō dementiae rediguntur, ut in his nugis magnam pecuniaē uim profundant. Tertium genus est mulierum ueneficarum, quæ se cum dæmonibus habere familiaritatem affirmat: dæmones aut aut rubros, aut albos, aut nigros appellant.

Hodie adhuc in cœmiterio uel foro publico Constantinopoli diuinandi g̃ua diuina artem profitantur, uiculum hinc queritatis, Turcæ uiri & mulieres, cum primis Ægyptiæ, ab initio idololatræ. Hi in arena notatis figuris, uel electis colligatis aleis, & notarum numero collecto, in libro nescio quid legétes sub murmurantesq; uaticinantur: uel ceram cum oleo cōfundentes, donec refixerit expectat, ex apparentibus deinde characteribus diuinant: nonnun-

*Fessæ tria diuinorum genera.*

*Turcarū ma-*  
*ritem profitantur, uiculum hinc queritatis.*

*Suprac-*  
*pitem.*

quam ex aqua, speculo, uitro, & id genus similibus organis presagiūt, haud dubiè ab impietatis & rāuā singulari magistro ita instruēt, ut eos longa annorum serie quasi ab uberibus maternis virulentum eiusmodi lac exuxisse, minime h[ab]ent. Sic de quodam diuino, Diophanes nomine, refert Apuleius: Corinthe nunc apud nos passim Chaldaeus quidam hospes, miris totam ciuitatem responsis turbulentat, & arcana fatorum stipibus emerendis edicit in uulgum, qui dies copulam nuptialem affirmet, qui fundamenta mœniū perpetuet, qui negotiatori cōodus, qui uiatori celebris, qui nauigis opportunus. mihi deniq; prouenit huius peregrinationis inquirent, multa respondit, & oppidō mira, & satris uaria. Sed hæc omnia falsa esse, testatur 20 Sibylla Erythræa, *אָנֹכִי וְאַתָּה וְאֶתְתָּךְ אָנֹכִי אֲמַרְתִּי*

*Lxx. de Au  
rea Affissio.*

*Lxx. li. 1. de  
Ong-errca-  
pue. 7.*

Theraphim imagines futura annūciantes, ad hunc siebant modum, teste Elia Leuita: Mactabat hominem primogenitum, cuius caput torquendo præcūsum, postea sale & aromatisbus condiebatur, inde capiti subdebatur lamina aurea, cui nomen spiritus inscriptum erat: coramq; eo in pariete 30 locato candelæ incendebantur, & adorabantur.

MAGICORVM VATVM ORA  
culis non esse credendum, nec eos esse  
adueniendos. Cap. X VI.

**A**T omnes hi prædictionum modi *אָנֹכִי וְאַתָּה וְאֶתְתָּךְ* dicti, qui nullas in natura causas habent, seuerissime in Lege diuina prohibentur, ubi diversis appellantur uocibus: ut semper apud omnes gentes diuinationū imposture fuerint variæ. Sic Deuteronom. cap. 18. Non inueniatur in te diuinus, qui diuinando futura prædicet, néne am spex, hariolus, augur, præstigiator, astrologus, Pythij consultor,

magus aut necromantis. Vbi permodum quidam intelligunt *אָנֹכִי* experimenterem, qui fortilegio aut slipulacione investigat, num utile sit itineri se committere, aut opus aliquod inchoare. Plerique sentiunt esse generaleocabulum ad omnium diuinationum species. Per *אָנֹכִי* uero intelligitur is qui ex *אָנֹכִי*, id est, nubibus aut ex astris responsa dat, & dicit hunc aut illum diem cauendum in his uel illis electionibus, quæ tamen astrorum influentijs non ita subiiciuntur: puta, si uxorem duxeris, aut domus fundamenta ieceris sub eiusmodi aspectu, erit inauspicatissimum. Per *אָנֹכִי* intelligitur *אָנֹכִי בְּשֵׁבֶת* qui avium uolatum intuetur, & garrum obseruat, ut auguretur: uelut cum ex crocitante coruo mortem alicuius prædict.

Mirandum igitur magnopere, eō usq; prudentiam hominibus eripi, ut audire, dicto parere, compelli, ligariq; spiritum natura nobilissimum, malicia autem ob rebellionem nequissimum, propria virtute hominis, natura eo inferioris, & malignitate penè non imparis quādoque, arbitrentur: quasi se homini præter naturam dedere uoluerit is, qui Deo creatori, natura inuitante, subiisci recusarit. Qui ergo naturæ fœdus uiolarit, hic ne in usum nostrum seruabit pactionem: Adde, mendacem mendacijsque parentem, quæcumq; vera ad falsitatem, & quæcumque bona ad maliciam intorque. Quis nisi luxata mentis huic fidat, ut de futura veritate percūstetur, quā uel nullo modo sciat, quia eius naturæ est minimè nota, uel defuper non reuelata: aut si sciat, malicioſo astu mendacijs inuoluat: quod si pure eam quādoque proferat, uel coactus id facit: uel si sponte atque libenter, malo animo, pessimoque fine proposito, ut scilicet pernicioſius offendat in poſte-

postrem, & ueritate qualicunq; quæ in rebus agendis parum emolumenti allatura sit, prolata, demum sub alia (quæ nisi integrè pernoctatur, sit grue incommodum uel exitium paritura) atrocius lædat, & mendaciū ipsum ceu uenenatam escam & exitialem hamum cautius tegat Tartareus ille pector. Stultus itaque ille, qui hunc consultum abit: at stultior multo, qui inderedit, nisi respicit. Interim non infiior, cum ille rerū naturas cognoscat, multa ex causis naturalibus eum prius scire, quām ab humano intellectu percipiatur: & tāo exactius, quāto eius ingenium est sublimius: ea autem ignarīs uelut sui prēnunciāt, præsertim quorū in actu uiderit initia: ut uaticinari & occulta rerum prēnouisse credatur. Copiose, docte, & piē in hanc rem, contra magicas prēnotiones, disputat libris nouem de Prænot. maximē uero libro 7, Ioannes Franciscus Picus, philosophus insignis. Chrysostomus in Euangeliū Ioannis, Ho mil. 18. Prædictio, inquit, futurorum immortalis Dei duxtaxat opus est. Quod si aliquando dæmones aliquid prædixerūt, stultum & incautum uul-  
gus deceperunt. eorum namque uaticinia passim falsa deprehenduntur. Non nihil in hanc rem quoque di-  
etum est libro 1. capite decimo. Certo itaque permanet Origenis sententia:

*Liber 3. in lib.* Qui ad uana contendunt auguria atque ueneficia, diuinationes ac philan-  
teria atq; incantationes, horum gres-  
sus conturbantur, horum opera im-  
pediuntur, ab ipsis Dei uisitatio rece-  
dit, ipsis sancti angeli derelinquunt, & cum ipsis diabolus permanet, infa-  
tuans mentes eorum, obtundens cora  
da illorum, abstrahēs à uero sensu eo-  
rum, &c. Addam & Petri Blesensis uer-  
ba epist. 49. Mendaciū pater ueritatem  
exhibit umbratilem frequenter, do-

nec infidelitatis filios secum præcipi-  
tet in gehénam. Sic ergo scientia Chri-  
stiani nil debet de futuris inquirere, sed illius dispositioni humiliter obe-  
dire, qui disponit omnia suauiter, cu-  
ius cōsiliarius nemo fuit, &c. Non la-  
bores noscere tempora uel momenta,  
quæ posuit pater in sua potestate. Fu-  
turorum enim explorare noticiam au-  
gurijs aut alijs illicitis modis, diaboli-  
ca tentatio est, & ēternæ damnationis  
occasio, &c. Frequenter eueniit rerum  
prodigia certos exitus obtinere, eis tā-  
mē nulla fides adhibeat: licet enim  
uera sāpe prouincient, sāpius tamen  
& periculosius mentiuntur. Nec te ta-  
men moueat, quod quandoq; ex di-  
spensatione diuina talia personæ com-  
mendabiles acceptasse leguntur. Ad-  
de & D. Antonij præclarā lententiam:  
Vt concedamus paulisper, si dēmones  
uera nunciarent, respōdete mihi, quis  
fructus est nosse uenientia? Nunquid  
aut sciens hæc, aliquādo laudatus, aut  
punitus est nesciēs? In hoc unusquis-  
que sibi præparat seu tormenta seu glo-  
riam, si uel negligat scripturarū man-  
data, uel faciat. Nullus ob id nostrū  
hanc arripuit uitam, ut habeat præciē-  
tiā futurorum: sed ut præceptis Do-  
mini obediēs, amicus incipiat esse de-  
seruo. Curādum est non prescire quæ  
ueniunt, sed implere quæ iussa sunt.

Quare Phauorinus apud Gell. de- *Ebrae 14.*  
terre uolens & depellere adolescen- *cap. 1.*  
tes à genethlaciis istis & quibusdam  
alijs id genus, qui prodigiis artibus  
futura omnia dicturos se pollicentur,  
& persuadere eos nullo pacto adeun-  
dos esse cōsulendōsue, huiusmodi ar-  
gumentis concludebat: Aut aduersa,  
inquit, euentura dicunt, aut prospera.  
Si dicunt prospera, & fallūt, miser fies,  
frustra expectando: si aduersa dicunt,  
& mentiuntur, miser fies, frustra timē-  
do. Si uera respondent, ea quæ sunt

non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam è fato fias. si felicia promittunt, eaque euentura sunt, tum planè duo erùt incommoda: & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudijs fructum spes tibi iam deflorauerit, nullo igitur pacto utendum est istiusmo di hominibus res futuras præsagientibus.

*Atrox sati-  
pus Ioannis  
Galeatus in  
astrolögum.*

Subiungam hic nouum inauditæ crudelitatis exemplum, quo Ioannes Galeaceus diuinationes Astrologiamq; vanitatem putauit esse refellendam. Astrologus qui de euētu grauisimorum rerum felici prædictione iudicare consueisset, cum Ioannis Galeacei uultum intēti oculis, ut aiunt, acerrimè contemplaretur: Cogita, inquit, de rebus tuis quām matutinimè: nam diu inter homines agere, & huius seculi lucis usura frui non potes. Cui cum ille: Quid ita? Propterea, inquit, quod astra, quorum ego regiones & situs ipso natali tuo die notani, mortem tibi nōdum iuuentutis limites egresso, non obscurè denūciare uideantur. Cæterum Galeaceo captissimo interrogationis genere sciscitanti: Age uero tu, qui hæc natalitia prædicta, tanquam deum sequeris, quamdiu uiueturus es? Respondit Astrologus, Curriculū uiuendi fatorum benignitate contigisse sibi satis diuitur num. Verum, inquit ille, ne unquam posthac bonitate & clementia fatorū stulti confusis, maiorem fortè quām par est, de longinquitate uitæ spem capias, morieris euestigio, contraq; opinionem tuam, nec te poterit coniurantium astrorum toto cœlo uis illa, tam cæco iudicio clarissimorū hominum fatis cōtumeliosè illudentem, ab exitio vindicare. simulq; cum dico hominem in uincula abripi & strangulati iussit.

Porro exquisitiorem artium harum

diabolicarū enumerationem permitto illis, qui eas didicerunt, ac magistri doctorisq; sui consilio, duetu & opera, exercere perpetuū suo aliorumque exitio audent, quos in nefariorum suorum scelerum communionem perditissimè adducunt. Dolendum autem hanc pestem immaniter in totū Christianum orbem prospere, grassariq; 10 nimis: maximè ubi uox Euagelij obscurius sonat, & nescio quibus gentilitijs, & dæmoniaco astu non dubiè in hominum deceptionem excogitatis superstitionum ritibus diuini cultus veritas conspurcari uidetur.

DE QVORUNDAM SACRIFI-  
corum & monachorum magica diuina-  
tione, medicacione q; salissima.

Caput XVII.

**S**rum adhæc locum in familia tur-  
gidorum Pythio spiritu, hic inue-  
niunt, Magorum albo inscribendi  
meritò, nec ullā ratione prætermitten-  
di, pleriq; sacrifici & monachi, ut in-  
dostissimi, ita & incomparabilis im-  
pudentiæ, perditissimæq; impetratis  
homines (uiris pijs, quos unice uene-  
ror, nihil detrahit hic uolo) qui me-  
dicinæ sacræ, quam ne primis quidem  
labris eos gustasse constat, cognitionē  
mentientes, facile cuius uulgari (Cō-  
fulares, uel aliquius doctrinæ, judicij,  
exstimationis uero viros nominare pu-  
det) de morbo sciscitanti, consiliumq;  
quærenti, è maleficio uel incantatio-  
ne essi morbum progenitum, ore mé-  
daci respōdere persuadereq; non ue-  
rentur. Pythijs insuper hi uates s̄epe-  
numerò incantatrixem uel sagam no-  
toria sua arte per indicia, si dijs placet,  
indigitare nefariè audent: honestæ a-  
licui, inculpatæ ac piæ matronæ hoc  
cauterium crebrò inuarent, à quo illa  
nunquam, uel eius soboles, ne in mul-  
tam quidem posteritatem, sanari po-  
terit. Enim uero nō rerum suarum sat-  
egit.

*Sacrifici qā-  
dam inepit,  
maleficū mor-  
bum mentiu-  
tur, & eius  
reas statuant  
infantes.*

*Medicina artium uenitissima.*

egisse se arbitrantur, quod morbum mendaciter commententur: nisi etiam infantes calumnij opprimant, odiaq; plus quam Vatiniana apud hoc credulum nimis hominum genus cōcident, litibus integras niciñas personare faciant, amicitias diuellant, sanguinis necessitudine cōstrictum unionis uinculum dissoluant, ad pugnas promoueant, carceres procurent, cædes tandem variè architetentur aut eorum qui insontem denotatam huius maleficij ficti effetricem uel vindicare, uel illi patrocinari student: aut etiam huius feminæ ab alijs cæsæ, siue à magistratu male instituto punitæ. Horum uiuum si me testem dixero, mentiar minimè, etiam si indignatione rumpatur ilia Codro, aut eius sectæ alleclia. Ita hos ecclesiasticos scilicet viros, eximia sui instituti mancipia, religiosi potissimum pallio, strenuam sibi nauar operam & experitur & gloriatur heros illorum Beelzebub: qui ob pecunia aucupium, aut falsæ existimationis cupidine pruriētes, hoc modo suas aliorūq; animas dæmonibus prostituunt & deuouent: medicinam artium ut uenitissimam, ita & utilissimam, maximeq; necessariam, eiusmodi incantationum opinione in natura libus morbis ad uitæ & salutis perniciem defecantes. Extat salissimum cuiusdam doctissimi uiri in huismodi impostoribus similem iepulu iuxpanoxhov epigramma Græcum:

παρμάργαρίστας μονάχου μιμεώτατος ἐρμᾶς,  
εἰς ιατρῷ παῖδες αὐτομοῖος ἀπέβη.  
δύγ' ἐρμᾶ γρυπᾶς μιαρ μονάχες τ' ιατρός τε  
δενίας τέχνης, διε νιποποιῆς ίαπ.

Sed & Latinum eiusdem aliud haud immerito istos ψυχαγόγος appellat:

Vixisti monachus monachorū dedecus Hermes,

Nunc medicorum idem dedecus es medicus.

Fallorū ut fueras monachus ψυχαγός olim,

Idem Hermes medicus nūc ψυχαγός eris?

Ex horum numero quidam nugaci *Conuentum eius/lam p. 4 stori.*

Dialogo nuper Germanicè (Latine e- tenim ob inficitiam non potuit) typis effuso scribit, mulieri cuidam ueretur in eam extumuisse molem, ut uterum gerere censeretur: & quum ante Bacchanalia se partum edituram speraret, eoq; frustraretur, hanc ad ipsius opem configuisse: qui propinato pharmaco se expulsi duos nucleorum cerasorum iam partim germinare inchoantum, partim ad digiti altitudinem natorum cantharos (quartas uulgas distat, sex libris mensura propemodū equiuivalentes) addito iuramento affterit. Mendacij uero impudentia hinc cognoscitur, quod nusquam in alia cauitate huic excretioni idonea, quam intestinorum finu contineri potuerint nuclei. si autem nouem circiter menses, à cerasorum postrem natu temore in illis impacti, tumorem tatum excitarint iam egerminantes: quæ uia quæ interea temporis per intestina arctissimè nucleorum mole infarcta, distentaq;, naturalibus patuit exrementis. Mirum quod eidem commēto non affuerit, feminam hanc medicamenti oblati operatione, eadem opera nucleorum germe emittētum aceruo agrum conseuisse: uel nū eos expulisset, potuisse actis loco benē ster corato (cum uenia id mili dicere ob rei insulitatem liceat) radicibus, post paucos mēses leta gignere protrude regis in apertum aērem cerafa.

Idem ille in celebri apud Geldros oppido, ubi olim medicinam publico feci stipendio, in uirginum auctiū oclusarum cœnobio, uni ualeudinis nonnihil afflictæ, maleficium esse quo exerceretur, perfusavit: nec id nisi mis- *Maleficium pastori exi- dam facie- gum.*

naturali afficeretur malo, postea sepe numerò monasterij gubernatrix (quā Matrem appellant) nobilitate, ætate & probitate ueneranda expostulauit. Suos interim, qui ipsum ob religionis fortè nomen admirentur, habet ridiculus hinc auctor & ineptiarum scriptor, etiam officio pastor: cuius, quāquam milii intus & in cute noti, nomini parcit calamus, ob conscientiam, quæ modestiam imperat, aliorumq; uitia tegi uult. Quare & alios similium maleficiorum reos, eiusdem ordinis homines penitus mihi cognitos, prudens prætero, qui nisi resipiscant, quod ex animo illis optarim, timendum ne de Iaia 27.

„ dixerit Isaías: Percussimus fedus,, cum morte, & cum inferno fecimus paustum.

Huc referendus sacer ille magus, qui à daemonijs edoctus, & ex tenebrarū officina prolerpens, tragice comedias atque nuper exhibuit ad hūc modum. Qui Hambachī in ducatu Iuliacensi suam prestat operā in cuniculis insidianis Perrus, ubi haud ita pridem anno 1563. in principio Augusti, e quā suspēso ceruici cymbalo, pascuis mādasset unde exilierat: ille ratus equum furto abductū, adiit sacrificū Pythium Gerardum nomine, uicariū in Blatsum, diœcesis Colonensis: qui cōsulto prius suo ueritatis magistro, furē cum equo Rhenū Bonnæ traiecit, ac in diuersorio proximo uenitū asseruit. Ipse responsioni fide apposita, incūstanter insequitur, rogaq; in Rheni traiectu, num talis equus ibi esset transuestus: quod factum esse intelligit, communitoraturq; equi ductus ab uno loco in alium. Tandem post dies aliquot cōtinuo itinere peruenit Hackenbergum in comitatu Senenī, ubi uirum offendit armatum, qui ipsius uidebatur insidere equo. hunc adortus, de equo sibi restituendo, quem suum

esse asseuerabat, strenuè agit, consideratq; qua parte non satis munita hunc confodere posset, si fortè ad pugnam ueniretur: in quem solum finem fabulam hanc machinatus fuerat mendax ille & sanguinarius homicida ab initio. Post multam altercationem auctor hic conrectat equi testiculos, quos suo equo exemptos sciebat, color aliqui & forma omnino respōdebant. Ita hic culpam deprecatus, rem omnē ordine recenserat, domumq; reddit. In itinere aut̄ intellexit, mox post eius abitionem equum inuentum fuisse mortuum, altero pede posteriore casu tractecto per funem collo alligatum, unde solui nequiverat: quæ mortis causa extitit. Sic innotuit huius execrandi uatis & sacrifici ueritas, digno certè flagello punienda. Alter aut̄ sumptus & iacturam circiter dalerorum decem in eo itinere fecerat: hinc grauiter adhuc malefico sacerdoti eoram me minitabatur.

IN M A L E F I C I V M , E T D I-  
UOS, inscitiam suam & errores referunt in-  
docti medici & chirurgi.

## Caput XVIII.

Nec interim aliorum quoq; inepitorum hominū, medicina cognitionem impudenter dolosē, que iactatū, unicum esse asylum inficias eo, ut quum morbi essentiam, multoq; magis eius curationem, ignorent, coganturq; ex imperitia uelut ceci de coloribus iudicare, maleficium mox esse affirmant. Hoc uelamine suā dolosē tegunt in artis sacra operibus inscitiam, elabūturq; non secus quām indocta illa chirurgorum turba, confessim ad diuos, uelut Quirinum, Antonium, uel qualem cinq; alium, refert gangrænam uel sphacelum uel phagedanam, aut ulcera alia maligna siue curatu contumacia: quæ tamen ab initio non usqueadē fuerunt praua, quam

quām paulatim illorum, solum ex qui  
busdam unguētorum formulis incer-  
ta periculofaq; <sup>tunapq;</sup> medicantium  
ignorantia, in eiusmodi maliciam de-  
generarunt. At calumniam, aut po-  
tius iustē in eos instituendam actio-  
nem, hoc maleficij nominis prætextu  
cautē declinare student hi uerē male-  
fici. Cuiusmodi etiam existunt plerique  
homines, qui nuper ignis chym-  
*Theophrastus Paracelsus*  
ci fumo infolecentes, ex Theophras-  
ti Paraceli schola se ortos gloriātur:  
peculiaria arrogātie, <sup>prævaricatō;</sup> & in-  
anis gloria mancipia: qui uoce Stento-  
rea, pollicitationibus & sesquipedali-  
bus uerbis nihil non possunt, in hoc  
pulchre suum imitati magistrum: ut  
memoria commēdarint uoces nō sa-  
ni hominis spurcissimās, quibus me-  
dicam artem ueterē & sacrosanctam  
infestantur, caluminantur, reiūciant,  
pedibusque conterere satagunt, noua  
emētitī principia cum uocibus nouis:  
quaē nec ipsi quidem intelligent, nec  
rationib⁹ defendent, contenti uer-  
borum inutilium, quibus sua Paracel-  
sus opulent scripta, congerie & acer-  
uo. Hic se medicinæ monarcham, ue-  
rāq; artis inuentorem iactat: talem il-  
lum quoq; habent, colunt & ueneran-  
tur eius sectatores. Hactenus itaque  
latuit illa artium utilissima, & cum  
primis in conseruando genere huma-  
no, si quid aliud, necessaria. Nihil hic  
est quōd singulorum à Deo creato-  
rum uires à rerum primordijs cognō-  
*Gen. 1.* uerit Adamus, nihil item quōd à me-  
dicis corpus patris aromatibus con-  
*Gen. 10.* diri uoluerit Iosephus, nihil quoque  
quōd pro medicis leges promulgarit <sup>40</sup>  
*Exod. 21.* ex Dei iussu Moses: uanum similiter  
elogium Iesu Syrach, quo medicos  
propter necessitatem ab Altissimo cō-  
ditos, honore debito affici uoluit: ine-  
ptum adhāc, quōd similitudinem ab  
eo quod in rerum natura non exsite-

bat, sumpsit Christus, docens, me-  
dico non opus esse bene habenti, sed  
ægroto. Lucam quoque medicum,  
& quidem dilectum appellatise D.Pau-  
lum, testatur ueritatis liber. Hi certè *Coloss. 4.*  
ueterem coluēre medicinam rationi  
innixam, usuq; confirmatam, quam  
etiamnum nos usurpamus. Nihil hic  
de uenturo in extremis diebus medi-  
cinæ Monarcha & inuentore, Para-  
celso Theophrasto. Neque hic chy-  
miam haud leuem medicinæ partem  
eleuo, quam magnificatio, uti & om-  
nes mecum ueteris medicinæ culto-  
res: eamque nunc mire exornari, est  
quod arti nostræ gratuler: eius quoq;  
potentia contra quoscunque morbos  
extrahi spiritus, & olea, pulueres & fa-  
les confici ex sulphure, uitriolo, anti-  
monio, & id genus mineralibus reli-  
quis, uti & metallicis, libenter agno-  
sco, ut quia illa penes me habeam, nec  
infelicitter utar.

Vt uero institutum prosequar, huius  
scholæ ut uideri & dici uoluit, anteq;  
gnanus, & factæ nobilitatis oberro (cu-  
ius nomen interitu quām propalatio-  
ne dignius) intræ menses tres ad nobil-  
em accitus, in terra Iuliacensi ischia-  
de aliquādiu crudeliter excruciatum,  
cui ex præpostera curatione in tumo-  
rem attolli cœperat femur sinistrum, in-  
tra mensem huius bonæ ualeitudinis re-  
stitutionem addixit: grauter in eum  
inuestus medicum, qui sub iuncturis  
cauterium antea impressisset, quod ta-  
men ab hoc Paracelista denuò cōtra  
omnem rationē tempore & loco in-  
conuenientissimo inuistum est. Hic  
primum exhibito aliquot diebus pul-  
uere sudorifero, imbecillitatē corpo-  
ris tonus ægroto acciuit. Elaphis die-  
bus circiter tredecim, quū in deterius  
cuncta uergere animaduerteret æger,  
inquit: Quid si iam primum numera-  
te mensis dies auspicemur? respondebit

alter: Non: quādoquidem Coloniæ oleum in igne adhuc foueo, quo femori illito, prodibit, etiam si in eo lateat dæmonium. Hinc oleum applicat, & alternis ferè diebus cochlear propinat uini sublimati in puluerem purgantem aliquandiu infusi: cui suū quoque miscuerat calcinatum, ut illo uocat. ita factum est, ut quartanam febrem simplicem, duplicem & triplicē 10 ægroto concitauerit breui. En huius artis potentiam: Probatum est. Intērim in horrendum tumorem excrescebat femur illud, nulla immunitione facta ex ardentí uino torties purgante: dextrium interea femur contabescerat ex diutini ulceris fluxione, quod spontē proruperat. Cruciatus præterea intolerabiles lenibat quandoque, uigiliasque perpetuas horis pauculis 20 infringebat exhibitione pilularum ad formam steroris muris apparatarum, unde & Stercus muris Paracelsi nuncupatur: has cū uino Maluatico propinabat etiam in ipsa febre, quas multa cordis angustia conseq̄ebatur. Hoc opiatum sterlus ex Ductorū ueterum auro purissimō uī chymica extrāctum prædicabat: & quoniam hac ratio- 30 ne ægrotus ei ducatos Hispanicos & Roseos nobiles, quos uocat, in ampliorem eius steroris confectionem numerasset: reuersus ille ex dicta hospitijs sui urbe, aurum illud non satis purum fuisse afferit, ut aliud adhuc accederet, ab hoc artifice naturalis alterius caloris quām chymici potentia decoquendū: id tamen quod impurius iudicabatur, ad nobilem non redibat. Hyperici adhæc, Fuga dæmonis nuncupati, floribus facculo insutis, capiti- que subditis: item corallo ceruici ap- penso, circumligatoq; supra utrumq; carpum, maleficia arcere clām conabatur. Ultra menses duos in curatio- ne hac Paracelsistica perseveratū est.

Simulatque igitur extrema immine- re uideret, hic non medicus, sed mo- narchæ Paracelsi sectator primarius, domum reuertitur, allatus ex fumo chymico potentiora: redditur autē se post biduum triduumq; pollice- tur. Proinde quib; reueheretur equis, mittit æger: morbum prætexit cura- tor, & paucis diebus pōst, ad egrotum hunc nobilem, nuncium ablegat cum literis fidele eius sodalitium, quibus Paracelsistæ morbum depingit: qud nimirum uoratis tribus uel quatuor granis pulueris, ab uno uomitu cum multa angustia postea euomuisset co- rium, carbones uarios, arenam lapi- deam, setas porcinas in crucium figu- ram compoitas, & id genus monitra plura: & quod aliud nullū ipse phar- macum admitteret, quām quod in ci- stula apud nobilem relicta conserua- retur, eamq; se desiderare. nec Para- celsistam secus credere subiūgebatur, quām Lamiam, quæ ipsum hoc infe- cisset maleficio, ipsius quoque proba- ta sāpē medicamenta impediisse, ne suum sortirentur effectum: calamito- so adhæc morbo per incantamēta no- bilem hunc mutilasse. Eas penes me habeo literas: nam in extrema illa desperatione, ne nostram ægrotō af- flictissimo denegaremus operā, roga- bar unā cum illustrissimi nostri Princi- pis chirurgo. Temerè autem huic ni- hil polliceri uoluimus: solum uero iam decem diebus adimpliti manum, cataplasmatis anodynī suppuran- tibusque cruciatum intolerabilium lenimen induximus, ac pus promoui- 40 mus eo studio, ut ex femore ante dies quinque sefto, pus album perfectissi- mum paulatim effluere fuerimus: & postea ultra libras eius decem fermē in olla referuatas effluxisse non men- tiar. Accessit etiam nonnihil mutatio- nis in quartanarum triade: non enim ea ma-

ea malorum hydra omnino superari potuit, eo potissimum anni tempore hyberno in corpore usque ad eō corrumpo, labefactatis uisceribus, & prostratis ex dolorum immensitate uiribus, qui menes aliquot contiñant eum de cubitu supino affixere leto. Quare licet ægrotum hunc iri consumptū nos iudicaremus, à Deo tamen alij sperabant gratiam & auxilium.

Eninscitæ pallium, carmina, incantamentum & maleficium. Naturales enim morbos pati nobilem ægrotum, experiebamur nimis. Nec pharmaca Paracelsitæ alio fuisse leſa maleficio, quām malefico igne chymico, & rei ignorantia, testabatur ipſe effectus. Puleris enim sudorifici uncia media quotidie bis sumpta, sudorem extortum copiosum: uini sublimati cum cathartico puluere prius confusi cochlear, aluum turbauit, mouitque: stercus muris narcoticum ex opio nimurum apparatus, stuporem somnumq; induxit: cauterij actualis ulceratum stigma, cum eschara, adhuc apparuit: quorsum itaque hæc à suo opere carminibus præpedita fuere? Si insuper uera est epistolæ missæ narratio, Paracelsitarum oculos fuligine chymico obductos, facile suis quisquilijs perstringere ualuit indefessus ille ab initio impostor: figmentum uero fuisse in eum finem adornatum, ne palam fieret fucus & inscrita, censem cordatiores. Quinetiam intelligunt ex purissimo auro & lapidibus preciosis uisignis dissolutis, eorum medicamenta nō semper confici, id quod tamen impudenter satia faciant, ut millium exactione liberiori ægrotoru cistas exonerent: interim nihil minus quām aurum uel gemmæ, medicamentis inest: & quidem recte, quum nihil ad rem nostram sceppe faciant: sed uenena, aut uenenata ut plurimū ægrotis inge-

10

20

30

40

runt: & si qua salutaria perse noscuntur, ijs tale empyreuma ab ignis uehementia sæpenumero imprimitur, ut pro benignis reddantur uenenosa, uarentia & caustica. Quanquam ignis chymici potentia liquores, olea & pulueres apparari, quibus summa inest teuitas & uirtus admirabilis, non sum nescius. His nihil derogari, quinimodo debitam attribui laudem uolo. Mihil solum controuersia est cum ijs, qui sub huius artis praetextu & ignoratia maleficium commentantur, falsoq; ægrotis eius rei fidem imprimunt.

Memoriae fermè exciderat, eūdem nostrum Paracelsitam magnifico L.L. Doctori, uenerando seni, in maligna tibiæ exulceratione cōsuluisse, ut hydroper aquæ Rheni, in fluminis aduersi medio exhaustæ immersum, parti affectæ applicaret, & paulo post aliud similiter imponeret, atq; dies aliquor in ea curandi methodo persistiret, ablatasq; herbas inter tegulas lapideas curuas seponeret, uigilanti inspectione obseruans, num ea putreficerent, contabescerentue: quemadmodum enim illæ siccarentur, eodem modo & tibiæ ulcus siccitatem confequutur addicebat. Quatuordecim diebus mutationem ulceris fore, ægrotu pollicebatur, mēsem integrum perfuerant frustra. Magica certè meditatio, hoc medicorū genere digna.

## AD DIVOS, MORSVS CA-

nis rabidi curationem, & epilepsiam,  
referunt incepti medici.

## Cap. XIX.

**H**oc item albo dignabor eos, qui *Divis nō cīt apud D. Hubertum Ardennarum curato*, canis rabidi mortuis curationē ascribenda morborum

nam non immeritò subituros timendum est. Non inconuenienter hic adducam obiter, sententiam ex senioris Hippocratis, uel alterius memorabilis uiri (ut uult Galenus) libello de Morbo sacro aut Comitali, quē Epilepsian Gr̄eci dicūt: in quo, quū prius, diuini nihil amplius huic inesse malo quām alijs morbis, demonstrasset, sic inquit: Qui primi hunc morbum sacram esse pronunciarunt, tales homines mihi fuisse uidetur, quales etiam nunc sunt magi & expiatores & circu latores, & quidam arrogantes, qui se uehementer pios esse simulant, & amplius quid scire. Hi itaq; cōfiliij ac mētis inopiae obuelantur ac pr̄texentes diuinitatem, quū nihil haberent quod exhibitum prodest, ut ne manifesta fieret ipsorum ignorantia, sacram hāc esse affectionem pronunciarūt: & rationibus idoneis collectis, curationē constituerunt sibi ipsi securam, expiamenta offerentes, & incantamenta, & à balneis abstinere iubentes, & à cibis multis ac ineptis ad hominum ægrotorum esum, &c. Deinde pallium nigrum non esse habendum pr̄cepere: niger enim color mortalis est, neque pedem supra pedem habendum esse, 30 neq; manū supra manū: hāc enim omnia curationis impedimenta esse. Omnia aut̄ hāc diuinitatis gratia apponunt, uelut amplius quid scientes, & alios pr̄textus proferentes, quō si sa nus ēger euadat, ipsi gloria & dexteritas ascribatur: si moriatur, in tuto positae sint ipsorum excusationes: ha beantq; pr̄textum, quod ipsi nō sint in causa, sed dij. Neq; enim medicamētum aliquod edendū aut bibendū exhibuerunt, ut ipsi in causa esse uide ri possint. Et paulo p̄st: Talia itaq; dicētes & excogitātes, amplius quid se scire simulant, & homines decipiūt, prop̄cēntes his illustrationes ac purissimā

*Contra uerū  
tot medeas, et  
sacrilegos ma  
gor, exulta  
Hippocratis  
sententia.*

cantes, quum uerba ipsorum magna ex parte se ad Deum & dæmoniū extendant. Atqui mihi sanè non de pie tate uerba facere uidentur, uelut ipsi putant, sed potius de impietate: & q; Dei non sunt, pietasq; ac diuinitas ipsorum impia est ac scelestā, uelut ego docebo. Si enim & lunam abolere, & solem obscurare, tempestatemq; & serenitatem facere, pluias item ac siccitates, & mare sterile, itemq; terram, & alia huiuscmodi omnia, se scire profitentur, siue ex sacrorum myste riorum, siue ex alia quadam professione aut meditatione hanc potentiam iacent: qui talia studio habent, impii sa nè mihi esse uidentur, & deos non esse putare: neque si sint, aliquid posse, neq; ullū aliquod extremū etiam malum prohibere. Quod quū faciāt, quomodo nō ipsi infestī sint? Si enim ho mo incantamentis ac sacrificijs utens, & lunam abolebit, & solem obscurabit, & tempestatem ac serenitatem faciet, non utiq; ego horum aliquid diuinū esse putauerim, sed humanum. si diuinitatis potentia ab humana uoluntate superatur, & in seruitutem redacta est. Fortassis autē hāc non hoc se modo habent: sed homines uictus indigi, multa & omnigena moluntur & euariant, tum in alia omnia, tum in hunc morbum, in singulis affectionis speciebus causam Deo ascribentes. Non enim semel, sed sepius eorūdem mentionem faciunt. Siquidem enim capras imitantur, & si balatum edant & fiendant, & si dextris partibus con uellantur, Matrem deorū causam esse aiūt. Si uero acutiorem & concitatiorē sonum emittat, equo assimilat, & Neptunum authorem esse dicunt. Sed si aliquid stercoris etiam emittat, quod sāpē quibusdam contingit, pr̄ morbo coactis, Hecates Enodis appellatio additur. Si autem tenuiorem & dea

*Qui se poterā  
hāc habere  
aeris iactātē  
impisunt.*

*Posteri nimis  
religiosi, idola  
rum nomina  
sum nostrā  
ligionis diuis  
communitatis*

*quibus uarias  
illās epilepsia  
species dedicā  
uerunt.*

& densiorem uocem edant, uelut auiculae, Apollo Nomius, id est pastor: si uero spumam ex ore remittant, ac pedibus calcitrent, Mars causam habet. Quicunque porrò paiores noctu ingruunt, timoresq; ac deliria, & exultationes è lecto, terroresq; ac fugæ foras, Hecates infidias esse dicunt, & heroū insultus, expiamentiſq; utuntur ac incantamenti, & scelestissimum ac imp̄fissimum (meo sanè iudicio) faciunt numen. Expiant enim morbo corruptos sanguine, itemq; alijs sceleribus inquinatos aut iniustos, aut ab hominibus intoxicatoros, aut qui scelestū aliquod facinus perpetrarunt: quos cōtraria his facere oportebat, sacrificare nimirum ac precari, & ad templo progressos dij supplicare. Nunc uero horum quidem nihil faciunt: uerū expiant, & alia expiamenti terra occultant, alia in mare proiiciunt, alia ad mortes deferunt, ubi nemo attingat, neq; conculceret. Oportebat aut̄ ea ad templo deferre, ac Deo contribuere, siquidem Deus est author. Non tamen ego putto hominis corpus à Deo inquinari, sordidissimum scilicet à purissimo. Verū etiam si cōtingat ab aliquo inquinari, aut quid perpeti, cupierit utique à Deo purgari ac purificari magis quam inquinari. Deus itaque est qui maxima ac sceleratissima peccata purget & purificat, & liberatio nostra existit: ip̄liq; terminos templorū ac delubrorū dij designamus, ut nullus qui non purus sit, eos transcendat: & ingressi respurgimur, non uelut qui inquinemur, sed si quod etiam prius seclus habemus, purificemur. Et de expiationibus quidem sic se res habere mihi uidetur. Hic uero morbus nulla re diuinior reliquis mihi appetet: sed naturam habet quam etiam alij morbi, & causam unde singuli gignuntur. Naturam autem & causam ab eodem

*Christianiana  
Hippocratis  
Inuentio.*

Deo fieri, à quo etiā alia omnia. Haec tenus Hippocrates: cuius argumēta, ut nostro instituto non inutilia, fuisse commemorare uisum fuit.

MAGICAS ARTES ESSE V她们  
nas comperit Nero, easq; & earum sectatores damnauit Moses.

Caput XX.

**A**T cum Plinio & Mosis edisto, te Lib. 19.  
lam enarrādis breuiter fallaciū cap. 2.  
magorum operibus contextam  
absoluo. Tradit ille, aetate sua principem Nero in uanas falsissimasque *Magicas artes uanas esse compent Nero* comperisse artes magicas. Quippe, inquit, non citharae tragicq; cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundi animi uitijs: primumq; imperare dij concipiuit, nec quicquam generosus uoluit. Nemo unquam ulli artium ualidius fuit. Adhæc, non opes illi defuere, non uires, nō discendi ingenium, aliaq; non patiente mundo. Immensum & indubitatū exemplum est falsæ artis, quam dereliquit Nero. Magus ad eum Tridores uenerat, magos secum adduxerat, magicis etiam cōtēns eum \* initiauerat: non tamen, quum regnum ei daret, hanc ab eo arte accipere ualuit. Proinde persuasum fuit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam ueritatis umbras: sed in iis ueneficas polleare artes, non magicas. Nero in exquirendis magicis artibus paulò curiosior, quod nullum certa ueritatis signum argumentum ut perspexisset, eas sustulit. Eō etenim earum uanitas proserperat, ut sapientib. etiam ethni cis odio essent, & execrabilis. Interdicitur quoq; & damnatur earum affectatores seuerissimo Dei mandato in Leuitico, tum etiā Deuteronomio: *Leuit. 19. 20. Deuter. 18.* Non inueniatur in te dicens filiū aut filiā in ignem, diuinā diuinationem, obseruans dies, non diuinans ex formi-

bus, non incantans aut exercens præstigias diabolicas: non consulens Pythoñem, non interrogans mortuos: quia abominatio est Domino omnis faciens hæc. Quod uero hi tolerantur, audirenturq; Esaias uaticinatur casum & intentum Babylonis, cui & in primis exitio fuit huius tèrribilis artis studium, quum ad ultimum à Cyro rege sub Persarum imperium redi- 10 geretur. Ita clamat diuinus uates: Venient tibi duo hæc subito in die uno,

*Esaias 47.*

sterilitas & uiduitas, propter multitudinem maleficorum tuorum, & propter duriciem incantatorum tuorum uehementem. Et subiicit: Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudo ne maleficorum thorum, quibuscum negociū tibi fuit ab adolescentia tua, si forte iuuari possis ab eis. Merito itaque apud priscos semper in quæstiōne fuit, incantamenta ualerentur, ne aliquid, quum meret, sint præstigia.

## DE LAMII S ▶ LI = BER TERTIVS.

### QVID LAMIA SIT.

Cap. I.

*Lamia Dion.*  
*Lamiae cur-*  
*dicile, indi-*  
*cat Doris*  
*Lybiorum*  
*bb. 2.*



v n c ad Lamiae historiā me confero, uulgō stri-  
gæ, à strige aue nocturna & infausta, quam pul-  
chre depingit Ouidius:

*Elys. 6. Sunt uida uolucres, non que Phineiam mensis*  
*Suryx.* Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt.

Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinae,  
Canicites pennis, unguibus hamus incēt.

Nocte uolant, puerosq; petunt nutricis egentes,

*Fabiolum*  
*hoc esse, feri-*  
*bus spinis*  
*ub. 11.* Et uitiant cunis corpora raptas suis.

Carpere dicuntur laetitia uiscera rostris,

Et plenum poto sanguine guttur habent.

Est illis Strigibus nomen: sed nominis huius

Caſa, quod horrenda fridere nocte solent.

Sic igitur naſcentur aues, seu carmine fiunt,

Neniacq; in uolucres ſalfa figurat annus.

Plura ille de strigibus & uirga aurea qua fugantur, quam albam esse di-

cit, & post ex alba spina sumi, adiecit: 40

Virgaq; lanalis de spina sumitur alba.

Qua lumen thalamis parua fenestra dabit.

Post illud nec aues cunas uiolasse feruntur,

Et redire pueri, qui sunt ante, colos.

*Eteis, τέγλος, Hesychio.* Leguntur & hi

uersus apud Festū corrupti, hoc pasto:

*Σύνθετα πομπάρια νυκτίου μα, γρόγγα ταλασσή*  
*τρητη ανόρυπος ιστια συντρόπος εἰνι γνατ. id est:*  
*Syria noctiuaga ableges, uolueremq; sinistram,*  
*Feralent striga ueliuolis immite carnis.*  
*Infaustum strigem, puerperis maximè*  
*infestam, Hebrewi נִלְיָל lilit dicunt, E.*  
*Lilit: 34. אֲנָשָׁה, quod nox est, quia no-*  
*ste uolat: unde & in quatuor cubicu-*  
*li parietibus, in quo decumbit puer-*Armenia.**  
*pera, scribunt נִלְיָל צַדְקָה, stulte putan-*  
*tes, tale dæmonis terriculamentum*  
*& iniuriam ea ratione arceri posse. De*  
*hac lilit multi multa infuse nugan-*  
*tur. Naham Armenis dicitur Lamia. Naham.*  
*Volatica antiquitus nūcupabatur, te-*  
*ste Festo.*

Sagam adhæc uocant à fatagendo *Saga.*  
plerique: nonnulli à sagiendo: aliam  
uero etymi occasionem longius peti-  
tam in Saxonica doctissimi uiri Ioan-  
nis Becani comperies: sed alijs pla-  
cet, à sagan uoce Hebræa deriuari, sa-  
cerdotem seu uatem denotante. Alru-  
mnam ueteres Gothi dicebāt, uel Hel-  
lerum, hoc est, secretò cum inferis &  
dæmonibus colloquentem: unde &  
herba mandragora hellerumna dicta  
est, quam & Germani Alrun appellat.  
*Armenia.*  
*Nostra-*

Sorciere.  
Strea.  
Bruxa.

Nostratis Hex & Zauberische uel Zauberin nūcupatur eiusmo di demētata mulier: Gallis Sorciere: Italis Ianara, incantatrice, strea, striga, maga, fatureia: Hispanis Bruxa. Hanc autem dico, quæ ob fœdus præstigiosum aut imaginarium cum dæmone initū, qualia cunq; mala uel cogitatione uel imprecatione uel intuītione uel re ludicra atq; ad institutum opus inepta designare putatur: uelut aërem in solitibus ignire fulminibus, tonitru terrifico cōcutere, damnosa grādinie infueti multitudine ferire, tempestates excitare, segetem in agro latam aliò transferre aut depopulari, morbos præter naturā hominibus bestijsq; ciere & mederi, paucis horis longissime euagari, choreas cum dæmonibus ducere, epulari, succubum agere, uel cum dæmonibus coire, sciplam & alios in bestias commutare, & mille monstrofa rerū ludibria ostentare. ut hinc facile conster, quām longo interquallo à magis infamibus nostra distet lamia. Ad cuius longiorēm descriptionem facient quorundam poētarum (licet peculia-  
re illud nostrarum Lamiarum genus, quod ob opinionem maleficij hominibus & brutis in exitium eo quo au-  
diatur modo illati, nostro seculo com  
buritus, eos non nouisse existimem) fabulosi uerius, ex peruerse opinio-  
nis officina deprompti. ut Virgilij libro 4. Aeneidos, ubi Dido ad Annam sororem ait:

Hinc mibi Maſile gentis monstrata sacerdos,  
Hec se carminibus promittit solueri mentes  
Quas uelit, ast alijs durat immittere curas,  
Sistere aquam fluuijs, & flumina uertere retro, 40  
Nocturnisq; ciet manes: mugire uidebis  
Sub pedibus terra, et defecdere montibus ornos.  
Et in Damone, seu Pharmaceutria,  
Eclog. 8.  
Carmenibus Circe socios mutauit Vlyssis. Item:  
Picus, equum domitor, quē capta cupidine colūx,

Aurea percussum uirga, uerfamq; uenenis  
Fecit aueni Circe, sparsitq; coloribus alas.  
Omnipotentiam quoq; Circes ma-  
lefice prædicat Homerus. Item: Eleg. 8.  
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Quibus non apud Ouidium glori-  
atur malefica? *7. Metamorph.*

Cum uolui, ripis ipsis mirantibus, amnes  
In fontes rediere fuos: concussaq; fisto,  
Stantis concutio cantit freta: nubila pello,  
Nubilaq; induco: uentos abigoq; uocoq;  
Viperas rumpo uerbis & carmine fauces:  
Viuāq; saxa, sua conuulsāq; robora terra,  
Et fulvis moueo: iubeoq; tremescere montes,  
Et mugire solum, manesq; exire sepulchris:  
Te quoq; Luna trabo. —

Item de Medea legitur:

Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos,  
Que mare turbauit, que flumina cōcita sifunt.

Et paulo pōst:

Ter se conuerit, ter sumptis flumine crimen  
Irrorauit aquis, ternis & biatibus ora  
Solut. Et de eadem:

Et miserum tenues in iecur urget acus. Itē: Epit. 4.  
Carmine leſa Ceres sterilem uanescit in herbā, *3. Amor.*  
Deficiunt leſi carmine fontis aque. *Eleg. 6.*

Ilicibus glandes, cantataq; uitibus uua  
Decidit, et nullo poma monete flumū. Hora-

Que sidera excantata uoce Thessala, *(tius: Epod. 5.)*  
Lunamq; celo deripit.

Et Tibullus de fascinatrice: *Lib. 1.*  
Hanc ego de celo ducentem sidera uidi, *eleg. 2.*

Fluminis ac rapidi carmine uerit iter.

Hec cantu funditq; solum, manesq; sepulchris  
Elicit, & tepido denor offa rogo.

Cum lubet, hæc tristi depellit lumina celo:  
Cum lubet, astino conuocat orbe niues.

Item de incantationis ui copiosè *Lib. 6. de*  
scribit Lucanus: *Bello ciuilis.*

Mens baſili nulla sanie polluta ueneni,

Incantata perit. Paulo pōst:

Cessauere uices rerum, dilataq; longa

Hesit nocte dies, legi non paruit ether,

Torpuit & præcepit audito carmine mundus.

Et paulo ante:

Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit,

Non satis adductus amor, flammisq; seueri  
Illicitis arsere ignes. Item:  
Gens inuisa dijs, maculandi callida coeli,  
Q;os genuit natura mali: qui sidera mundi,  
Iuraq; fixarum possunt pervertere rerum.  
Nam nuc stare polos, & flumina mittere norit,  
Aethera sub terras adiungit, montesq; reuelunt.

C. Manilius Astronomices suę lib. I.

— Linguis dixeré uolucrum,

Consultare fibras, & rumpere uocibus angues,  
Sollicitare umbras, imumq; Acheronta mouere,  
In noctemq; dies, in lucem uertere noctes,  
Omnia conando docilis solertia uincit.

4. Aeneid. Apud Maronem adhęc sacra inferis  
Magica se facturam simulans Dido,  
Vnum exuta pedem uincis in uestie recincta  
Testatur moritura deos:

uidelicet è ritu & cōsuetudine nocturnorum sacrorum & maleficiorum: ut

7. Metam. & apud Ouidium,

Egreditur teclis uestis induita recincta,  
Nuda pedem, nudos humoris infusa capillos.

1. Serm. Apud Horatium tamē malefica suc-

cincta est,  
Vidi egomet nigra succinctam uadere palla

Canidiam. —  
Sine calceis tamen & capillo passo,

— Pedibus, inquit, nudis passoq; capillo.

1. Serm. 8. Quod autem Horatius addit,

— Scalpere terram  
Vngubus, & pullam diuellere mordicus agnam

Cœperunt: — eo facit, quod malefi-

cae solebant in scroba sacra facere dijs

7. Metam. inferis: ut apud Ouidium,

Haud procul egesta scrobibus tellure duabus

Sacra facit. —

Quod quidem & ab Homero in O-

dyssea cantatur.

4. Aeneid. Nec est de nihilo à Marone dictum,

Falibus & messe ad lunam queruntur abenis

Pubentes herbe. —

Quandoquidem & ari uim medicata

in esse credebat, ut ahenis potius fal-

cib. à malefica se�etur herbae, quam

ferreis. Et ad lunæ lumen lectas her-

bas efficaciores maleficijs censembarunt,

quod lunam maleficijs præesse existi-  
maretur, & herbas sua quadam spuma

& salina inficere. Lucanus:

Donec suppositas propior despumet in herbas.

Vbi uero Lucanus agit de maga il-

la Thessala manes euocante, maleficij

materiem affingit:

Huc, quicquid setu genuit natura sinistro,

Misetur: nō spuma canū, quib. unda timori est:

10 Viscera non lyncis, non dure nodus hyena.

Defuit, & errui pasti serpentis medulla:

Non puppim retinens Euro tendente rudentes

In medijs ebeneis aquis, ocultq; draconum:

& reliqua. Huc faciūt Grugnæ Strya-

cis Carossæ Macaronicorū libri 5. Cat-

men mirè festiuum est, ridiculumq;

Italicis dictionibus singulari lepōre &

artificio ubique immixtis.

Quanquam poëtarum assertio, uel

etiam contradic̄to, patum ponderis

hic apud me obtinet: tamen ut curio-

sioribus satisfiat, liber paucis hæc te-

la obiter eodem retrorque arcu. Si

quid Medea, hac arte cum primis ce-

lebris, hic potuisset, minime præter-

missura erat, à Iasonē uincta, cum cla-

maret:

— Si possem, sanior essem:

Sed trahit multam noua uis. —

30 Maleficijs Medeæ præponderabat

Iasonis forma. Sic Lucianus in Ὅρῳ: τι-

γερά οὐδὲν αὐταντα μαγεῖσαι τὸν ἔρωτα, ὄρτα τὸ

τέλοντα λιβελοπ.

Adhęc Circe Solis & Per-

ſæ nymphæ filia, non procul à Caieta

Campaniæ urbe habitas, maga formo-

fissima, qua quicquid uellet, posse re-

pellere, alicere, ligare, impedire, euoc-

are credebatur, suū nequiuit remora-

ri Vlyssem: magisq; sine arte Vlyssi de-

40 uincta est, quam Vlyssem cum omnib.

suis artibus uel uiuxerit, uel deluserit.

Sic de Vlysse cecinit Ouidius:

Nulla recantata deponent pectora curas,

Nec fugit uiuo sulphure uictus amor.

Quid te Phasiæ iuuerunt gramina terre,

Cum cuperes patria Colchi manere domo?

*Liber. 6. bell.*  
*Civili.*

*Ouid. lib. 7.*  
*Metamorph.*

*Liber. 1. de Re-*  
*med. amoris.*

Quid tibi profuerint Circe Perseidos herbe,  
Cum tibi Neritias abstrusit aura rates &  
Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret:  
ille dedit certe latae plena fugae.  
Omnia fecisti, ne te serius ueret ignis:  
Longus in inuito pectore sedit amor.  
Vertere quæ poteras homines in mille figuræ,  
Non poteras animi uertere iura tui.  
Diceris his etiam, cum iam discedere uellet,  
Dulychium uerbis detinuisse ducem:  
Nō ego, quod primum (memini) sperare solebam,  
Iam precor, ut coniunx tu meus esse uelis:  
Et tamen ut coniunx essem tua, digna uidebar:  
Quod dea, quod magni filia Solis eram.  
Ne properes oro, spaciū pro munere posco:  
Quid minus optari per mea uota potest?  
Et freta mota uides, & debes illa timere:  
Vtilior uelis postmodò uentus erit. (git,  
Quæ tibi cauſa fugæ nō hic noua Troia refar-  
Non aliquis socios rurſus ad armā uocat.  
Hic amor & pax est, in qua male uulnera una,  
Totaq; sub regno terra futura tuo est.  
Illa loquebatur, nauem soluebat Ulysses,  
Irrita cum uelis uerba tulere noti.  
Ardet, & affuetas Circe decurrat ad artes,  
Nec tamen est illis attenuatus amor.  
Ergo quisquis opem nostra tibi posci ab arte,  
Deme ueneficijs carminibusq; fidem.  
Porro q; Vergilius in Damone dicat,  
Carmina uel celo possunt deducere Lunam:  
Atq; apud Horatium glorietur Ca-  
nidia,

*7. Aetam.*

Polo desipere Lunam uocibus pessum meis:  
Et saga apud Ouidium iæctet,  
Te quoq; Luna trabo: hoc scitè ab Hip-  
pocrate diluitur. Si enim, inquit, ho-  
mo carminibus Lunā deducere celo  
posset, tu certè Deus & mens diuina,  
astrorū conditor & rector, hominū po-  
testati, magorūq; incantamētis (quod  
dicere nefas est) esset obnoxius. Sed  
hanc fouet eiusmodi opinio cauſam.  
*al. Agla-* Aganice, ut Plutarchus refert, Hegero  
onice.  
De præcepti-  
conis, de defectus perita, ac téporis gnara quo  
Luna unde luna obiectu terræ umbra obnubilare-

*Liber de Epi-  
lepsia.*

tur, quū hæc mulierculis credulis pre-  
dictaur *caſo* sagæ futuri prædiceret, præcantatione *deduci*.  
lunā subducere celo credebatur. Ta-  
men Pirithoum primum à celo detra-  
xiſſe lunam, singi à poetis, nō ignoro.  
Hæc Propertius ita rideat! *Lib. II.*  
At uos, deductæ quibus est fallacie lunæ,  
Et labor in magicis sacri piare focis:  
En agendum domine mentem conuertite nostræ,  
10 Et facite illa meo paleat ore magis.  
Tunc ego crediderim uobis, & sidera & annes  
Posse Cyrenaicis ducere carminibus.  
Quorundam poematū huius argu-  
menti explicationem, etiam circa Li-  
bri huius finem comperies. *Cap. 15.*  
At apud hæc poetarū commenta lo-  
cum merentur infinitæ historiae, fabu-  
lis fabulosiores, & libris Metamorpho-  
sue lulus asini cōscriptæ à L. Apuleio  
20 Madauréſi, philosopho Platonicō. Ex  
ijs accipe duas, ut cum his conferan-  
tur, fidemque parem sortiantur illa,  
quæ frequenter adhuc nostrō hoc æ-  
uo à male credulo ac dementato uul-  
go tanquam uera narrantur, licet sint  
mēdacia mera, quib. etiā facile ab alijs  
datur fides. Cauponam reginā hoc mo-  
de describit: Saga est, & diuinipoiæ, *Liber de Au-*  
celū deponere, terrā suspendere, fon-*fino ameo.*  
30 tes durare, mōtes diluere, manes sub-*Apuleij fu-*  
limare, deos infirmare, sidera extin-  
guere, tartarū ipsum illuminare. Ama-  
torem suum, quod in aliam temerā-  
set, unico uerbo mutauit in feram ca-  
storem: quod ea bestia captiuitati me-  
tuens, se ab insequentibus repræci-  
fione genitalium liberat: ut illi quo-  
que simile, quod Venerem habuit in  
aliam, proueniret. Cauponem quo-  
que vicinum, atque ob id æmulum,  
deformauit in ranam: & nunc senex  
ille dolium innatans uini sui, aduen-  
tores pristinos in fece submissus, offi-  
ciosis ronchis rauetus appellat. Alium  
de foro quidem, quod aduersus eam  
loquitus esset, in arietem deformauit:

& nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui uxorem, quod in eam dicaculè probrum dixerat, iam in sarcinam imprægnationis obsepto utero, & repigrato foetu, perpetua prægnatione damnauit. Et ut cuncti numerant, octo annorum onere misella illa, uelut elephantem paritura, distenditur. Et lib. 2. de Pamphile Miloni nuptui tradita hæc scribit: Maga primi nominis, & omnis carminis sepulchralis magistra creditur, quæ surculis & lapillis, & id genus friuolis inhalatis, omnem istam lucem mudi fidelis, imis tartari & in uetus tum chaos submergere nouit. Nam simul quenquam cōspexit speciosæ formæ iuuenem, uenustate eius sumitur, & illic in eum & oculum & animum detorquet. Minus morigeros & uiles fastidiēs, in saxa & in pecua, & quoduis animal pūcto reformat. Alios uero profus extinguit.

Longioris moræ in ijs recensendis me pudet: quare figmentorum enarrationem obsignabo cum his Apuleij uebris lib. 1. Næ istud mendacium tam uerum est, quam si quis uelit dicere, magico susurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, uentos inanimes expirare, Solem inhiberi, Lunam despumari, stellas euelli, diem tolli, noctem teneri.

#### LAMIARVM PROFESSIONIS modus ineptus, nec cohærens.

##### Caput 1.

*Professionis  
Lamiarvm mo-  
dus ineptus,  
nec cohærens.*

*Prima secun-  
de partis q. 2.  
exp. 2.3.*

**A**Tqui ut omnia satanæ instituta minimè cohærent, uariaque & mendacia compriuntur: ita & professionis modus ineptus mácusq; est, ac diuerse à quolibet eius factio-  
nis reo, quæstionibusq; subiecto nar-  
ratur. Exempla sunt obvia in malleo maleficarum, libro sic scripto, ubi legitur: Modus profitendi duplex est. unus solennis, per simile, ad uotum so- lenne: alius priuatus, qui seorsum de-

moni quacunq; hora fieri potest. So- lennis inter eos fit, ubi Lamiae in cer- tam concionem statuto die ueniunt, & dæmonem in assumpta effigie homini- nis uident: qui quum de seruanda fi- bi fide admonuerit, successumq; in re- bus mundanis prosperum & uitæ lon- gitudinem promiserit, quæ præsentes sunt, nouitiam suscipiendam ipsi com- mendant. Et dæmon si in abneganda fide, cultu Christianismi, & extensa muliere (sic enim beatissimam uirginem Mariam nuncupant) & in sacra- mentis nunquam uenerandis inuenie- rit nouitiam seu discipulū procluem, tunc dæmon manum extendit: ac ui- ceuersa discipulus seu nouitia stipula- ta manu, illa seruaturum se pollicetur. hinc dæmon subiungit, ea non suffi- cere: sed omagium deinde petit, con- tinens, ut anima & corpore se in æter- nū illi dedat, & pro uirib, alias quo- cunq; utriusq; sexus illi adiungere ue- lit. Addit denique, ut certa unguenta ex osibus & membris puerorum, & præcipue renatorum fonte baptisma- tis, sibi conficiat, per quæ omnia sua instituta ipsius adminiculo explore poterit. Hunc modum nos inquisito- res (scribunt Mallei maleficarum au- thores) cognovimus in oppido Brisi- aco Basiliensis diocesino, plenè à saga iuuenula informati. Deinde post le- gitur: Præfato inquisitore mihi refe- rente intellexi, in ducatu Lausanensi quosdam magos coxisse & comedisse proprios infantes. Modus autem di- scendi talem artem fuit, ut dixit quod magi in certam ueniant concionem, & opere eorum uerisimiliter dæmo- nem in asciticia hominis specie cōspic- iant, cui discipulus necessariò dat fi- dem de abnegando Christianismo, de eucharistia nunquam adoranda, & de calcando super crucem, quando laté- ter posset. Fuit insuper fama commu- nis,

*Nō manum,  
sed eius for-  
mæ extendit,  
cum spiritus  
carne & offa-  
non habeat.  
fallax itaque  
est stipulatio-  
ne illius in ad-  
menti.*

nis, Petro iudice in Boltingen narrante, quod in terra Bernenium tredecim infantes à Lamis essent deuorati: quamobrem etiam in tales parricidas satis duriter exarserat publica iustitia. Alius postea iuuenis, tamē uxoratus, hunc refert ordinem: Oportet primō Dominico die, antequam aqua benedicta consecratur, discipulum futurum cum magistris templum ingredi, & ibidem abnegare, &c. Deinde omagium præstat magisterulo, id est, parvo magistro: ita enim dæmonem, nec aliter, uocant. Sequitur postremo: De utre babit, ut audies: quo facto, statim intrinsecus sentit se imagines nostræ artis concipere, & principalibus ritibus huius sectæ imbui, cōfirmariq;. Quum autē modum quo infantes comedenter, à saga capta inquireret Petrus: hæc respondit, illum talem esse. Infantibus nondum baptizatis insidiāmur, uel etiam baptizatis, præsertim quādō crucis signo & orationibus nō muniuntur. Hos in cunabulis, uel ad parentum latera iacentes, ceremonijs nostris occidimus: quos, postquam putatū oppresi esse, uel aliud mortui, ex sepulcro clām suffuramur, & in olla decoquimus, donec euulsi os- 30 fibus, uelut cera ferè potabilis efficiatur. De solidiore materia unguentum facimus, nostris uoluntatibus artibus & transuentionibus commodum: de liquidiore uero humore, utrem impletus: ex quo quicunq; biberit, additis ceremonijs paucis, euestigio nostræ artis conscius redditur, & magister. Hæc ille.

PROFESSIO LAMARVM DI-  
luitur, ostenditurq; sedus esse præstigiosum,  
stultum, & nullius ponderis.

Caput III.

**Q**uām hæc non cohærent, sint abfona, indignaq; quibus fides uel leviter adiugatur, quilibet,

Unguentum  
terribile.

Potus tar-  
taricus.

dum modò non omnino mentis uelit esse inops, & præfactè concepta opinione præoccupatus, facile iudicabit. Fœdus autem esse præstigiosum, phantasmatum aut imaginatione, uel phantastico præstringentis spiritus corpore falla citer apparente: uel neruis opticis seu uisorij indita subdolè, quam satan uult, specie, commotis hue hu- 242 moribus & spiritibus idoneis: uel si- bilo, susurro aut murmure in organis auditus, uiciatæ formis imaginis respon- dente, spiritus maligni arte excito cōflatum stabilitumque, ac inde nullius esse ponderis, haud obscurè cognosci- tur: potissimum si diversa contrahen- tium essentia, contractus forma, mo- dus, & circumstantiae, perspicaci men- tis acie inspiciantur, atque rationis si- deiq; nostræ cōequilibrio exactius pen- sicutur. Sic plerasque omnes actiones Lamiæ haec tenus attributas, quas suas esse, malefana quoque fatetur, ex corrupta à præstigiatore uirtute ima- ginativa, non Lamiæ, sed ipsius satanæ existere, palam fit. Huic etenim mi- nimè opus est alterius adminiculo in sua potentia offendenda, aut actioni- bus declarandis, qui nec ullius uolun- tate aut imperio cogitur quām Dei, & huius ministrorum bonorum: malis non coactus, sed sponte & quidem li- benter obsequitur, Deo permittente, malicious ille ueterator, secus licet singat, simulerque, teste Porphyrio, ut suis præstigijs nos magis irretiat. Non autem strictè colligari pactum imagi- narium, doloq; malo mendaciter ab altera parte initum necesse est, quum à præstringente spiritu apud stupētem, nec mētis compogem satis hominem, aliter fieri nequeat. Siquidem quod demon extensa manu firmaq; stipula- tionē lamiam recipiat, falsissimum es- se, neminem dubitare oportet, quum carnem & ossa, quibus manus costat,

nō habeat spiritus, ipsa Veritate teste. Tatianus adhæc contra Græcos scribit, dæmones omnes non carnea, sed spirituali concretione constare, qualis est aëris & ignis: quæ corporum constitutio à solis illis perspicere potest, qui spiritu Dei muniuntur, non item à cæteris hominibus quos anima regit.

Præterea dolosa hæc stipulatio, maximè in perniciosum finem cōfusa, si ne testibus aut uadibus contra Dei uoluntatē, si tantum habebit momēti, ut nulla queat refūndi ratione, & necel-  
sariō eius uirtute alter alterius uolun-  
tatem sequi, illiusq; præcepto morem  
gerere compellatur: quur pactū illud  
prius in baptismo ex peculiari Dei uo-  
luntate & mandato, solennibus uer-  
bis uerè sanctum, & quidem interpo-  
sitis fideiōssoribus, tanquam præroga-  
tiā non præponderabit? Alia profe-  
ctio cōtractus est firmitas inter Deum  
ueracē & sanementis homines. Quic  
quid ille stipulatur & in suo uerbo ad-  
dicit, hoc fideliter & indubitate p̄r-  
ficit, nec data manu præstigiosa delu-  
dit, non saltat, nec conviuatur, uel si-  
milibus rebus ludicris quibuscum pa-  
ciscitur, nequiter fallit dementatiū,  
quemadmodū hic commentatio car-  
nali corpore amans. Disparitatem  
hic qui negauerit, nescio quid uerita-  
tis idem sit admissurus.

*Fidem Christi-  
anam ab-  
negauisse.*

Atqui fidem Christianam hic abne-  
gasse anum miseram, obijicies. Et nos,  
quotquot aliam salutis uia querimus,  
quām Christum Iesum, eius præcepta  
obseruantes, uestigisq; insistentes, uī  
uain ipsum fide per dilectionem ope-  
rante, fidem abiūcimus, reipsa testati-  
mente sana, quod illa uel ætate stu-  
pidia, uel sexu inconfusa, uel impoten-  
tia mentis lubrica, uel animi morbo  
desperās, aut imaginariè aut maligni  
arte delusa fecisse putatur. Aures Pau-  
li uerbis, quibus fidem Christianam

uerè abnegantes, & doctrinis dæmo-  
niorum adhærentes, non modò scitè  
depingit, sed & digito simul commo-  
strat, paulisper accommoda: Spiritus *et Timoth. viii.*  
certò loquitur, quod in posterioribus  
temporibus delictum quidam à fide,  
attendentes spiritibus impostoribus,  
& doctrinis dæmoniorum, per simu-  
lationem falsiloquorum, cauterio no-  
tatam habentium conscientiam, pro-  
hibentium cōtrahere matrimonium,  
iubentū abstinerè à cibis, quos Deus  
creauit ad uelcendū cum gratiarum-  
actione fidelibus & ijs qui cognoue-  
runt ueritatem. Item: Illud scito, *et Timoth. viii.*  
inquit, quod in extremis diebus insta-  
bunt tempora periculosa. Erunt enim  
homines sui amantes, auari, fastuosi,  
superbi, malefici, parentibus immori-  
geri, ingratiti, impij, carentes affectu, ne-  
scij fœderis, calumniatores, intempe-  
rantes, immites, negligentes bono-  
rum, proditores, præcipites, inflati, uo-  
luptatum amantes potius quām amā-  
tes Dei: habentes formam pietatis,  
sed qui uim eius abnegant. Et illos  
auertere: ex his enim sunt qui sube-  
unt in familias, & captiuas ducunt  
mulierculas oneratas peccatis, quæ  
ducuntur concupiscentijs uarijs, sem-  
per dilentes, nec unquam ad cogni-  
tionē ueritatis uenire ualētes. Quem-  
admodum autem Iannes & Mam-  
bres resistebant Mōsi, ita & hi resi-  
stunt ueritati: homines mente corru-  
pti, reprobi circa fidem. Sed non pro-  
ficient amplius. Siquidem amētia eo-  
rum eidens erit omnibus, quemad-  
modum & illorum fuit. Hæc Paulus.

Ad chrisma in fœderis contractu è  
fronte exemptum, quemadmodum  
plerisq; alijs persuasum, si confugias,  
licet uel unico uerbo hic satisfacere  
possem: id tamen ne plus faciat ne-  
gocij, tutius erit respondere: Si qua-  
uis sit chrismatis, cam non in externa  
illini-

*doctrinis da-  
moniorū ad-  
hærentes.*

*Pietatis uim  
qui abnega-  
runt, circa fe-  
dem reprobi.*

*Exod. 7.*

*chrismatis  
uim, si qua-  
eit, non posse  
externa ex-  
pitione tolli.*

illimitatione magis consistere, quām in externa aqua superfusione in sacramento Baptismi, qui fide intercedente sanctificatur, atque ita confirmatur, ut si postea centies aqua corpori infusa abluatur, imò tota cutis abradatur, nihilominus ex charaktere fide impresso permanet baptismi essentia: etiam si eius uitrum homo quandoque lapsu abneget, tamen si resurgat, à peccatis ad uitæ emendationem pœnitudine conuersus, eadem stabit baptismi semel administrati energia. Ratio chrismati erat erit eadem apud resipiscientem, si ita uoles: alioqui uel uulnere syncipiunt in scisto, aut putrido ulcere ea in parte exorto, illud quoque interire sequeretur: quanquam etiam non uerè synciput in foedore collidi crediderim, sed imaginari: quē admodum reliqua multa hic contingere animaduertimus, quod credulum hoc malesanorum hominum genus persuasione mala inducatur, ut le diaboli retibus iam inde implicitum usque ad, seruumque credit, quasi omnis resipiscientia via deinceps sit præclusa, quod hæc ratione tandem extrema cogitet molliaturque: quamvis non magis huic, imò multo minus, ut qui bus suis alijs grauiter peccantibus, conuerionis locus erit præcisus. Petrus si quidem, antea breui à Christo præmonitus, contra cōscientiæ testimonium ter Christum, addito etiā iuramento, negat: atqui agnito errore, lachrymisq; fuis, in gratiam recipitur. De hoc, uti & impresso charaktere, uide lib. 6. cap. 22, ubi plura de foederis uanitate.

FOEDERIS VANI DEMONSTRATIO RELIGIA. Cap. IIII.

**A**Dhæc, quod ullis ceremonijs pueros occidere quis possit, faliſſimum est, metraq; satanæ fugitio, ac inanis credulitas. Item quod

Matth. 16.  
Marc. 14.  
Luca. 12.  
Ioann. 18.

Ceremonijs  
non posse occi-  
di pueros.

246

illos ex sepulchris clām effodiunt, nihil esse nisi diabolica persuasione ex imaginativa ui corrupta, aut alto somno uitata palam constabit, si monumenta inspiciuntur, unde eos extratos esse narrant: ibi etenim recediti adhuc inuenientur. Nec hæsitare uolo, eodem modo in métem illis induitam esse: infantis decoctionem in oleo la cōfectam, donec exemplis ossibus caro rediceretur potabilis. Tam enim id existit inhumanū, tetricū, crudele, & creditu difficile, ut si uel meis intueretur hoc oculis, citius huius horribilis spectaculi fascino eos mihi præstrictos crediderim, quām nefandum hoc & plusquam tragicum, omnemque exuperans fidem condimentum uerè apparatum esse fatear. Sed esto, quod ex Stygia palude proserpat eius unguenti artifices horrificæ striges, que omne humani sensus imaginē prorsus exuerint: cedo tamē, unde illi unguento ea uirtus, ut si quis eo inungatur, fiat scleratarum uoluntatum, execrabilium artium, & transuestitionum incredibilium particeps: uel si eo sedile aut lignū illinatur, mox alter huic innixus, per aera feratur: quemadmodū sagæ persuasum habent, & Malleus maleficarū testatur? Non libethic anxiè de mortuæ, putidaq; & uirulentæ huius carnis decoctæ temperamento & uiribus disceptare, siquidem in rerum natura camita parata non inueniri, firmiter credo: idē de liquidioris matræ in utre, ut dictum est, conseruatæ præparatione, portatione & virtute dīstum uolo. Interim negandum non est, miseras has mulierculas ita formis uirtuti phantasticæ impressis, à dēmonio dementatas, non aliter ac si hæc ita uerè fierent, scire: uti ferè omnes illarum præter naturam actiones, imaginariæ saltem uidentur: & propterea quæstionibus adactæ, flammisq; pro-

Infantes ma-  
tus ex sepul-  
chris effudi, de  
laborum est.

Potus ille Ste-  
gus imagina-  
tivus et um-  
guenium.

pinquæ, sua aperte confitentur flagitia, per somnum uel simulachrum illis solummodo cognita. Id ipsum confit-

*In secunda pars* matur in Decretis, ad hunc modum: 2e, cap. 26. q. Quædam mulierculæ inservientes sa-  
c. Episcopi.  
Et Augu- tanæ, dæmonum illusionibus sedu-  
fim deponi. Etæ, credunt se alia nefanda quoque  
in & anima agere, puta parvulos à latte matris a-  
cap. 28.  
Vide & ca. 9.  
Imus lib. &  
cap. 11.

caminos seu fenestras intrare, & habi-  
tantes uarijs modis inquietare: quæ  
omnia & consimilia solum phantasti-  
cæ accidunt eis. Cum ea uero, quæ  
fossula facta, & lotio infuso uel aqua,  
digitoq; moto se tempestatem ciere  
arbitratur, colludit dæmon aërem tur-  
bans, ut illam sibi addictam in officio  
contineat.

Huius ergo ex utre potionis tartareæ, sed imaginariae in fædere usus, 20 ipsum quoque præstigiosum esse, præ-  
ter multam eius diueritatem aperi-  
tius demonstrat: lubetq; hic cum Ho-  
ratio dicere,

*1. Carm. 11. 1. Ne quodcumq; uoleat, poscat sibi fabula credi,*  
*36. 2. Neu præse lamie uiuū puerum extrahat alio.*

Pacti item uanitatem id quoq; docet, quod eo initio ceremonias quasdam contra Ecclesiæ statuta cogantur obseruare: quemadmodum diebus Do- 30 minicis ieiunare, aut sextis ferijs (ut aiunt) carnis uesci, aut criminis in confessione celare, uel tempore elec-  
tionis in terram spuere, uel sub Missæ actione uerba proferre in utilia, uel ali-  
quid simile designare: ita Mallei refe-  
runt fabricatores. Hæc qualia & quâ-  
ta sint delicta, quilibet pius, tenuiter  
modo Sacrarum literarum cognitio-  
ne tinet, intelligit. Etenim quū dies 40

*Die Domini*, Dominicus sit audiendo Dei uerbo, orationibus & diuino cultui compri-  
mis consecratus, his nemo fructuosius  
uacari, quām qui mētem à cibi nebulis serena conseruarit. Est (inquit Chri-  
Math. 17. stus) aliquod dæmoniorum genus,

quod non nisi orationibus & ieiunijs ejicitur. Sobrios hinc nos esse iubet Petrus, & uigilantes ad orandum, quia *1. Pet. 4. 5.* aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiæ obambulat, querens quem deuoret. Item Paulus docet suos *1. Corinth. 7.* rinthios: Ne fraudetis uos inuicem, nisi si quid ex cōsensu pro tempore, ut uacatis ieiunio & precationi. Ita ieiuniū & oratio ferè coniunguntur, & quidē ordine optimo: ut quod apud Tertullianum legitur, ieiunare die Dominicō nefas existimari, nō immēritō mirer: minusq; Melchiadis Papæ editum uideatur commendandum, quo ne die Dominicō ieiunaretur, cauit.

Quod uero carnis uesci, urgente *Carnibus ut-*  
necessitate ( si modd absit offendicu-*scī diebus &*  
lum, contemptus & gula ) liceat die-*pōt. Rom. ue-*  
bus à Pontifice Romano uetitis, alij *tiss. quando*  
defendunt ex his Christi uerbis: Au-*līceat.*  
ditæ & intelligite: non quod ingredi-  
tur in os, impuram hominem: sed quod  
egreditur ex ore, hoc impurum reddit  
hominem. Item ex Paulo ad Coloss. 2.  
Ne quis uos iudicet in cibo aut potu,  
aut in parte diei festi, aut nouilunij,  
aut sabbathorum, quæ sunt umbra re-  
rum futurarum, corpus autem Chri-  
sti. Et pōt: Si mortui estis cum Chri-  
sto ab elementis mundi, quid quali ui-  
uentes in mundo, decretis tenemini?  
Ne tetigeris, ne gustaris, neq; contre-  
staris: quæ omnia ipso pereunt abu-  
si, iuxta præcepta & doctrinæ homi-  
num, quæ uerbotenus quidem spe-  
ciem habent sapientiæ per superstitionem ac humilitatem animi, & læ-  
sionem corporis, non per honorem a-  
liquem ad expletionem carnis. Ad Ti-  
motheum hic quoque scribit: Spi-  
ritus certò loquitur, quod in posterio-  
ribus temporibus descendent quidam  
à fide, attendentes spiritibus imposto-  
ribus, ac doctrinis dæmoniorum, per  
simulationem falsiloquorum, caute-  
rio *1. Timoth. 4.*

rio notatam habentium conscientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognoverunt ueritatem: quod quicquid creauit Deus, bonum sit, & nihil reijciendum, si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonem Dei, ac preicationem. De his si comone feceris fratres, bonus eris minister <sup>1 s v</sup> Christi, enutritus in sermonibus fidei, bonaque doctrinæ, quam usq; secutus es. Cæterum prophanas & aniles fabulas reijice. Hæc Paulus. <sup>2 Corin. 10.</sup> Item: Omne quod in macello uenditur, edite, nihil interrogantes propter <sup>Psal. 23.</sup> conscientiam. Domini siquidem est terra, & plenitudo eius.

Celare criminia in confessione.

Adhæc, quod ex pacto certa celare criminia in confessione cogantur Lamiae: quis amabò singula distinste enarrabit peccata, quum plerunque omnes nostri cogitatus, uerba & actiones sint peccatorum labi conspurcatæ aut quónam diuinæ uoluntatis testimonia, exacta illa nostrorum scelerum enarratione opus esse conuincetur? Quo ordine ea recensuit publicanus ille in templo, aut latro in cruce?

<sup>Lucc. 18.</sup>  
In terrâ spue  
re temporis  
elevationis.

Verba iniuria  
lia sub Missa  
professore.

Crucem calcare  
re secretū.

Ante lustra  
lis aquæ cœse-  
rationem tem-  
plum ingredi,  
die Domini.

stabiliret.

Hic præstigiosi fæderis neruum pàlam cernit quilibet pius. Reuissimè

ergo Augustinus ait: Omnes artes hu- <sup>Li. de doct. Chriſt. & le-</sup>  
iulmodi uel nugatoria, uel noxiæ su- <sup>gitur ab. q. 26. c. illud quod</sup>  
perſtitioñis, ex quadam pestifera fo- <sup>c. illud quod</sup>  
cietate hominum & dæmonum, qua- <sup>est.</sup>  
si pāta infidelis & dolosæ amicitiae, <sup>Lib. 3. in</sup>  
penitus sunt repudiandæ. Et Orige- <sup>Iob.</sup>  
nes: Incantationes diaboli sunt sedu-  
citiones, dæmonum irriſiones, idolo-  
latræ fæx, animarum infatuatio, atq;  
cordium scadulum. De illiusmo di pa-  
sti nullitate nonnihil postea in Ana-  
cephal. libro 6. cap. 25.

Superioribus nugamentis ex Pſel-  
lo accensere libet de Euchetis & Gno- <sup>Eucheta ex</sup>  
ſificis, qui nefanda sacrificia perpetra- <sup>Gnoſtici.</sup>  
re dicuntur, ut dæmonia toto conci- <sup>Vide Enipha- num de He-</sup>  
piant pectore. Conueniunt die quo <sup>refibus.</sup>

passus est Saluator, uespere statutum in locum, unâ cum puellis sibi notis: & post quædam sacra extintis luminebus, miſtim congregiuntur siue cum forore, siue cum filia, siue cum qualibet. Nono rursus mense reuertuntur, puellasque accersunt, & infantes iam natos ab his euellunt, perque totum corpus pueros circumcidunt, & circu- fulo sanguine phalias implent, corpora cremant, cinereum cum sanguine miſcent. Hoc condimento epulas & po- cula condunt, tum sua inter se, tum a liorum clàm quorumcunque possunt. Existimant enim hoc sacrificij & ali- menti genere, tanquam maximè pro- fano, characterem diuinum nobis im- pressum, ac dæmonia procul arcetem, penitus aboliri, itaq; dæmonia libe- rius ingredi. Gnoſticis (ut frenœ at- statur, uir & Christianus & eruditus) uocabulo à scientia ficto, prægrediuit incu- nabula Carpocrates. His enim præsti. <sup>Carpocrates</sup>

gias Simonis magi, non ut ille clàm, <sup>magium cele-</sup>  
led publicè ac palam tradebat: & ne- <sup>stam publice</sup>  
lut pro summis ac optimis studijs lau- <sup>doceat.</sup>  
dem confessam & publicam de nefarijs actibus, à deceptis auditoribus re-  
quirebat, & magicas tenebras in luce

publica perorabat, de amatorijs dura-  
xat somnijsq; immisis, ac dæmonijs  
parebris, alijsq; similibus fraudibus.

*Sceleratissi-  
ma fratribus  
Neapolit. se-  
cta.*

Huc spectat horrenda historia, quā  
de Fratricellis Neapolitanis Ioannes  
Genadius scribit: Tempore Ludouici  
Bauari Imperatoris, in contemptum  
religionis Christianæ fratres Neapoli-  
tani, dissidentibus Papis, flagitosam  
quamadam, simil & turpisimam exco-  
gitabat sectam. Enim uero conuenie-  
tibus in antris locisq; abditis, quos in  
eam turpititudinem allexerant, uiris &  
fœminis, sacerdotes qui inter ipsos ha-  
bebantur, ut crimen honestate præce-  
xerent, diuinas laudes Christiano mo-  
re præcinebant. Quibus intempesta  
nocte peractis, sacerdos pro concione  
quædam præfatus ad confirmandos  
in nefario errore animos, in eo maxi-  
mè erat occupatus, colendam esse ante  
omnia charitatem, quam esse om-  
nium uitutum caput, sacra litera te-  
starentur, & hanc potissimum inter  
homines authore Deo conciliari pos-  
se, si Spíitu sancto bini masculis &  
fœmina uenero complexu iungeren-  
tur. Cum igitur, quā quisq; oculis pre-  
notarat, extintis luminibus uiciasset,  
tunc demum peracta sacra censeban-  
tur. Ii enim in publica professione do-  
cebant, non hoc esse Christi testamen-  
tum, Pacem meam do uobis, pacem  
meam reliquo uobis: sed r̄e, Crescite  
& multiplicamini, & replete terram.  
Quo compressu si quæ cocepisset, de-  
portari ad se partum sacerdotes iube-  
bant, qui solenni more in loco sacrifi-  
cijs dicato conuenientes, infantulum  
subiecto igne ad cineres usq; combu-  
rebāt, quos urna exceptos ceu rem sa-  
cram reponebant: cumq; erat aliquis  
in collegio sacerdotum cooptandus,  
illis cineribus in uino epotis initiaba-  
tur. Quod si pontificem eorum maxi-  
mum mori contigisset, ut omnisabel-

set inuidia, & res non humano, sed di-  
uino consilio agi uideretur, hic erat in  
dem mortui locum, alterius subrogandi  
statutus modus. Infantem illo flagitio  
conceptum ad locum sceleribus desti-  
natum iussa mater haud inuita depo-  
tabat, & ubi uulgo astante, sacerdotes  
concederant, tam diu per comprimen-  
tes manus in orbem tradebant, donec  
misericordius infans pernecaretur. Hæc  
gesta sunt sub Ægyptio episcopo Ro-  
mano, apud Neapolim.

QVI HOMINES DAE MONVM  
illusionibus artib⁹q; magis sunt  
expositi. Cap. V.

**H**ic porro id hominum genus po-  
tissimum impeditur, quod tali  
est temperamento, uel à causis  
externis aut internis mouetur, ut à de-  
monis spectro appetitu, uel illius sug-  
gestione tentatum, se uti organum il-  
lius uoluntati non ineptum, ex fucata  
inductione facile præstet. Huiusmodi  
sunt melancholici, & ob iacturam uel  
qualemcumque aliam causam tristes,  
teste Chrysostomo, cuius hæc uerba  
sunt: Omni diabolica actione poten-  
tior ad nocendum est mœroris magni-  
tudo: quia dæmon quoscunque supe-  
rat, per mortorem superat. Sunt item  
Deo diffidentes, impij, illicitè curiosi,  
peruersi in religione Christiana insti-  
tuti, inuidi, impotentis odij, maliciosi,  
uetula uxoris compotes, similesq;  
lubricæ fidei (qui enim facile credit,  
facile & recedit) uel insignis malicie  
mulierculæ. His ut instrumentis con-  
gruis infidilitur quibuscumque potest  
modis diabolus, suo tempore & loco:  
singulos, ut cuiusque animi studia &  
affectus ex certis indicijs cognoverit,  
peculiaris aliqua ratione adoritur, inse-  
statur, illicit, uel assumpta plausibili  
forma, uel cogitatione imaginatione  
que uariè agitata & corrupta, donec  
tandem ipsius proposito consentiant,

se ipsi-

*Liz. de Pre-  
sidentia ad  
Stagriū mo-  
nachum.*

*Ob inuoren-  
tis multos supe-  
rat demon-  
Clemens l. 2.  
Recog.*

*August. lib.*

*z. de doctrina*

*Christi. ca. 24.*

seipius persuasiōni dedant, quicquid  
in mentē ille ingerat credant, tan-  
quam fodere obligati, ab illius nutu  
pendentes, ipsi obtemperantea, uera  
omnia esse quae suggenit rati, formas  
in imaginatiua uirtute uel phantasti-  
ca ab eo ingestas reuera substantiali-  
ter (ut sic dicam) existere confiden-  
tes sanctissimè. Nec aliter sanè que-  
unt, quum illorum mentem ex primo  
afflensu imaginibus inanibus uitariat,  
consopitis uel concitatib; in hoc opus  
corporis humoribus & spiritibus, ut  
hac ratione ad organa accommodata  
species aliquas inducat, perinde ac si  
extrinsecus eae occurrerent uere, non  
solum dormientibus, uerū & uigil-  
lantibus: atque hoc modo aliqua for-  
uisul existere uel fieri putentur, quae  
tamen reuera nec sunt, nec sunt, nec  
sæpe in rerum natura existunt. Ea est  
horum immundorum spirituum sub-  
tilitas incomprehensibilis propè, &  
fraus infatigabilis, sensus hominum  
eludens. Sic & ueterum Ægyptiorum  
sensus obcedisse dæmonem, docera-  
pud Clementem D. Petrus.

### DE SEXVS FOEMINEI CREA- TURITATE AC FRAGILITATE.

#### Cap. VI.

*Libro 5. Re-  
sog.*

*Sexus fanni-  
nei creduli-  
ta.*

P Lurium uero huc sexum scemi-  
neum, nimirum temperamenti ra-  
tione lubricum, credulum, mali-  
ciosum, impotentis animi, & ob eius  
affectus, quibus difficulter imperat,  
melancholicum: cum primis autē ef-  
fectas, stupidas, menteq; titubātes ne-  
tulas inducit subdolus ille ueterator.

*Conf. 3. Tim. 3.* Quo nomine Euam cōuenientius sue  
persuasiōni organum, non Adam, in  
terum primordijs, quum duo solum  
existerent homines, aggressus est: quā  
leui etiam disputationis uelitatione  
uicit. Hinc D. Petrus non iniuria mu-  
lierem uocat infirmius uasculum. Et  
*Homil. 23. imp. p. 2.* Chrysostomus (si is est) in 2. part. lib.

miliarum in Matthæum: Sexus, ait,  
mulierum incautus & mollis est: in-  
cautus, quia nō omnia quae uidet aut  
audit, cum sapientia & ratione consi-  
derat: mollis autem, quia facile flebit  
uer, uel de malo ad bonum, uel de bo-  
no ad malum. Idem in epistolam ad  
Corinth. 2. Homil. 23. dicit, mulierum  
proprium esse decipi. D. Hieronymus,  
aut (ut uidetur) aliis, in regula mona-  
charum ad Eustochium, cap. 16. Debi-  
lis est nimium sexus quem geritis, ac  
fragilis, & mobilis, si suo relinquatur  
arbitrio. Scitisimè item: Mulierum  
genus, inquit Eleazarus apud Ari-  
steam, suorum affectuum sequax, atq;  
in lapsu proclive, propter imprude-  
tiā, & eius naturā imbecillem. Quin *Declamatio*  
tilianus imbecillam rem esse ait formi-  
nam. Mentis quoque imbecilitatem  
illis tribuit Valerius Max. libro 9. Rer.  
mem. cap. 1. Caius item pro Lucilla, a-  
pud Stobæum serm. 17. οὐδὲ γένος γένεσις  
εἰς τὸν πόλεμον μακρά ὑπερ τὸ δικτύον τοῦ  
οὐρανοῦ, quibus significatur, mulierem ad  
credendum facile esse, præsertim in  
calamitatibus. Scribit autem Fulgen-  
tius, credulitatem deceptionum esse  
matrem. Mulieres facile decipi, & de-  
sperare citius quam uiros, tradit Aristoteles.  
in prin. lib. 9. de Histor. animaliis.  
& Albertus in initio lib. 8. de Animaliis  
cuius bonam partem ex nono Aristote-  
telis mutuatus est.

Hinc nō in pte mulier (ut Varro in-  
terpretatur, & repetitio pte Lactantius,  
& D. Augustinus, si is est, sermone de  
tempore 243.) à mollicie dicta esse ui-  
detur, immutata & detrafacta litera, qua  
si mollier. Quod & scribit Gratianus  
in 5. Sed illud 32. q. 7. Ab Homero item *lib. 2. illud.*  
mulieres peculiari epitheto *βαρύρραν*  
uocantur, tanquam molles. Ad animū  
molliciem hanc trahit Gratianus: ut  
etiam facit Glosa cap. 1. de claud. de-  
spon. Fragiles adhuc esse mulieres, in  
z. patet. *βαρύ.*

becilles, infirmas, & proinde deceptu  
faciles, testimonio sunt leges, quæ ea  
ratione statuerūt multa: ut scribitur in  
l. si mulier. C. ad Velleianum. & in l. si  
pater. C. de sponsal. & in l. prima. §. pe-  
nult. C. de rei uxor. aet. & in l. ult. C. de  
donat. ante nuptias. & in l. sicut. ibi: se-  
xus fragilitas. C. de præscript. 30. uel  
40. annor. & in l. assiduis, post prin. C.  
qui potior in pign. habeant. & in l. quis  
quis. §. ad filias. C. ad legē Iul. maiest.  
& in §. i. ad fin. Instit. qui. alien. licet. &  
in capitul. ex parte abbatisq. extrā. de  
Priuileg. & in capitul. Adam. 33. q. 5. &  
24. quæst. 5. Item l. 2. §. uerba. in fin. in  
illis uerbis. Infirmitas mulierū. & l. re-  
gula, statim post prin. D. de iur. & fa-  
igno. & l. cuius bonis. D. de cu. fur. & l.  
deferre, in prin. D. de iure fisci. & l. i. §.  
accusationem. ibi: propter sexus infir-  
mitatē. D. ad S. C. Turpil. & l. i. ibi, fo-  
mineæ infirmitatis. C. quan. mulier.  
tut. offi. fung. pot. & l. quisquis, nuper  
allegata. & l. nullus. C. de iur. fis. l. 10. &  
l. nullus solius. C. de decur. ead. l. §. &  
his cōsequens. ueris. unde uolumus.  
in Auth. de æqual. dot. & tex. in d. §.  
uerba. ibi, propter sexus imbecillitatem.  
& in l. Imperialis, in prin. C. de nupt.  
& in §. i. post mediū. in Auth. ut immo-  
bi. ante nupt. dona. in illis uerbis. Mu-  
lier quippe mariti seductionib. facile  
decepta, &c. & annotauit Lucas Péna  
in l. ult. col. 3. C. de priuile. schol. lib. 12.  
Hinc secundum ueterū Græcorū insti-  
tuta, prouidè ad modū ex lege tutores  
& curatores mulierib. dari solitos legi-  
mus, sine quorū arbitrio & authorita-  
te nihil eis a geri licebat, ut retulit Har-  
pocrat. Martianus aut̄ scribit, Mineruā  
natam esse sine matre, quoniam in fo-  
minis prudentia non est. Hilius legun-  
tur uersus in hymno Palladis:  
Hanc de patre ferunt sine matris foedere natam,  
Prouida consilia quod nescit curia matrum.

Quare Plato fatis inciuititer dubi-

tare uidetur, utro in genere ponat mu-  
lierem, rationalium animalium, an  
brutorum.

### DE MELANCHOLICORVM

depravata imaginatione.

Cap. VII.

*Melancholia  
corum corra-  
pta imaginis*

Porr̄d ne imaginatiuæ virtutis in-  
strumenta in his mulierculis hoc  
modo uitari, & oculorum aciem  
perstringi, ut ante ostendi, usque ad  
absurdum uideatur: animaduertit me-  
lancholicorum cogitatus, uoces, uisa  
& actiones: ac quām omnes sensus ex  
humore melancholico cerebrum oc-  
cupante, mēremq; immutante, in his  
ſaþe depraventur, intelliges. Horum  
ſiquidē alij ſe eſſe bruta animalia cre-  
dunt, ipsorumq; uoces & geſtus imi-  
tantur. Nonnulli ſe uafa fictilia factos  
20. eſſe putant: ob id occurrentibus, ne  
collidantur, cedunt, alij mortem ti-  
ment, quam ſibi tamē cōſciscunt in-  
terdum. Pleriq; ſe criminis reos ima-  
ginantur, ut pauidi quemcunq; uide-  
rint ad ſe ingrediētem exhortefcant,  
ueritatem manibus ipſis iniectis captiu-  
i abducantur, & ad tribunalia ſuppli-  
cio afficiendi pertrahantur. Quidam  
ſenex nobilis, quandoque ē ſede exi-  
liens ſubito, ab hostibus ſe impeti cre-  
debat: quos arreptos, retro ſe in fur-  
num conſertim, ſua quidem opinio-  
ne, intrudebat. Alius metuebat, ne At-  
las, uniuersum terrarum orbem uſti-  
nens ſuis humeris, defatigaretur, & o-  
nus excuteret laſſus, cuius intolerabili  
ruina omnes opprimerentur. Item  
tres in Frisia non procul à Groninga  
eo correptos enthusiasmo intellexi,  
40. ut ſe Deum patrem, filium & ſpiritum  
ſanctum crederent, horreumq; in quo  
uſtibant, eſſe Noe arcā, ad quam  
etiam multi ſimiliter ferè affecti, ſalutis  
ergo conſuebant. Qui ſe totius  
mundi monarcham & imperatorem  
eſſe, ac ad ſe ſolum id ſpectare nomen  
crede-

crederet, noui melancholicum Italū: alioqui bene habitū, eloquentē, nec alio morbo Iesum: mirè interim in suis Italicis rythmis de statu Christianismi, de religionis dissidijs, de bellis in Gallia exortis & Belgio componēdis, tanquam diuinis effatis, sibi placentē: passim uero luum titulum hisce literis euulgabat. R.R.D.D.M.M. id est, Rex regum, Dominus dominantium, Monarcha mundi. Athenaeus lib. 12. refert de quodam Atheniēsi, qui persuasum habebat, omnes naues in Pirāeum appellentes esse suas, easque recensebat, dimittebat ac deducebat: tanto autē appellētes gaudio excipiebat, ac si omnium rerum aduetarum esset dominus: at si quid perisset, non querēbat amplius: si peruenissent incolumes, gaudebat: multa interim cum uoluptate uitam agens, donec frater eius Crito ē Sicilia aduectus, illū medico commisit, cuius opera à morbo liberatus fuit. Cæterū ad se reuersus, se nunquam uixisse incundius, dicere solet. Huc facit illud Horatij:

— Fuit baud ignobilis Argis,  
Qui se credebat miros audire Tragēdos,  
In uaco letus seffor plausorū theatro:  
Cætera qui uite seruaret munia, rectio  
More, bonus sanè uicinus, amabilis hospes,  
Comis in uxorem, posset qui ignoscere seruās,  
Et signo leso non infanire lagena:  
Posset qui rupem, et putem uitare patentem.  
Hic ubi cognitorum opibus curisq; refectus  
Expulit helleboro morbum bilemq; mercato,  
Et reddit ad se: Pol me occidisti amici,  
Non seruasti, ait, cui sic extorta uoluptas,  
Et demptus per uim mentis gratissimus error.

quæst. 17. de fort. lib. 10.  
Hispanum clericum & Decretorum doctorem anno ætatis suæ quadragesimo quinto Romæ quarundam iuuenum monialium amore captum, quas & forma uenusta saepius in monastere uisitatis, uerbisq; & muneribus ab-

blandiens, usque ad deperiit, ut non-  
et dieq; tam somnians quām uigil nil  
aliud nisi earundem amplexus concu-  
bitusq; meditaretur corde, uerbo, ge-  
stis & signis: paulatim & cōuenit amē-  
tia, quām clericus esset, ut se Ecclesiæ  
sponsum, & moniales eiusdem spon-  
sas esse affereret, hoc usus argu-  
mento, quodd dicerentur sponsæ Chri-  
sti, qui repræsentatur per Ecclesiam:  
hinc concludebat, sponsum & spon-  
sas spirituales, hoc est, sacerdotes &  
moniales, posse simul carnaliter con-  
gredi sine peccato: & Deum ita præ-  
ordinasse: ac se putare summum bo-  
num in eiusmodi congressu esse posi-  
tum. Eadem insuper iuuēculis saepius  
prædicabat. Tandem quoque oratio-  
nes & preces nefarias componebat,  
quibus apud Deum & alios instabat  
sanctos, ut maximas uires in renibus  
posset consequi, in lumbis uero talem  
calorem, ut abundanter & saepenume-  
rō suā posset explere libidinem: de-  
inde ut D. Cecilia, Ursula, Magdalena  
& Clara ex dono specialis gratiæ mé-  
tibus monialium ijsdem nominibus  
nuncupatarum infunderent, nullum  
fieri posse opus magis Deo meritoriu-  
m quām carnaliter commisceri, crescere  
& multiplicare, citra ullā personarum  
distinctionem, & uoti castitatis læsi-  
onem, idque Deo placere magis quām  
holocaustum sive sacrificium: ut item  
illarum corda inflamarēt amore at-  
denti erga sacerdotem ecclesiæ spon-  
sum, ne eius uota carnalia maxima cū  
humilitate adimplere, mandatisq; ut  
ueri patris parere grauarētur, &c. Hu-  
iuscemodi orationib. cōscriptam sche-  
dulam quotidie ad mendicantū mo-  
nachorum Ecclesiæ deferebat, ubi  
ipsius quoque Missæ solennitati inter-  
erat, datoq; iulio pro cleem o syna sche-  
dulam sacerdoti porrigebat, ut in Mis-  
sæ celebratione, scilicet in Memento,

preces illas Deo & sanctis uirginibus praeditis offerret, cum deuotione oratio Deum & sanctas uirgines, ut pia uota ipsius orantis exaudirent. Ita unū aut alterū monachum rudiorem simplicioremq; decepit. Accusatus inde & carceribus traditus, errore reuocato & abiurato, ueniam consequitur est, & ut alius cautior esset, ex mandato pontificis ex urbe ad tempus relegatur.

Vidi, qui cibum & potum pertinaciter auferaretur, cōdemnationem imaginatus. Sunt quos tam miserè exercet plena scrupulis conscientia, qui nodos in leui scirpo queritatis, culpam imaginantur ubi nulla est: & diuinæ miliaricordiæ diffidentes, se orco destinatos, lamentatione sedulò nocte diuq; deplorant. Noui, qui se fratrem multis inde miliaribus degentem uidere dicere: item qui suis aurib. semper obstrepere (masculorum concubitor) quemcunq; obuium, etiā coniunctissimū quereretur: atq; hoc nomine ad me is scribebar disserre, nū quid cōfilijs à me adhiberi ualeret: quū in auditus organo uitium esse alij existimarent. Mens aut huic sacrificio erat leſa: quemadmodū & illi, qui pollicebatur le Gabrielem aut Michaelēm coacturum, ut se ueniret, & illos de rebus magnis interrogatos respōsum daturos. Sed cum ille rogaretur à Cardinale Tournone, ut id efficeret: respōdebat, Se non posse, nisi præparato prius corpore multis ieiunijs & orationibus, nec nisi, p rebus reipublice Christianæ. Edidit hic librum de Phyalis summi pontificis, & eius partibus.

Scio quoq; ubi sulphur & picem redolere maritiū oclamaret melancholiæ uitii patiens coniunx, & cibū oblatum piper respire iudicaret: quæquam alienissima esse à rei ueritate, cognoscēbatur. Partes item pudibun-

das inflammatione putoreq; ita uitiatas asserebat, ut gangrenam suborituram pertimesceret, his interim locis ab omni uitio immunibus. Infinita alia huic coaceruari possēt exempla, ubi sensus omnes multifariam uitias cernas, ex unico illo humore, uel fuliginoso atræ bilis uapore, metis sedem insiciente, unde phantastica illa procreari ostēstra cōstat. Imaginatricem quoque interdū totam ex alijs humoribus corrupti, exoluīq; docet Galenus de Sympt. differentijs, quemadmodū in catalepsi: plerūq; aut uitari, ut in delirio: est cum deficit atq; debilitatur, quod in lethargo cōtingit. Quare idē nō licet diabolo, tanquā artificio spiritui, ut Deo conniuente, in sensuū organa seſe insinuet, & humores sibi commodos uel uapores commoueat, uel aērem idoneum conferat ad organa: maximè delectu habitu ex temperamento, & atate, sexu, uel alia causa externa aut interna apta: unde nouæ species in imaginativa ui cōceptæ, plerūque etiam spiritui uisorio per neruum opticum communicētur, quod se uideat designasse, mortis etiam periculo affirmare audeant delusæ haſemī nœ, quæ nunquā uel uisa, uel in rerum natura extiterunt? Leuia eius rei argumenta in hypochymate oculorum uitio apparent. Meritò igitur Thomas frequenter allegat illud Augustini in lib. 83. q. Serpit hoc malum dæmonis per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat se coloribus, adhæret sonis, odoribus se subiicit, infundit se saporibus.

#### 40 DE PHANTASIA, ET quomodo uitiatur.

Cap. V III.

D E phantasia sic scribit Iambli. *phantasia* chus: Phantasia omnib. animæ viribus est adnata, omnesq; figurata que effingit similitudines specierū,

cierū, & apparitiones, uisaq; seu im-  
pressions uiriū aliari transmittit in  
alias: quæ quidē à sensu micat, in op-  
inionē excitat: quæ uerò ab intellectu,  
secundo loco offert opinioni, sed in se  
ipsa ab omnib. imagines suscipit. Hæc  
utiq; omnes actiones animæ singit &  
exprimit, atq; externas accōmodat in  
timis. Hic Marsilius Ficinus Platonici-  
cus, in explicatione Prisciani Philoso-  
phi: Lydi, interpretantis librum Theo-  
phrasti de phantasia & intellectu, cap.  
2. ait: Imaginatio actiones rationis ef-  
singit sub rerum sensibiliū cōditio-  
ne, ac potest ultra sensuū actus latius  
phantasmata promere. Superat sensum:  
quia enim nullo mouente, imagines  
edit, imaginatio est tanquam Proteus  
uel chamæleon. Idem lib. 13. cap. 1. de  
Theologia Platonica: Phantasiā, in-  
quit, quatuor sequuntur effectus: appre-  
titus, uoluptas, metus, dolor. Hi om-  
nes, quando uehementissimi sunt, su-  
bitō corpus proprium omnino, nun-  
quam alienū afficiunt. Quid non fec-  
tui adhuc matrē unito, subita spirituū  
vibratione per neruos, quibus matrix  
cerebro coniuncta est, imprimit impræ-  
gnatæ imaginatio? ut si imaginetur  
malū granatum, illius secū notas pro-  
ferat fetus: si leporem, infans editur  
labello supremo bisho ac dissecto. Ve-  
hemens siquidem cogitatio, dum rerū  
species uehementer mouet, atq; iden-  
tidē uerat, formā quā continua imagi-  
natione reuolut, fetus imprimis. Spi-  
ritus enim interni atq; humorum, af-  
fluentia, rei firmiter cogitatæ inducit  
figuram. Quū amaram potionem ali-  
cui offerri contueantur pleriq; in ore  
mox amarorem sentiunt, quem hand  
dubie uehementem mouere imaginatio-  
nem credendū est. Quibusdā eius-  
modi cogitatione alius cietur: non  
nullis, quod mirabile est, ex alicuius  
rei aspectu, uel fragorē etiam auditu-

(quod mihi quandoq; usiuuenit) stu-  
pescere uel horrere uidentur dentes.  
Theodorus Byzantinus in ea est sen-  
tentia, uiros fortes raro uel nunquam  
spectra uidere: quod ipsi ob innatam  
constantia hæc minimè imaginentur.  
Nam solet timor, pre omnib. alijs af-  
fectibus, firmas in nobis gignere ima-  
gines: post amor. Scythæ, apud quos  
homines occidere sacrificium est, cū  
foites natura sint ac institutis, neque  
mortuos neque lemures uident: sic  
nec latrones. eiusmodi autem simula-  
chra frequētiū obuia sunt pueris, mi-  
lieribus, uæcordibus, mollibus, atque  
ægrotis, qui propter imbecillitatem  
animi & corporis, assida formidine  
uaniq; insomnijs quaeruntur.

Aristoteles libro de Motibus ani-  
malium secundum communem com-  
mentationem, cap. 6. Alterant, ait, phan-  
taſiæ & sensus, meditationes. Phan-  
taſia uerò & intelligentia habent re-  
rum uirtutem: aliquo enim modo spe-  
cies intellecta calidi & frigidi, aut de-  
lectabilis aut tristis, talis existit, qua-  
lis quidem & rerum unaquæq;. Pro-  
pter quod tremunt & timent intelli-  
gentes solum. Adde item, quod absen-  
tibus sensibilibus,phantasmata rema-  
nent, & imaginationes, teste Aristot. An-  
im. & inde ex motu locali formarū  
sensibiliū remanentium in uirtute  
phantastica, cū humoribus in quibus  
sunt ut in subiecto, appareat aliqua que  
non sunt. Sic in libro de Somno & ui-  
gilia idem inquit: Descendente pluri-  
mo sanguine ad principiū sensituum,  
simil descendunt formæ in imagina-  
tione conceptæ. Estenim imaginatio  
thesaurus quidā formarū per lensum  
acceptarū. Qua ratione possunt demo-  
nes humores & spiritus motere interio-  
rū exteriorumq; sensuū, atq; ita ad  
organā species aliquas inducere, qua-  
si extrinsecus dormientibus nobis &

*Spectra non  
uident fortes.*

*Imagines for-  
tes gignunt ti-  
mor & amor.*

uigilantibus uerè occurrerēt res ipsæ.  
Tradit præterea Aristoteles de Somnio, imagines quæ apparēt in somnijs ferri ad caput, & sensuum organa, sicut nubium eleuantur imagines, & diuersæ animalium facies repræsentantur in uapore aqueo uel terreo, qui à terra per solis calorem ad aëris mediū effertur: sic & somniorum imagines figuræ capiunt diuersas, halitus eleuatos consequentes: unde uapor et cholericus calidus & siccus flammam mouere uidetur: qui autem surgit halitus phlegmaticus, ex dulcedine, quando ad gustus organum fluit, cognoscitur, somniaq; aquam spectatia gignit: sed ex uapo melancholico nigro apparet quiddam horribile, & quasi dæmonum imago: proinde huic uelut materiæ suis ludibrijs cōuenientissimæ, 20 diabolus se non illibenter insinuat. Quod aut ex cholera adusta, quæ melancholia est accidetalis, ascendit, sentitur ut mordax, uulnerans, acre, fellea amaritudine imbutum. Sic etiā quod ex sanguine puro euaporat, pulchrum appetet, & delectabile: cuiusmodi est rosarum aut florum aspectus, choreæ, musica, & quæcumq; uoluptaria cum uanitate coniuncta. Et ad hunc modum sit illusio, ut pro qualitate imaginum, per somnum ex humorum halitu firmius inuestatum, resita uisæ creditant esse uerae. Phantastica autem illusio, inquit Algerus, magicis congruit & diabolicis fraudibus: ueritatis uerò assertio diuinis sanctionibus. Hinc & Anshelmus asserit, Incantatores fascinare & deludere homines, ut credant uerum esse quod falsum est.

*Lib. i. cap. 7.  
de Euchar.*

*In cap. 3 ad Gal.*

Dæmones uerò naſti à Deo potesta tem species eiusmodi formâdi, & eas in animales spiritus imprimendi, talibus formis ostendunt personas modò letas, edendo, bibendo, saltando, canendo, Venerem exercendo; modò

tristes, quæ nihil non mali fabricent uel patiantur: modò humanas, modò bestiales, modò opprimentes, modò uolantes, & animæ sensus ijs infigitur tanquam rebus ipsis. Hinc sit, quodd homini aliquando uideatur, se esse a finum sacco coopertum, plerunque aquilam uolantem, nonnūquam cum Diana & eius nymphis uel etiam alio muliercularum cœtu de loco ad locū transferri, ducere chores, longius peregrinari, & quibuscumque alijs interesse delirijs. Ideoq; talia ijs frequenter in somnijs & nocte contingunt, interdiu non item, nisi melancholicis quibusdam & insanis: qui idem uigiles patiuntur, quod alijs in somnis. Som *Somneriu* norinas eiusmodi imagines appellat *imagines*. Varro, teste Nonio.

Nec mirum uideri debet, dæmonē potentia sua naturali id ualere, cum etiam hominis in somnis & sanæ mentis pro suo arbitrio, quas uelit in suis organis proponere producereq; formas, atq; in ijs imaginatione cōquiescere, possit facile: quemadmodum ijs omnes qui rerum expetitarum & absentium desiderio lāguent, experiuntur. Poteſt autem diabolus id facilius in consentaneis ipsius fuso instrumen‐ tis, puta ſcēminis, aut animi morbo ſauicijs: quos eiusmodi ſimulachris, quibus delectari uidentur, illudit, effascinatq;. Et ſicut in ebris, phreneticis & melancholicis uetus rationis uitiatur, humorum & uaporum causa: non minus diabolus, qui ſpiritus est, eos concitare, ſuisq; illuſionibus accommodare, & rationem corrumpere Deo con niuente potest, ut formæ rerum non existentium, tanquam res ipsæ apprehendantur, cogitatus uinciant, obuerſentur defendanturq;. Hinc Thomas *p. p. q. 7<sup>o</sup>.* etiam docet, diabolum efficere posse, quodd imaginationi formæ aliquę pre ſententur imaginatię.

Ad-

Adhæc intellectum humanum posse innari ab angelica intelligentia bona, ut aliquid cognoscatur cuiusdam illuminationis ratione, testatur Dionysius. Quum enim intelligere censematur quiddam pati, potest illa speciem quandam in intellectum imprimere, unde intelligendi actus elicitur. Diabolum autem id ipsum posse virtute sua naturali, quæ non est immunita, persuadendo, non illuminando, quemlibet fatei oportet: quo uero quis illustratur magis, eo in ueri cognitione ac crescit uberior, magisque prouide sibi ab impostoris precauet, quas solas suis persuasionibus meditatur demonium.

QVOMODO PHANTASIAM  
hominum corruptat, & uaticinari uideatur  
diabolus, sententie Augustini.

## Caput IX.

*Lib. de Divinitate, lib. de Demonibus, cap. 3. & 5. in rem lib. de spiritu & anima, cap. 28.*

VIT autem superdictis pondus acedat, Augustinum latius hic disserentem adducere placuit: qui dæmones eiusmodi multa posse docet, duabus rebus ueluti quadam prærogatiua, sensus nimirum acrimonia, & motus celeritate: sicque hominum sensibus uel ingerere, uel prænuntiare, quæ ipsi dæmones facturi sunt, nec ita ab hominibus præ terreni sensus tarditate dignoscantur discernantur. Accipiunt enim, ait ille, potestatem, & morbos immittere, & ipsum ærem uitando morbidum reddere, & peruersis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt, quod sint eis talia suadentibus consensuri. Sudent autem miris & invisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hominum non sentientium penetrando, sed; cogitationibus eorum per quedam imaginaria uisa miscendo, siue uigilantium siue dormientium. Aliquando uero non

qua ipsi faciunt, sed qua naturalibus signis futura prænoscunt, quæ signa in hominum sensus uenire non possunt, antè prædicunt, &c. Etpòst Quid autem mirum, si quemadmodum medius in corporis humani uel turbata uel modificata temperie, seu bonas seu malas præuidet ualestudines: sic dæmon, in aëris affectione atq; ordinatione sibi notas, nobis ignotas præuider tempestates? Aliquando & hominum dispositiones, non solum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceperas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atq; hinc etiam multa futura prænunciant, alijs uidelicet mira, qui ista disposita non nouerunt. Sicut enim appetit concitior animi

20 motus in uultu, ut ab hominib. quoq; aliquid forinsecus agnoscat, quod interim secus agitur: ita non debet esse incredibile, si etiam leuiores cogitationes dant aliquis signa per corpus, quæ obtuso sensu hominum cognosci non possunt, acuto autem dæmonum possunt. Adhæc lib. 3. de Trinitate docet, facile esse spiritibus nequisimis, per aera corpora facere multa, que ministrantur animæ terrenis corporibus, aggrauata etiam melioris effectus. Si enim corpora ipsa terrena nonnullis artibus & exercitationibus modificata, in spectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent, ut hi qui nunquam uiderunt, talia narrata uix credant: quid magnum est diabolo & angelis eius, de corporis elementis per aera corpora facere, que caro miretur: aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus, phantasmatu imaginum machinari, quibus uigilantes dormientesne decipiatur, uel furentes exagitetur. Quare ad Simplicianum scribit: Fallacia satanae, atque imaginum simuládarum callida ope.

*ratio; decipiendis humanis sensibus  
multiformis inuigilat. Fallit aut studi-  
o fallendi, & inuida uoluntate, qua  
hominū errore lætatur. Sed ne apud  
cultores suos pondus authoritatis a-  
mittat, id agit, ut interpretibus suis si-  
gnorumq; luorum coniectotoribus cul-  
pa tribuatur, quādo uel deceptus fue-  
rit, uel mentitus. Vitiatam quoq; phā-  
tabiam pulchri è depingit libro de Cu-  
ra pro mortuis agenda, his uerbis: Si-  
milia sunt somnijs nonnulla uisa uigi-  
lantium, qui turbatos habent sensus:  
sicut phrenetici, uel quocunq; furen-  
tes modo. Nam & ipsi loquuntur se-  
cum quasi uerè præsentibus loquan-  
tur, & tam absentibus quām præsen-  
tibus, quorum imagines cernunt sive  
uiuorum sive mortuorū. Sed quemad-  
modum hi qui uiuunt, ab eis se uide-  
ti, & cum eis se loqui nesciunt (neque  
enim reuera ipsi adiunt, aut ipsi ser-  
mocinantur, sed turbati sensibus ho-  
mines talia uisa imaginari patiuntur)  
eodem modo & hi qui ex hac uira mi-  
grarunt, sic affectis hominibus uiden-  
tur quasi presentes, cum sint absentes:  
& utrū eos aliquis imaginari uideat,  
omnino nescientes. Huic rei simile est  
etiam illud, cū homines altius quām 30  
si dormirent, subtrahuntur corporis  
sensibus, & occupantur talibus uisib.  
Ex his enim apparent: imagines uiuo-  
rum atque mortuorum: sed cum fue-  
rint sensibus redditis, quocunq; mor-  
tuos uidisse se dixerint, uerè cum eis  
fuisse creduntur: nec attendunt qui  
hæc audiunt, similiter ab eis absentium  
atq; nescientium quorundam etiam  
imagines uisas esse uiuorum.*

*Huc facit, quod lib. de Spiritu & a-*

*Cap. 23. nima tradit Augustinus, & Decreta  
pi ex cœlio. dæmones, & quædam mira faciunt,  
Lamia no- strarum con- quibus homines alliciunt & seducunt.  
fessionē phan- Vnde quædam mulierculæ post sata-*

*nam conuersæ, dæmonum illusioni-  
bus & phantasmatis feductæ, cre-  
dunt se & profitentur nocturnis horis  
cum Diana Paganorum dea, uel cum  
Herodiade, uel Minerua, uel innume-  
ra mulierū multitudine equitare, uel  
earū iuisionib; obtemperare. Qua-  
propter sacerdotes Dei prædicare de-  
bent populo, ut nouerit hæc falsa om-  
nino: & nō à diuino, sed maligno spi-  
ritu talia phantasmata mentibus fide-  
lium irrogari. Ipse namq; satanas, qui  
transfigurat se in angelum lucis, quā  
mentem cuiusque mulierculæ cepe-  
rit, & hæc sibi per infidelitatem subiu-  
garit, illicè transformat se in angelum  
lucis, in diuersarumq; formarum spe-  
cies & similitudines: & mētem quam  
captiuam tenet, in somnis deludens,  
perdeuia quæq; dedit. Et quoniam  
solus hoc patitur spiritus infidelis, nec  
in animo, sed in corpore eueniare op-  
natur. Quis enim in somnis & noctur-  
nis iuisionib; non extra seipsum de-  
ducitur, & multa uidet dormiendo,  
quæ nunquam uigilando uiderat? Id-  
circo nimis stultus & hebes est, qui  
hæc omnia quæ in spiritu sunt, etiam  
in corpore accidere arbitratur: cū E-  
zechiel & alijs prophetæ, Ioānes etiam *Ezechiel. 21*  
euangelista & Paulus in spiritu, nō in *1. Corinth. 12*  
corpore iuisiones uiderint.*

### DE PHANTASTICA TRANS- FORMATIONE HOMINUM IN BESTIAS.

#### Caput X.

*D*e phantastica porrò mutatio-  
nis hominum in bestias opinio-  
ne, recentior est memoria no-  
strorum ferè temporum, quām ut in-  
ter obliterated posuit neciri. Refert e-  
nim Guilielmus Malmesbericlis mo-  
nachus, in sua historia, tempore Petri  
Damiani uisse duas uetus in uia pu-  
blica qua Romāitur, quales Auguſti-  
nus appellat stabulatias, id est traseun-  
tes ad hospitia pro mercede fuscipien-  
*Vide l. 4. c. 12.  
et l. 6. c. 12. lib.  
ius Operis.  
Vincent, in  
Spec. natur.  
lib. 2. cap. 109.*

*Fulgos, lib. 8.  
cap. 1.*

Mutatis in a-  
fiscaum iuer-  
nis figura-  
mentis.  
*Lib. 18. H. 3.*

tes (nam stabulum propriè hospitium uenale & publicum dicitur) quæ in uno commorantes rugior, una quoque arte malefica imbutæ, hospitem quandoque solum aduenientem, in equum uel suem uel asinū mutabant, & certo precio mercatoribus diuendebat. Quodam die iuuenem histrionicis gesticulationibus uictum exigetem, hospitio exceperunt, & in asinum uerterunt, multum eo lucrificientes, qui gestuī miraculo distinxeret transentes: nam ad anus mandatum nuntium quoquaque modo mouebatur. Non enim illi intellectus perierat, sed loquela. Ingentem inde quæstum fecerant uetulæ. Quo cognito, uicinus carè asinum redimit. Cautio tamen hæc à mulierculis adhibita est, ut custodiretur ne in aquam descederet. Seruatus diu ab aqua, & tandem incautiorem nactus custodiā, in lacum proximum se coniecit: & ibi se aliquandiu uolutans, propriæ restituitur formæ. Cumque ab eodem obuius sciscaretur eius custos, num asinum uidisset? ille se esse respōdit, famulus ad herum retulit: herus ad Apostolicū Leonem, uitum eo seculo sanctissimum. Conuictæ anus idem fatetur: dubitantem Papam confirmauit Petrus Damianus, uir eruditissimus, prolatu exemplo de Simone mago, qui suam Faustiniu imaginem impresserat. At hæc similes nugæ eandem sortiantur fidem, quam Apuleij & Luciani metamorphosis meretur.

*Ex Vincentio hic adde: Pudicam fœminam, in quam amore uelano exarserat Ægyptius quidam, à malefico in equum uersam, & à D. Machario Ægyptio heremita restitutam.*

*Si qui uero obuagari in Liuonia & locis finitimis uideantur lupi noxijs, quos Lamias putant, Germanis wer-  
nwolff dicit, i. certè uel ueri sunt lupi, in*

eiusmodi tragedia exagitati à démo-  
ne, qui interim horū uagis erroribus  
& actionibus, delirorum *λυναεθρωπ*  
phatasiæ organa imbuit, ut itaq; ut iij  
se esse exurionū erronearum & acti-  
onum authores corrupta imaginatio-  
ne arbitrentur fateanturq;. Nec hoc  
quidem diabolus esse difficile, ex de-  
scripto *λυναεθρωπ* morbo cuilibet *Lib. 4. ca. 22.*  
constat, dum humores & spiritus in  
hæc ludibria idoneos commouerit, po-  
tissimum quibus atræ bilis nebulæ ce-  
rebrum uitiare solent, cuiusmodi exi-  
stit fatuum mōstrorumq; id genus ho-  
minum. Vel certè dæmones censendi  
sunt eiuscemo di lupi, qui eam assum-  
psere formam, ut male credulum hoc  
hominū genus magis irreuirerit suis ua-  
framentis, infantes grauarent, & san-  
guinis innocentis reum redderet ma-  
gistratu. Interea iij qui se in lupos cre-  
dunt transformatos, alto immersi som-  
no, diaboli studio, alicubi iacere com-  
periuntur, quorum somnia ijs cōfundit  
imāginibus, quas hominū oculis præ-  
stigiosè in pueris uel infectandis uel  
uorandis, siue armento ledendo, aut  
longè lateq; hinc inde uagando obij-  
cit ueterator ille: ut certe non leuiter  
mirari oporteat, iuueniri viros corda-  
tos, qui delusorum horum hominum  
confessioni tanquā ueraci innixi, mor-  
tis sententiam contra eos pronuncia-  
re nō grauētur. Sed uno ab illis uerbo  
mihi responderi uelim, utrum uere in  
lupo trāsmutari homines credat, néc-  
ne. Nec condere, nec uere transmuta-  
re creaturas diabolū posse, satis supér-  
que domonstratum est libro 1. cap. 24.  
& lib. 2. ca. 8. & lib. 4. ca. 20. ubi ex pro-  
fesso penitissimè excutitur hoc argu-  
mentu. Iam ualeat hæc nugæ. Nullū hic  
locum habet, quod de fœminis in ma-  
res ueris abstruso naturæ miraculo,  
Plinius, Sabellius, Pótanus, & pleriq;  
alij scriptores non obscuri, qui libro

*Cap. 24.* 272  
sequentī adducuntur, tradunt: quum hic solum de phantasticis dæmonum illusionibus agatur.

QVOMODO ET QVARE A<sup>d</sup>  
demonio demententur Lamie, ut credant fate-  
anturq; se fecisse, que prorsus non po-  
tuere. Caput XI.

*Intervine;* CÆterū uetus illæ, de quibus  
hic instituta est oratio, non ab-  
surde *ingratim* assimilari pos-  
sent: qui uelut rapti extra se, sensuq;  
omni & motu priuati, iacent exanimis  
similes, & post eū ex profundissimo  
expergefaſi somno, aut à morte ad ui-  
tam reuocati, redeunt ad se, & miras  
fabulas, miraq; commenta narrant. In  
huiusmodi uero cogitationes se inge-  
rens dæmon, earū seriem texit, hancq;  
uariat mira arte & scitè, repetitis prä-  
teritis, annexis präsentibus, & asper-  
sis etiam quibusdam admonitionibus  
de futuris, ne in suspicione anilium  
fabularum, aut temerè cogitatarū in-  
epiarum ueniant: inducta etiam per-  
suasione, ut corā spestasse quæ dia-  
bolus offudit, imaginentur, ita demen-  
tar eos, quos ad talia usurpat ministra-  
ria, ut sui prorsus non sint compotes:  
sed uelut *harmoſa labeytus*, ea agitēt men-  
te, in eaque intueantur, que dæmon  
obijcit: ex se se nihil faciant, nūl quan-  
tum aliquando permittitur, & id qui-  
dem non est à natura alienum, sed ut  
plurimum appetit ridiculum.

*Demonis*  
*Ludibrijs qui*  
*magis expo-*  
*siti.* At homines, Augustino teste, mala-  
rum rerum cupidi, occulto quadam  
iudicio diuino traduntur illudendi &  
decipiendi pro meritis uoluntatū sua-  
rum, illudentibus atq; decipientibus  
eos prævaricatoribus angelis, quibus  
ista para mundi infima secundum pul-  
cherimum ordinem rerū, diuinę pro-  
uidétiæ lege subiecta est. Idipsum doc-  
tent Decreta his uerbis: His porten-  
te, can. 26. q.  
e. Episcopi. tis per diabolorum fallaciam illudi-  
tur curiositas humana, quando id im-

pudenter appetunt scire, quod nulla  
ratione competit eis inuestigare. Hæc  
potestas immundis spiritibus ideo da-  
tur, ut perniciosos sibi aptent, hoc est,  
prauos homines seducant: illos scili-  
cer, qui spurnunt ueritatem, & credūt  
mendacio, iuxta Pauli sententiam: Sa-  
nam doctrinam non ferent, sed ad sua  
desideria coaceruabūt sibi magistros,  
prudentes auribus: & à ueritate qui-  
dem auditum auertent, ad fabulas au-  
tem cōuertentur onerati peccatis: du-  
centur uarijs desiderijs, semper disce-  
tes, nunquam ad scientiæ ueritatem  
peruenientes. Hos Paulus uocat filios  
*1. Tim. 5.*  
*Ephes. 2.* concubaces, in quibus agit spiritus il-  
le cui potestas est aeris, eludens subtil-  
itate & dolo inimitabili hæc sua in-  
strumenta, in ipsis inductiones pro-  
pendentia: nimirum has mentis acie-  
les, effascinatas, maleq; feratas mu-  
licrulas: quas ita dementat, ut quic-  
quid illarum phantasiæ suggesterit, aut  
quodcunq; etiam malum ab ipso, uel  
etia hominibus, Dei abstrusa permis-  
sione perpetratum est, aut quæcunq;  
ludibria pæstigijs conspicienda illis  
ostendit, eius maleficii suggestione,  
à se designata (licetphantalmate uel  
in somniis solummodo nota) perpera  
credant bis miseræ, quætionibus sub-  
iectæ confiteantur, à propria confessi-  
one mortis sententiam audiāt, dirisq;  
tandem flammis deuoueantur. Sic in  
ipsis uerba iuratis, animi & corporis  
oculorum aciem perstringit cacodæ-  
mon, sic sibi addictos demeretur, hoc  
deuotè illi mentis autoramentū. Hinc  
pulchre Augustinus: Maligni (inquit)  
*Lib. 1. de Crâ*  
*uit. Dei, c. 10.* spiritus, quos illi deos putant, etiam  
flagitia quæ non admirerint, de se dici  
uolunt: dum tamen humanas men-  
tes his opinionibus uelut retibus in-  
ducant, & ad prädestinatum suppli-  
cium secum trahant.

Delusionum eiusmodi modus, &  
quid

quid in ijs dæmō ualeat, & quid item nequeat, non inscītē describitur in eo libro cui Fortalitiū fidei inscriptio est, ubi ita legitur: Decima differentia dæmonum est eorum qui decipiūt qualdam uetulas, quæ Xurguminæ siue Bruxæ nuncupantur. Sciendum ergo, esse quosdam homines apostatas in fide, hæreticos & falsos, qui seipsoſ uoluntariè offerūt diabolo: qui & eos recipit, traditque artes inanæ, quibus uidentur ducenta euagari miliaria, & quatuor aut quinque horarum spacio redire: item destruere creaturas, lugētes eorum sanguinem, atque alia perficere maleficia pro suo nutu ex dæmonis uolūtate. At à satana misere decipiuntur, illudūturq; non solum hæ, sed & qui eis fidem accommodat. Veritas autem rei sibi haberet. Quando pefſima hæc sigmēta usurpare statuerint malæ mulieres, se uerbis & unctionibus consecrant dæmoni, qui eis ad opus suum uitit, & cuiuslibet earum phantasiam regit, ducitq; per loca ab ipsis desiderata: corpora uero耳 earum sine sensu permanent, quæ umbra cooperit diabolus, ut nulli sint cōspicua. Et cum in earū phantasijis impleta efſe, quæ uoluerunt, obseruarit, umbra sublata, proprijs motibus illas permittit. A loco autem non fuerunt amotæ, sed phantasie idolum exitit, quale codæmon efformauit. Ad illum enim errorem tollendū, quod corpore trāferuntur, emanauit illud c. episcopi, quod ex distinctione ac recitatione eius ita probat Ioan. Fracisc. Ponziibius I.V. doct̄or: quia postquam fecit mentionem, quod illæ mulieres testarentur se inequitare bestijs noctu, multaque terrāū spacia peragrare: dicatq; plurimos hac opinione deceptos, existimantes aliquid numinis ac diuinitatis esse extra unum Deum: mandat, ut patet in uers. quapropter, ea omnia

*Phantasiam  
Lamiarum  
quomodo re-  
git dæmon.*

*Explicatio  
primi cano-  
nit ex Cœlio  
Siquir. 2.  
part. caus. 16.  
q.s.  
Volum. 10.  
Tract. de La-  
mij. nū. 49.*

30 40

reputari falsa, & non à diuino spiritu, sed à maligno talia phantasmata menibus hominum irrogari. Et reddens rationem in uers. siquidem: quia ipse Satan trāfigurat se in angelum lucis. *Lamias in  
stea, quod hoc solus spiritus patitur: & spiritu e.  
quod infidelis hoc non in animo, sed quitare.  
in corpore eueniē opinatur. Et addu-  
cit exemplum de Ezechiele prophe-  
ta, qui uiisiones Domini in spiritu, non *Ezech. 40.  
in corpore uidit: & quod Paulus non *Cor. 12.  
audet dicere, se raptum in corpore. Er-  
go constat, quod uenit ad determinā-  
dum, nō solum talia fieri à spiritu ma-  
ligno, non diuino: sed etiam ea & illis  
similia fieri in spiritu, non in corpore.  
Et propterea sequitur, quod etiam in  
casu nostro, licet uideantur hæ perso-  
næ dicere, se portari à dæmonibus sub  
hircorum forma, & similiter dicant se  
credere dominam in cathedra seden-  
tem, esse dæmonem transfiguratum:  
quod tamē debet dici, hæc & alia quæ  
se facere conſtentur, phantasticæ &  
in spiritu sibi obuenire. Hæc Ponzi-  
bij conclusio: qualis etiam est Grillan-  
di, eam exemplo probantis, quod in *Tract. de for-  
ago Sabino accidisse commemo-  
ratus in frā.* *q. 7.  
num. 6.****

AN ET QVOMODO ET  
quando corpora per aerem deferre  
diabolus posſit. Cap. XI.

**N**ec mirum est hoc dæmonis stu-  
dium, quo miseris animas lu-  
difcari, deridere ac torquere co-  
natur: ita etenim uult imitari atq; *Diabolus fa-*  
mulari, uelut simia, quæ cūq; Dei ope- *mula Du.*  
ra, per

*ta, per angelos bonos expleta: quem-*  
*Daniel. 14. admodum Abacuc prophetam coma*  
*capitis ex Iudaea in Babylonem reue-*  
*ra breui momento translatum legi-*  
*mus, & postquam suis Danielem pla-*  
*centis refecisset, in eundem locum re-*

*An spiritus situtum. Nec uero phantasticè tatum*  
*posse corpora in hominum mentibus eum hæc effi-*  
*cere, sicut dictum ac probatum est: sed*

*etiam uerè corpora surripere, ac per aë-*  
*ra ferre, tum ipsius & angelorum na-*  
*turalis facultas ac *Aulus, tum usus &**

*experiencia testatur: ac primò quidē,*

*Math. 4. quod Dominu nostrum IESVM CHRI-*  
*S TVM in pinna templi constituisse le-*

*gitur. Omnia enim tentationis illius*  
*opera corporaliter ac sensibus corpo-*  
*reis fuisse peracta, & diabolum ei tum*  
*in humana specie apparuisse, est mul-*

*titorum Theologorum unanimis sen-*  
*tentia. Verum in hoc discrepant, an*  
*Christus à dæmone fuerit delatus, &*

*raptus: an uero deducetus saltē, ut ipse*

*Diabolus pedibus eò conscenderit. Sed quo-*  
*Christū corporiā diabolicis hoc persuasionibus fe-*  
*derat transferri oportuit, ut Christus eum sequere-*

*Thomas d. gl. tur: secunda opinione reiecta, primam*  
*Albert. Ma maior Doctorū pars amplectitur. Di-*

*gn. ibid. Bo- cit enim Euangelista, Statuit: non, ad-*  
*uent. lib. 2. d- ius duxit, quemadmodum paulo ante,*

*Matth. 7. quod adduxisset eum in sanctam ci-*  
*uitatem. Proinde asseritur, quo ad*

*Christum, eum corpore fuisse transla-*

*Damenet, ho- tum à Satana. Reste autem argumenta-*  
*mine per ac-*

*rem uehere posse.*

*Trah. qq. 1. mnibus alijs qui sunt eiusdem ponde-*

*part. q. 5. li- ris & magnitudinis. Christus ergo cù*

*et tr. de de- per omnina nobis fuerit conformis, ex-*

*mo. q. 16. art. 10. in fin. cepto peccato: hominibus idem eue-*

*re posse dæmonis insultu, quid ob-*

*Heb. 2. stat: Proinde dæmones nihil agere, ni-*

*Rom. 9. 1. hil efficere, nisi quod *lxx* φέσιν ad-*

*τῶν, ac naturæ suæ proprietatem sit,*

*Cap. 24. posse, iam antè Libro primo demon-*

*stratum fuit. Quicquid igitur agunt,*

*non nisi uolente quidem ac permit-*  
*tente Deo faciunt, sed sua tamen qua-*  
*dam naturæ facultate: ut in habitu &*

*potentia sæpe maiora possint, quam*

*ipso actu, quem nos plerunq; specta-*

*nus: nec ex eo reliquias eorum artes*

*naturales expendimus, quas præstare*

*nō aliam ob causam nequeunt, quam*

*quod non permittratur. Etenim ange-*

*Aug. lib. 1.*  
*de Trinit.*

*licæ naturæ ac spiritibus non est con-*

*trari, ut corpora quod Deus permit-*

*tit deferant. Satan autem spiritus ad-*

*huc est: nec ex lapsu spirituali eius*

*essentiam interisse, iam in principio*

*ostendimus. Atqui angelus per aërem*

*Dan. 14. detulit Abacuc: angelus Philippū ex*

*Ass. 8. itinere rapuit, ut inuentus sit in Azo-*

*to: curidem ergo dæmonem præstare*

*nō posse dicemus, si Deus permittat?*

*20 ut omnes sentiunt Doctores & Cano-*

*nistæ. Quærunt tamen haud temerè, Quomodo de*

*corporē assumptio, an sine corpore*

*per se, corpus è loco naturali sursum*

*(quod est contra motus corpori na-*

*turam) euehore possint dæmones? Et*

*Thomas quidē eos corpora putat af-*

*sumere, ut naturaliter ac uerè, sicut no*

*q. 16. art. 10.*

*tit. de dæmon.*

*prima parte*

*Tract. 99.*

*Lib. de ciuit.*

*13. cap. 14.*

*Sine corpori*  
*an dæmon cor-*

*poras erat.*

*Quare non*

non est quod dicitur, aut angelis aut dæmonibus corpora assumēda ad delationem alicuius circumscripti. Tertiā, quotidiana experientia testatur, eos corporibus ad hanc rem nec egerē, nec uti: quod ego uidi, & impeditum est Dei auxilio, sicut Libro primo narravi. Sunt alia multa exempla, quibus & homines à dæmonibus ē loco in locum, per iusta tamen spacia, deferri ostendit, & id ne allumpta quidem humana forma. Neque hinc absurdum quid consequitur, dæmonem scilicet hac ratione multa cōtra magistratum ac principes, adeo q; rerum omnium ordinem effecturum: ueluti captiuos ē carceribus eripere, deliberationes ac arcana principum per homines ipsos manifestare, & eos qui in aliorū sunt potestate ac ditione, quo cunque iure, suis restituere: quemadmodum dicitur, quo tempore Frācisci primi regis Galliae filij detinebātur obsides in Hispania, magum in Galliam euocatum ē Germania fuisse, qui tanta credebat prædictis potestate, ut posset regios pueros per aera reducere, thefaurosq; inuestigare & transferre.

Decameron.

Boccatus etiā refert fabellā de nobili Lombardo, qui in uniuersali expeditione Hierosolymitana, se meritum ingens existimans obtenturū, militiæ nomen dederat, ad occupandam terram Sanctam: discedensq; coiugi suæ partem annulū signatorij reliquerat, cum hoc pacto, ut si intra trienniū ab ea die non rediret, uxori liberū foret arra hac & symbolo neglecto, alteri marito nubere. At ille cum in Iudaea militaret, captus, ac in Agyptū abductus, Sultanū (quem iam olim in Europa peregrinante, attamen ignotum, hospitio recepérat pater eius) propter parētis hospitalitatem, uiri q; prudenter ac dignitare, mox adeo placuit,

Cap. II.

*Non semper  
diabolum cor  
pora per aera  
ferre posse.*

*Falsum, arte  
magica homi  
nes deferri  
per aera.*

moribus, tandem eum post se secundum omnibus rebus suis præfecerit. Interea cedente die, ac uertente triennio, postrem dū in extremam incidit tristiciam. Cuius ubi causam Sultanus expiscatus fuerat, magum aduocauit, qui illum in lectulo precioso consopitum, & magna auri gemmarumq; uñ onustum, postrema trium annorū nocte Papiam in summum templum deferendum curauit. Vbi æditius cū manē cōspiciens, refugit: ac interea dum alijs de spectro narraret Agyptio, obuiam eum habuit ad eges uxorius properantem: ac nisi tum redisset domū, ab alio sponso uesperi ducta fuisset coniuncta. At illud de Galliæ Delphinibus non successisse, quæstores æterij tam Caroli V. Imperatoris, quam Francisci primi Galliæ regis norunt, & Helionoræ Caroli sororis & Francisci conjugis nuptiæ satis docuere. Hoc autem Boccatiū figmentum est: ut & illud, quod ita referam, ut tradunt Galli, de *Libello de  
principis  
Gallie civitate  
tibus & san-  
ctorum.*

30 In ergastulo detenus Lotharingus quidam Constantiopolis, tam robustus erat, ut Turcae ueriti ne catenas ac uincula disrumpere, torquem eius collo ferreum applicarent, quinqueq; vitorum crassitudine latum, in collum, ferreis catenis innexum. Hunc cum in memoriā rediret sanctus patriæ Nicolaus, eum comprecatus ut intercederet pro le apud Deum, ita consopit. Postero mane cum pagi editius temporum referaret, captiuum hunc in uinculis dormietem ad fores offendit: ille uero ē somno excitatus, in fano S. Nicolai, quem in quo carat pridie, se esse agnouit. Re per uulgata, populus accurrit: & post aliquot Alleluia decantata à sacrificis, quatuor accessu iubet

fabros ferrarios, qui uinculis eum exonerarent. Quæ cùm nulla uiderentur humana ui posse dissolui, ecce in conspectu omnium torques dissipari, & ueluti Cerbero,

*Tum stridor ferri, traxæq; catene.*

Sed hæc & eiusmodi confusa sunt: & ut accidant, minimè uerendum est.

Neque enim iustissimus optimusque Deus omnia permitit Satanæ, quæ uelut uel suæ nature subtilitate posset: sed ea demum, quæ decrevit ipse non ad superstitionem stabilendam, sed tum saltem, cum aut nos ad frugem reuocare uult, aut impios punire. Videbimus hoc in caprone, qui

*Lib. 4, cap. 19.*  
propter furtum ac perfidium eueſtigio sublatius à dæmoni, nunquam potesta uifus fuit. Quare nec in lamias nostras, quibus aetas decepit, phantasia corrupta, & mēs leſa, ptenæ loco sunt, dæmonibus hæc uiolenta ludibria exercere Deus patitur: non enim dæmoni colludit.

*Qui sine corpore affum-  
ptio, corrus-  
per aërem for-  
re posuit da-  
mon.*

*Lib. 1, cap. 2.  
supr.*  
Cæterum quomodo sine corporibus spiritus hi corpora per aërem gerent, et si nos tam ex aëre nequeamus intelligere, quam possumus nostris motus tarditatem ac rationem: tamen haud admodum mirabimur, si consideremus quam facile anima nostra carcerem suum & corpus hoc moneat, ut currat, saltet, subducatur. Spiritus enim & liberior corpori est substantia, ducens originem suam ex ipso lumine, quod aut supra omnia est elementa, aut ex summo certe elementorum: tum uero, si quæ uentorum sepe nictingunt recolamus: ueluti, naccas ex

*Enebius. Iberia cis Pyrenæos delatas. Ene-*  
*Typho. Plinius lib. 19  
cap. 24.*  
phias enim & Typho non nisi repentinis sunt flatas, quorum hic effert, ille defert, & illis ipso reperciens correpta secum in cœlum refert, sorbetque in excelsum. Ideo lapidibus pluit fæpe, quod uento sintrapti, & costis la-

teribus. In eiusmodi râmen attritu & collisione nubium, dæmones tempestatis se ingerere, fulmina & tonitra exacuere, & illis adnitentibus culmina conuellere, prosterne lata, trucidare armenta, euertere arbores, similiq; multa efficiere, non diffiteor.

Romæ in Auentino, in templo S. Sa-  
binæ, quod olim fuit Diana fanum, sa-  
xum nigrum rotundum pendet ab u-  
no aera latere, quo monachi dicunt dia-  
bolū petijisse S. Dominicum, Deo sup-  
plicantem: non ipsum tamen læsisse,  
ad eum tremuisse ei manus & brachia.  
Eiusmodi saxea moles etiâ Coloniam  
in templo metropolitano uisitatur, qua  
per eius fastigii iniecta, trium regum  
(ut fertur) corpora ibi in summo ho-  
nore conseruata atterere perdereque  
scilicet noluit diabolus: at ne ea læ-  
derentur, retrorsum läsisse, perhibe-  
tur eadem fide, quâ prius illud asseri-  
tur: quemadmodum & illud Chro-  
nici Saxoniæ, trium scilicet regum os-  
fa, expugnato Mediolano, Reinhöldum  
episcopum camelō imposita mi-  
ssisse Coloniam: ac camelō cum tan-  
to thesauro in itinere perditō à custo-  
dibus, hos orationibus & ieiunis tan-  
tum obtinuisse apud Deum suum, ut  
per aera iterum cam elus ille reverfus  
reliquo cœtu se adiungeret. O cras-  
sum nimis & inauditum miraculum.  
At nō leuioris authoritatis mysterium  
in eodem traditur de colloquio Bru-  
nonis Hildesiani episcopi & D. Virgi-  
nis Mariæ in templo, dum ille octauam Nativitatis B. Mariæ aliquando  
solem ageret. Cæterum supra-  
dictus ille mihi uidetur esse modus,  
quo dæmonem res qualeque corpo-  
reas sursum decollum agere pos-  
se existimo: non tamen sine  
Dei arbitrio ac nutu.

CORPVS NON NISI PER  
iusta spacia serpi, nec eodem tempore di-  
uersis in locis existere potest.

## Cap. XIII.

*Locale loco  
suo conuen-  
t debet.*

**A**T qui mutare essentiam creatu-  
ræ, aut efficere ut unum corpus  
per aliud sine alterius uel utri-  
usque iniuria transeat, aut maius cor-  
pus penetrat per spacium improportionatum, ut ita dicam, loco, uidelicet  
quod per foramina dōmorum exigua  
ingrediantur tales foeminae: hæc per  
dæmones non magis fieri possunt,  
*Math. 10.  
Marc. 10.  
Luc. 18.  
Corporum per  
naturam.*  
*Aristot. 8.  
Physic.  
Tosy. 20.  
Luc. 24.*

quam ut camelus transeat per forame  
acus. Habetur hoc à C H R I S T O o ipso  
aduertit. Corpus enim, & quicquid  
loco circumscribitur, hoc est, ut ita lo-  
quar, omne τοπιον ac locatum, debet  
esse suo loco proportionatum. Alio-  
quin corporum penetratio admitten-  
da est: quod contra naturam & om-  
ne physici principium est. Nam quod  
ipse C H R I S T V S clavis ianuis ad di-  
scipulos intravit, id nihil aliud sonat,  
quam quod indicant præcedentia:  
Cum clavis essentianæ præmetu di-  
scipulorum, Christus uenit ad eos. Nō  
autem, quod non referat uel apertæ  
fuerint. Cur enim non cederent præ-  
sentiae corporis Christi, & eius aperi-  
rentur clauderenturq; uirtute? Ita ue-  
teres omnes sensere. Nam ingressus,  
corporis sui ueritatem ostedit & Tho-  
mæ, cui manus suas & latus: & reli-  
quis, quibus pedes porrigena ait, Pal-  
pate & uidete, quia spiritus carnem &  
osla non habet. Vel si hoc magis pla-  
cket, licet in resurrectione Christi ueri-  
tas corporis manet, tamen proprietati-  
bus etiam spiritus mirabiliter orna-  
tur: quæ sunt, esse inuisibilem, nō mo-  
ueri de loco in locum, iuxta huius se-  
culi rationem, pertransire per solida  
corpora nullo impedimentoo, nullæve  
corporum solidorum iesione, & innu-  
mera id genus alia. Proinde quū Chri-

stus post resurrectionem habebat cor-  
pus spirituale, non necessi habuit ia-  
nuas aperire, & aërem incedēdo diui-  
dere: sed qui erat inuisibiliter præsens,  
quum discipuli de ipso collo queren-  
tir, exhibuit se iuxta maiestatis suæ  
potentiam ex improviso uisibilem, &  
in medio discipulorū sensibiliter stan-  
tem, ut & huius admirandæ reuelati-  
onis modus fuerit euidentis argumen-  
tum, quod à mortuis resurrexerit, &  
celesti fuerit gloria ornatus. Nihiligi-  
tur istorum quæ diximus, efficere po-  
terit dæmon: multo minus, ut unum  
corpus uno momēto diuersis in locis  
existat. Cum enim omnia in mensura,  
numero & pōdere dispositur Deus,  
singula suum habet & pondus, & men-  
suram, & numerum. Quod ἀτόπη, απει-  
ρεο & ἀχριμάτηρ, sine tempore & lo-  
co mouetur, infinitum est: id uero nō  
nisi unum est. Reliqua ergo, ueluti spi-  
ritus & corpus, & tempore mouentur,  
& loco. Spiritus etiam substatiæ sunt,  
quam à loco circumscribuntur: sicut &  
anima nostra in loco est, quia alicubi  
præsens est: & localis, quia quod ali-  
cubi præsens est totum, alibi non est.  
Dicunt ureconsulti: Qui ubique est,  
nullo in loco esse censemur. At non in-  
est animæ linea, superficies, punctum,  
sicut corpori: finita tamen est. Ubique  
uero infinitum est. Finiti autem ad in-  
finitum nulla est proportio. Quod si  
anima tam est circucripta, ut cum a-  
licubi est tota, non possit esse alibi:  
quāto magis terrena corpora! Diuus  
Augustinus etiam de Christo post re-  
surrectionem ita sensit, ut dicat: Quo-  
modo discipulorum, cum esset in ter-  
ra, contrectatus est manibus: sic eorū,  
ascendens in cœlum, deductus aspecti  
bus: & ita uenturus est, hoc est, in ea-  
dem carnis forma & substatiæ, cui pro-  
fecto immortalitatem dedit, naturam  
non abstulit: secundum hanc formam  
*Corpus unum  
duobus in lo-  
cis nos est.  
Sapient. 11.  
Vnde Deus  
ubique.  
Quod ad O-  
ro. q. 41. Ad  
Aristot. 8.  
Physic.  
L. filius fam.  
Secundum.  
de leg. 1.  
Aristot. 8.  
Physic.  
Epist. 145. ad  
Consentum.  
Ad Dic-  
tum epist. 17.  
lib. 1. cap. 2. se  
fecto immortalem dedit, naturam  
non abstulit: secundum hanc formam  
ad Hieron.*

Quid sorbus.

non est putandus ubiq; diffusus. Corpus enim non est, nisi quod per loci spaciū aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita s̄istitur, uel mouetur, ut maiore sui parte maiorem locū occupet, & breuiore breuiorem, minūs que sit in parte quām in toto. His pro-

*In vita S. Germani.*  
Lamias non  
esse domi si-  
enul & albi.

cudibio de causis beatus Germanus existimauit fieri non posse, ut mulieres nocte simul in cauponā essent, & mariti lateribus accubarent. Legitur enim in eius Vita, quod cūm nocte quadam in diuersorio mensa iterum à cena sterneretur, admirans inquisie rit ab hospitib; cui cena pararetur? eiq; responsum sit, bonis illis uris ac feminis quae nocte uagantur. Itaque sanctus uigilare statuit, & ecce multitudinem ad mensam, uirorum ac mulierum uenientem: quibus ille mandans ne abirent, tota familia excitata quæfuit, num quem ex ijs cognolceret? His omnes uicinos ac uicinas esse dicentibus, singulorum qdib; per scrutatis, omnes in suis lectulis decum bētes inuenit. Itaq; statim omnes adiurauit: qui se dēmones esse confessi sunt. Sic & Simon magus eadem hora

*In S. Petri Vita.*

in conclaui cum Nerone, & foris cum populo loqui credebatur. Huc etiam pertinet, quod suprà Capite septimo secundi Libri, de prestigiatore magico, Magdeburgi cum equo in aëra condescendere uito, recensuimus.

LAMIAS NON INVEHERE eos morbos, quorum se fatentur effectrices esse: nec locum mereri in historijs, sed inter fabulas, que hac de re leguntur, exemplis ostenditur. Caput XLLL.

*Lib. II. Hist. Scotor.* **A**dmirabilem huius argumēti histriam ex Hestore Boethio historiographo proponam, ab Hie lib. 15. ea. 80. ronymo Cardano tamen refutatam: de Variet. re ut hinc de reliquis eiusmodi enarrarum.  
*Historia mī.* tionibus eodem censeatur modo. ea de Duffo ita habet: Duffus rex incidit in mor-

bum, non tam grauem, quām cunctis rege maleficā  
uel eruditis medicis (Scotorum tunc  
uiuendi modi, corporeaq; constituti-  
onis, quos nondū peregrini inuaserāt  
morbī, habita ratione) cognitu difficil-  
lem. Siquidē sine ullo ligno bilis, pi-  
tuitæ, alteriusū peccatis humoris re-  
dundantiae, uel ab humano tempera-  
mento lapsus. Duffum sensim affixit.

Noctu enim sub perpetua uigilia do-  
cumbens, in sudorem immensum sol-  
uebatur: interdiu uix dolore, quo no-  
cte laborauerat, leuatus, quieti se da-  
bat. Corpus lenta conficiebatur tabe,  
effero simillimum. Hęrebat curis rigi-  
da, uenas, neruos, & qua forma ac situ

constituta essent ossa humana, spectabili-  
bus ostendens. Suavis ac uniformis  
spirituum à corde motus: quod tactu

cordialis uenae, arteriæ deprehendere  
uitale humidum nihil temperie exces-  
sisse, demonstrauit. Viuidus illi color,  
aurium oculorumq; uigor integer ad-  
erat, & temperatus: frequentior cibi

potusq; appetitus. Haec sanitatis signa  
in languente, multo qd dolore affli-  
to, cum medici admirarentur, & quæ

suarum erant partium egissent, nihilq;  
inueniissent quo superfluuus noxiusq;  
sudor coiceretur, aut quod somnum

puocaret, sed rex in horas magis ma-  
gisq; sudore & continua uigilia ange-  
retur: uersi ad patientis cōsolutionem

(nam eorum sententia, huic foli locus  
supererat) precati sunt ut bene de salu  
te speraret, nec sibi deesset fore ut ex-  
ternorum medicaminū medicorūm  
que, quos ipsi oxyus accirerat, ope, quod

peregrinus & parum eis cognitus es-  
set morbus, aduentante uere, soleque

(uitæ in animatibus afferto) ad nos  
redeunte, sanitatem conserueretur.

Obortus est sub id tempus incerto au-  
thore rumor popularibus susurris, re-  
gem ueneficarum mulierum arte dæ-  
moniaca, & non naturali morbo tabe-

Rumoris du-  
sus aucto riss  
potius satanæ.

Quorsumque  
aliquis nōn

scip-

scētem, per tam longa tempora corpore & uiribus cōfici: easdemq; apud Forres Morauiae oppidum, magicam & sortilegā artem in regis perniciem exercere. Horum fama sicut ut ad regis aures peruenit, ne austus rumor, re propalata, fascinatrices ut supplicium euaderent, in fugam ageret: mittūtur in Morauiam, qui an uera essent quæ ferebantur, perquirerent. Missi nuncij, itineris causam dissimulabant, & ueluti in eūdā pacis gratia inter Duffum regem & coiuratos Morauios, For res adiēre: <sup>a</sup> noctuq; in arcem admisi (steterat ea adhuc in regis fide) ob quā uenerat causam, Doneualdo arcis p̄fecto, ut imperatus eis erat, exponūt, eiusq; fidem & auxiliū ad negocium conficiendum implorant. Milites qui in arcis erant p̄fūdīo, tenuit nonnihil huiusmodi rei suspicio. Nam ex prostituta quadā (erat huic mater sortilegia & in cantatrix) dum blādiuscūlē eam tractaret amator, de regi ualedūtudinis tempore, modo, perpetuitate, quibus sortibus, quibus magicis car minibus uterentur Lamiæ, postea quā nonnihil audiuerat, sordibus indica uit, & illi Doneualdo, Doneualdus autem regis legatis: meretricemq; tem pestiuam tanti facinoris nūciam (erat ea tum fortè in arce) Doneualdus ad regis im p̄fūdīo confitit, & se accitam, quæstionibus quo ordine cuncta gerebantur, & in quibus ædibus, ubi fateri coegerat, mittit intem pesta nocte milites ad rem omnem explorandam. Hi in sortilegarum ædes foribus ui reclusis, irrumptentes, sagas, simulachra, & carminū recitatorum, in Duffum resultare potuit: <sup>b</sup> Quomodo nūc reu in sudorem saluus quisit, & macie conficit liquefente cera, quam cera igni admota facile & brevi tempore defiuat, regem autem longo tempore morbo hoc concomitante narravit? Quomodo etiam ex consumpta sera mors subsequi?

<sup>a</sup> Sparso dā manis opera eo rumore, de Duffi ualeatu apud Forres uita ta à Lamij, mulierculas dementatas, deus in eis. modi ludiorum ap paratum ex titare potuit, ut Duffum et subditos in incredulitate confirmaret, cedens fami narum prou rare, nouas que in Mora ueraces mi dacy incēde res si uera sit historia, quod minime credo.

<sup>b</sup> Quomodo simulachrum cereum lique factū potius ad regis im p̄fūdīo di gnoset?

Vnde in se m̄nusimo intercallo, us tollens, liquoris infus, simulachra, & carminū recitatorum, in Duffum resultare potuit? Quomodo nūc reu in sudorem saluus quisit, & macie conficit liquefente cera, quam cera igni admota facile & brevi tempore defiuat, regem autem longo tempore morbo hoc concomitante narravit?

tuum inuenierūt. Prehensē itaq; ocius sagae, coniectāq; in vincula, & tractas simul cum simulachro in arcem uoga taq; ad quid sub noctem carmina reci scens Sabantes, effigiem regis igni exponerēt: dū, q̄ns em responderent, dum simulachrum igni adhibitum torreretur, Duffum regem in stidorem solui: carminibus uero re confessus est. quibus Pli ciatatis, perpetua teneri uigilia, & ad litum dū, q̄ns em quescentem ceram macie confici: con sumptam autem ceram, regis mortem deret.

continuū sub sequitur amita se malos dæmones docuisse: ad facinusq; excethana uox, quendū, mercede à Morauoru pri nobis faci moribus conductas fuisse. Perciti ira Morauos instantes ad anus uerba, cōfracto simu flāmaret, p̄fachro, & sagas scelus graui luētes sup terquid quid plico, flamma consumeret, extemplo ilamente de curarunt. Ferunt, sub tempus quo hæc ob falsam per ob falsam per in Forrestensi arce sunt acta, regem lā fūsionis obiquore leuatum, & nocte absq; ludore cerentur: si ue quievuisse: postridieq; redeuntibus ui scribūt. ribus, quæ erant humana facultatis, d. Hichistō prompte egisse, perinde ac si nulla adriographum uerba ualedūtudine anteua fuisse detenbut, an sagas crescentibus uiribus sanitati breui quomodoq; factum sit, ne restitutus est.

Post huius historiæ, atq; eius argu menti aliatum enarrationem, in hunc e De uariet. scribūt modum: Cardanus: Doceamus, an inter tot miraculorum com menta quicquam ueri subfit, nam maxima partem fabulosam es. Duffus rū opera, uel se, atq; confitam, uel ipsi qui hæc constantissimè astruunt, negare non audient. Quæ igitur Boëthius refert, condæ historiæ haud iucundæ non ignauis author, allicidi letores car la conscripsit: ut quo Scythica facta moresq; tum regionis descriptio non delectarent, fabulæ saltē tedium manuerent. Neq; id uitiosum historico: sed ubi historia per se sterilis est, licet

eam iocis ac fabulis exornare. Quamobrem & iure ab his T. Liuius abstinuit: & Herodotus iuste damnatur. Tum uero maximè accedit, quod hæc Boëthius scripta inuenit, & factum ipsum extra historiam est. In ipsa autem historia enarranda, utpote moribus gentis, bellis, prælijs, numero cæsorum, aut nominibus eorum qui prælijs interfuerunt, quiuæ strenuè se gesserunt, familiarum initijs, causis bellorum, temporum ratione, gestis ac serie principum, quibus tanquam membris historia constat, fuit diligentissimus. Quinetiam in his quæ ad historiam pertinent, nihil tam exiguum fuit (talia autem sunt, regionis & urbium situs, magnitudo, oppida, insulæ, nemora, montes, planitarum noua genera, animalia quadrupeda, aues, serpentes, pisces, soli fecunditas, uerorum uicissitudines, cœli clementia, stagna, paludes, distantiæ, ceteraque; omnia quæ rara sunt, intelligenda historiæ accommodata) quod neglexerit omiseritque, aut secus quam est let enarrauerit. In talibus uero existimauit ornandam historiam, seu quod uera esse crederet, alioquin sacris philosophiæ haud initiatu. Quæ autem Berna & Pinnetus (quorum post, ubi de Incubo agitur, meminimus) & nostre ille rusticus, uitrum, capillos clausosque; euomens, & sonum cōfracti uitri in uentre, & horarum ictus in cordis sentiens, aut uidere, aut audire sibi persuadebant, partim uera, partim falsa esse reor, nam uerè aliiquid uidere, diuque in uisione perseverare, ni aliiquid sit quod uideatur, absurdum est. Vident tamen quædam, tum audiunt: atque causam horum in atram bilem reiçere oportet, quæ partim cibis & potibus, & aere & mortore, timoreque; paupertatis, partim à cœli cōstitutionibus, partim ex consuetudine aliorum deli-

*Historia hu-  
iustifici lib.  
4. cap. 7. po-  
stea describi-  
tur.*

rantium cōtingit. Habebam ego olim amicum, cui contigit, ut in una harum uallium octodecim menses commorari cogeretur. Vbi redisset ad me, multa de his incredibilia, quamuis philosophiæ haud ignarus, enarrabat. admonui hominem, ne amplius talia proferret, ni pro fatuo haberi uellet, & uitæ periculum subire. Immiscuit itaque; se negotijs arduis: commutataque; uitæ ratione, dum aliorum consuetudine fruitur, ad se redijt. Seminis quoque ac mestrui sanguinis retentio, pluribus causa est huius morbi, aut ortus, aut incrementi. In uniuersum, tribus maximè hæc deceptio constat: atræ bilis imaginibus, cōstantia ipsorum qui hac labe correpti sunt, ac fraude iudicium. Nam olim permisum erat, ut item accusarent, condemnarentque; ad quos damnatorū bona redibant. Unde ne hos miseris adeò iniuste damnare uiderentur, multa fabulae addebant. Cæterum in illorum examine confessionibusque nihil non inane aut falsum, aut inconstans, aut nullius momenti reperiebatur, præter contemptam religionem. Quædam enim Christum abnegabant, aliæ sacrificium ipsum inter uestes consuebant, conspuerant aliæ imagines diuorum, atque alia similia perpetrabāt. Sublata primùm in hos miseris ac infanos potestas fuit à sapientissimo senatu Venetio: cum animaduerteret ed pro-gressam illorum luporum rapacitatem, ut omnino infantes damarent spe prædæ: neque; contemptor diuini cultus quærebatur, sed divitiatum posse. Inter hæc exorta est Lutheranorum secta: cumque; in hac, quod per urbes propagaretur, non iam miseri, sed opulentii deprehenderetur, omissa priorū cura, ad hos conuersti sunt. Sed nunc cum illis mitius agitur, ut omnia uel stulticie uel avaricie plena esse compe-

*Dominicani,*

*Opus aliorū  
non religiōnē  
querunt inī-*

*qui indices et  
inquisitores*

comperias. Hi ergo (ut ad propositū redeam) quandoq; sibi uidere quædam perfaudebant, atq; audire: postmodum rem ipsam ex propria levitate augebant mendacijs, tum uero multuis collo quijs (ut dici solet) è culice elephas exoriebatur. Nam & plerisq; hominibus quandoq; aliqua insolita uidentur audiuntur q; sed ea contemnentes, sanoq; iudicio abigentes negligunt. Hucusque Cardanus: qui interdum contigisse quoque perhibet, ut alius, quem maleficio affectum uoluerint ha mulierculæ, naturali causa eodem tempore in mortibum maleficio congruum inciderit: quo cognito, à maleficio prognatum esse credeatur, quoniam morbi natura & tempus conueniebant. Sic anu dementata falsa suggestione phantasmam uitiat naturalis morbi, illiusq; exitus conscientis dæmon: & reliquos ob incredulitatem eo modo illudi permittit Deus. Quum uero censores à rerum naturalium cognitione essent alieni, minusq; in literis Sacris exercitati, in historias (quicquid id est) ex sua opinione retulerunt: quod paulatim auctum exornatumq; materiem uberm huic stulticie præbuit.

Quemadmodum uero huiuscmodi narrationes à compluribus in historias relate sunt, qui tū ob imperitiam rerum, tum per nimiam credulitatem quicquid aut uulgè dicitur uel iactatur, aut ab alijs traditur, non solùm fieri posse, sed etiam reuera contigisse sibi persuadent ex superiorum temporum exemplis: quæ cum fabularum sint in uolucro testa, fidem historiæ a- 40 pud illos sibi uendicant: sic illa de Duffo mendacia, uideur & originem & auctoritatem sumplisse à poetarum narrationibus de Meleagri Oenei regis Ætoliae filij interitu, stipe fatali combusto. Cum enim grandis aper-

Ætoliam deuastaret, Meleager ad eū occidendum cōuocauit proceres. Ex quibus Atalanta uirgo cum aprum pri ma uulnerasset, Meleager eius amore captus, postquam aprum occidisset, ei caput apri dono dedit. Quod ægrefrentes duo Meleagri auunculi, caput uirgini uolebant auferre: sed Meleager illos occidit. Tum Althæa soror oculorum, & mater Meleagri, ut necem fratrū uindicaret, fatalem stipe-  
Ouid. lib. 8.  
Metamorph.  
stipem Stipes talis.  
igni imponēs, Meleagrum pariter ex-  
uulit. Nam Meleagro recens nato, Al-  
thæa mater pedit Parcas igni stipitem imponere, dicentes: O' puer tam diu uiues, quām diu hic stipes. Althæa et ego Parcis abeuntibus mox stipitem igni subtraxit, & diligenter custodiuit. Iam uero erga fratres pia, sed erga filium impia, illum stipitem rufus igni imposuit: quo combusto, Meleager etiam exustus est.

In Annalium Flandricorum lib. 16. scribit Iacobus Meyerus: Legi ali- quid horrendum contigisse Atrebati anno quinagesimo nono supra millesimum quadragecentesimum, complures scilicet suis inhumaniter igne crematos, qui non esse occultas coiti- 30 ones habuère cū diabolo, unde magna accepere pecuniam. Viri primati mulieresq; complures indicijs cre matorum deprehensi, quidam capti & saeuissimis tormentis admoti: 4 alij pecunia ut redempti: nonnulli solū uerterunt: 6 quidam uero in poenis adeo cōstantes suére, ut nihil cōstiterentur. 7 Fuissent referunt quidam ex iudicibus adeo derestabiles, ut quosdam sibi inimicos indicari curauerint tan quā consciens, reis in tormentis ad hoc coactis. 8 Addunt in nocturnis illis cōuentibus ex omni ordine statuq; mortalium uiros mulieresq; interfuisse, & eos ibi diabolū in humanam effigiem transformatum adorasse, cuius tame i

nunquam uidebant faciem, in illius uerba mandataq; iurasse: <sup>9</sup> conuiuio ab illo parato largiter epulatos, <sup>10</sup> inde extinto omni lumine quemq; cū sibi proximè oblata promiscuè concubuisse: sine ope diabolica in sua unde exierant, loca restitutos.

1 Hæc lecta & scripta, ut in hoc negotio diabolico multa alia, ex errore uel confessionis uel iudicium uel vulgi.

2 Pecuniam diabolus polliceri uel falsa ingesta opinione, uel apparenter solet, eaq; pollicitatione suos ditare: sed non exoluere, imo eiusmodi ludi-brijs ludificari,

3 Vides iudicium imperitiam, iniquitatem, saeuitiam & tormenta non ferenda.

4 Quod iudicium auariciam pecunia satiare maluerint, quam in innocentia excarnificari, & ad confessionem enormibus torturis compelli.

5 Ut euitarent sanguinarias truculētissimorum iudicium carnificumque manus, licet foeminae innocentes reuera existenter.

6 Distracti licet cruciatibus, diuina tamen ope in innocentia constantes mansere.

7 Inde liquet, quæ flagitia in carceri <sup>30</sup> bus sepe extorqueantur, potissimum in hoc negotio obscuro & dæmonaco, atque à iudicibus priuatæ ultiōnis, rerumque alienarum nimis cupidis, quin imo insatiabilibus harpyis.

8 Quod ex omni ordine statuq; mortalium, &c. scribat, meras fuisse præstigias, nil nisi ludibria, uitiatam phantasmam, mentem Iesam, imo somnia mera, quilibet alicuius iudicij, haud obscurè intelligeret.

9 Somnorinū cōniuum, id quod hora matutina quum surgerent, & more solito post elurirent, facile senserant.

10 Vbi nullum erat lumen, extinguī minimè potuit: proinde somnium est

merum, uti & congressus ille promiscuus, quum è suo lecto non fuissent moti: quare & sine negocio, & demoris ope reuera suis stationibus, quas non reliquerant, restituebantur, nihil que uerius in tota ea narratione existit. Hoc modo si reliquæ eiusmodi historiæ excutiantur, concedet mendaciorum pallium.

10 STVLTA LAMARVM PHANTASIA, & historiarum eius argumenti falsitas, ex Iohannis Grammatici historia Danica demonstratur. Subiungitur et aliud lepidum phantasticæ mulieru exemplum. Caput XV.

S Tulticia hæc phantastica ut omnium oculis euidentissimè pateat, ex Ioanne Grammatico ascribam bona fide historiā, ab eo ut uera inter reliqua intextam: quam tamē merè mendacem, aut mendacijs egregiè exculta (quo d'equidem cum docti alioqui uiri uenia dictum cupio) facilè is iudicabit, qui ad rationis trutinam reuocari, num grato, imo uirulento epuli gaudi, rationis atq; eloquètiæ sumnum munus, ac manuū feliciter cōserendam donum consequi quis possit. Ita scribit lib. 5. Historiæ Danicæ: Erat Eri-cus & Rollerus Regneri pugilis filii, patre eodem sati, diuerlaq; editi matre. Matrē quippe Rolleris, eandemq; Erici nouercā, Cracam uocabant. Mititit Rollerus à patre, cognoscēdi causa, quæ domi interim dum absuissent, essent asta. Is ut maternum fumare turgurium uidit, foris accedens, paruumq; foramen furtiuia luminis applicatione traiiciens, introspecta qde, animaduertit matrem in furni cacabo cōstilla pulmenta uersantem. Suspexit præterea tres colubras superne tenui recte dispensas, ex quarum ore profluatibus guttatim humorem epulo ministrabat: duæ quippe colore piceæ erat, tertia squamis albida uidebatur, reli-

quis modicò eminentius pensa, hæc  
nexū in cauda gestabat, quum cæteræ  
immissio uentri funiculo tenerentur.  
Ille rem maleficio consentaneam ra-  
tus, silentio quod uiderat pressit, ne  
matrem ueneñi cij ream astruere puta-  
retur. Ignorabat enim innocuam an-  
guim exiſtē naturam, nesciis quā-  
tum uigoris illo epulo pararetur. Su-  
peruenientes deinde Regnus & E-  
ricus, ut fumidam aspexere casam, in-  
gressi discubitus periuere. Quibus  
ad mensam sitis, Craca priuigno filio-  
que unā cibū capturis, catillum disco-  
loris dapis admouit. Pars quippe pi-  
cea, sed croceis guttis interlita, pars  
albida uidebatur; quippe pro uaria  
serpentum specie, geminus pultem co-  
lor infecerat. Cuius quum solam eter-  
que particulam delibasset, Ericus non  
ex colorum habitu, sed interni uigo-  
ris effectu epulas estimans, nigrantem  
dapis partem, sed succo potiore con-  
fectam, catino quām celestrimē uerfo  
ad se tranſtulit: albidamq; sibi admo-  
tam prius Roller applicans, cenam  
felicius gesit. Et ne mutationis indu-  
stria notaretur, Taliter inquit æſtuante  
fretō puppim in proram referri so-  
litam. Nec tenue uiri ingenium fuit,  
industrij operis dissimulationem à na-  
uigi consuetudine mutuantis. Ericus  
itaque fausta iam dape refectus, inter-  
na ipius opera ad summum humanæ  
sapientiæ pondus euasit. Quippe epi-  
li' uigor suprà quām credi poterat, om-  
nium illi scientiarum copiam in gene-  
rauit, ita ut etiam ferinarum pecu-  
diumq; uocum interpretationem cal-  
leret. Neq; enim solum humanarum  
rerum periūssimus erat, uerū etiam  
sensuales brutorum sonos ad certarū  
affectionum intelligētiā referebat.  
Præterea tam comis atque ornati elo-  
quij erat, ut quicquid differere cu-  
poret, cōtinuò prouerbiorū lepōre poli-

ret. At ubi superuenies Craca cōcham  
transpositā, partemq; pultis potiore ab  
Erico comesam cognouit, fortunā  
filio præparatā, priuigno cessisse con-  
doluit. Cui mox gemebūda supplica-  
re cœpit, ne unquā sua fratrem ope de-  
ficeret, quem ipsius mater tot nouę fe-  
licitatis opibus cumulasset: quippe sa-  
pido unius epuli gustu, rationis atque  
eloquentiæ summam, necnon geren-  
dorum prospèrè conflictuum gratiam  
assequutus uidebatur. Adiecit quoq;, Rollerum propemodum cōſiliū capa-  
cem, futurumq; ut destinati sibi obſo-  
niū proſus expers non effet. Monuit  
quoq;, si ſuprema necessitatis uolenti-  
a poſtularet, nominis ſui nuncupati-  
one remedium celerius elle quæren-  
dum: affirmans, ſe diuina partim uirtu-  
te ſubnixam, & quaſi conſortem cœli-  
tum, iſitam numinis gestare poten-  
tiam. Ericus ſe ad aſtantū fratri, natu-  
rā pertrahī dixit: probroſum referens  
alitem, qui proprium polluat nidum.  
At Cracam magis propria moleſtabat  
incuria, quām fortuna filiū grauaret  
aduersa. Artificem enim ingenio ſuo  
deludi, magnū olim ruboris incita-  
mentum fuit. Hæc Saxo. Quod nulla  
creatura, multo minus uirulenta an-  
guim tabes extillaticia, gignat ratio-  
nis & eloquentiæ ſummi donum,  
aut proſperitatem in bellis donet, ſed  
peculiaria illa Dei elle munera, tam  
et manifestum, ut bonarum horarum  
malē impensarum meritō inſimulari  
debeam, ſi huic conuelendæ historiæ  
diutius immorer. Præterea ſi confe-  
ſum hoc uenenosum eplum ab Eri-  
co uoratū illis pollebat uiribus, qua-  
re in Roller filij uſum non denud ad-  
ornabatur cautiſ, maximē cum iſitam  
illam numinis potentiam ſecum  
gelandet Craca: niſi mendaces huius  
cōdimenti uirtutes ſemel alicui eden-  
ti conſecratas, cum benedictiōne qua-

Ille filium suum Iacobum confertim  
extremo bearit, conferendas, ridiculè  
quis urgeat. Mirandum interim sum-  
moperè, tam manifesta mendacia à  
præclaris illis ingenij inter res uerè  
gestas describi, citra præmonitionem  
commenti alicubi lecti uel auditii: sic  
tutor eorum foret lectio.

Porrò ex Chronicis Angliae hanc  
Rogeri historiam similis fidei, uti &  
superiores non pauca fuerunt, hic an-  
nentere uolui in gratiam cuiusdā Gal-  
li, qui se fēto nomine Leonem Suauiu-  
nuncupat, & in Compendio Paracel-  
sico doctrinæ occasionem me repre-  
hendendi emendicās, fortè quod nō  
nihil uerè nimis de Paracelsi aſſeclis  
narrarim, inter alia admodum friuola  
obijcit, quod̄d historiarum authoritatī  
fidem derogem, cui hoc nomine iusta  
apologia ita satisfactum iri arbitror,  
ut non temerè poſthac prurientem ca-  
lamum in me immeritoſ sit striturus:  
quemadmodum & Gerardum Dorn  
Paracelsi discipulum irritauit, à quo  
digna defensione, ut debuit, exceptus  
est. Historia hoc modo describitur: In  
insula quadam Deysa fuit quædā pu-  
ella, à cuius nomine insula dicta est,  
quam licet miles quidam deperiret, 30  
in eius tamen complexum nō admit-  
tebat quamdiu uiueret. Defunctam  
uerò iniij, ijs uerbis subiunctis, Quod  
cum uiua mihi denegatum fuit, cum  
mortua perpetrai: moxq; ingressus  
in cadauer satan inquit, En excitaſti  
in me filium, eumque prognatum tibi  
deferam. Post nouem inde menses fi-  
lium abortij, eumq; ad militem per-  
tulit hoc mandato: En quem excita- 40  
tum à te filium, cuius abſcissum caput  
tibi referua. Quandoconque enim ho-  
stem uincere, uel substantiam eius cor  
rumpere uoles, capit is abſcisi uultus  
disco regatur, respiciens hostem tuum  
uel illius bona, & euestigio interitum

ſentient. Quum uerò definire uolue-  
ris, uultus detersatur, & cefſabit cala-  
mitas, atque ita contigit. Multo pōſt  
tempore miles ille uxorem duxit, quę  
ſæpius ex eo ſciscitari ſolet, qua arte  
aut ingenio fine armis & auxilio ſuū  
tinceret hostem? hic rem aperire no-  
luit, imperato uoxi silentio: quę tandem  
eo abſente arcam reſeruauit, in ea  
ſe aliiquid inuentaram quod hoc face-  
ret, ſperans: attonita autem ad abomi-  
nandi huius capitis aſpeſtum, confeſ-  
tim illud in Gulfo Sataliae abiecit. E-  
iusmo di historiarum patrocinium fu-  
ſcipiat noster Suauius, earundem fide-  
prius inquisita, & pondere exactius  
penſificul, ac penes æquum Lecto-  
rem ſter iuſta censura.

At fabularum pertæſus, factum ue-  
rum ſubne Etiam, non illepidum, nec à  
noſtro inſtituto planè alienum, effetae  
cuiusdam mulieris phantasticæ. Phan-  
taſticos enim quandoque à commu-  
ni ſenu deuios appellat vulgus: &  
phantasiam, intellectus uel rationis, Phantasiæ.  
uel cogitationis depravationem. Ea  
miſera in Vualdsalia cōſiciebat phar-  
maca, & uaticinabatur circa annum  
1555. Quamobrem ab earū diſtiorum  
adminiſtro ad quæſitionem uocata, uo-  
lens interrogata deludere, amentiam  
aliorum exprobrabat, qui eam ſeſta-  
rentur. Cūm uerò tormentorum mi-  
nis grauius premeretur, ſe inquit ex  
eorum eſſe numero, qui vagabundi  
Germanis dicuntur spiritus, & quorā-  
nis quater corporis quaſi exaniime re-  
linqui, ſpiritu interea longius euagā-  
te ad ſolennes cōtūs, conuicia & cho-  
reas, quibus quoq; intereffet Cæſar:  
atque ſibi codicilloium à Cæſarea ma-  
iestate donatorum authoritate, licere  
medicari, futura prædicere, necnon  
ſpiritu euolante eos celebrare conuē-  
tus. Iuſſa eos oſtendere, protulit lite-  
ras Latinas ſacræ initiationis N, facel-  
lani

lani Cæsareæ maiestatis, nunc episco-  
pi, in expeditione uersus Saxoniam  
Egeræ perditæ: item Agyrtæ cuius-  
dam schedas addidit, quibus ille sua  
unguenta, & execandi calculi artem,  
idque genus reliqua prædicabat. His  
testimonijs subnixa male feriata, ac à  
dæmone proculdubio delusa (si ex a-  
nimo hæc dixerit) anus, nihil non si-  
bi licere in propinandis pharmacis &  
diuinationibus confidebat. Sed ut de-  
fisteret resipiceretq; admonita, exilio  
puniebatur. Interim tamen sibi resti-  
tui codicillos maximopè cupuit, si-  
ne quibus nullum felicem successum  
ex arte consueta sperari posse, persua-  
sum fortassis habuit. Corpus aut̄ eius  
tanquam exanime uisum esse quum  
alij affererent, illi ignem admoueri, si  
denuò ita spectaretur, prudēter antea  
admonuerat Vualdalsiæ olim admi-  
nistrator Dominus HENRICVS VVE-  
SIVS, L. Doctor consultissimus, nunc  
Cancellarius Cliviae dignissimus, qui  
hæc mihi ordine retulit. Legeratis for-  
Fol. 64. tassis in libro Conformatum, de fra-  
tre Rodicofano apud focū dormiente,  
cuius manuī dæmon ignitum car-  
bonem admouerat: quem alter mox  
experrectus, ex diaboli manu eripuit, 30  
ut eo illum feriret, nisi euanisset.

AEREM NVLLO MODO A'  
Lamij turbari posse, & quomodo in hac po-  
tentia sue perfusionem à diabolo indu-  
cantur: item fruges non excan-

tari. Caput XVII.

*In aere conce-  
zando quomo-  
do à dæmons  
illudetur La-  
mis.*

Singulare insuper ratione in aëre  
concitando illuduntur hæc anicu-  
lae à diabolo, quæ simulatq; ex ele-  
mentorum motu, & naturæ cursu, ci-  
tius faciliusq; quam homines, muta-  
tionem aëris & tempestates fore præ-  
uider: uel alicui infligēdam ex abstru-  
fa Dei uoluntate plagam, cuius ipsum  
spectat exequatio, intelligit: tunc har-  
rum mulierculatum mētes agitat, ua-

rijsq; imbuīt imaginibus, & fuggeti-  
one multiplici, quasi ob inuidiam in  
proximum, uel ob vindictam adser-  
sus inimicū sint aërem turbaturæ, tem-  
pestates excitatura, & prouocatura  
grandines. Itaque eas intruit, ut quan-  
doq; silices post tergum, occidentem  
uersus proiectant: aliquando, ut are-  
nam aqua torrentis in aërem coniici-  
ant: plerunque scopam in aqua intin-  
gant, cœlumque uersus spargant: uel  
fossula facta, & lotio infuso uel aqua  
digitum moueāt: subinde in olla por-  
corum pilos bulliant, nonnunquam  
trabes uel ligna in ripa transuersē col-  
locent, & alia id genus deliramēta ef-  
ficiant: atque ut arctius eas satan illa-  
queet, diēm & horam sibi dictis ratio-  
nibus notas praefigit. Quum uero suc-  
cessum hæc uident, nimurum quascun-  
que desideratas in aëre turbationes,  
magis confirmantur: quasi euentus  
hic subsequatur ipsarū operationem,  
qua ne aquæ quidem stillam elicere  
possent. Nec sanæ mentis hominem  
opinari decet, futili uesanarum mul-  
ticularum actioni obedire elementa,  
& ad harum nutum institutam à Deo  
naturaliū rerum seriem impediri uel  
inuerti: quod haud dubiè continget,  
si harum arbitrio tempestates, plu-  
uiæ, grandines & fulmina inferirent,  
ut quando cunq; & quomodo hæc iu-  
beant, ea insequantur: sic quoque di-  
uina potentia ab humana uoluntate  
superaretur tāquam in seruitutem re-  
data, ut pulchrè docet Hippocrates.  
Recta itaque erit sententia hæc Sene-  
cæ: Rudis adhuc antiquitas credebat,  
& attrahi imbris cantibus, & repellit:  
quorū nihil posse fieri tam est palam,  
ut huius rei causa nullius philosophi  
schola sit adeunda. Si autem maligna  
imprecatione, aut certa uerborum ob-  
murmuratione, se aliquid non uulgare  
re perpetrate posse, in animum intro-

*Incantatio-* duxerint, cum Socrate dixerim, incá-  
num uerba- tiones esse uerba animas decipi-  
nihil posse. tria humanas aut secundum interpre-  
tationem, aut secundum timoris incus-  
tionem, aut secundum desperationem;  
que sane ne pili quidem facienda sen-  
tio, quum nullum effectum reuera na-  
turaliter producere queant, nec ob id  
etiam sanitatem in morbum commu-  
tare, quanquam ijs se posse falsò arbi-  
trentur uerulæ. at eiucemodi morbi  
à diabolo, conniuente Deo, ob horum  
hominum incredulitatem, maleisque  
conceptam de sagarum potentia op-  
tionem, se penumerò accersentur infli-  
gunturq;. Idem dictum uolo de frugi-  
bus, quæ nullo modo incantationum  
uerbis aut imprecationibus lœdi pos-  
sunt, sed à dæmonie quidem, Deo con-  
cedente, nel ueneficijs: multo minus 20  
ex queunt alio traduci, aliam licet op-  
tionem ex poetarum uberibus suxe-  
rint ueteres, ad nos quoque deriuata-  
tam. Hinc celebratur illa duodecim  
Tabularum lex:

*Sub tit. de In-  
terv. alijq.  
dilectis. 1.9.  
al. tit. n.*

QUI FRUGES EXCANTASSET,  
POENAS DATO: NEVE ALIENAM  
SEGETEM PELLEXERIS EXCAN-  
TANDO: NE INCANTANTO, NE  
AGRVM DEFVRGANTO.

*Plin. lib. 8. cap. 5.* Vera aut carmina & ueneficia qui-  
bus segetes pelliciuntur, atq; in agrum  
*C. Furij Cre-  
fini carmina.* transferuntur, docet C. Furius Cres-  
finus: qui è seruitute liberatus, cù in par-  
uo admodum agello largiores multò  
fructus perciperet, quām ex amplissi-  
mis uicinitatib; in inuidia erat magna,  
ceu fruges alienas pelliceret malefi-  
cijs. Quamobrem à Sp. Albino curuli-  
die dicta, metuēs damnationem, cum  
in suffragium tribus oporteret ire, in-  
strumentum rusticum omne in forum  
attulit, & adduxit filiam ualidam, atq;  
(ut ait Pilo) bene curatā ac uestitam,  
ferramenta egregiè facta, graues ligo-  
nes, uomeres ponderosos, boues satu-

ros. postea dixit: Maleficia mea Quiri-  
tes hæc sunt: nec possum uobis osten-  
dere, aut in forum adducere lucubra-  
tiones, uigiliasq; & fudores. omnium  
sententijs absolutus itaq; est.

Aliam, at non tam laudabilent fru-  
ges opesq; pelliciendi, haud tamē ma-  
gico carmine rationem, ob facti rarita-  
tem hic obiter interseram cuiusdā ci-  
uis oppidi non ignoscit apud Ultrai-  
sulanos, qui uiro doctrina & uirtute  
celeberrimo eam ipse explicuit, ac se  
ipsa re successu mire prospero exper-  
tum adiunxit. Hic in cœlibatu perst-  
it leuib; primū diuitijs dotatus,  
propria domi quadra uisitans. Quo-  
libet autem die sabbathi, lactis ebury-  
rati, quantum in septimanā integrani  
pro alimento sufficeret, uili redime-  
bat stipe, idque intrito pane secalino  
totum ostiduum prius sinebat acesce-  
re, quām eo frueretur, ne recentioris  
delicijs affectus nimis, eiusdem quoq;  
nimium absumeret. Illo oxygalactis  
condimento nō modò famem, sed &  
fistim sedabat, seq; recreabat, quum &  
cibi & potus locum suppleret. Vbi ram-  
en uel festiu temporis celebitate  
aut lœto spiritu incitatus, liberaliori-  
bus epulis geniū exhilarare, & perbel-  
lè cuticulā curare ueller, accedebat pri-  
ori mensæ secunda ex ouo uno aut al-  
tero: in quem usum & gallinam splé-  
dido pulmento, nimis lui sterco a-  
lebat. Ceterū aduersus frigoris qua-  
lescung; iniurias se quoque singulari  
dexteritate muniebat, gestando scili-  
cet in supremum tabulatum, deinde  
rufus deportando, donec incalesce-  
ret, quos paucos ligneos fasces semel  
coemerat. Hac arte perpetuò

*Algebat nudo clausa culuna foco:*  
Necullo opus illi erat lumine, præter-  
quam cœlesti, solis, quippe & lunæ:  
tempori siquidē inservire, eiq; se con-  
formare nouit non minus quām hi-

*Opes conge-  
reudi modus  
nen magicus.*

rundo, ciconia, aut ulla sic latitans bestia. Enim uero toto anni decursu sole decumbente, simul & ipse decumbebat: eo item ex oriente, ipse quoque apparebat: at lunæ usura erat rario. Ad hæc sua linteæ non minori frugalitate eluebat subinde, saponis loco galinæ sua stercore illito. Eiusmodi prouidentia lucro sine ullis sumptibus, dum aluit sustinuitq; & affectui ita satisfecit, ut quicquid ex suis facultibus quotannis rediret, in redditum usuram deponeretur: sic tandem in diuitem euasit virum hic Euclio, si diues sit dicendus, quem bona possidet. Et si hanc artem liberali detexerim animo, ne tamen imitari studeat ullus, protestatione minimè opus fore sperare uolo. Verum quid accidit? quod non minus pulchre quam uerè Co- 20 micus cecinit,

*Tenax requirit prodigum.*

Vix enim halitum reddiderat extremum, quum circa funus, mutata rei domesticæ forma, uario potus genere ita defunctum lugerent hæredes, ut etiam in eundem à calumnijs ob auaritia incomparabilis dedecus nō abstinenterent, seque alio modo inituros iactabant rationes: nec defuit euenu- 30 tus. Quicquid enim hoc tenacitatis studio multis congestum fuit annis, id breuiori tempore non tam laboriosè dissipabatur prodigalius. Sed adinstutum.

Porro ex rationibus supradictis nō immeritò admirari summopere, grauiterq; ex animo dolere cogor, annis superioribus apud ea Imperii, eiq; contigua loca, ubi clarius sonare Euange- 40 lij nox creditur, ob uitiatam tempesta te vineam, & dissectam quæ adhuc in herba erat messem, non ad Dei uel probantis uel punientis manum, men- tis oculos cœuertisse magistratus: sed ea neglecta, ad deliras lubricæq; men-

tis mulierculas numero plures respe- xisse, easq; in squalidos carceres, dæmonum hospitia & diram carnificinæ pertraxisse, ubi in excitatae tempesta- tis & inuestigæ iastura confessionem adactæ, Vulcano solenniter consecra- tæ sunt. Mente autem delusas fuisse à diabolo, qui earum phantasmam ludibrijs præstigijsq; corrupti, ut se fecisse 10 quæ nō potuere, confessæ sint (quemadmodum solent obfessi, melancholi, in cubo presi, Lycæones, cynæthropyi, dementati, fatui & pueri) dubium est minimè. Non enim mulieris malitiosæ, aut alterius maligni hominis uoluntati & potentiae aërem uel ele- menta, ut pro illorum mandato no- ceat, subiecisse iustū & multæ misera- tionis Deum, satis demonstratū est. Si diabolo potestas est aëris, hic Dei soli. *Ephes.*

us permissionē desiderat expectatq;, nocendi semper cupidissimus: ut hoc nomine absurdum errorem esse, inge- nuè dicā, si quis mulieris uetus, amē- tis & maleficæ imperio subiici diabo- lum credat. Hæc quidem ita illi subia- cet, nt cogitatione, sermone & aëtu, il- lius sepe uoluntati morem gerat: ue- rum ipse profectò huius nutui pro sua libidine obsequi potest minimè, etiā si uterq; idem expetat, cum Dei solius semper, & quādoq; si delia eius mini- strorum edito obedire compellatur. In rebus corrumpendis aëris conturbati uiolentia, uel quocunque modo, unius Dei nutum & cōsentum præsto- latur spiritus procellarū, ubi suos uel explorare, uel castigare instituit Deus: cuius ministri ueri, in Christi nomine, dæmonium subinde pellere poterūt. Proinde hos qui ueritatis luce ac ra- dijs ibi oculos configi arbitrantur, in aliam decuiri traducere sententiam & magistratum & plebeios: & quam se- dulò grauiq; sermone ab idolatriæ flagitio auditores reuocare conentur,

303

hanc quoq; eius nefandissimam speciem explicare oportuit, qua Lamiijs attribuitur id, quod solummodo ad Maiestatem diuinam pertinet, tempates nimirum pro suo arbitrio ciere, & grandinem prolicere: item quādo in rebus afflitis eousq; deiicitur animus, ut superstitem adhuc esse Deum, qui opem ferre queat, uix credatur.

Si quæ facentur dementatae manus, præstare ualerent, uix in generis humani sustentationem frumenta superessent: immò nihil in rerum natura incorruptum permaneret, nec quidem ipse homo consisteret: proinde etiam non tanto opus esset apparatu in bellis, ubi nihil non instrumentorum & materierum pestilentiissimarum cum grauiissimis sumptibus effingitur, quo hostis in perniciem cogi, ager funditus corrumpi, segetes prorius dissipari, uites radicibus euelli, aquæ penitus uitari queant: solum hic eiusmodi uerula, quam Lamiam dicunt, uoto & opinione celerius, unico nutu nō modò hæc efficiet, uerùm etiam copias ita affligit, urbesque & regiones conuallabit, ut se felices fore sint speraturi aduersarij, si in editionem permittantur. Quid hic opus sumptuosis tormentis? quid pulueris illius diabolici mole? quid globorum & sphærularum aceruis? quid mixto in funestorem perniciem lardo, uel quacunq; alia peste? quid igne in exurēdis oppidis, arcibus & pagis? quid numeroſa illa manipulorum, & potius mancipiorum satanæ caterua? quid equitū cataphraſtorum turba? Vnica hæc noſtra Empusa, ſola Lamia, omnipotentiā hic ſuam oſtenderet: quæ etiam in Turcam erit ablegāda, ut à ſubſidijs in perpetuum Christianiſini hōstem colligendi onere Germania ſemel ſubleuetur libereturq;. In media profecto luce cæcutiijſſe uidemur, qui amplam

304

hanc occaſionem tam ſtupidè neglexerimus. Sed dæmonis ope ſublimia hæc operari noſtras sagas, nec illius auxilium à Christianis admittendum eſſe, reſpondebitur. Hic uicissim mihi explicari uelim, cuius ope diſſidia ſeminentur propageturq; inter Christianos: cuius iſtinctu & adminiculo hōs &, cum primis principes, adē temere, frequenter ob rem nihili, faſtu uel inſolentia turgidos bella moſuere, urbes pacificas euertere, regiones uastare florentiſimas, ſanguinem innocentem quād poſſunt affluentifimè cum multa tyrranide effundere contingat: ubi uiolentiæ, ſtupri, adulterij, rapinæ, proditionis, latrocinij, & nefandissimorum quorumcunq; ſcelerū tam in amicos, quād in eos quos hōſtes uocant, quinimò dæmoniacæ colluuiet & flagitorum ſataniſorum frequentiſſima ſchola & asylum ſecurifimum! Quis hic architectus, quis Imperator, quis dux & reſtor? Nonne cacodæmon? Si itaque exitiosiſ id genus monſtris quibuscumque & diali- boli organis in bellis locus eſt, quare ille de negabitor noſtriſ Lamij: quæ non uulgari ratione, ſecūdum horum hominum opinionem, omnia perde- re, cœlum terræ miſcere, & hōstem in ordinem redigere poteſt, etiam abſque ſanguinis effuſione, ſi ita uoles: uel cum grauiſſimis eius cruciatiibus, pro ſuo arbitrio & libidine, citra ullā heſitationem, & ſine ſumptibus? Eam de Lamiarum potentia perſuasionem ad nos à mendaciſbus poetis deriuatā, in multorū etiam piorum animis tam tenaces adhuc egifti radices, ex ani- mo frequenter lugeo. at durum illud flagellum peccata noſtra mereri cer- tum eſt.

Quanquam uero, dæmonis iſtinctu diſta facinora perpetrare homi- nes, obiicitur: & uice uerſa, diabo- lum

lum ex prauorum hominum sugge-  
stione & uoluntate quoque operari:  
hic respondeo, ea non consequi ne-  
cessariò: & oportere distingui rerum  
substantias, unde actiones producun-  
tur. Alia enim est proprietas dæmo-  
nis, Dei spiritus ministratorij: alia ter-  
restris hominis. Ille quidem ut spiri-  
tus, in hominem se insinuare, eumque  
agitare potest, unde dæmoniacus, uel  
à dæmone ob sessus dicitur homo: ne-  
quit tamen in dæmonem spiritum se  
uicissim ingerere homo terrestris, ut  
inde similiter nomen mutetur, ope-  
returque.

Crassante crudeli bello inter reges  
Danie & Sueci anno 1563. ex castris  
Danicis scriptum est, Sueciæ regé in-  
ter suas copias circumducere quatuor  
uetulas Lamias, quæ carmine omnem  
Dano præpedirent uictoriam, ut nul-  
lum posset hosti facere damnum: &  
si qui à Sueciæ rege cingerentur ob-  
sidence, redderentur imbelles, atque in  
deditio[n]em proni. Ac licet famæ huic  
prius nulla fuisse data fides, postea ta-  
men unam ex his Lamijis captam fuisse  
à militi generosi comitis à Schwar-  
tzeburch Gunthardi, ducis exercitus,  
quæ ea confiteretur, scripto addeba-  
tur: quemadmodum & circa uias in  
puteis & locis aquosis limosisq; inuē-  
ta fuisse extracta longè fila, quibus li-  
gneæ crucis multæ aliisque charac-  
ters appendebant.

Si uera est historia, grauiter utrinq;  
delictum est contra manifestum Dei  
Luit. 10. Deut. 18.  
mandatum: à Sueciis, quod ueritatem  
opem accierint: à Danis uero, quod  
sibi à magicis illis præstigijs & dæmo-  
num ludibrijs timuerint. Enim uero  
amentes illæ anus reuera nihil hic po-  
tuere, quanquam secus fortassis erant  
persuasæ à mendaciorum architecto.  
Ceterum permittit sè penumerò Deus  
iusto suo iudicio, eos qui dissidia no-

306  
lunt, in reprobam tradi mentem, & ad  
foliorum arborum agitationem perti-  
mescere exhorrescereq;

Ne aut inaudita talis in bellicarum  
desperationū conatibus videatur ma-  
chinatio, ascribere non grauabor, cu-  
iusmodi flagitium ad extorquentos  
dæmoniacis fraudibus imberes è clau-  
sis celis non minus doctè quām piè  
enarrat Ioannes Louianus Pontanus  
lib. 5. belli, quod Ferdinandus Senior  
Rex Neapolitanus cum Ioanne Ande-  
gauensium dice gesit. Hæc doctissi-  
mi uiri sunt uerba: Etiam prima rube  
sciebat aurora, quum hostes conspica-  
ti ascendentem militem, superatē q;  
montis ardua, relicto castello, tormen-  
tisq; non expectato primorum ascen-  
su, cum captiuis per mōtes citato gra-  
du Suesam se recipiunt. Rex territa-  
bundus, quanquam oppidanis exci-  
dium, direptionem cædemq; minita-  
batur, irrito tam incepto paucis pōst  
diebus inde abiit. Verū enim irrita  
obsidionem, utq; incassum cederent  
conatus tanti, fusus repētē cœlo nim-  
bus efficit, laborantibus ac penè ene-  
atis siti popularibus. Nam quod men-  
ses aliquot nulos aëris imberes dederat,  
& quod in cisternis erat collectum a-  
quarum, id omne exhaustum cum ef-  
fet, languentibus maximè agrestibus,  
cunctis deniq; ob aquarum inopiam  
extrema metuentibus, nefariū ad sa-  
crum magica que ad maleficia concur-  
sum est: quod in summis miserijs ul-  
timaque aquarum penuria perditissi-  
mis à sacerdotibus commentum es-  
set, dum impiè agendo, Dei simul iras  
& aëris turbationem ac tempestates  
excidunt. Inuenti enim ex oppidanis  
atq; ob sessis sunt, qui nocturnis in te-  
nebris, deceptis castrorum uigilijs, per  
asperrimas rupes furtim profecti ad  
littus, trahentes secum imaginem afi-  
xi ad crux Christi, maleficiis illam

prius ac diro persecuti carmine, pōst  
in māre execrabundi immerserint, cō-  
lo, mari, terrisq; tempestate impre-  
cati. Quo etiam tempore sacerdotes  
quidam mortaliū omnium sclestissi-  
mi, dum satisfacere profanis militum  
artibus student, ritum nefarium secu-  
ti, quo, ut dictum est, in huiusmodi ne-  
cessitatibus elici imbræ putantur, as-  
ino pro ædis foribus constituto, tan-  
quam agenti animam cecinere fune-  
stum carmen. Pōst diuina eucharistia  
in illius os palatumq; iniecta, conclat-  
matum asinum funereis cantibus, ui-  
uum tandem ibidem pro templi fori-  
bus humauere. Hic uero uixum per-  
fecto sacro obnubescere aēr, ac mare  
agitari uentis cum cœpisset, diesque  
medius offundi tenebit, ac nunc cœ-  
lum micaret ignibus, nunc lux omni-  
no eriperetur, tonitru cœlum terræq;  
horreficerent, uolitarent euulsæ uen-  
tis arbores, descissaq; fulminibus faxa  
complerent auras frigoribus, prorup-  
pit tanta è nimbis pluia, imbræque  
tam ualidi, ut non cisternæ modò col-  
ligendis aquis satis non essent, sed a-  
rentia faxa rupesq; exustæ solibus tor-  
rentes undequaque prolapsos diffun-  
derent. Itaq; rex, qui sola in siti potiū  
di oppidi spem collocauerat, frustra  
ab ea habitus, ad Saxonem uetera in  
castra redij. Ceterū existimare Deū  
iratum, beneficium pro scelere refer-  
re, neq; pīj est hominis, neq; rerum na-  
turæ callentis, atq; peruestigantis cau-  
fas. Quo enim maiores inualuerunt hy-  
eme sine æstate æstu, cœlique ac terræ  
ficcitates, ed tempestates consueuer-  
pōst sequi fœdiores, nimbiq; magis 40  
procellosi. Adhæc, si quando natura-  
les tempestatū turbines præuidet dia-  
bolus, tunc ad prædictarum blasphem-  
iarum studia excitat, quos ciuismo-  
di impietatis cultores nouerit.

Bellis porrò motibus digressus

nonnihil, ad tempestatem Germani-  
cam, cauis paulo antè menini, reuer-  
tor. Hic nec illud silentio erat sepeli-  
endum, quod quum ea in illis grasa-  
retur oris, eodem tempore uariū pro-  
cellosatum earum nubium exortū de-  
fixis oculis se uidisse, & attentius ob-  
seruasse in diuersis, etiam longè dissi-  
tis prouincijs, nimirum ducatu Vuir-  
tembergē, Franconia, Bauaria, Saltz-  
burgō, Vienna, mihi asseruerit uir no-  
bilitate, prudentia, multijuga lectione  
& uario rerum usu eximius, qui citat-  
is equis die no etiūque citra ullam cū-  
Etationem ijsdem diebus per eas festi  
natiſſimè pernolabat ditiones ad Ce-  
farem, tractum tempestatis & damni  
illari ubique singulare considerans stu-  
dio: nec animaduertisse quicquam,  
quod ad Lamiarum opus potuerit cō-  
torqueri, ait. Cum stupenda se adhæc  
admiratione excepsisse affirmauit, q;  
rediens ex hospitis relatu in itinere  
cognouerit, quasdam fœminas appre-  
hensas, carceribusque traditas esse, ob-  
accitam tempestatem damnosam, ma-  
xime apud eos quos alia mentis oculi  
acie de diaboli potentia, & delusarum  
sagarū ludibrijs censere decevit, quām  
facere uulgus solet, propter peculiare  
& indefessum Theologie purioris stu-  
dium, cui se hi mancipasse creduntur:  
unde non obscurè licuit elicere dilu-  
cidos eiusmodi plagarum authores &  
causas. Exemplum in Iobō minimè  
dubium proponitur. Punitionis quo-  
que similis minæ euidentissimæ in  
Prophetis legūtur, aduersus eos, qui-  
bus ad diuinæ nocis monitionem au-  
res obduruere. ut Aggei 2: Percussi  
uos uento urente & aurigine, atque o-  
mnium manuum uestrarum opera, &  
non fuit qui ad me conuerteretur. Et  
cap. 1. Ponite corda uestra super vias  
uestras, dicit Dominus. Seminasti  
multum, & collegisti parum, &c. Et  
in-

infrā: Respexitis ad amplius, & factum est minus: & intulitis in domum, & ego exustavi illud. Propter hoc, inquit, super uos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem: & terra prohibitum est, ne daret germen suum, &c. Item Iohelis 1. Dissipata sunt horrea, disiectæ apothecæ, confusum est tricuum, ingemuit animal, &c. Leuit. 26.

Copiate item  
Diuine. 28.

Si non feceritis mandata mea, dabo celum uobis desuper ferreum, & terram æneam, & consumetur incassum labor uester, &c. Si autem in præceptis meis ambulaueritis, dabo uobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum. His & Iohelis 2. rerum ubertas promittitur: Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. & dicit: Ecce ego mittam uobis frumentum, uinum & oleum, & replebitini in eis, &c. Ecclesiast. 39. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequisimis bona & mala. Initium necessariæ rei uita hominum, aqua, ignis & ferrum, sal, lac & panis similagineus, & mel & botrus uiae, & oleum & uestimentum. Hæc omnia sanctis in bona, si & impio & peccatoribus in mala cōuertentur. Sunt spiritus qui ad uindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Erin tempore consummationis effundent uirtutem, & furem eius qui fecit illos confundent. Ignis, granulo, famæ & mors, omnia hæc ad uindictam creata sunt.

Ex animo itaque præmonitos uolo eos, qui in prædicto errore etiamnum cōquiescant, nec in aëre turbado Dei manum circa hominum cooperacionem agnoscere uolūt, inuectaq; inde damna hominum arbitrio imputant, ut resplicant adhuc, ad quam uocem si eorum ut præfectorum occalluerit animus, in tam inextricabilem diaboli labyrinthum eos prouolutum iri

310  
præfigio, unde nullum educere poterit Thesei filum, sed solius miserentis Dei filius: tam frequentes carnificinas archire &abitur accumulabitque Dei & hominū hostis ut iuratissimus, ita & sanguinis innoxij cedumq; impiarum sitietissimus Beelzebub. Nec dubito, quin oculis palam hæc proponet eventus: quod Deus pro ineffabili sua bonitate clementer dignetur auertere. Falsus enim malo audiri uates: sed me uestigia torrent. Exempla noui complura: quid iam alij cum magno suo malo & reipublicæ detrimento experiantur, ipli certiores erunt testes. Telam contexere longam & inexplicabilem in hominū ruinam existimq; milleartifici non erit difficile, potissimum apud quos ex uoto succedere institutum uidet, ubi nimirum ob peculiare suum ex Dei affensi factum, in uitam insontem porrò saeuiri anima duerit: tum necrum cōsequuntur, alia similia, uel etiam tertia molitur, quibus in sua nassa arctius constringit, arq; ex Charybdi in Scyllam propellit, quos suis strophis pronas of ferre aures comperit. Hic sanè saepius conniuet Deus meritò, ob inuidiam eorum incredulitatem, qui, licet aliter Sacrarum literarum lectione, maximè ex lobo, instituti, nō tam Dei iusfi manum uel probantem uel castigantem agnoscut in segeti, uinearū & pecorū perditione, quam singularē eius misericordis benedictionem & gratiam in annone affluentia amplectuntur.

Nec hic prætermittere oportuit, cīc citer id tempus, quo Germaniæ superioris prouincias illa tempestas calamitosa afflixisset, me quoque pro rerum mearum forte haud leue passum iacturam ex grandinis, uel potius glaciei procella, in ditione Raustensteinisi, non procul à Graavia. Ea segetes feliciter messas, & in agro per fasces

quaternos coniunctim ad excitandum,  
ut apud nos moris est, dispositas, ita  
dissegit ac excussum, ut omnino tritura-  
tas eas, & agrum denuo satum dixi-  
ses: unde nec eum conserere in proxi-  
mum annum, sed terram arato solum  
euertere uoluit uillicus, ut quae abun-  
dè nimis frumento saturata, & seori  
reddendo facta idonea fuerit. Ramos  
quoque simul ex arboribus quasi se-  
curi lectos, per arua sparsim disseitos  
fuisse ex eius glacie uiolentia uidi. Re-  
sto autem ductu, nec sparsu, hic flauit  
spiritus, ut ferè nihil aut parum infor-  
tunij utrinque senserint proximi agri.  
Atqui Virgilio ethnico, circa messem  
non tam miraculosa fuit uisa eiusmo-  
di turbatio aeris, Georg. i.

Sæpe ego, cum flavis messorem induceret aruis  
Agricola, et fragili iam stringeret hordea culmo, 20  
Omnia uentorum concurrere prælia uidi,  
Quæ granidam late segetem ab radicibus imis  
Sublime expulsa eruerent, ita turbine nigro  
Ferret hyems culnumq[ue] leuē, stipulasq[ue] uolantes.  
Sæpe etiā immensus celo uenit agmen aquarū,  
Et secundam gloriam tempestatem imbris atri  
Collecta ex alto nubes, ruuit ardus aether,  
Et pluia ingenti sata leta boumq[ue] labores  
Diluit, implentur fôsse, et caua flumina crescunt  
Cum sonitu, feruetq[ue] freuis spirantibus æquor.  
Ipse pater media nimborum in nocte corusca  
Fulmina molitur dextra, quo maxima motu  
Terra tremit, fugere seræ, & mortalia corda  
Per gentes humilis stravit paucor. ille flagrantि  
Aut Atbo, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo  
Dejicit, ingeminat Austri & densissimus imber,  
Nunc nemora ingenti uecto, nunc littora plangunt.  
Hæc profecto syncerè & singulari ani-  
mi studio sibi proposta meminerint,  
qui ad se admonitione percinere can- 40  
didam arbitrabuntur. Si uero plerisq[ue]  
indolis morosæ hominibus recalcitra-  
re, ac in me petulanter uel serio in sole  
scere lubeat, ijs quidem per me licet,  
dum modò aduersus cōscientiæ & ue-  
xitatis testimonium non laborent, &

312  
Dei gloria ac reipublicæ Christianæ  
quies utilitasque requiratur.

Ansam uero huius incredulitatis  
pronam admodum obtulerunt rusti-  
ci, fiducia in Deum uiua minus confir-  
mati: qui multifariam hoc etiam tem-  
pore secundum eorum incredulitatem  
uexantur à satana, ut alias lac adem-  
ptum, alias foetum, alias segetes, alias  
10 armentum etiam interemptum à La-  
mijis putent: & uniuersam agricultura-  
rationem non ad benedictionem Dei  
in uera fide, sed ad meras anicularum  
uoluntates referant. Adijciam docti-  
fimi uiri **IVLII SCALIGERI** uerba ad  
Cardanum: Ais, ad maleficij efficiaciam  
conferre maleficij constantiam. Puta-  
sti cuiuspam affectum agere in alium,  
quam in eum cuius affectus est? Neq[ue];  
uerum est, ab homine homini noceri  
posse uerbis. Nam quis illa eum uerba  
docuit? Non homo aliis. Nam quis  
illum? Nō cœlestis intelligentia. Quis  
enim eam facere audeat authorem fa-  
scini? Ergo malus dæmon: non ut ho-  
minem faceret potentiores, sed uti-  
psum deciperet credulitate, atque so-  
ciūm haberet tum impietatis, tum æ-  
terni exitij. Ipse igitur agit dæmon:  
30 stultus ille ac uæcors, purat suis fæ-  
uocibus agere.

Porrò à contrario quis fortè obij-  
ciet, pluviā cieci posse carminibus in  
perniciem à maleficiis: quum ex iure  
scripto constet, aliquas in salutem plu-  
viam prouocare, nam lex 4.C. de ma-  
themat. & mal. Constatini est, qua ad-  
mittit eos qui precibus, carminib. aut  
medicamentis pluviam impetrare ua-  
lent, aut aliquid quod ad hominum  
salutem spectat, &c. Bartolus ibi: Sum-  
ma & mens legis est, mea opinione, ut  
si quis istis artibus ad utilitatem ho-  
minum utatur, permisſe sint, ut scribit  
Iosephus de Solomone libro 8.cap.2.  
quæ alioqui ueritatem per se sunt, & ma-  
xime

ximè si in alicuius perniciem conuertantur. Hic paucis, cum bona uenia, respondeo: Christianum Imperatorem credidisse aliquā in his esse uim, haud secus atq; multi alij, & quidem plerique ~~etiam~~ ac poëtæ. Ex quo consequitur, magnā hunc ea in re iniuriam Deo fecisse, qui non pijs uotis & culpæ deprecationibus supplicādum, sed contestationibus impījs ac adiuratiōnibus cogi Deum posse, ut hoc aut illud nobis donaret, arbitrabatur: quin & amplam diabolo aperuisse fenestram, quum uero Deo relicto, per Satanę aut ministros aut ministeria quid se consequeturum consideret. Cæterū, ut semel hoc caput siniā, quid potest in hac re & causa dici dilucidius eo quod apud Hieremiam capite 14. legitur? Nunquid sunt, inquit, in uanitatibus Gentium, qui pluere faciunt? & num celi dabunt imbres? An non tu es Iehoua Deus noster? Te igitur expectamus. tu enim fecisti omnia hæc.

DE NATURALIBVS PHARMACIS somniferis, quibus interdum illuduntur Lamiae, de carum item unguentis, & quibusdam plantis soporificris, mētemq; impenſe turbantibus. Caput

## XVII.

*Naturalibus  
uspharmaci-  
eu quādoque  
deluduntur à  
satana La-  
mia.*

Interdum Empusæ exornandæ adhibentur etiam naturalia quædam pharmaca, quib. ubi se inunxerint, conficerintq; ita à fraudulento magistro institutæ Lamiae, per caminum mox se euolaturas, ac per aërem longè lateq; euagaturas ad tripudia, dulcissima symposia, concubitus & gratissima rerum spectacula, confidunt: quæ tamen per insomniæ ipfis ingredit ille milleartifex, ubi ab inunctione somniferi omnino unguenti, in profundissimum lethargicum quæ somnum dilabuntur inscie. Hæc ne somnia uideantur, libuit adducere, quid soler-

tissimus occultarum causarum in dator Ioannes Baptista Porta Neapolitanus lib. 2. Magiæ naturalis, sive de miraculis rerum naturalium, scribit: Aded dira, inquiés, cupido hominum mentes inualit, ut quæ natura mortaliū cōmoditati elargita est, abutantur, ut multis horum simul coaceruatis componant Lamiarum unguenta: quæ quanquā ipse superstitionis plurimū admiscent, naturali tamen uiuenire patet intuenti. quæq; ab eis acceperim, referam. Pueroru pingue *Lamiarum* dinem aheneo vase decoquendo ex *unguenta*. aqua capiunt, inspissando quod ex elixatione ultimum nouissimumq; subfiderit, inde condunt, continuoque inseruunt usui: cum hac immiscente leoselinum, aconitum, frondes populneas & fuliginem. Vel aliter sic: Sium, acorum vulgare, pentaphylon, uespertilionis sanguinem, solanum somniferum, & oleum (etsi diuersa commiscent, ab ijs parum dissidente) simul conficiunt, partes omnes perungunt, eas ante perfricando ut rubescant, & reuocetur calor, rarumq; fiat quod erat frigore concretum. Vt relaxetur caro, aperiānturq; pori, adipem adiungunt, uel oleum ipsius uicem subiens, ut succorum uis intrè descendat, & fiat potior uegetiorque, id esse in causa non dubium reor. Sic non illi luni nocte per aëra deferri uidetur ad conuiua, sonos, tripudia, & formosorum iuuenum concubitus, quos maximè exoptant: tanta est imaginationis uis, impressionum habitus, ut ferè cerebri pars ea quæ memorativa diciatur, huiusmodi sit plena: cumq; ualde sint ipsæ ad credendum naturæ pronitate faciles, sic impressiones capescunt, ut spiritus immutentur, nil noctu diuq; aliud cogitantes: & ad hoc adiuuantur, cum non uescātur nisi betis, radicibus, castaneis & leguminibus.

*Historia me-  
morabilis.*

*Striges.*

Dum hæc pensiculatus perquirendo  
operam nauarem (ancipiit enim im-  
mortabari iudicio) incidit mihi in ma-  
nus uetula quædam (quas à strigis a-  
uis nocturnæ similitudine Striges uo-  
cant, quæq; puerorum sanguinem  
è cunis absorbēt) sponte pollicita bre-  
uis mihi temporis spacio allaturam re-  
iponsa: inbet omnes foras egredi, qui  
mecum accīti erant testes: ipsijsque  
nudata, tota le unguento quodā ual-  
de perfūcuit, nobis ē porta rimulis cō-  
spicua: sic soporiferorum ui succorum  
cecidit, profundoq; occubuit somno.  
fores iphi patefacimus, multum uapu-  
lat: tantaq; uis soporis fuit, ut sensum  
criperet. Ad locū foras redimus, iam  
medelæ uires fatiscunt flaccescuntq;  
A somno seuocata, multa incipit sati  
delitia, se maria montesq; transmeas-  
se, falsa depromens responsa. Negam-  
mus, instat: liuorem ostendimus, per-  
tinaciter resistit magis. Hactenus Io-  
annes Baptista.

*De Subtili-  
tate ad mira-  
bilium.*

Lamiatum quoq; unguentum pro-  
pem odum simile tradit Hieronymus  
Cardanus, post cuius inūctionem mi-  
rabilia uideri apparet. Nam & de his  
quæ non sunt, & tamen uidentur, ibi  
sermo est. Constat pinguedine pueri 30  
rum, ut dicunt, succisque apij, aconiti,  
pentaphylli, solani, ac fuligine. Sed tam-  
en dormite creduntur, dum hæc ui-  
dent. Spectare autem uidentur thea-  
tra, uiridaria, cœnas, ornatus, uestes,  
formosos iuuenes, reges, magistratus,  
imò res omnes quibus delectantur,  
quibus etiam se frui arbitrantur. cer-  
nunt item dæmones, coruos, carceres,  
solitudinem, tormenta. Hæc igitur  
sunt uiolentorum insomniorum cau-  
sæ. Hinc etiam illas apio uictitare ait,  
castaneis, fabis, cepis, cauliibus, phase-  
lisque, somnos turbulentos scientibus:  
sic magis per somnum ferti uidentur  
in diuersas regiones, atque ibi multifa-

riam affici, prout uniuscuiusque fuerit  
temperies, unguento adiuuante. Cui  
non absimile ad inducendum profun-  
dum longumq; somnum, adiungam  
hic oleum. Rec. semin. lolij, hyoscia-  
mi, cicuræ, papaueris rubei & nigri, la-  
etucae, portulacæ, ana part. iii. baccarū  
solani somnifici part. i. ex his omnib.  
fiat oleum secundum artis legem, &  
pro qualibet uncia istius olei misce-  
tur scrup. i. opij Thebaici. Hinc sumat-  
tur scrup. i. uel. i.s. & duorum dierum  
subsequetur somnus. Liquorem cōci-  
liatē mirificē somnū, ad guttam unā  
aut alteram exhibitum, lubens hic ad-  
derem: sed præstat nō publicari. Suam  
quoq; hic laudem meretur fucus sin-  
gulari ratione suoq; tempore ex hyo-  
sciam radicibus extractus. Eiusmodi  
20 quædam simplicita, puta lolium, faba  
inuersa, opium, hyoscamus, cicuta, pa-  
paueris species, solanū furiosum som-  
nificum, mandragora, nymphæ, atq;  
id genus reliqua, naturaliū rerum pe-  
ritius non omnino ignota inueniuntur,  
quibus intellectus uel auferunt uel tur-  
batur: ut qui ijs utatur, loquédo, audi-  
endo & respondendo amens uideau-  
tur, uel in somnum altissimū ad dies  
euiam aliquot præcipitur: at corum  
uifum, & aquas, uina, pulueres, troc-  
icos, olea, aliasq; formas hinc confici-  
endi modum, silentio inuolere mal-  
li, ne ijs abuertendī ansam alicui sub-  
ministrasse uidear. Perpetuū iuuandi,  
& nō lædendi, animum mihi donauit  
omnis boni author benignissimus.

Adjiciam hic tamen ob cautionem  
historias duas non inutiles, de horum  
soporiferorum uiribus. Mulier quæ-  
dam ad rem attentior, optimeq; nota,  
sed quæ suum iam obiit diem, tritura-  
tores in multos conduxerat dies, cura-  
ratq; ex lolio diligenter excreto (dou-  
nos uocamus) molito pinsitoque, ad-  
mista secalis farina, panem apparari  
& co-

*Somniferum  
admodum o-  
leum.*

*Simplicia se-  
sus turbantia  
et auferenda*

& coqui, ut eos minoribus sumptibus aleret, quo quum essent pasti, in quan-

*Amentia et somnum gra-*  
*uis ex lolyn-*  
*su.*

dam leuem inciderunt amentiam: & cum essent aliquandiu rotati uertigine, lassi ad unum omnes in profundū longumq; inciderunt somnum, ut pro labore, quem uetulæ præstare oportuerit, ipli continuū sterterent: donec ea tandem post alterum aut tertium diem errore animaduerso, uictus rationem mutaret.

Adhæc clarissimus eruditione, mul-

*Solnum ma-*  
*in herba bet-*  
*la donna.*

tijugaq; rerū obseruatione & usq; me-  
dicus, D. Renerus Solenander, collega  
in eodem apud illustrissimū nostrum  
Principem ministerio coniunctissimus,  
quum Louani anno quadragesimo  
nono sub Hieremia Brachelio ope-  
ram medicinæ daret, uidit puerū Ser-  
uatiū Sasseni bibliopolā mirādis sym-  
ptomatis corruptum, ex esu forte  
unius baccae solani maioris (herbam  
bella donna Itali uocant) quam casu  
imprudens propter etatem, ignarusq;  
rerum, ex horto D. Gemmæ Phrysi ui-  
cini sui (qui tum eam plantam prægnā-  
tem alebat cum aliquot alijs exoticis  
herbis) legerat deuoraratq; cerasum  
uel uuam forsitan existere arbitratus.  
Puer primū cœpit furioso agere, nee  
ullum parentem interstinguere, ani-  
mo & corpore languere: uocatus D.  
Brachelius ad confilium & curatio-  
nem, tam subita symptomata grauia  
miratur: statimq; concepta suspicione  
assumpti alicuius nenenī maniaci, sci-  
ficatur ubi nam puer fuerit, quid ege-  
rit: eū in D. Gemmæ horto lusisse nar-  
rant, uisumq; uersari circa dictam plā-  
tam, eiusq; decerpere baccas. Sed pri-  
usquam hoc innotuisse, incidit puer  
in somnum profundū, ut excitari ne-  
quirer, is durat ad horas uigintiquatuor.  
tum puer spontē euigilat, agno-  
scens primū patrem, deinde alios,  
sed stupidior: at paucis tū ex arte ad-

hibitis remedijs, probè restitus est.

Quod autem Gallo cuidam nobili, *Dormitio-*  
*sies exclita.*

ex Narbonensi prouincia oriundo ac-  
cidit, mirum magis est, eo quod & ri-  
su simul & deploratione dignū uidea-  
tur. Is ex itinere captus à Turcis, & in  
Thraciam abductus, dynastæ cuidam  
donabatur, & (ut opinor) Bellerbecus,  
qui cis Bosphorum Thracium per Ma-  
cedoniam praefectus militum dicitur.  
Ab hoc ille non asperè cœpit tractari  
more Barbaro, sed perhumaniter, eo  
quod gyneceo destinatus esset ob for-  
mam ac ætatem. Itaque tandem die  
quodam cibi ac potionis tum uarie-  
tate, tum copia fuit effectum, ut in som-  
num triduanum incideret. Quo finito,  
quum experetus mingere uellet,  
exfectos sibi testes animaduertit, tum  
de mū attonitus cognovit, quād diu  
dormisset, & cur tam laue semper ac  
affluenter tractaretur, atque ex quo ci-  
bi genere tam alto correptus fuerat  
somno. Rediit tandem ad suos, &  
hanc attulit causam, cur nuptijs facile  
carere posset.

Albertus Magnus in Ægypto etiam *Gemma illa-*  
nasci lapidem tradit, & Dioscorides, *parom indu-*  
qui Memphites nuncupatur, à Mem-  
phi, magnitudine calculi, pinguis & *In Lapidario*  
uersicolor: quo contrito, & cum aqua *Dioc. lib. 5.*  
uinoque epoto, stupor omnium len- *cap. 115.*  
sum iudicatur, ut nullum omnino *Plin. lib. 37.*  
dolorē sentias. Vnde refertur à Lu- *cap. 7.*  
risconsultis, ubi de quæstionibus a- *Paris de put.*  
gunt, ac tormentis. *tract. de Syn-*  
DE OPIO, HEIRAN LVC, GE- *lotophyllide, solano furioso, theangelide, & po-*  
40 *tes. Cap. XVIII.*  
lotophyllide, solano furioso, theangelide, & po-  
tu dementante laicum apud Berna-  
tes. Cap. XVIII.

**H**ic obiter, ob raritatē, & rei quasi  
miraculum, non erat prætermi-  
tendum, opij esum Turcis, & Opij frequē-  
multo magis Persis, tam esse familia-  
rem, ut nihil propè familiarius: quod *apud Turcas*  
eo uorato se ualidiores esse, minusq;  
*apud Persas.*

Vide etiam  
Diosc. lib. 4.  
cap. 60.

Lib. 3. cap. 15.  
Observatio-  
num.

Missiblach.

Ophion.

Heiran luc.

belli péricula timere, persuasum ha-  
beant: quemadmodum in his regio-  
nibus, ebrios quoque intrepidius se  
quibuscunque naufragiorum & discri-  
minum fluctibus obijcere, obserua-  
mus. Quocirca, ubi exercitum colli-  
git Turca, opio uniuersa spoliatur ter-  
ra, licet quotannis id incredibili collig-  
atur copia ex papauere albo leuiter  
uulnerato, postquam capita protruse-  
rit: unde lactis aliquor guttae ema-  
nant, paulatim concrecentes. Eius se-  
mine apud Turcas non minus terra  
conseritur, quam in his ditionibus tri-  
tico, præsertim Acharæ, Caracharæ,  
Spartadæ, Emetetindæ, & in alijs uici-  
nis oppidis Paphlagoniæ, Cappado-  
ciæ, Ciliciæ. Vix Turcam inuenias, qui  
opium non redimat: etiam si unius a-  
spri numismatis ualorem tantum pos-  
fideat, eius dimidietatem opio impen-  
det, secum id tam toga quam bello col-  
laturus. Quidam eius elui assuetus, se-  
mel drachmam medium innoxie uo-  
rabat: postridiè uero drachmam inte-  
gram idem ille deglutit: citra ullum  
aliud incommodum, quam quod ue-  
luti ebrius appareret. Bellonius, qui  
huic nunquam assueuerat, eo sumpto,  
nihil incommodi sensit, quam in uen-  
triculi orificio calefactionem, leuem  
cerebri turbationem, & somnum in-  
quietiorem. Tritum Turcis in obijci-  
enda calumnia prouerbiu est, Opium  
comedisti: ac si alterius prouincie ho-  
mini exprobrares ebrietatem. Opti-  
mum habetur, amarum ualde, gustu  
calidum, ut os inflammet, ad modum  
pilorum leoninorum colore fuluum,  
odore molestum & graue. In extremo  
refrigerandi gradu id designari, cum  
insigniter amaricet, inflammetq; mi-  
rum est. Masschlach vulgares Turcae  
nuncupant, ophion peritiores. In usu  
quoque habent puluerem illis dictum

cunque sumpserit, nihil loquitur, at co-  
tinuo ridet, admiranda se uidera-  
tur: atque hinc suos instituit gestus,  
ut ingétem omnibus spectatoribus ri-  
sum moueat: qui ubi ad mentem re-  
dierit, se his uel illis fuisse locis, & mi-  
ra uidisse rerum spectacula, afferit. Ro-  
gati illi, puluerem cannabinu esse ple-  
tiique responderunt: qui, quāquam ex  
Galeni doctrina, largius paulo sum-  
putus caput feriat, uaporem sursum ob-  
multam calefactionem mittens: ci-  
tius tamen ex gelotophyllide parari  
suspiceret, si Turcis fuerit cognita ea  
plata, in Bactris & circa Borylthenem  
proueniens: quæ si cum uino & myr-  
ha bibatur, uarias dicunt obuerlati  
species: ridendiq; finem non fieri, ni-  
si potis ex palmeo uino pineæ nucis  
20 nucleis, pipere & melle additis, uel  
eum ex solano manico uel furioso co-  
fici, quis opinetur non absurdè. cuius  
radicem ad drachmæ unius pondus  
ex uino potam, excitare species ua-  
nas, imagines q; non iniucundas, do-  
cer Dioscorides: sed duplcatum eum  
modum, ad tres usque dies mentis a-  
lienationem affere, addit. Cæterum  
qui ad cannabinam uires pulueris Hei-  
ran luc retulerint Turcae, fortè sic ex  
planta conficitur, quæ Indis Bangue Lib. 4.  
Solani furoris  
radix ima-  
gines uan-  
dus inducit.  
dicitur, cannabis haud absimilis (testa-  
Garcia ab Horro proregis Indiæ me-  
dico) nisi quod huius semen canna-  
bino minus est, nec ita candicans, ut  
illud: deinde huius stolones lignosi  
nullo ferè cortice uestiuntur, fecus  
quam in cannabe. Ex folijs contulsi,  
interdū & ex semine succus cogitur,  
mixtaq; uel nuce moschata, uel gario-  
phillis, aur ambaro & musco exhibe-  
tur: unde in extasi quodammodo ra-  
piuntur qui hauserunt, atq; omni solli  
citudine liberantur, non ihil ridentes.  
Hinc magnus Sultanus Badur iastare  
folet, se, quando in somnis adire Lusi-  
taniam

321

*Cap. 24.* taniam uellet, Brasiliū, Asiam minorem, Arabiam & Persiam, pauxillum Bangue solum sumere. Huc pertinet

*Datura.* etiam Datura Indorum planta, quae in Malauar nascitur, flore in extremis ramis rorismarini colore, qui uelut & se men iniicit à furibus in cibos eorum quos deprédari student: mente enim uidentur alienari qui sumperunt, & in risum solui, magna cum libertate siuentis auferri quae fures uolunt: duratque illa mentis alienatio horis uigintiquatuor. Nec hic alienum, quod

*Tabacum.* de Indorum Tabaco, Lusitanis Petonūcupato, Gallis Nicetiana, Herba reginae & Herba sancta, scribit Nicolaus Monardis Hispalensis medicus. Non quoq; omitendum, quod de thean-

*Theangelis.* gelide, in Libano Syria nasci solita, traditur, ea uidelicet deuorata præfigire homines. At mea quidem opinione, ea uorata dementari homines poterunt: ut ipse diabolus se in illos, ut iam

*Potamanus.* apparata organa, insinuans, futura uel ambiguè uel medaciter suo more præ dixerit. Potamanum itidem ad Indū fluuim inueniri narratur, ea que pota lympharum homines obuersantibus miraculis.

*Bernatii monachorum tractatio ueneficiorum.* Similis cuiusdam potionis uene-

*Iacob. Stupff lib. 13. cap. 33.* ficio laicum dementabant, uelutq; stu-

*In Corian. Germ. Sch. Fe.* pidum reddebat quatuor ordinis præ dicatorum monachi Bernates, anno

*Potus etiā de mentantis & soporiferis.* nono supra sesquimillesimum, ut a-

*Paulus Venet. de Reg. or. lib. 1. cap. 27.* quam causticam siue ardenter absq;

*monachus,* sensi tolerarit. Ea Christi quatuor uul-

*nera pedibus, manibus & corpori se imprimere simularat laruata Maria,*

*de membris* adornatus scilicet in hanc tragediam

*monachus,* qui antea clauum quoque per alteram laici manum transegerat,

*nihilque non in D. Virginis specie per-*

*suaserat, ut illius simplicitate & amen-*

*tia abuteretur, cum tribus suis fratri-*

*bus religiosis figmenti conscijs, ad sui*

*Instituti confirmationem. Quo nomi-*

## LIBER III.

ne potionarius ille, altari quoque in D. Virginis sacello imponebatur, ubi uelut catalepsi corruptus, in turbæ confluentis cōspectu immobilis ad stuporem usque genibus flexis perduravit: dum interea temporis Doct. Stephanus, fabulæ huius auctor, per canalem in Christi & D. Virginis simulachris proximis mutuum colloquium mentitur. Fraude tandem detecta, artificiū confessi sunt monachi quæstionibus subiecti, exustique eiusdem anni die postremo Maij. Historia sanè lecta dignissima, ut hinc in reliquarum eiusdemodi imposturarum, ad animarum exitium olim ab id genus hominibus constructarum cognitionem promptius perueniatur. Similibus fortassis in suis corporibus quandoque utuntur nostræ Lamiae.

## DE INCUBI DAEMONIACI IL-

*lufione, & incubo morbo natu-*

*rali. Cap. XIX.*

**H**inc iam incuborū succuborū que laruas aggrediamur, quid in his ueritatis foueatur, studiose & latius inuestigantes: ut non modè euilarium, sed & prudentium animis, semel hoc falsæ persuasionis simulachrum excutiat. Quum itaq; huius hæresis maleficio & præstigijs delusæ dementatæ que anus, à dæmo ne se comprimi, incubo sive pati arbitrentur, hanc commixtionem, ut reliqua propemodum omnia, merè esse ex læsa merte imaginariam, uel solum qualicunq; affrictu titillationem cieri, accidente rei imaginatione: nec uerè congressum fieri, rationibus demostribuit evidentissimis: ubi prius cōmonuero, nostris medicis morbum quendam dici Incubum, ab incubando, quod pōdus quoddam nobis dormientibus incumbere, & super nos consistere putamus, respirationem omnipimens, & ob id nocem impediens:

*Incubus.*

*Congressus de monis cu[m] mu-*

*lere imagina-*

*rius.*

*y ita*

ira ut si uelimus clamare, non possumus, cum somnijs horrendis & imaginationibus plurimis nos ab alijs invaudi existimantes. Fit ferè noctu, & à somni initio: & quæcunque epileptici interdiu vigilesque patientur, hæc noctu & in somno ephialtici. Plinius modò suppressiones, modò noctis ludibria, modò Faunorum in quiete ludibria nominavit, Arabes, inquit Auctenno, albedilon & alcratum, Auerroes elgadum, Azarauius alcaibum, nostru uulgò grauedinem dicunt, quasi pondus equitando (sic loquuntur) nos opprimeret: sic nostates quoq; dicunt sua lingua, Die martyrum vns. Epilepsiam esse quidam sentiunt diminutam, qua sit in somnijs, de qua Aristoteles intellexit lib. de Somno & uigilia: *πράλητος* Græcis nuncupatur, id est insulæ, & alteru cōprimens, ut nō possit moueri, donec liberetur ab inuasore.

*πράλητος*.  
Incubus: olim  
quaq; demos  
putabatur.  
Actius libro  
4. cap. 12. et 22.  
Posidonio.  
Nostrates ap-  
pellant Ger-  
manicæ, Dñe  
mar. ryden,  
quaq; dieas,  
modium vel  
pœdum super-  
equatari.

*De uiridi-*  
*mab. cap. 6.*

bendam duxi: ita narrat. Nuperimè *la* *Incubū pa-*  
criticus quidam me conuenit: Domi- *suis sacrificiis*:  
ne, inquit, nisi succurras misero & afflito, aēlum est, & prorsus perij: tabes  
me habet. Viden' quām sim emacia-  
tus, quām exanguis: uix tenui pelle cō-  
tegor: succulentus esse soleo, speciosulus,  
& bene habitus: nunc fœdum spe-  
ctrum uideor, hominisq; inanis ima-  
go. Quid, inquam, te cruciat, & quam  
affetus tui causam opinaris? Dicam,  
at, intrepidè, & ualde admiraberis.  
Sub quamlibet fermè noctem ad me  
commeat muliercula mihi non ignota,  
& pectori meo illabitur, ipsa uolent  
comprimit, atque coarctat animæ  
meæ vias, ut aegrè respirare queam.  
Quin clamitare cupienti, uocis iter  
præcludit, ut quanquam præ pauore  
nitor attollere, minimè queam. Nec  
manus ad propulsandam iniuriā, nec  
pedes ad capessendam fugā expedi-  
re ualeo. Vinctu me & affixum tener.  
Heus, inquam subridens, nihil admi-  
randum prædictas (ex narratione in-  
cubum intelligebam) merum est phä-  
tafma, merum ludibrium. Nec plura  
moratus: Phantasma (inquit) ludibri-  
um (inquit) profecto non est: ita me  
Deus amet, quæ hisce oculis conspica-  
tus sum, & quæ hisce manibus exer-  
ci, enarro. Evidem uigilans, men-  
tisq; compos, eam uideo coram, & in-  
uidentem accipio, conorque obliuia-  
ri: sed præ languore, metu, angustia &  
impacta ui, nihil efficio. Hac de re hor-  
sum uorsum amens curfatai, unum-  
quemlibet percutians, possente suc-  
currere miserabiliter pereunti. Mino-  
ritam consului, quem callidu uetera-  
torem dicunt, ab hoc præsentaneam  
opem sperabā: sed spe mea frustratus  
sum planè, nullam is salutem attulit:  
tanum monebat, Deum optimū ma-  
ximum, quem iam pridē precibus fa-  
tigaram, strenuè orandum, ut dignare-  
tur in-

tur infestam uexationē auertere. Adiūt uerulam quandam, pro fama populari, sagam atq; uerutam. Hæc aiebat, qui sub crepusculum diei statim ab ex creto lotio matulam obturarem dextra caligula, & fore ut eo ipso die malefica me inuiseret. Id etsi uanum uidebatur, nec parum me ab experimento absterrebat religio, uictus tamen importunita & diuini laboris redium, tentauit. Et per Iouem, accidit uaticinum. Veniens in domum meam, uelisca crouciatum querebatur: nec potui ab illa aut preculis supplex, aut contentione minax impetrare, ne sub noctem ad me terrifica commearet: sed implacabilis ueterem morem asseruat, semelq; constituit me fœdo angore conficere. Hominem hunc uix qui uilla ratione ab insania reuocare: sed à secundo tertio uice congregatu hilarior factus, morbum agnolcere coepit, & sanationis spem fiduciamq; cōcipere. iam ad congressum imaginarium.

**HYMENIS MEMBRANAE, QVA** omnes muniuntur uirgines, ratione communis certissime, demonum cum mulieribus concubitu esse uanum, mereq; imagin-

rium. Cap. XX.

*Concupitus  
demoniacus  
vanitas.*

*Virgo religio  
sa apud Hollan-  
dos ob in-  
cubum pre-  
cipie exiuit.*

*Hymene do-*

nitio dotatas, obuinctasq; à condicio-

*tate sunt om-  
nes uirgines.*

re Deo fuisse, contra multorum securus contendentium sententiam ostendere uolui: primumq; generale Mosis ex Dei uoluntate conilium, de indicijs uirginitatis indubitate cognoscendis, si de uirgine matrimonio tradita, in lege antea pudicitię suspicionem maritus uenerit, proponam explicaboque.

10 id tale est: Si duxerit uir uxorem, ac- *Dent. 24*

cesseritq; ad eam, & odisse eam cœperit, quæsieritq; diuortij occasiones, non men pessimum ei obijcens, & dixerit: Vxorem hanc duxi, & ingressus ad eam, non inueni uirginem, uel uirginitatis signa: tollent eam pater & mater eius, & proferent signa uirginitatis puellæ ad seniores ciuitatis, qui sunt in porta, dicentq; pater: Filiā meam dedi huic uxorem, quā quia odit, imponit ei nō pessimum, ut dicat. Non inueni tuam filiam uirginem: & ecce hæc sunt signa uirginitatis filiæ meæ. Expandent uestimentum coram senioribus ciuitatis, apprehendentes que senes urbis illius uirū, &c. Quod si uerum est uerbum illud, & signa uirginitatis in puella non fuerint inuenienta, ducent puellam ad ostium domus patris sui, obrueritq; eam ciues illius ciuitatis lapidibus, ut moriatur. Ad huius loci explicationem, & ut medicis in omnibus puellis hymena nō agnoscentibus satisfiat, ac meum interim prosequar institutum, breuiter de eo quædam hic dicam.

In uirginis locellis, uel *υσληνή γυναικῶν* inhæret laterque hæc tunica castitatis conseruatrix, qua primo insultu disrupta, uenarum uteri orificia hic intexta, delinentiaq; sanguinem fundunt, menstruum uulgō, licet immo- propriè, appellatum. Unde nuptis uirginibus, prima concubitus nocte, ex huius membranæ uolenter ruptæ uenulis sanguis promanat: cuius lituris,

*Virginitatis* ut uirginitatis uel uirginalium notis,  
*signa.* testibusq; tincta quibus teguntur uel  
*Mosis locus* incumbunt linteamina, coram magi-  
*explicatur.* stratu, suspicacibus, coniugesq; uiola-  
 tæ ante pudoris zonæ falsò insimu-  
 lantibus matitis expandi ostendique  
 iubet Moses.

Apud Hispanos quoq; admodum uulgare est sponsis, eas solutæ uirginitatis lituras sanguineas in linteo à pri-  
 mo concubitu obseruare. Apud hos etiam filias pro uirginibus aliquoties diuendere solent: quædam lucri cupi-  
 dæ nimis matres, hymena inuiolatū, eiusq; rupti manantem sanguinem a-  
 lia materis ficta imitatae.

Adhæc, præterquam quod in uirgi-  
 ne quadam certissimè etiam tegumē-  
 tum illud solidissimum deprehendi-  
 rim, id ipsum quoque à pudicissimis, 20  
 mihiq; familiaribus matronis, quæ  
 in seipsis hoc pudicitia munimētum  
 prima admissione obseruarunt, pudici-  
 ca collatione cognoui: quæ & omnes  
 uirgines eo donatas esse, ex feminis  
 itidem alijs, quibuscum familiariter  
 & occurrerè hac de re contulissent, se in-  
 tellexisse, uno quoque affuerunt o-

*Hymen mem-  
 brana* alias crassiore  
 crassior, alias  
 ualidior, ut  
 requie hic obseptas esse, minimè du-  
 felctione opus, 30  
 piam atritu eam diuelli, lacerari, u-  
 au, putrefactare quoque ex humorum  
 affluxu, & ex morbo perrumpi con-  
 stat. Exemplo id testatum facile fece-  
 rim: uerū non est nostri instituti, in-  
 utilitem huius argumēti contexere te-  
 lam. Satis sit indicasse, imò apertas o-  
 stēdisse rationes, quibus succuborum 40  
 incuborumq; falsitas detegitur: item  
 Mosis locum nonnihil explicuisse: &  
 medicis negantibus membranam hāc  
 in omnibus uirginibus, an sam submi-  
 nistrasse, eam oculatus obseruādi: cu-  
 ius quidem uitiatæ prius nomine, u-

xorem secretō arguisse olim maritum  
 non immeritò memini.

Si quis iam exiguo illo hymenis fo-  
 ramine illusus, diabolum ut multifor-  
 mem, Venereæ rei ludibria posse cum  
 uirgine exercere urgeat: huic respon-  
 sum uolo, ut me doceat, quomodo eo  
 uirginitatis munimēto inuiolato, pol-  
 set ex eiusmodi cōgressus partu progi-  
 gere uterus materierum usqueadē  
 grandium, durarum, inēquālium, aspe-  
 rarum acutarumque monstra, qualia  
 Magdelenam quādam Constantia ca-  
 ptam ex tali concubitu peperisse, pau-  
 lo post ostendetur. *Enim uero* si à por-  
 tentosarum harum rerum procreatio-  
 ne puella, à partium uteri peritis in-  
 tropiceretur cōrectareturq; ut artis  
 est, fraudem illusione primū phan-  
 tasiae in Veneris opere ingesta factam:  
 deinde ut imaginarius ille congressus  
 iudicaretur uerus, dolores partus à spi-  
 ritu cieri, atq; rerum absurdarum in-  
 sensilium mortuarumque congeriem  
 uel illius coitionis factum ostentari  
 à mille artifice, euidenter constaret.

*QVO'D FILII DEI AD FILIAS*  
 hominum ingressi sunt, locus hic Mosis explica-  
 tur: quo magis congressus diabo-  
 li uanitas elucefecit.

*Cap. XXI.*

*S*i quis iam præfractior, ad illā Mo-  
 sis sententiam mihi obtrudēdam *Gen. 6.*  
 confugiat, Quod filij Dei ad filias  
 hominum ingressi sunt, atque hæ ge-  
 nuerint potentes & celebres uiros: &  
 hinc cum multis alioqui doctis uiris  
 inferre studeat, dæmones posse mul-  
 erum concubitu frui, atque generare:  
 huic Augustini Steuchi Eugubini, epi-  
 scopi Kilami, uerba hæc, quibus erro-  
 rem hunc solidē refellit, opponam: Il-  
 lud, inquit, rei ciendum, separādūm q; *Lob. 6. ca. 322*  
 à natura dæmonum uera, & penē in-  
 ter fabulosos dæmones censendum,  
 quod nō modò è nostris quidam, sed  
 etiam

*Genes. 6.* etiam prophanae philosophia professores plerique sibi persuaserunt, de filijs illis Dei, qui dicuntur apud Mosem filias hominum uidisse, accensosq; in earum cupiditate, ex eis filios genuisse: qui quum dicantur Hebraicè Nephilim, ab Hebreis nescio quibus, & nostris, quinetiā externè philosophis, dæmones crediti sunt, qui partem diuinam atque humanam mistam habuerint.

*Nephilim.* fueruntque multi, filios illos Dei angelos suscipiati: ē quibus, cum multis Hebreis, Iosephus in sua de Lib. 1. cap. 5. Antiquit. Iudaic. historia: quem tamē Zonaras historicus excusat, quasi angelos ille appellari filios Seth, ut Deo placentes, & angelorum uitam æmulantes. Fuerunt & alij in ea opinione,

*Lib. 2. cap. 5.* ut Lactancius: uidereturque antiquissimus error ē libris Mosis non recte intellectus haustus. Siquidem perhibet Plutarchus, Pythagoram, Xenocraten, Platonem, Chrysippum, superiores Theologos sequentes credidisse, dæmones fuisse hominibus quidem robustiores, uiribusq; longe precellentes, diuinitatem (inquit) habentes neque synceram neque puram, sed cum animæ natura & sensu corporeo coniunctam, uoluptatis & laboris capacem. Hoc etiam credidit Athenagoras philosophus Christianus, Iustinus item idem philosophus, & Tertullianus, omnes ambiguitate uocabuli ducti: arbitriaque, filios Dei, angelos, purosque deos, genitos ex eis:

*Heres, unde dicit.* alij dæmones, alij heroas uocantes, & nos tū spūtū, amore illo quo illi filii Dei in feminas exarserint, filiosq; eximiæ uirtutis & audacia genuissent, quod in Cratylō etiam retulit Plato. & Athenagoras in legatione scribit: Similis quoque conditio fuit angelorum. Etenim cum omnes essent liberæ uoluntatis, alij in ea qua creati à Deo fuissent, conditione permanerunt; alij

naturam suam & conditionem uiolauerūt. Is ergo dæmon materiæ, & formarum quæ sunt in ea, Imperator extitit, & cæteri qui ex his circa primum æthera uersantur. Scitis autem nihil absq; testimonio nos prædicare, cum nitamur dictis Prophetarum. Illi igitur à carne uicti, & in cōcupiscentiam prolapsi: is autem neglegtor, & prauus circa rerum sibi creditarum curam est inuentus. Ex his uero qui in uirgines exarserūt, nati sunt hi qui Gigantes sunt appellati. Itaque angeli lapsi de celo, circa aërem & terram, prohibiti deinceps celum repete, uersantur: animi quoq; Gigantum circum mundum. hæc ille. Tertullianus quoque eadem sensit. Quæ quidam do-

ctiores melioresq; Theologi, quibus filiorum Dei notior fuit appellatio, nūquam dixissent: nō Hieronymus, nō Augustinus, non Gregorius Nazanensis, non prudentissimus Chrysostomus. Nec difficile est erroris fontem agnoscere: nec durum probare, solitas Sacras literas filios Dei nuncupare *Filiū Dei* dilectos illi, illumq; colentes. *Vt de Is.* quid. raelē: Ex Ægypto uocauit filium meū. *Officī.* Et in Exodo: *Filius meus Israel.* In *Num. 24.* *Matth. 2.* *Psal. 8.*

Et palmo quoque clara existit differentia, cum homines sunt filii Dei, & cum non sunt: Ego dixi, dij estis, & filii Excelsi omnes: uos autem sicut homines moriemini. Ecce eosdē filios Dei & homines appellat: sed filios Dei, quia creati ab illo, factiq; uelut dij, futuriq; si Deum coluerint: homines autem, quia in terrenam fragilitatem dilapsi, regis celestis imagine denigrata. Tales erant illi eliuuionis tempore filii Dei, bona progenies ex Seth, *Filiū Dei*, quæ commissa cū filiabus hominum, scilicet corruptissimis feminis, quæ sicut uxor Adam, deincepsque fermè omnes, sic maritos suos corruperunt: unde corruptiores filii nati, origo ma-

li, sanguinis pij cū impio commissio: propterea nati bellicosi, superbi, contumeliosi. Hæc sunt ueriora, à natura non abhorrentia: cum illa non absint à fabulis Poëtarum. Nec natura fieri potest, nec assentitur philosophia, spiritus corpore nudatos, amore feminorum capi, aut ex eis generare potuisse.

Habet enim fontem suum, & inferiores ortus, cupiditates: si delit causa, de-

*Spiritus car-  
nem & offa-  
uon habet.  
Luc.14.*

sit effectus. Vbi non sunt membra genitalia, non est amor coëundi. Vbi nō est cibus & potus, non est sperma. Vbi non fuit quærenda successio & propagatio, non adhibuit natura cupiditatem generandi. Sicut spiritus nudi sitire aut esurire non possunt, sic Venerei libidine nequeūt inflammari. Absurdum quoque, duo esse genera dæmonum: tum ipsos angelos lapsos in concupiscentiam, tum animas Gigantum. Fuerunt enim Gigantes homines, nec ex hominibus faciendi sunt dæmones: nec casus eorum fuit, quod exarserint in amorem. Erunt igitur fabulosi dæmones, tam quos libido rapuisset, quam generati ex eis. Tales erunt, quales Hector, Achilles, Aeneas, Hercules, ex hominibus & diis nati, apud Poëtas. Hæc Augustinus Steuchus: à cuius sententia rationibus ac ueritate comprobata, quamvis Lactatius *cō inobīca* discrepet, in uniuersali tamen de gentilium diis, *h̄e* nō disce

*Lib. u. de in-  
fist relig. c. 8.  
Deos ac da-  
mones nō eo-  
rit.*

dit. Sic enim argumentatur: Quid est autem tam remotum à Deo, quam id opus quod ipse ad propagandam solem mortalibus tribuit, & quod si ne substantia corporali nullum potest esse? Di⁹ ergo si sunt immortales & æterni, quid opus est altero sexu? nimis ut generetur. Ipsa progenie quid opus est? cū successione nō egeant, qui futuri sunt semper. Poterat hic argumentum Lucretij addere, quod ego ualidissimum existimo:

Credimus, haud quenquā fas est capiſſe deorū. Sequitur apud Lactantium: Vt habeat uel ministros, uel in quos ipse possit dominari. Quid igitur opus est sexu foemineo, quum Deus, qui est omnipo- tens, ut uocatur, sine uisu & opera fe- minæ possit filios procreare? Nam si quibusdā minutis animalibus id præ- stitit, ut sibi ē folijs natos, ē suauibus herbis ore legant: cur existimere aliquis, ipsum Deum, nisi ex permisio- ne sexus alterius, non posse generare? Illos igitur quos imperiti & insipientes tanquam deos & nuncupat & adorant, nemo est tam inconfideratus, qui non intelligat fuisse mortales. At Kimhi hic dicit: Omni rei quam Scrip- tura uult magnificare, subiicitur no- men יְהָוָה sicut & in Propheta legitimus *רַבָּתִים לְאַלְפִּים* ciuitas magna Deo, id est, ciuitas magnificissima. Aben Ezra intelligit per filios Dei, homines Deū agnoscentes. Chrysostomus hūc *H̄omil. 22. in Gen. 4.* locū explicans, docere uidetur, quod in

non solum absurdum est, sed etiam im- possibile, ut improbi angeli cum fo- minis coitum exerceant, hic inquiens: Dementia plenum est dicere angelos diectos ē celo, ut cū mulieribus rem habeant, & quod incorporea illa na- turæ corporibus copuletur. Neq; enim possibile est, incorpoream naturam il- lam habere unquam cōcupiscentiam. Et paulo post: Valde insanus esset, qui comprobaret talia uerba dementiae plena, quod incorporea & spiritua- lis natura, corporis complexum ferat. Cornelius Agrippa in eo libro, quem aduersus Lamiatum inquistores in- scriptū emisit, hanc Chrysostomi sen- tentiam detorquet in illos, qui male- ficas mulieres, quod se rem Venereā cum dæmonibus peregisse, fassæ finr, infectantur & puniūt: quani quidem rem ipse, & certè merito, irridet ceu fa- bulo-

bulosam, & à somnijs ac imaginatio-  
nibus delirantiū anicularum enatam:  
quæ quum sepe dormientes per som-  
nia decipientur, & interdum quoque  
uigilantes ex uehemensis libidinis i-  
maginatione illudantur, tamen arbit-  
rantur ea uerè sibi contigisse, quæ so-  
la imaginatione sunt peracta. Sunt in-  
ter ueteres & alij Chrysostomo astipu-  
lati, inter quos præcipuus Ioánes Caf-  
fianus Chrysostomi discípulus, in cuius lib. 2. Collat. ca. 8. hæc legútur: Nul-  
lo modo credéum est, spirituales na-  
turas coire cum foemini naturaliter  
posse: quoniam si hoc aliquando se-  
cundum literam fieri potuisset, quo-  
modo nunc quoq; uel frequenter, uel  
tarò id ipsum euénire non continget,  
& absque semine uel coitu uiri ali-  
quos nasci? similiter de mulieribus  
conceptum dæmonum cerneremus.  
Consimilem habet uim id quod Phi-  
lostrius Brixienis episcopus cap. 108.  
sui Catalogi aduersus hæreses in hunc  
modum refert: Alia est hæresis, quæ  
de gigantibus afferit, quod angeli se  
misuerint cū foemini ante diluvium,  
& inde natos esse gigates. Sed si quis  
putauerit angelos ita peccasse trans-  
formatos in carne, & in ea remansisse, 30  
aut ita factos carnales crederit, is  
uiolēta ratione decernit historiam: si-  
cuti & paganorum & poëtarum men-  
dacia afferunt, deos deasq; transforma-  
tis nefanda coniugia commisisse.  
Quod si factum est aliquando, & nunc  
fieri, non erit ambiguum: quod autē  
non factum est aliquando, nec modò  
fieri manifestum est. Neq; ab his ab-  
horrent, quæ Cyrilus Alexandriæ 2.  
piscopus in eandem ferè sententiam  
differuit lib. 2. Allegoriarum in Penta-  
teuchum. His accedit authoritas Cō-  
ciliij Ancyranij, detestantis infanam o-  
pinionem quarūdam ueneficarū mu-  
lierum, affixentium se noctu perlon-

334  
ga terrarum spacia ab improbis spiri-  
tibus deduci, ubi cum dæmonibus in-  
dulgent uarijs uoluptatibus, epulis &  
libidinibus, &c.

S E M I D E O S , V T A L I O S  
mortales, fuisse natos: nec hominem, nec perse-  
stum animal absque coitu & seminma-  
ris ac scenim, nasci aut concipi.

Caput XXI.

10. **E**X superioribus apparet, quām  
absurda sit ac prorsus indigna  
Christiano, Fulgētij sentētia, qui  
quos Scriptura Nephilim, & Hebræo-  
rum theologia Ihsim appellat, eos &  
Heroas, & Semideos, & deos Seno-  
nes dictos ait: aut quia ob meritū pau-  
pertatem celo digni non censemantur,  
necterreni tamē putētur propter gra-  
tiae uenerationē, cuiusmodi olim Pria-  
pus, Hippo, Vertumnus: aut quia diui-  
nis uirtutibus, & in humanum genus  
beneficijs in hac uita p̄cellētes, post  
exursum hinc mortalem hominem in  
deorum beatorū choros trāslati sunt.  
ijsdem quibus olim in hac uita benefi-  
cijs ac uirtutibus, mortalibus perpe-  
tuò prouidentes: aut quia arcano su-  
perūlū semine procreati sunt, quos ex  
deorum sive dæmonum commixtio-  
ne cum hominibus genitos putant, i-  
deoq; mediam quandam naturā sor-  
titos, ut qui nec angeli, nec homines  
sint. Etenim nō apud Christianos, sed  
apud Ethnicos numina quædam tan-  
tum sunt terrestria, quædam cœlestia  
tantum, quædā media, quæ Apuleius  
animalia ingenio rationabilia, & ani-  
mo passiva, corpore aërea, tempore e-  
terna dicit. Antiquitas autē Medioxu-  
mos appellavit, quod uelut interces-  
sores Deos minores, hominum autē  
natura maiores esse, & diuina quædā  
munera nobis tanquam *uictoria* confer-  
re uiderentur: ut Æsculapius, Pollux,  
Castor, Liber, Quirinus, Atlas, & alij,  
quos Augustinus Steuchus nomina-

*Hercules.*  
*Aeneas.*

*Aeneas.*  
*Deus ex homine non potest nasci.*  
*Filius uerbi.*  
*Medius.*  
*Medius.*

*Nullum animal nisi ex utero sexu.*

*Dial. de Re publ. 10.*

*I. ff. folior. mar. Testim. i. Non de nupt.*

*Animalia perfecta & imperfecta.*

*Genes. 1. August. lib. 2. Sententia rum. Sent. 7.*

uit. Herculem Seruū communem Deum utriusque naturae dicit, mediū inter diuinitatē & humanitatem. Ex Ioue enim & Alcmena natus fngitur, quæ uxor erat Amphitryonis. Hinc cū per Herculem iuratur, Mediusfidius iurari solet, quāsi medius filius. Ut autem ex homine Deus nasci, nec diuinitatis nec humanitatis patitur ratio, siue ex foemina & viro simul, siue ex uirgine tantum, quemadmodum Sibylla Erythræa dicit,

— à Aubert' ad Apoll.

ēn. μηρῶν, οὐτρετε, θεος τερπάνων εἴου: sic etiam neq; homo, neq; perfectum animal, nisi ex maris ac foemina congreſſu, uel cōcipi uel nasci potest. Repugnaret enim hoc nō solum ipsi ueritati, ac sacrosancte religioni nostræ, uerū etiam uniuersa rerum naturę. Nam profecto in hominib. ceterisque animantibus diuerſitas sexus & coitio & generatio nullam habent aliam rationem, nisi ut omnia genera uiuentium, quando sunt conditione mortalitatis obitura, mutua possint ſucceſſione ſennari. Quod si abſq; coitu sexus utriusque, uel quo alio modo fieri poſſet, iniquissimas atque ridiculas tuliffet Plato leges, qui celibatu ē sua repub. non ſolum exterminauit: ſed ijs etiā qui non nuberent, multas pœnasq; conſtituit. Atque haec eſt unica naturalis nuptriarum & ratio & cauſa, quam Iureconsulti prudenter inspi- 30 ciunt. Aristoteles quidē & Theophrastus animalia bifariam generari recte dixere, alia ſcilicet ex coitu, alia ex terra & putredine. Atilla perfecta ſunt, hæc autē imperfecta, de quibus hic nō loquimur. Et enī Deus in principio perfecta omnia cōdidit, & hominem quidē & reliqua in ſpeciem ſuam, hoc eſt masculū & foemellam, nullo gene- 40 re excepto, nec aquatili, nec uolatili, nec terrestri. Nam in uniuersali na-

tuorū mundi, licet ipſe poſtea ſua uitute denuo quālibet creare potuifſer, Nohā tamen ita mandat: Ex omni iumento mundo tolles septem & septē, masculū & foemellā eius: de iumento uerò immundo duo, masculū & foemellam eius. De uolucre quoq; cōli ſeptem & ſeptem, masculū & foemellam, ad uiuificādum ſemen ſuper 10 faciem uniuersæ terræ.

Quare Aeneas Sylvius fabulosum esse putat, anferes in Scotia uicina ex arboris fructibus in aquam decadentibus nasci, ut tradit Saxo Grāmaticus:

licet Guilielmus Turnerus Anglus ſcribat, hoc anferum genus Bernicla di- 20 cum (cuius uel nūdum uel ouū nemo uidit) ſine parentū opera gigni ſpon- tē, quum ſcilicet ad certū tempus ma- lus nauis in mari cōputruit aut tabule aut antennæ abiugnæ, inde in principio uelut fungos erumpere, in quibus temporis progressu manifestæ auium figure cernerentur: deinde pluma uel ſlitæ, poſtrem ō uiuæ & uolantes: atq; id afferi, preter cōmune omnium gen- tium littoralium, Angliae, Hyberniae, & Scotie testimoniū, à Gyraldo, qui multo felicius quām pro ſuo tempo- 30 re Hybernia historiam conſcriperit. At idem ille non ſatis tutum eſſe uel- go fidem aſtrui, & Gyraldo ob rei ra- ritatem non credendū ſubiungit: qua- reis ipſe qui Anglus natione, & medi- cuſ professione erat, Theologum An- glum consuluit, qui uerum eſſe quod de huius auiis prodigiosa generatione dicitur, affirmauit: uerū in rerum na- turali cognitione potius docto medi- co ipſi Turnero, quām Theologo fidē præſtantam existimarem. Huc perti- net quod de uolucre Ephemerō tradit Aristoteles libro 5. de Histor. animal. 40 Hypanis fluuius apud Cymeriū Bo- sphorū ſub ſolſtitio, defert ueluti fol- liculos aciniſ maiores, e quibus qua- drupē-

*Animalia*  
*nulla ex se cō-  
cipere.*

*Bernicla, an-  
fer Scotia.*

*Ephemerus*  
*auii.*

drupedes uolueres erumpunt, quod genus animalis in postmeridianū usque diei tempus uiuit & uolat: mox descendente sole macrescit & languet: deinde occidente, moritur, uita nō ultra unum diem protracta: unde Ephemerum, id est diarium appellatum est. At prodigiosae haec narrationes nō semper fidem merentur, quemadmodum nec id quod Ouidius tradit, Channē pīscem ex seipsa concipere: & quod Archelaus de leporibus, utramq; uim singulis inesse, ac sine mare & quæ dignere: quodq; Aristoteles & Alexander milites sunt commenti, generatio nem murium lambendo constare, nō coitu. Hyænam quoq; pārere sine māre, uulgas credit, Aristoteles negat. Idem de uulturum foemellis traditum est. Oues ex terra nāsci scribit Sigismū dus Baro, &c. in Moschouiae, & Scythiæ histor. Superat autem omnia hēc mendacia, quod dicit Plinius, in Lulitania circa Vlyxippōnem oppidum, & Tagum amnem, equas Fanonio flante obuersas, animalem concipere spiritū, indeq; partum fieri, & gigni perniciōsimum ita, sed triennium uitæ non excedere:

*Virg. 3. Geor.*

Ore omnes uerse in Zephyrū stant rupib. altis, 30 Exceptantiq; leues aurā, & sepe sine ullis Conugiis uento grauide. — Atque hæc de animalibus brutis. Quæ si ratio ipsa respuit, ac sacra Scriptura refellit, quanto minus in homine concedas. Cōcideret enim summū nostræ fidei fundamētū, abstrusissimūq; incarnationis Christi mysterium: & quod supra naturam operate Spiritu Dei fuit effectū, id natura sibi uendica ret. Sola enim Maria uirgo & ante partum & post partū, Christū hominē & Deū sine uiro & cōcepit & peperit, ut suprà demonstrātū est in eculi unquam hoc aut tributū fuit, aut tribuetur mulier: ne forte potentia & uoluntas di-

*Plin. lib. 32.  
cap. 7. lib. 3.  
cap. 55. lib. 10.  
cap. 65.*

*Plin. lib. 8.  
cap. 30.  
Origenes in  
prim. cont.  
Faustum.*

*Plin. lib. 8.  
cap. 42.*

*Nemo præter  
Christum ex  
uirgine natus  
sive uir se-  
mene.*

*Ezais 67.*

*August. scđt.  
lib. cap. 9.*

uina prætēdatur, cū hæc mēdacia paf sim tradi uidemus: ueluti Platōne ex *Plate.* uirgine, Apollinis phātasmate opprefsa natū: & Gothicas, quas Alrunas uocant, & specie & ingenio spectabiles foeminas, olim Filuniri siue Idanthrési Gothotū regis castra egressas, ac p Asiaticae Scythiae solitudines oberrantes, à Faunis & démonib. cōpressas, ac inde pcreatōs Hunnos fuisse. Se amore *Hunni.* captos esse mentiuntur dæmones, ut amētes uicissim foeminas in officio at & ius cōstringāt, ardēter animarū peditiōnē depereunte. Quod aut nō ex mare, sed ex semetip̄sis concipiūt mulieres, ea est caro informis, inanima, quā molā nos uocamus. Ideo non animatur, qā nō est ex duob. licet quoq; neminem uidissim unquam mulierem *Mole mulie-  
rum.* *Plin. lib. 7. cap. 4.* sine uiro uel molā uel eiusmodi quip̄. *Plin. lib. 10. cap. 64.* piām concepisse, afferat Galenus lib. 14. de usu part. Falsissimē igitur Simō magus ex uirgine se natum iactabat, ut Deum se mentiretur: falsissimē Merlinus, démonis & uirginis filius habitus, ut infrā dicemus: falsissimē Seruius Tullius Laris familiaris filius creditus, & reliqui omnes semidei, de quibus diximus. Nam & ipsi morta *Plin. lib. 37.* les fuerūt, & patres eorum uiri, & ma- *cap. 37.* tres foeminae.

#### COMMENTVM DE MAR- tini Lutheri ortu demoniaco.

Cap. XXIII.

In æstate anni sexagesimiquinti su pra sesquimillesimū. Episcopus in celeberrimo famosi oppidi collo gio, ad eleuandam Martini Lutheri doctrinam, in concione publica hanc de eius ortu enarrauit historiā, quam certe lepidam atque hoc loco dignam negligi minimē oportuit, ut uidentes uideant, & intelligentes intelligent. Diabolus in forma mercatoris & artificis gemmarij Vittembergam uenit, ubi apud ciuem hospitio excipi cupit,

z quād

quod merces suas preciosas communibus hospitijs credere minus audebat, pro beneficio interim iustam pollicitus remuneratione. Cæterum ubi hospitis filiam in amplexus muneribus, blanditijs, alijsq; uoluptatis irritamentis pellexisset, eius tandem cōcubitu fretus, breui euanuit, nec postea apparuit usquam. Puellæ indies magis ac magis uterus intumuit, quæ enixura tam horrenda raraque edebat indicia, ut sc̄tū non legitimè conceptum esse, argumentis minimè obscuris prælumeretur. Puer adolescentium paucō tempore in scholis promouit, ut suos coetaneos & commilitones facile uinceret, uitæ tamen ratio ne simulata. Inde ex patris instinctu factus monachus, uim religioſe virgini ( quemadmodum ab eruditis uiris, iſdemq; non paucis fertur) intulit abiecta cuculla. Romā uero profectus, ut conditionē sortiretur feliciorē, nec ex animo res cederet, incidissetq; in sanctiss. patris Papæ & Cardinaliū inlementiā, consilio inito cum suo patre, ut ob denegatas preces se ulcisceretur ab eo consulitur (quod imperitam plebem seductu facilem intelligeret) ut cōmentariolo orationem explicaret Dominicā, quā cunctos simul Christianos nouisse oportet, ut ea ratione sui instituti uoto potiretur. Explicationem autem hanc tanto artificio & fastu contexuit, ut non modò uulgari bus, sed & eruditis plenisque, donec fucum animaduerterent, commendaretur. Tragicus hic Ursus plebeiorum hominum erga se studia uidens, longius indies grassari cœpit tam ore 40 quam calamo contra Romanæ sedis indulgentias, & quædam eiusdem instituta alia, donec redargueretur, pudiceret & conuinceretur: nimisque longum foret enarrare singula: sapienti sat dictum. A' doctis omnibus hic

Vrsus nuncupatur. Nomen eius, quem digito commonstramus, plus satis intelligitur. In dignum etenim ut ille in uerbi Domini cathedra nuncupetur. In summa, fons est & origo uniuersæ hæreſeos, in cuius extirpationem Cōcilium hoc sanctum tam diu incēptū, & agitatum: nunc tandem cum utilitate non exigua absolutum esse, merito acceptum Deo ferimus.

Historia caholica de statu religiosis nostri temporis Gallicè cōscripta, authore Ignatio theologie doctore, tradit quoque probabilem esse opinionem, literarū monumentis propagatam: Margaritham uidelicet Lutheri matrem ex diaboli coitu concepisse, qui aliquoties antè cum ea fuisset cōgressus, quām Ioanni Luder matrimoniū fecdere iungeretur.

Lutheri profecto doctrinam alij ueritatis machinis impugnare & convellere oportet, non eiusmodi figmentis, alioqui uulgs intelliget. Siquidem crassum nimis hoc cōmentum est de talī dæmonis concubitu, quām ex descripta eius uita omnibus constet, natum fuisse anno 1483. die 10 Nouembri, nocte post horam undecimam, Islebię sub imperio Comitum Mansfeldēsum, ex patre minimè obscuro Ioanne Lutherō, viro Patricio, & huius pudica coniuge Margarita matre: atque Martini nomen ei impostum, quod dies proximus, quo per baptismū Ecclesiæ initiaretur infans, Martino sacer esset.

CVR EX DIIS AC VIRGINIBUS homines nasci confitum sit, ex qua ratione spiritus ac dij eum mulieribus coeant, historijs aliquot docetur.

Cap. XXIII.

**C**onficta autē & exagitata fue-  
runt illa ab hominibus & anti-  
quitus, & nostro seculo, uel per tur-  
adulaz,

*Cur fuit nis-  
co, multe  
nati fingere*

adulationem, ad principum ac potentum familias illustrandas ac euenendas: uel per pudorem, ad obscuritatem generis aut natalium turpitudinem regendam: uel per timorem, ad stupra mulierum aut adulteria celanda: sicut & felicibus ex ueteri prouerbio, sunt trimestres partus, & ut Sueto nij uerbis utar, patrem Claudij Cæsar is Drusum, olim Druimum, mox Neronem prænomine, Luiu quū Augusto grauida nupisset, intra mēsem tertium peperit, fuitq; suspicere ex uitri-co per adulterij consuetudinem procreatam. Statim certe uulgatus est uerus, rois abrux̄t̄n̄x̄ t̄ḡl̄v̄x̄ w̄d̄lia. Vel etiam confita fuerunt hæc per artem, ad libidinem quorundam explēdam, qui plerunq; sunt aut lascivii iuuenes, aut ociosi sacerdotes, & forma & uarietate mulierum tempa frequentium capti. Iouem hoc pacto Danaæ misisse aiunt quondam in gremium imbreu aureum. Et Chærea consimilem iam olim lusisse se lusum ait, Deū se in hominem conuerisse, atq; per alienas tegulas uenisse clanculum per impluvium, fucum factū mulieri. At quem Deum? qui tempa cœli summa sonitu concutit. Ego homuncio id non facerem!

*Joseph. anti-  
guis. iudic.  
ibid. cap. 4.*

Patebit hoc optimè ex hac elegan-  
tissima Iosephi historia. Circa Christi  
tempora etiam Romæ, in sacris Isidis,  
summa turpitudine deprehēsa est. Erat  
Romæ Paulina; mulier nō minus proba-  
bitate morum quam natalium clarita-  
te illustris, adhæc copulēta & formosa,  
ut quæ esset in ipso etatis flore, sed in-  
primis ornata pudicitia. Nupta autem  
erat Saturnino, uiro tali coniuge di-  
gnissimo. Huius amore captus est De-  
cius Mundus, iuuenis non obscurus in  
equestrī ordine: & quia maior erat for-  
mina quam quæ corrumpi posset mu-  
neribus, eo magis accendebaru amā-

*Anoris nū.  
ac precium.*

tis insania, ita ut offerret ei pro unica  
nocte ducenta drachmarum millia. Ac  
ne sic quidem ualens eam flectere, nō  
ferens amoris impotentiam, decrevit  
morbum simul & uitam finire in edia.  
Hoc eius propositum nō fecellit Idem,  
libertam Mundi paternam, uarijs in-  
structam, sed non probatis artibus:  
quæ indignè ferens obstinationem iu-  
uenis, blanda oratione conuentum a-  
nimare conata est, spem ei faciens, ef-  
fecturam se ut potiatur Paulinæ com-  
plexibus. Cumq; ille preces eius libe-  
ter acciperet, ait libi opus quinquagin-  
ta tantum drachmarum millibus ad  
expugnandā mulieris pudicitiam. Ita  
refocillato iuuenie, & accepta quan-  
tam petierat pecunia, nouam doli ui-  
am ingressa est, uidens Paulinam non  
capi pecunij. Sciens porr̄, eam ue-  
hementer ad istam Isidis cultui, tale  
quiddam comminiscitur. Conuentis  
aliquot ex eius sacerdotibus, accepta  
*Falsa religi-  
onis usus.*  
Sacerdotiē I.  
fide silenti, & quod efficacissimū est, fidis lenones.  
ostentatō præmio, in præsens x x v mil-  
libus, & alteris totidem post nauatam  
operam, indicat eis amorem iuuenis,  
rogans ut omnibus modis aduiteren-  
tur eum reddere uoti compotem. Illi  
auri cupidine rati, benignè sunt polli-  
citi: quorum natu maximus properè  
se ad Paulinam contulit: & admissus  
impetratoq; absq; arbitris colloquio,  
uenire se ait missum ab Anubide, ca-  
pto ipsius forma, & iubēre ut ad se ue-  
niat. Illa libenti animo accepit nun-  
ciū: moxq; iactabat se apud familia-  
riter notas mulieres, quod dignata sit  
amore Anubidis: marito quoq; indi-  
cat, conditam sibi cœnam & cubile  
Anubidis. Id eo facilius cōcessum est,  
quod cognita & probata esset uiro cō-  
iugis pudicitia. Itaq; in templum pro-  
ficiuntur, & post cœnā instantे somni  
tempore inclusa per sacerdotē, tene-  
bris conciliantibus in latente ibi Mun-  
*Iuuenis pro  
deo coit.*

dum incidit, totamq; eam noctem obsecuta est iuueni, Deo se gratificari existimans. Eo deinde abeunte, priusquam sacerdotes dolis consici surgerent, Paulina mane ad maritum reuerta, congressum cum Anubide prædicat, & idem apud amicas quoq; magnificis uerbis exaggerat. Illis nec credere libebat, rei naturam considerantibus: nec mirari tamen non poterant, ob insig-  
nem mulieris pudicitiam. Die deinde post rem patratam tertia, Mundus adamatae forre fortunæ obuius: O fa-  
ctu bene Paulina, inquit, quod ducen-  
ta illa millia mihi seruasti, quæ potuisti  
tuis facultibus addere, & morem  
nihilominus meæ uoluntati gesisti.  
Nihil enim mea refert, quod Mundum  
contempsti, quandoquidem pre-  
textu Anubidis optata uoluntate ex-  
pletus sum: atq; his dictis abiit. At mu-  
lier tum primò deprehendo flagitio,  
uestem sibi lacerat: & re tota ad mari-  
tum delata, obsecrat ne tam insigne  
ludibrium impunitum finat. maritus  
porro Imperatori totū significat. Ti-  
berius, postquam accuratissima inqui-  
sitione didicit omnia, sacrificos illos  
impostores in crucē egit: unaq; Iden,  
inuentricem huius sceleris, cuius præ-  
cipua opera fuit in corrumpenda mu-  
lieris pudicitia: diruioq; templo, sta-  
tuā Iisidis iussit mergi in Tiberim. Mu-  
ndum autem mitiore pena exilijs casti-  
gasse cōtentus est, crimen eius in Cu-  
pidinis impotentiam referens.

*Ecclesiasticis libri incipit ac Deorum libri duces per sacerdotem exercitum.*

Eusebius non minus notabilis refert Saturni adulterium. Sacerdos Saturni, Tyrannus nomine, quasi ex responso numinis, adorantibus in tem-  
plo nobilibus quibusque & primarijs.  
uiris, quorum sibi matronæ ad libidi-  
nem placuisse dicebat, Saturnū pre-  
cepisse, ut uxor sua pernoctaret in tem-  
plo. Tum is qui audierat, gaudens q;  
uxor sua dignatione numinis uocare-

tur, exornatam comptius, insuper &  
donarijs onustam, ne vacua scilicet re-  
pudiaretur, cōiugem mittebat ad tem-  
plum. In conspectu omnium conclusa  
intrinsecus matrona. Tyrannus clau-  
fis ianuis, & traditis clauibus, discede-  
bat. Deinde factio silentio per occul-  
tos meatus & subterraneos aditus, intra  
ipsam Saturni simulachrum patu-  
lis irrepebat cauernis. Erat autē simu-  
lachrum illud à tergo exesum, & pari-  
etū diligenter annexum. Ardentibusq;  
intra eadem luminibus, intentæ suppli-  
cantiq; mulieri uocem subito persi-  
mulachrum aeris concavi proferebat,  
ita ut pauore & gaudio infelix mulier  
trepidaret, quod dignam se tanti nu-  
minis putaret alloquo. Posteaquam Fucus sacer-  
uerō quæ libitum fuerat, uel ad cōsternatione maiorem, uel ad libidinis in-  
citamentum differuisse numen impu-  
rum, arte quadam linteolis obductis,  
repente lumina extinguebantur uni-  
uersa. Tum descendens, obstupefactæ  
& consternatæ mulierculæ adulterij  
fucum prophanis commentationibus  
inferebat. Hac cum per omnes misera-  
rorum matronas multo iam tempore  
gererentur, accidit quandam pudice-  
mentis feminam horruisse facinus, &  
attentius designantem cognouisse uo-  
cem Tyranni, ac domum regressam ui-  
ro de fraude sceleris indicasse. Ille de  
inuria coningis, immo potius sua, ar-  
dentius inflammatus, inscriptum Ty-  
rānum ad tormenta deducit. Quo cō-  
uicto atque confessio, cæcisq; fraudi-  
bus reuelatis, pudor omnis & dede-  
cis Paganorum peruerterat domos, a-  
dulteris matribus, in uestibus patribus, li-  
beris spurijs deprehensis. Hinc existi-  
mare possumus, ac dignoscere, quo-  
modo matrona Romana fuerit à Ma-  
tre compressa: cuiusmodi multa Vale-  
rius Max. & alij historici referunt. Fuit  
hæc fraus semper usitata sacrificis, ut <sup>Sacerdotes</sup> <sub>tempor pro hac</sub>

*deo suo comedunt & cœunt.*  
*Daniel. 14.* hac de causa simulachra deorum ipsosque  
 deos & comedere, & bibere, & coire  
 fingerent. Nota est historia apud Danielem, de sacerdotibus Bel septuaginta, qui cum ea que Belo proponerentur, tam constanter eum ipsum consumere affirmarent, ut sanctum Dei prophetam in discrimen uitæ adduceret, ostium fani regem obsignare patientes: eos tamen sub mensa occultum aditum habuisse, ac per eum cum uxoribus & liberis ad Dei pateras exhauiendas patinasque euacuandas uenisse, ex uestigijis ille summa prudentia deprehendit, regique demostriauit. Quæ sagacitas quam nostris etiam temporibus utilis, atque adeo necessaria esset, Aureliana Necromantia docet, & Christi diuina; virginis apud Bernates colloquium monachorum arte confitū, de quo suprà dictum est.

**D E M V T V A M A L E F I C A R V M  
 commixtione. Cap. XXV.**

**Q** Via superiori Capite satis deteximus illos deos, qui formosissimas quasque matronas sub religionis specie in complexus suos sibi depositabant olim: uideamus iam qui nam sunt dæmones, à quibus maleficæ subagitari se uulgò iactat. Quod possem exemplis nostri temporis, nostrarumque partium, etiam in virginibus sanctissimæ, nostra opinione, pudicitia demonstrare: tamen quod odio sicut, ijs prætermisso, unum ab exteris sumemus, quo nihil esse potest ad uanitatem falsitatemque dæmoniaci coitus probandam accommodatius, nihil illustrius. Ioannes Leo Africæ testatur, in Africa Eessæ maleficas esse, quæ uideri uolunt habere summam cu dæmonibus familiaritatem: dæmones autem uel rubros uel albos uel nigros appellant: atque ubi aliquius fatum eloqui uolunt, certis orationibus semetipsas sufficiunt, & afsementi-

*L. 3. descript.  
 Africæ.*

eum tum se recipere dæmonem, quem accerterunt: inde mutata uoce dæmonem in se loqui singunt. Tum qui rei alicuius explorandæ gratia uenerunt, iam magna cum reverentia sciscitantur ex illis, & tandem numerato dæmoni precio discedunt. Verum qui sanioris sunt iudicij mulieres has Sahacatæ, quod Latinis Ericatrices sonat, resette appellant, quod damnando more soleant Venerem inter se exercere: dicerem honestius, si possem. Si quando formosæ mulieres eas aedant, maleficæ earum amore non secus atque adolescentes puellarum acciduntur, & in dæmonis specie rogant, ut concubitum pro mercede patiantur. Ita fit, ut dum se dæmoniorum dictis parnise putant, rem cum maleficis habuerint. Neque desunt quæ eius rei uoluptate allæctæ, maleficarum cōsortium ambient, & morbum singentes, unam earum ad se uocent, uel miserum eodemmittant maritum: quæ re intellecta, mulierem à dæmonে quodam uextam affirmat, eamque ob causam nullo modo liberari posse, nisi se illarū adiunxerit numero. His uerbis miserille tandem uictus non modò permittit id, sed & maleficarum ordini sumptuosum parat conuiuium: quo absoluто, ad tympanorum strepitum mirum in modum saltare solent, deinde uxorem dijus uentisque committere. Reperiuntur tamen, qui uel minimo negotio fustibus hunc dæmonem ejiciunt. Alij dæmonio se obfessos singentes, non alio modo maleficas illas decipiunt, quam quo illorum uxores sunt deceptæ. Sic ars eluditur arte. At uide quæta interim misero diabolo fiat inuria tam factio quam dicto, dum & id illi criminis imponunt, quod non committit: & eam uoluptatem ipsæ sentiunt solæ, cuius illum partipem esse prædicant.

**P**eculiare uero dæmonis prius cū uiro, deinde cum muliere congressus figmentum commentantur nimis impudenter, ac argumentantur absurdè admodum pleriq; Theologi (ut Mallei maleficarum architecti Hericus Inſitoris & Iacobus Spriger ordinis Prædicatorum, sacrae paginæ doctores & hereticæ pestis inquisitores, eiusdem item ordinis Petrus de Palude, atque Martinus de Arles theologæ professor, ac huius farinæ alij) eundem scilicet dæmonem uiri scelerati prius succubum, effici mulieris deinde incubum: semenq; uiro anteemptum, mulieris inde sinu in ipso actu instillari, atque hinc factum 20 concipi, progigni q; quem tamen Gril landus ait non dicendum filium dæmonis, sed eius cuius erat sperma: itaque affirmare communiter Theologos, S. Thomam in tract. qq.i. parte, tit. de miraculis. q.8. uerf. ad primum. (In Augustino uero, quem citat, nihil eiusmodi reperi) Proinde dum ad choræas translatæ sunt uxores, satanam alium dæmonem in forma succubi matri substernere, qui adeò bene se accommodet coire uolenti, ut etiam callidissimum quenq; falleret: ut ait Thomas d. titul. q.5. Næ id ridiculum nimis uidetur, quam quod multis debat confutari argumentis. Hoc solūmodò dicam: illam seminis ex sanguine & spiritu humano temperiem generationi aptam in ordinatis à Deo locellis, extra propria conceptacula, 40 qualicunq; præcipiè translatione corrumpi & interire: propterea quod spiritus ac calor ille cordis totiusq; corporis nec adlit, nec quantitate & qualitate iusta sit in eo temperatus. quamvis eam temperiem à dæmoste conser-

*De eodem de  
mohe, succubo  
& incubo ab  
ſurdam quo-  
rundam Theo-  
logorū argu-  
mentum.*

*Valut. 10.  
tract. de for-  
tit. 7. quaest.  
num. 3.*

uari posse nitgetur Thomas, tum propter motus celeritatem, tum fomenta adhibendo, quibus illa defenditur. Si enim hoc fieri posset, quam fœcunda monstrorum mater tam longo tempore extitisset humanum genus, semine ex feris uel bestijs permutato, translatoq; ab incubo dæmonie, & mulieris si nui infuso. En horribilem consequētiā. Hinc uides, quam omnino non sit credendum Alberti scholasticæ, qui quasi per somnum sic scribit: Si semen emissum ad terram, poneretur ad matricem, possibile esset quod cōcipere: & sèp̄ius contingere, quod in balneo, ubi uir sperma emitit, muliere presen- te, ipsa tanquā in coitu concipiat, quia matrix est maximè attractiva, & femē adhuc uigens, nec exhalatione imponens, atque ideo fœtum produci posse, idque experientia comprobatum esse. Nam si semen super saluiam effunderet felis, atque saluiam hanc aliquis comederet, tum ex illo semine generarentur in uiri uentre feles, per uomitum expellendi. Absurdiora hęc sunt, & mendaciora, quam ut longiori refutatione indigeant. Idem sit responsum fœminæ habitanti in nictina Auerrois, qui scribit eam iure iurando Lib. Collectio- confirmasse, quod infante conce- rum.

perit semine profuso à lasciuie matupratore, & in balneo attracto: quod admodum & Hebrai nugantur eodem modo natum Benzylam uirum dodissimum & sapientissimum ex filia Hieremias prophetæ. Eiusdem erit fidei & illud ancille regina Tanaquilis Ocrisia, quæ Tarquinio Prisco regnante, iactabat sibi repente in foco comparuisse genitale ē cinere masculini lexus, seq; incidentem ibi consurrexisse grauidam, & ita Seruum Tulolum natum, qui regno successit. Eiusdem profecto uanitatis illud Plinij de perdicibus, licet ab Aristotele uidea- tur.

*Lib. de For-  
mat. hom. c. 4.  
i. de Gener-  
embry.*

*rum.*

*Livius lib. 10.  
Plin. lib. 36.  
cap. 37.*

*Seruum Tole-  
lus Larv fil.  
& fortis.  
Plin. lib. 10.  
cap. 33.*

*Falsa de per-*  
*dicibus.* tur transcripsisse, ex libri 5. de historia  
animalium capite 5. Neque in anima-  
li alio par opus libidinis. Si contra ma-  
res steterint fœminæ, aura ab his flan-  
te prægnantes sunt. Hiantes autem ex-  
eta lingua per id tempus astuant, con-  
cipiuntq; superuolantium afflatu, fœ-  
pe uoce tantum audita masculi.

DE SYLVANIS, FAVNIS, ET  
SATYRIS. CAP. XXVII.

*Lib. 15. de Cr-  
nit. Dei, taki-  
te 23.* **N**ec dubium est, alios mihi Augu-  
stinum hic de incubis dæmoni-  
bus obiecturos, ita scribentem:  
Quoniam creberima fama est, mul-  
tiq; se expertos, uel ab eis qui experti  
essent (de quorum fide dubitandum  
non est) audisse confirmant, Syluanos  
& Faunos, quos vulgo Incubos uocat,  
improbos sepe extitiles mulieribus,  
& earum appetuisse ac peregrinisse con-  
tubitum: & quosdam dæmones, quos  
Galli Dusios nuncupant, hanc assidue  
immundiciam & tentare & efficere,  
plures talesque asseuerant, ut hoc ne-  
gare impudentia uideatur: nō hic te-  
merè aliquid audeo diffinire, utram  
aliqui spiritus, elemento aëreo corpo-  
rati (nam hoc clementum etiam cum  
agitatur flabello, sensu corporis taedium  
que sentitur) possint etiam pati hanc  
libidinem, ut quo modo possunt, sen-  
tientibus fœminis misceatur. Hæc pa-  
rum at nihil facere contra nos, intel-  
ligetis, qui cum nostris rationibus su-  
præ ad ductis, exactius singula discussu-  
rit expenderitq;. Quæ insuper rumore  
accepterit ille, dunataxat recenset,  
nec certi aliquid statuere audet. & si  
demus, spiritus aliquo elemento aë-  
re corporatos esse: minimè tamen  
hinc sequetur, ab aëreo corpore, cum  
eo quod contempnerata quatuor ele-  
mentorum permixtione consistit, na-  
turalem, uel similem ei qui inter pa-  
ria, terrena magis contempneratione  
imbuta contingit corpora, exerceri co-

350  
gressum. Aërem tales spiritus adserunt,  
aërem agitant, aërem uerberant. In e-  
iusmodi actu præteralia commoda or-  
gana, requiritur caro & sanguis, qui-  
bus spiritus carent. Reliqua itaque e-  
runt ludibria à dæmone obiecta, con-  
firmataq; uitiosa mulieris dementatæ  
phatasia. Quare præponderet hic ra-  
tio, & ueritatis robur.

10 De Satyris illis salacibus, qui etiam  
obitiduntur, & eadem cum Syluanis  
& Faunis rationem habent, an quoq;  
ueri fuerint dæmones, quid in Atticis  
scriperit Pausanias, breuiter, adiiciā.  
Evidem (ait) de Satyris quinam sint,  
ut aliiquid certius quam ab alijs tradi-  
tum sit cognoscerem, singula ex mul-  
tis sum percūstata. Euphemus Car-  
tandem, uir non ignobilis, hæc mihi  
recensuit: se, cùm in Italia nauigaret,  
uentoru imetu in extremas Oceani  
oras delatu; ibi multas esse insulas de-  
sertas, qua ab hominibus agrestibus  
incoluntur: ad illas insulas appellere  
nautas noluisse, quoniam antea in eas  
appulsi, à quibus tenerentur incolis,  
non ignorarent: sed rūc etiam præter  
eorū uoluntatem tempestate qd ad-  
actos, insulas à nautis Satyrides appel-  
lari: incolas russos esse, & caudas non  
multo equinis minores, infra clunes  
habere. Hos, ubi primū hospites sen-  
sissent, euestigio nulla edita uoce ad  
nauim cucurrisse: ac mulieribus quæ  
in nau erant, manus inieciisse. nautas  
uerò paufactos, mulierem barbarem  
in insulam exposuisse: in quam satyri  
irruentes, non tantum eam quæ natu-  
rà uiris exposita est partem, sed aliam  
quamlibet petulatissimè appetiuisse.

De satyro quoque animali hæc scri-  
bit Ant. Sabellicus: Ex Athenis Sylla  
per Thessalam & Macedoniā ad ma-  
re descendit, mille & ducentis nauibus  
ex Dyrrachio Brundibutu trans-  
missus. Proxima est Dyrrachio Apoll  
lonia,

Satyrides in  
sulae.  
Satyri

Satyrus.  
Lib. 1. En-  
head. 6.

Ionia, & circa hanc Nympheum. Sacer  
ibi locū uirenti colle ac pratis, quæ  
fontes multifariam irrigant. Hic sub  
id tempus quo Sylla eō cum exercitu  
uenerat, Satyrum, animal humano o-  
re, atque ea forma qua pingitur, som-  
no pressum, atque ita captum, loco-  
rum accolā ad Syllam uinctum perdu-  
xerunt. Ibi haud una uoce interro-  
gatus, quis esset, multisque uariarum  
linguarum peritis ad hoc ipsum adhi-  
bitis, tātum uociferatus dicitur: voxq;  
aspera ex eo profecta, inter balatum  
& hinnitum media. Sylla religione ta-  
etius, datis comitibus qui eum in soli-  
tudinem deducerent, missum fieri im-  
perauit. Animalia etiam fuisse quæ Sa-  
tyri dicerentur, scribit Hieronymus in  
uita Pauli primi heremitæ: eosq; lo-  
cutoz esse, & rationis officia peregrisse.  
Refert quoque, Satyrum quempiam  
Antonium quandam allocutum fuisse,  
& gentilium errorem in se colēdis  
animalibus damnasse: affirmatque u-  
num uitum olim productum in publi-  
cum, & mox ad Constantinum prin-  
cipem destinatum. His addit tamen,  
diabolo facillimum esse Satyri imagi-  
nem & nomen assumere. Apud Stra-  
bonem inde legimus de Satyris, Sile-  
nis, Bacchis & Tityris, quos (inquit)  
dæmonas quosdam deorumq; mini-  
stros Cyrtetas nuncupant.

LIB. II. INCUBI ILLUSIONEM INFE-  
STARE QUODQ; PROBAS CITAM MATRONAS, CUM RI-  
DUCULO EXEMPLU ADULTERINI CONGREGA-  
RE DÆMONIACI. CAP. XXVIII.

Tract. de Su-  
perficiis.

Illusio incubi  
alijs quoque  
mulierib. pro-  
bi accedit.

**N**ec solūm (inquit Martinus de  
Arles theologus) apud malefi-  
cas, sed & circa alias probas mu-  
lieres accidit hæc in cubi illusio. Nam  
ex sacerdoti cuiusdam relatu accepi,  
hoc tempore ipsi in confessione reue-  
latum fuisse à quadam proba muliere  
nupta, cui saep in somnis uidebatur,  
se reuerā super iumenta equitare per

campos cum alijs: atque ita euagan-  
do super aquam, coire hominem cum  
ea, & intensam in actu se persentire  
uoluptatem: & hoc saep ei accidisse  
phantasticè, illuſione dæmonis, mani-  
festum est. Vnde Augustinus super  
Genes. Illa enim quæ accidisse ut qui-  
dam recordarentur, in quorundam a-  
nimalium corporibus aut falsa facta  
narrarentur, aut illusionibus dæmo-  
num, hoc in eorum animis factum est.  
Si enim contigit, ut quis in somnis fal-  
aci memoria recordaretur, se aliquid  
fuisse quod non fuit, aut fecisse quod  
non egit: quid mirum est, si quodam  
iusto Dei occulto que iudicio finantur  
dæmones in cordibus hominum tale  
aliquid posse? Hæc ille.

Delulorij exemplum adulterij his  
accedit, apprimè ridiculum. Mercato-  
ris cuiusdam uxor circiter sex uel se-  
ptem miliaria à Vuittembergia, Silesia  
uersus, absente negociationis causa  
marito, peculiarem solet admittere  
concubinum. Contigit itaque marito  
peregrè agente, amulum noctu redi-  
re: & post curatam cuticulam, uene-  
reamq; peractam uelitationem, ut ui-  
deatur, hora matutina specie picæ  
assumpta momentò, concubinum in-  
sidere promptuario, ac cōcubinæ his  
uerbis ualedicere: Hic tuus fuit ama-  
bus. dictoq; citius euanuisse, nec redi-  
isse unquam. Quāquam Vuittember-  
gæ ab ecclesiaste id accepit insignis  
doctrinæ uir JOANNES LITHODIVS, <sup>Ioannis Li-</sup>  
medicus excellentissimus, ac collega  
mihi singulari necessitudine coniunctus:  
mili tamen nugæ sunt. Nullo er-  
go modo rite credendum esse, dixit  
Cassianus, spirituales naturas cum fo-  
minis carnaliter coire posse. Nam si  
hoc aliquando posset fieri, quomodo  
nunc uel nunquam uel raro uidere-  
mus, aliquos ex eorum concubitu de  
mulieribus absque uirili semine nasci:  
cum

cum præsertim constet, eas libidinum  
sordibus delectari admodū, quas pro-  
culdubio in semetipsas potius quam  
cum hominibus exercere malent, si il-  
lud ullo modo effici posset? Nec item  
immerito doctissimo philosopho &  
medico Iulio Scaligero liber cum sto-  
macho excipere, qua de dæmonum  
coitu Psellus effutijt. Quare cum Iam-  
blichus concludamus: Quæ fascinati  
imaginamur, præter imaginamenta  
nullam habet actionis & essentiæ ue-  
ritatem.

**C O M M I X T I O N I S D I A B O L I -**  
ce figmentum comprobantes historias  
omnes esse fabulosas.

Cap. XXIX.

*Li. 16. de Sub  
tilitat.  
Card. Exer.  
317.  
Lib. de My-  
terijs.*

*Incubum de-  
moni appro-  
bantes histo-  
rias omnes fa-  
bulosa.*

*Lib. 3. his tor.  
Stat.*

**H**inc constat, cunctas quorum cū-  
que historicorum enarrationes,  
commixtionis eiusmodi phan-  
taстicæ & diabolice figmentum com-  
probantes, ut fabulosas, ab omni ueri-  
tate excidisse, optimoq; iure pessum  
ire: & uel ab alijs primum fuisse char-  
tis illatas, uel ex aliorum relatu à facile  
creulis deinde falsò transcriptas, &  
ad posteritatem traductas: quarū ali-  
quas, ne silentio eas sepelijisse studio  
uidear, hoc loco dignabor. Hanc de-  
scribit fabulam Boëthius historicus. 30

In Mareia regione, uti ex ijs qui fœ-  
dissimam rem conspexerant accepi-  
mus, puella natalibus altis, forma cō-  
spicua, complurium nobilium auersa-  
ta connubium, in infandam cum ca-  
codæmone incidit consuetudinem:  
quæ cùm uterum ferret, parentum ri-  
gore coacta edere stupratorem: ado-  
lescentem mira pulchritudine frequē-  
tius secum noctu, interdiu nonnun-  
quam cōuenisse: unde uenisser, quó-  
ue inde abijsset, nescire se respondit.  
Parentes eti filiæ paru crederent, ac-  
curatis rem aduertentes, cōsilio quis  
effet, qui puellæ expugnasset pudici-  
am, explorandi, cognito tertio post

die indice ancilla, stupratorem adesse,  
referatis foribus, accensoq; tædarum  
ingenti numero, cubiculum ingressi,  
horrendum mōstrum, figura supra hu-  
manam fidem terribili, in filiæ ample-  
xibus sunt cōspicati. Cucurrere ocyus  
complures ad fœdum acciti spectacu-  
lum. Inter eos sacerdos probatæ uitæ,  
nec sacra disciplinæ ignarus, cæteris  
aut trepidè abeuntibus, aut paurore il-  
lis terræ, quum Ioannis Euangeli  
initium recitare orfus, ad eum locum,  
Verbum caro factum est, perduxisset,  
malus dæmon horrendo sublatu clা-  
more, cubiculi testum secum aspor-  
tans, omni supellecili incensa abiit.  
Fœmina periculo seruata, post triduū  
enixa est monstru unde aquaque fœ-  
du aspectu, quale nusquam antea (ut  
ferunt) inter nostrates uisum: quod  
obstetrics ne in familie dedecus ser-  
uaretur, extorta ingenti pyra, citissi-  
mè exuixerunt. Huic simile admodū  
est, quod de Venerea Plyches uelita-  
tione, cū formoso deo Cupidine, qui  
alijs uenenatus serpens, & fœuissima  
bestia dicebatur, scribit Apuleius: qua-  
re etiam eandem ueritatis opinionem  
iurè meretur.

Eiusdem fidei historiam quoq; alia  
recitat idem Boëthius. Anno Christi-  
30 Lib. 3. his tor.  
Stat.  
millesexagesimum & quadringentesimum,  
nauigantibus è Phorthea æstuario ne-  
gotiationis causa in Flandriam, tanta  
uentorum oborta est uis, ut uelis, ma-  
lo, armamentisq; ruptis, & nauifœde  
inter tumentes undas iactata, certissi-  
mam mortem cuncti expelletarent. Na-  
vicularius tantam tamq; insolitam aë-  
ris inclemenciam eo tempore demira-  
tus (suberat enim solsticium æstivum)  
quum id non sideri, sed malorum dæ-  
monum, qui hominibus semper sunt  
infesti, infidijs magnis tribueret clা-  
motibus: reddita est uox ex imâ nauis

*Plyches ueli-  
tano uenerea  
tō Cupidine.  
Li. 3. de A-  
stro. aur.*

*Si uerum hoc  
sit, potius illa  
incuria in som-  
nis patimur  
ginarium: &  
cautus or-  
umes illude-  
rentur, eam  
potius demo-  
ne fulfexerat  
an nube-  
culam, cum  
sono & fumo  
recarunt eis.  
Hoc item de  
moni studio  
fuit, ut illa in  
nocte in ma-  
re precipiteret.*

mulleris se miserere incusantis, quod in cubo humana sub effigie, quicum per multos ante eos annos habuisset consuetudinem, iam tum fuisse commixta, & ab eo subacta: mari ergo celestius se tradendam, ut ipsa pereunte, quæ tanti mali imminētis causam prestitisset, ceteri Dei benignitate permanenter incolumes. Accedēs ad lachrymantem fœminam, iubente nauiculario, sacerdos, eius atque cæterorum saluti consulendi causa, crimen iam palam fatentem, horrentem scelus uehementer alto pectori suspirijs indicibus, pœnitentemq; facti, piæ est hortatus, ne sibi deesset, cui certò cognosceret numinis fauorem adesse, criminis lachrymis ac animi penitidine deletri: tantam miseritatis Dei clementiam esse erga mortales, ut altius uel in marorum profundum lapsos, resipescentes nonnunquam ad maiorem longè quam unquam antea habuissent gratiam, recipiat. Media pij sacerdotis adhortatione, quum multis suspirijs afflita mulier admissum facinus deploret, cunctis uisa est atra nubes & nauis sentina profiliisse, ingentiq; sono, flamma, fumo atq; fœtre se deiecisse in mare. Sedatum est inde cœlum, pacatumq; mare, & negotiatores cum nauis cunctis suis rebus saluis in optatum portum abierte.

**DE MERLINO, CYGNO NAUICULAM aurea trahente catena, cygne a turri Cilueni, phantastica coniuge, ex reliquis sanctæ concubitus exemplis.**

*Cap. XXX.*

**I**Dem Boëthius, constantem fuisse famam inquit, Merlinum ex incubi & nobilis Brintannici sanguinis fœminæ concubitu genitū esse. Hinc quilibet palam uideret, quantum hisce miraculis apud historiographos fidei debeatur. Ut autem rerum mendacium collatione clarius eluceat ueri-

tas, ridicula illius superstitione ætatis commēta de Merlino, uelut de cygno quoq; illinere ex Vincentio non pīge *Lib. ii. Etat. cap. 30.* bit. Ab eo narratur, Vortigerum regem consilio capro quid ad sui uitiationem facere deberet, iussisse acciri artifices, qui turrim fortissimam extruerent. Sed cum eorum opera tellus absorberet, sua sum est regi, ut hominem sine patre inquireret, cuius sanguine lapides & cementū conspergerentur, quasi eo modo stabile redderetur cementum. Inuentus igitur adolescens Merlinus nomine, qui cum matre adducitur coram rege, quæ illum ex spiritu in hominis specie conceptum esse fatetur. Merlinus hic multa obscura reuelauit, & futura prædixit. Aperuit enim, sub fundamento esse lacum: sub lacu duos latere dracones, quorum unus rubeus populum Britonum, alter uero albus Saxonum designaret: & uter eorum in conflitu alterum superaret, uaticinatus est: atque Aurelium Ambrosiū, deuictō Hengisto, & combusto Vortigerno, regnaturū. Ex *Clem. lib. ii. cap. 17.* Rachele item matre adhuc uirgine se natum fuisse iactabat mendaciter Simon magus, ut Deum se mentiretur.

Ex Helinando insuper Vincentius *Lib. iii. cap. 17.* hæc refert: In Coloniensi diœceti famosum & immane palatiū Rheni humanum supereminet, Iuuamen nuncupatum: ubi pluribus olim congregatis principibus, inopinata aduenit nauicula, quam collo alligatam cygnus argentea trahebat catena. Inde miles nouus & incognitus omnibus exiliij, cygnusq; nauem reduxit. Postea uxorem duxit miles, liberosq; procreauit. Tandem in eodem palatio residēs, & cygnū inspiciens aduentantē cum eadem nauicula & catena, statim in nauem se recepit, nec uisus est amplius: progenies aut eius in huc usque diem persistit. Hoc exemplo, spiritu quoq; *Ocygnus nauiculam argentea trahens catena.* fice-

*Merlini his-  
toria uelsa-  
bula.*

*Recog-*

*Iuuamen*

*Ocygnus nauiculam argentea trahens catena.*

357  
heri cū fœminis congressum, defendi-  
tur: & ex eo figmento in arce Cliven-  
si (ubi & altissima turris uetusca cōspi-  
citur, Cygnea nūcupata, in cuius fasti-  
gio cygni simulachrum uoluitur) anti-  
quisimis tapetis intexto, originis illu-  
strissimorum ducum Clivenium ue-  
tustatem deducunt: quemadmodum  
potentissimorum regnorū & clarissi-  
mari familiarum initia eiusmodi ad-  
ornari lenocinijs solent, ut diuini ali-  
quid ijs inesse, citius persuaderetur. At  
commentum ipsum arguit uera ortus  
huius illustrissimæ domus historia.

Ex Gaufrido Antisiodoro eiusdem  
fidei miraculum, lib. 3. idem ille Vin-  
centius scribit, narrans decanū quen-  
dam sacerdotum, cum sorore ducis  
Burgundiae, regi Siciliæ Rogerio de-  
sponsata, aliquandiu in eo regno inha-  
bitasse, qui se rem ibi comprexisse ad-  
mirabilem certissime affirmaret: iuue-  
nem uidelicet quandam strenuum, &  
natandi peritum, circa noctis crepu-  
sculum lucente luna in mari balneas-  
se, & mulierem post se natantem crini-  
bus apprehendisse, tanquam ex socijs  
aliquem qui eū mergere uellet. Quā  
alloquens, ne uerbum quidem extor-  
quere potuit: quare opertā pallio, do-  
mum duxit, & tandem in uxorem so-  
lenniter acceptit. Increpat aliquando  
a socio, quod phantasma amplexus  
fuisse, expaescens, gladio extracto  
cōiugi minicabatur, scilicet quem ex  
ea sulcepatur imperfectum, nisi ipsa  
loqueretur, suamque fateretur originem.  
Quae, Væ (inquit) misero tibi, uti-  
lem perdis uxorem, dum me effari co-  
gis. T'ecum manissem: ac in rem tuam  
40 esset, si iniunctum mihi silentium per-  
missem. Nunc autem me post hac non  
uidebis: & euestigio euauit. Puer aut  
adoleuit, & marinum cœpit frequen-  
tare balneum. Tandem die quodam  
coram multis puerum in eisdem flucti-

Cygnea tur-  
ri Clivenis.

Obscura cla-  
rif. familiæ-  
ram initia.

Cap. 16.

358  
bus occurrētem rapuit phantasica illa  
mulier. Ulricus Molitor LL. Doctor,  
*In tract. de*  
*Lamis &*  
*Pythonica.*

puerum hūc dæmonem fuisse in pue-  
ri forma apparentem, & matrē succu-  
bam, dæmonium scilicet, arbitratur:  
militem item incubum, & Merlinum  
ex matre delusa dæmonis artificio sup-  
positicum. At mihi fabulæ erunt, qui-  
bus bonas horas malè nimis seculo il-  
lo cæco impenderunt plerique, char-  
tulisq; phantasmatu pro rebus gestis  
ad posteritatem transtulere.

• De dæmoni item succuba, grati-  
simæ omnium formæ adolescentem  
infestante, memorabilem quoque ex  
Boëthio historiam postea competies.  
Hieronymus adhæc in Vitis patrum  
narrat, monachum quēdam à dæmo-  
ne in mulieris uenustissimæ formæ,  
ad obscenos inuitatum fuisse ample-  
xus: qui sua inclinans membra, effe-  
ctus est sicut equus & mulus, quibus  
non est intellectus. Atque ubi iam car-  
nalem conaretur inire amplexum, il-  
la teterimæ uocis ulularū emittens,  
umbra, ut erat, tenuis & phantasma in-  
ter manus amplectētis elabitur, ipsūq;  
miserum cum fœdissima irruzione de-  
serit.

Magdalena ciuiis cuiusdam famu-  
lam, scribit Iacobus Russus, nostra me-  
moria Constantiæ fuisse compressam  
*Lib. 5. cap. 6*  
*de Cœpt. ha-*  
à dæmonio, eiq; tandem per pœnitenti-  
tiam ualedixisse ex institutione mini-  
strorum Ecclesie: ac postea tantos in  
utero sensisse cruciatus, ut in singulas  
ferè horas infantem se crederet enixa-  
ram: inde clavos ferreos, ligna, uitra  
confacta, crines, stupram, lapides, os-  
sa, ferrum, & huiusmodi innumera, ex  
matrixe excreuisse. Mea autem est sen-  
tentia, Magdalena phantasiam fuisse  
Venereæ commixtionis opinione à  
diabolo illusam: deinde ab eodē ex-  
citatos illos dolores, ut certius illum  
cum ea congressum fuisse crederetur.

quod tamen falsum erat. Ut deinde conceptam augeret opinionem, subiecit subdolè res illas prodigiosas, quas in matrice non fuisse ( quemadmodū ea etiam quæ ore rejiciuntur, in imo corpore non fuere ) non est quid hic pluribus comprobem : quum eadem sit ratio. Nam quū omne semes suum simile procreet, quomodo ex semine in ea coitione fuso, tales potuerunt generari materies ? Sed absurdiora sunt hæc, quām ut fusiorem requirant confutationem : sequenti quoque Libro abundē id decebitur. Enim uero si in utero hæsisserent, proculdubio hic non modò lœsus, sed insigniter dilaceratus fuisset, quum essent materies duræ, asperæ, inæquales, acutæ, & quidem copiose. Illa quoq; inspecta, modò virum non admisisset, hymen certissimè apparuit et inuolatus.

**DELUSIONIS VENEREAE DIA-  
boli historia, & causa longioris tracta-  
tionis huius argumenti.**

Cap. XXXI.

**D**Elusionis huius & fallacie dia-  
bolicae duo adhuc exempla ad-  
iiciam, ex illustri philosopho  
Francisco Mirandula. Agnoui (inquit).  
uirum nomine Benedictum Bernam,  
etatis annorum septuaginta quinque:  
eūdemq; sacerdotē ex his, quos pres-  
byteros vocant, qui annis plus quām  
quādraginta cum dæmons familiariter  
sub forma fœminæ illi associato con-  
cubebat, in forum de ducebat, allo-  
quebatur, adeò ut astates qui nihil ui-  
debant, eum pro fatuo haberent. Vo-

*Hermelinam.*  
demon, amas  
si mulier esset. Alium quoque Pinne-  
tum (ait) nomine noui, qui ad ostigin-  
ta & amplius annos peruenierat, cum  
demonie alio, qui muliebri forma ei ui-  
debat, vocabatq; eum Florin: eno-  
mine, plus quadraginta annis uene-  
reas ueluptates exercuisse. Sed is, dū

40

hæc scriberem, uiuebat: alter peccas-  
iam dederat, confessus arcana se in sa-  
crificio non protulisse, consecratum  
uerò munus mulierculis ad ueneficia  
præbuisse, pueris sanguinem exuxi-  
sse, atque alia eiusmodi grauia sceleris:  
tormentorum tamen si, ne iocum fu-  
isse credas. Atque hæc aliaq; plura (il-  
lis recitatis ait Cardanus) si uellem ad  
ijcere, absurdia, uiroq; tam graui profe-  
cto indigna sunt, ac uana, & ab omni  
ratione aliena. Primumq; ex ipsis e-  
xemplis illum confutare facit. nam iu-  
uenculae illæ uel uera videbantur cor-  
pora, cum non essent: quod nō solùm  
senibus & naturali rationi repugnat,  
sed etiam Seruatoris autoritatī. Si e-  
nim non solùm uifus, sed etiam tactus  
hoc modo decipi potest, Christi diuī  
nihil cōcludit aduersus Thomam. Sin  
autem corpus fictum illis videbatur:  
qnod atrocis poterat esse tormentū,  
quām uelut damnatum à Mezentio,  
cum mortuo concumbere! Horret a-  
nimus, mens stupet, ubi talia cogitat.  
Sed uir alio qui non imprudens, & ni-  
mium quorundam Platonicorum fi-  
gmentis addicetus, monachorum men-  
dacia, uulgi famam, mulierularū næ-  
rias fabellasque aureo afino dignas,  
sanctis philosophiæ sermonibus im-  
miscuit. Eo igitur factum est, ut dele-  
ctare potius Lectores atque alicere,  
quām serid tractare quicquā uifus sit.  
Sed & beatus Augustinus à tam abur-  
dis narrationibus si abstinuerit, licet  
forsitan pauciores habiturus lectores,  
grauioris tamen uiri opinionem asse-  
quutus fuisset apud eruditos. Si ea  
fuit seculi labes, ut plurimi, uelut nūc  
de regno, sic grandioribus mendacijs  
dececerant: que ille uit sanctus pro  
ueris aiciens, ac quasi æmulatione  
gentilium figmentorum, libris suis in-  
feruit, itaque illi tantum fidei habeo,  
quantum le oculis uidisse testatus est:

ima-

*De Varietate  
lib. ii. cap. 8.*

in alijs, minime. Iam enim cōstat unicuique, maiorem talium narrationum partem fabulosam esse. Sed unde tanta incrementa tam absurdis deliramentis, jam penē dictum est. Avaricia ipsorum quibus inquisitio talium, iusque eas puniendi permisum est: vanitas ac stultitia delinquentium, nouitatis desiderium, & ignorantia causarum eventuum m̄j naturalium. Hæc Cardanus. Meo tamen iudicio Benedictus sacerdos & Pinnetus à diabolo illusi fuerunt, qui mentem utriusque ita uitiarit, in illorum phantasiam illapsus, quam imagine charæ mulieris imbuīt perpetua: qua illi ualde delectati, facilius in errore indui potuēre. Nam & D. Augustinus scribit, quandam tacita animi intentione, cuiusdam fœminæ imaginem exp̄edisse, ut rem sibi cum ea uigilans habere uideretur.

Risu sanè excipiendū, quod in hāc rem quidam, me præsente, coram potentissimo, eodemque prudentissimo principe narrabat, famulum scilicet di luculo nuper rus concessisse, ut equos mature domum ē campis reduceret: atq; in agro quandā eiusdem pagi fœminam maleficij insimulatam inuenisse, supino decubitu prostratam, cui incubuisset dæmon. Ad hæc, dæmonij formam rogante principe, respondit alter: Canis nigri. Hic ludibria eiusmodi, præstigias & vulgi opinionē falsè irridens princeps: Ignorabam diabolum cani nigro similem esse, ait: alio profecto mentis acumine, quām uulgares censere solent. Nec dubito, mulierem illam tunc temporis etiamnum in lecto decubuisse: & idolu hoc 40 rustico à satana fuisse obiectum ad finitram de ea conceptæ opinonis confirmationem.

*Causa longior  
retrofractaria  
nra da ludi-*

Vberior equidem fui studiō, in fœdissimo ludibrio sae huius commixtioneis negotio, ut cum omnis illa flaga-

rum turba se ea uitari confiteatur, & brioſa diabœ unaquæque suum certo indigit no- *lī concubitu-* mine amasum, si huic congressu nihil inesse ueritatis obtinuero, promptius uniuersa illa phantasmatum demoniacorum machina collabatur, ueritas eluēscat clarus, diaboli regnū et pessum altius, & unio in populo Christiano ciuit̄ renascatur, inuolati-

tiusq; conferuetur.

DE MVLIERIS DAB MONIACAE  
partu Lamia imputato, historia admirabilis.

Caput XXXII.

**O**nus argumenti communionem, historiam certè ut raram, ita & admirandam de commenticio partu à dæmons adornato, hic subiungam, ut inde similia diaboli ludibria penitus innotescant, fidemq; sortiatur ipsa ueritas. Antonius Sucquetus, *Antonius  
Sucquetus* eques auratus, per totam Flandriā notissimus, & in aula Brabatice celebris. Concilij ibi priuati consiliarius, præter tres filios legitimos superfites, unum reliquit nothum, qui Brugis duxerat uxorem. hæc paulo post nuptiales facies, à malo genio cepit uexari miserè, ita ut ubique lo corum esset, etiam corona honestarum matronarum cincta, è cœtu eriperetur, perq; cubicula aut cœnacula, ubi erat, protraheretur, ac sæpenumerò coniiceretur modò in hunc angulum, modò in alterum, etiā reluctantibus, omniq; ui illam retinere conantibus qui huic aderant: id tamen accedit sine magna admodum legione corporis. Persuasum omnibus erat, hoc malefica arte fieri à pellice illi inuidente maritum, cuius amore devincta tenebatur: erat enim iuuenis forma non ineleganti. Verum dū uarijs multisq; modis ita à maligno agitatur spiritu, ccepit gestare uterum: at nihil minus aut leuius uexabatur. Tandem aduenit tempus quo illi parva angustia obrepenter, & una ram-

tum adesser: qua ablegata ut obstetricem acciret, & alias quæ in hoc officij genere operam præstare possent, uisa huic intrare pelle illa, de qua modò facta est mentio, quæ ei obstetricis officium præbuit. uerùm puerpera præ angustia in mentis concidit deliquit: ubi uero ad se rediit, liberatam se sensit ab onere. at puer nusquam apparet, mirantibus id omnibus supra modum. accidit autem postridie, ut dum è somno puerpera expurgiceretur, reperiit infans iuxta se in lecto, fascijs inuolutum: cui & ubera semel acque iterū præbuit. Atqui non ita multo post, rursus illa dormiente, à latere infans abripitur, nec postea inuentus est. Aiebat nescio quas schedas cū magicis notis in ostijs sera repertas. Hæc mihi retulit sororius, vir profecto ut nobilitate, doctrina & pietate clarissimus, sic & fide dignissimus, qui Antonio affinitate iunctus, ea à puerarے marito, illius fratre, ac coniuge fratris, alijsque qui non tard adfuerant, audiuit.

Cæterum ne in hoc aitu tam artificiōe instructo uelut attonus, *λωθόντες τοποθετεῖν* agere uidear, succinētè quid hic sentiam, adjicere volui. Quod matrona hæc à dæmonio obsesta, maleficium se à pellice insolente pati crederet, acreuit uxatio primum ex astrusa Dei voluntate permitta, machinatusque fuit diabolus grauiora imprægnationis ludibria, uterum illius spiritu expandens, ut in falsa maleficij credulitate ipsam aliosq; artius postea, opinione fœtus à pellice obstetricate surrepti deuinciret, & quasi resam 40 pellicem carnifici offerret, impietas, sententia iniustæ, sanguinisque innocentis sitiellissimus. Propterea eos tandem partus dolores mouere cepit eo tempore opportuno, que una solū adesser fœmina: ut ea ablegata, libe-

rius apertiusq; in forma pellicis, à cuius tanquam maleficæ conspectu matrona hæc exhortuit, obstetricis munia obire uideretur. Post lipothymiam itaq;, uel animi defectum à satana (ut dolus non animaduerteretur, ignorareturq; non procreatum fuisse infante) fraudulenter excitatū, à suo ope re quo antea uentrem inflauit dæmō, destitit, conciditq; tumor. Quum uero puer natus esse, sed à pellice ablatus crederetur, postridie in alto sonno, uel infantis reportati falsijs inuoluti, & à matre lactati simulachrū sua ue exhibuit milleartifex ille: aut vigilii nonnihilq; ex assidua dæmonis illusione ac agitatione adhuc stupenti, imaginarium siue surreptum alicubi tantillo tempore puerum obtulit, qui & eiusdem opera momento euanuit, uel uerae matri restitutus fuit. Fabula in eum finem à diabolo fuit instituta, ut incredulitatis impieque opinionis fluctus obijceret matronā, eiusdēq; anticipis fidei consortes: & ut de pellicis corio luderetur, & cautè in sententiam sanguinariam, eamque iniquam induceretur magistratus. Tanta arte uariam pestilentemq; nouit contexte telam subdolus ille textor.

## LAMIAS SOLVM DOCTOREM

habere uitiatam phantasiam, & ridiculas esse res quibus ledere creduntur.

## Cap. XXXVI.

Cæterum ut tandem hunc fabulari aitū finire occipiā, quæadmodum hæ Lamiae neclongiori peregrinatione, labore aut studio, corruptæ mentis doctrinam cum Magis sceleratis conquirūt: ita nec ullos habent libros, quorum adminiculio in sua professione instituuntur promouentur: nullas etiā prescriptas coniurationum formulas, quas sequuntur: nullum adhæc annulo incarcерatum, aut crystalli soliditate obseptum da-

Lamiarū do-  
ctor, corrupta  
phantasia.

monem, in suum ministerium, uelut plerique Magi, circumferunt: corruptam uarijs imaginibus ab immundo spiritu ingelis, phantasiam solummodo doctorem uenerat & colunt: cui ut plurimum propensius confisa, miserè decipiuntur, ac in perniciem ruunt. Nec quidem præter vulgarem morem quicquam peculiare ob indolis crassiciem & spirituum inhabilitatem ualent: secus autem diabolus potest ob tenuitatem, subtilitatem, & longum rerum usum. Et si sustinuerit, nusquam dictatum nobis Lamiarum mentionem in uniuersis fieri Biblij sacris: non fortassis facile conuincat. Neque etiam delusorum horum monstrorum sanationem restitutionemque, prætermisit set Dei filius in terris, si eo tempore dira haec scuivisset pestis.

Ridicula res,  
quib; sine con-  
tacto, se lade-  
re posse exstis-  
mant uofaria  
femina.

Agrippa he-  
rui & prece-  
ptor Veteri.

Lib. 8 de  
Subtil.

Quod uero haec maleficium, aut, si maulis, ueneficium etiam sine contactu infeste posse credantur, cum aliquo eius excremento cui nocere debet maleficium, cuiusmodi est urina, stercus, sanguis, capillorum & unguium praesegmina, atque haec generaliter includi membris canis, similibus aliquo modo his quorum in homine sunt partes aut excrementa, claudiisque osse mortui hominis, ac in illius nomine sepeliri, alia quidem in uestibulo, alia in uix crucis formam habentibus, alia in torteibus: cum bona uenia mei olim heri & præceptoris uenerandi Agrippæ, haec mere inania esse, adeoque ridicula, cum Cardano liberè asserto, atque satanæ instinctu in usum uocari: quia ali quid hic possent res prouersus ineffica- cies fruolæque. Hoc autem fit, quod à se designat id quod apparet malum, à demone constructum, uel alias Dei occulta uoluntate, aut naturæ uitio natum, credat non sanæ feminæ: potissimum quæ eas nouæ imbuī uitute, ex inepta uel blasphemia aliqua admurmuratione-

ne, aut imprecatione maligna, falsa opinentur persuasione. Sic uuper Ham monæ iudex quidam Hessus, narrabat se quæsiuisse è quadam celebri & famosa laga (quam tu in uinculis coer cebat, postea autem Vulcano consecratam) qua ratione quis Lamiarū maleficia euitare posset? Quisq; respondit illa serio, detrita & uetus state multoq; usu columpta calciamenta custodiatis: quasi uero eorum opera inferri uel etiā arceri maleficia ualeant. Cui mens ita stupet, ut hæc non sentiat nugas?

Quod etiā res uiles, aut noxia phar maca alicubi recondita, ex interuallo transensa aut præterita, noxam inducere, uel ex diuisu etiā etiam spacio, ceu neruo emissâ excussaque, uiotenter ferri in eos quos pertunt, nonnulli arbitrentur, etiā insignes & docti uiri, non mihi fit uerisimile. Si enim congettata ueneni uitute eiusmodi infertur uirulentia, eam quoq; uel trascendentes, uel prætereunte ferire necesse est, quoniam delectus sit expers materia uenenosa. Secus autem experientia & res ipsa docet. Proinde si solummodo quibus male uolunt illæ uerulæ, leduntur: non ueneni halitu contingit noxa, sed maleficij ratione. Id porrò nihil eatenus posse, jam demonstrauit: si tamen documentum hinc subsequi uideatur, certum est ab ipso satana, ex Dei assensu, ob hominis lededii incredulitatem, uel etiā ut hic probetur cum Iob, id ipsum excitari. Ille est qui exercitat, mutilatque. Interim deliræ huic anui, quæ materiam uenenosam uel qualemcunq; aliam sepelit, id, ut dixi, quod ab ipso perpetratum est, uel alias contigit, ita in mentem firmiter suggestit, persuadetque, dæmon, ut à se factum esse illa credit afferatque.

Cæterum ea diaboli ludibria ut plurimum uim suam sortiri, ut dixi, ob impianum hominum credulitatem, qua in

*Reuiles aut  
pharmaca in  
locis somnis  
sepulta non pos-  
se nocere.*

eiusmodi potentiam dæmonis cōsen-  
tiunt; certum est. Enim uero si serpens  
sub ostiū limine repositus fœcunditatē  
amoliti potuit, ut in Maleficarum māl-  
*Prime 2. par-*  
*tii. q. 3. ea. 6.*  
*9. 10. 11. 12. 13.*  
*14. 15. ubi. ua-*  
*ria in hanc*  
*exempla. mul-*  
*ta item super*  
*fitos & in*  
*sparsa libri.*  
*Diaboli delu-*  
*siones quomo-*  
*do inuestigā-*  
*da.*

leo legitur: cur in illis regionibus ubi  
serpentum numerus domos peruaga-  
tur, non omnes sterilescunt fœminæ?  
Si quoq; olla in fundo putei arcis re-  
condita, ad congressum reddere po-  
tuit impotentem quēdam Comitem,  
ut ibidem narratur: cur nō omnes ex  
pia per totū communi puto aquam usurpātes e-  
languere? At organa generationi de-  
stinata præpedit dæmon (id quod ua-  
riæ ratione naturali potest) donec ollā  
ex institutione mulieris dæmoniacæ  
concremasset malè credulus Comes,  
tumq; destitit ille dæmō libenter, quō  
in fallam de uetula opinionem Comi-  
tem reliquosq; pertraheret. Sic quo-  
que in felium (si uera sit historia) spe-  
cie in operarium infilire potuit dæmō,  
atque eodem tempore in operarij for-  
ma uerberare matronas, ut insontes  
tanquam maleficij reæ, hinc tandem  
cum iudicij periculo & animatiū per-  
nicie, ad supplicium raperentur. Nec  
*Pluuiam nō*  
*potesi excita-*  
*re Lamia.*

scopa aquæ intincta à muliere, & in a-  
ere sparsa, pluviā accit: sed dæmon, ut  
supra dixi, ex præcognita aëris consti-  
tutione colludens, utilia his ludibrijs  
dementata, in officio arctius detineat.  
Eadē ratione sunt reliquæ eius artes,  
dolosæq; actiones, & instituta in Mal-  
leo atque alibi sparsim enarrata, ex-  
attus discutienda.

Q YAE CONNATA SVNT, NON  
debent ad potestate Lamiarum referri.

Caput XXXIIII.

Quæ occulti *Quæ occulti* S I quædam fortè in Africa sunt uo-  
quibusdā con- ce & lingua effascinantum fami-  
nata sunt, nō  
debent ad po- liae (ut tradunt Ifigonus, Memphis  
testatem La- dorus & Solinus) quæ si impensis pul-  
marum dele chras casu laudauerint arbores, lege-  
tū habitam tes lætiiores, infantes amoeniores, egre-  
recesserint. *Quæ occulti* gios equos, pecudes pastu cultuq; op-

mos, emoriantur repente: ijs ingen-  
tam hanc esse proprietatē oportet, cu-  
ius causam postea addit Plinius. Hinc  
apud Italos, Hetruscos potissimum,  
multis seculis inolitum, adhuc perdu-  
rat hodie prouerbium, ut si quando  
hominem impensis laudantem ali-  
quem audiat, latim obijcant, Di grati-  
a non gli diate mal d' ochio: hoc est,  
precor ne oculi malū ei concilie, uel  
ne iusu lēdas. Inde & apud nos inole-  
uit consuetudo (quod Aristot. 20. secl.  
problem. 34. testatur) ut aliquid lauda-  
turi præfemur, ne uerba nostra nobis  
obsint, ut Deus id conseruet. Si item  
eiusdem generis fortè existunt in Tri-  
ballis & Ilyrijs, ut Ifigonus adiicit, Ma-  
cedoniae uicini, intermantque quos  
diutius inueantur, iratis potissimum  
oculis, in quibus singulis pupillas (au-  
thore etiam Cicerone) habeant binas,  
& hoc malum sentiant puberes: aut si  
quoque inueniantur fortassis eiusdē  
fortis fœminæ in Scythia, quæ uocan-  
tur Bythiae, teste Apollonide: uel in  
Ponto genus Thibiorum, scut & mul-  
ti alij ciuidem naturæ, authore Philar.  
cho, qui eorum notas etiam prodit, in  
oculo scilicet altero geminam pupi-  
lam, in altero equi effigiem: nec eosdē  
posse mergi, ne ueste quidem degra-  
uatos: siue quoq; haud dissimile ijs  
genus Pharmacum in Æthiopia com-  
periatur, ut refert Damon, quorum su-  
dotabem contactis corporibus affe-  
rat: horū causam priuatum reddit Pli-  
nius, naturam in quoruam toto cor-  
pore, in aliorū oculis uenena genui-  
se, ne quid usquā mali existeret, quod  
in homine non esset. Atqui hæc rara,  
& quasi miraculo priuatis quibusdam  
irrogata ingenitaq; (quemadmodum  
& quibusdā contigit animalibus) nul-  
lum hic habent locum: quippe non  
pro delectu & arbitrio ex fœderis cū  
dæmone initi uirtute acquista, quæ  
hic agi-

hic agitatur quæstio. Idem de P̄yllis Africæ populis Nasam onibus conterminis, & Martis Italæ populis (quos à Circes filio Marso ortos ferunt) è uulgi opinione, gratia sancti Pauli celebribus, dictum uolo. Syllius lib. 8.

— ac Marsica pubes,

Et cellare manu, & chelydris cantare soporem,  
Vipereūs herbis habitare et carnime dent, etc.

*Defactino  
per oculos.*

*Plutarchus*

*Symp. f.*

*Gell. lib. 9.*

*cap. 4.*

Huc accensentur effascinatrices gentes Palestheoborum, Pontum incolentes, quas Plutarchus & Philarchus narrant, non fusionibus modò, quorum habitus sit imbecillis, sed adultis etiam, qui solido concretioriꝝ constant corpore, pestilentes esse, & intuitu soloq[ue] halitus in tabem resoluere, morbosq[ue] perimentes accire non solum his qui continuo adiunt, uerum & hospitibus, & qui ab eorum commercio alienissimi sunt. Adiificantur & Telchines Rhodi populi, qui omnia aspectu suo in peius commutasse leguntur. Peregrina hic quoque erit, naturalis rubentium & lipporum oculorū contagio. Nec enim ullum reperiiri in humani corporis fabrica organum, quod tanta spirituum copia scateat, & ex quo eorum fulgor, unde spe & atis oculus contagione inficitur, usque ad emicet, ut de oculi pupilla, notum est. Quin Augustus Cæsar tam lucidos traditur habuisse oculos, utin quos paulò attētius eos defixisset, hos uelut ad solis fulgorem oculis conniuere cogeret. Author quoque Suetonius est, Tiberium Cæsarem expergefactum, etiam in tenebris, ut selem, uide. Scribit adhæc Gellius, in ultima terra, cui Albanæ nomen est, incolas in pueritia canescere, & noctu acutius quam inter diu cernere, fulgore scilicet teneram uisus aciem obtundente.

*Lib. 9.  
cap. 4.*

Nec est quod hic cōfigiatur ad Plu-  
nurias, tarchi & n̄ p̄p̄d̄as, id est, vaporum deslu-  
xus, eorumq[ue] potentiam, qua ignis in-

star proxima quæq[ue] depascant, dispersi h̄istor. *Ae-*  
*gantq[ue]. Nec ingenita naphtæ uis, ua-* *thop. lib. 3.*  
*pore & scintillas alliciendi: aut na-* *Platarch.*  
*tua proprietas occulta charadrij aui-* *Symp. c. 7. Suidæ*  
*culæ, galguli Latinis dicti, regio mor-* *in dictione*  
*bo laborantibus primùm conspectæ,* *xp̄p̄d̄s @.*  
*croceos bilis vapores attrahendi, huc* *Aelia li. 17.*  
*adducenda. Connata enim ea sunt:* *Galzul.*

at de quibus hic rei uersatur cardo, ea  
delectu & uoluntate habere credun-  
tur. Interim putido suo quandoq[ue] ha-  
litu uetus tenellam inficere ætatem  
inter contreditum, nō inficere: quod  
tamen & quilibet alius haud difficul-  
ter fecerit, cui ex fauibus tanto scero-  
re exhalat putrilaginis uirus, tenuesq[ue]  
subit & inficit spiritus.

QVI PROPRIE DICENDI VE-  
nifici, & memorabilia ueneficiorum exem-  
pla. Cap. XXXV.

**A**TQUIAM ad Veneficos, uel, si li-  
ceret, Venenificos progre dia-  
mūr, quos Græci φραγμάτων, φρε-  
μανοντων, φρεμανόντων, item φρεμανόντων,  
& φρεμανύργας foeminas, pernicioſis-  
simę artis (quam Magiam ueneficam,  
si uoles, appellare licitum est) cōscias,  
dicunt. Hos pharmacis uel uenenis  
ex quacunque materie, siue ex metal-  
lorum, siue ex stirpium, siue ex animā-  
tium uel excrementorum genere, uel  
ex corporibus mixtis, propinatis, illi-  
tis, aut alicubi reconditis ut halitu fe-  
riant, periculosos ciere morbos cum  
atrocissimis symptomatibus constat:  
utalij in corporis extenuationem ui-  
riumq[ue] imbecillitatem inducatur, qui-  
busdam iuncturarum compages dis-  
foluantur, cæteri uariè cruciatibus ex-  
carnificantur, nonnullos uerò diutur-  
na torqueri & gritudine: pleriq[ue] pre-  
cipitater, quasi uitæ filo mox rupto, in-  
terdū & cu intolerabilibus dolorib. ui-  
ta præscindi uideas. Quādoq[ue] tamen  
ueneficiorum nomine & alios malefi-  
cos comprehendendi uulgō, nō ignoro.

B Horren-

*Ennades 4.* Horrēda sunt quæ de Veneficis scribit Antonius Sabellicus in hæc uerba:  
*lib. 4.* Infamis inde annus sequutus, M. Claudio Marcello & T. Valerio Flacco (sive Potito, ut alij scripserunt) consulibus, quem multi ex primoribus patrum simili morbo & eventu mortui essent: ancilla quædam ad Q. Fabium Maximū & dilectum Curulē uenit, causamque eius cladi prodituram se professa est, si fides sibi daretur, quod id indicium apud dominos haud futurū esset sibi noxæ. Fabius re ad Consules delata, à Consulibus ad Senatum, fide, consensu ordinis, indici data, patefactum est muliebri fraude eam cladem accidere: multas esse quæ in uirorum permiscem coquerent uenena: ac si secum eant, fore ut multæ ueneficio occupatae deprehenderentur. Missi, qui ancilam sequeretur: hi quædam medicamenta coquentes, apud alias recondita inueniunt. Quibus in forum delatis, uigintiq; numero matronis, apud quas id pharmaci genus fuerat deprehensus, publicè accessitis, & in his Cornelia & Serilia patriciæ genti: quæ quum salubria esse contenderent, à confutante indice bibere iussæ, spacio ad colloquendum sumpto, inter felo-  
*Valer. Max.*

*lib. 2. cap. 26.*

*In nullā antecea de ueneficio inquisitiū.*

Venefica fuit Crescentij illius seditionis Romani, eoq; nomine ab Octone tertio uiliu[m] éto facie inuersa impostr, & per urbem circumuecti, tandemq; ad portam suspensi uxori: quæ quum sapientia & uirtute præstantiſ-

fimus alioqui Imperator deperiret, illa quod Ottoni reditum in Germaniam apparante, se coniugij spe uideret excidisse, chirothecis ueneno infestis, eum necauit, anno millesimoprimo, 5. Calend. Februar.

Veneno item lento sublatus est Ioannes Cimices Orientis Imperator à Bafilio quodam eunicho, cuise potentiā derogaturū fuerat interminatus.

Veneno adhæc ab uxore Zoe procacissimæ & intemperantisimæ libidinis fœmina, quū Paphlagonæ quendam Michaelem deperiret, extinctus Romanus Argyrus Imperator Orientis, q; priorē antea reliquerat coniugé.

Veneficum quoque fuit, quod Cagliari, in urbe Salassiæ regionis Italæ cotigit, circiter annum Domini millesimum quingentesimum trigesimum sextum. Coniuraverunt uiri ac feminæ, quadraginta ferè numero, inter quos & carnifex erat: ut quum pestis antea saeuisset, & iam ceperit mitescere, unguentum conficerent, quo illis portarum ueſibus, inficerentur qui uectes tractarent: appararant & puluerē, quem ueſibus clam inspergentes, noxam inferebant. Latuit aliquādiu dolor, sublatique multi à coniunctis sanguine uel affinitate: data etiam ueneficiis, ut cerebatur, pecunia hæreditatis ergo. Sed quum cuiusdam Neci nomine fratrem atque unicum filium encassent, uixque alij quām domini ipsi domum, aut filii perirent: simulque animaduertissent Androginam se in domos insinuare, atque eos maximè interire, quorum aedes ingredieretur: deprehensa coniuratione, omnes exquisitissimis tormentis interempti sunt. Falsi etiam, quod in celebri ciujsdam Diui pompa sub sellis perueniens, uniuersos trucidare ciues decreuissent: paratasq; in huncsum fuisse supra uiginti ollas. Idē postea Gen-

uæ tentarunt nonnulli, qui & penas dederunt. Alios etiam Mediolani uestes inunxit constat: sed quæstionibus subiecti, quum nihil confiterentur, nec quisquæ obijset, dimissi sunt. Balsianus Landus scribit, Patauij monachum quandam cum alijs plerisq; identidem conspirasse, qui pestis tempore infecta linteamina in domos occulte coniiciebant, ut in multos deri- uaretur contagio: sumptum quoque ab his est supplicium.

In nobili familia de Petrinis Bononiae, duo erant fratres, quorum alter maritus cum numerosa prole in eisdem ædibus commorabatur matri uiduae: alter uero iunior, spè consequens dæ hereditatis uniuersæ, totam familiam è medio tollere statuit, coniecto in uini dolium arsenico. Ex cuius usum cum grainibus torquerentur symptomatibus, conuocabantur medici celeberrimi, Matthæus Curtius, Ioannes Maria Bettus, & Hispanus Philippal- dus: qui in ueneni suspicionem mox uenerunt, quod ipsis cruciatis uicinos quoque exagitari, qui forte domum ingressi, uinum illud hauserant, intellexissent. Eorum itaque consilio uas infringitur, uinoque effuso inueniatur arsenicum. Hinc curationem aggressi medici, omnes restituerunt, excepta matre uetula debili, & pueru infimo. Fuga sibi consuluit ueneficus, atque ita ueneficij authorinnotuit. Facinus hoc contigit anno millesimo quingentesimo tricesimo octavo, in Augusto.

Socrui adhæc gener quidam uenefi-  
cus cantharides, extractæ calsiæ mi-  
xtas, obtulit Bononiæ. Quā ueneficæ  
cru- ciamentis tam atrociter afflictam, ut  
etiam sanguinem largum ex uenifa ex-  
creuerit, felici successu curauit D. Heli-  
dæus Paduanus Foroliuensis, clarissi-  
mus & in artis operibus exercitatissi-

*Felidæus P. daanu Foro dianisti mus.*

mus medicus: quemadmodū recent-  
suit D. IOANNES ECHTIVS, medicus  
Coloniensis ornatussum, illius olim  
discipulus, qui tūc temporis ipsum se-  
stabatur, & superiori quoq; curationi  
interfuit. Huic quoq; narrarat D. Gis-  
bertus Horstius, medicus experientissimus,  
Roma quendam hydropticum  
diu decubuisse, cuius uxor tandem sum-  
ptum pertæsa, ueneno illum tollere  
decreuerat: quare bufonis in olla usit  
puluerem ægrioto propinat, unde ille  
copiosum reddit lotium: hinc denud  
eundem puluerē exhibet, ut citius il-  
li ærumnosam sumptuosamq; uitam  
cum precipite cōmutaret morte. qui  
multo uberiore exonerata per uelutā  
faburra aqua, conualuit præter coniu-  
gis expectationem. nam bufo etiam *Bufo scissus*  
discissus, & renibus impositus, hydro- *renibus im-*  
picorum aquas per meatum urinariū *positus.*  
expellit. Eandem ipse Gisbertus alias  
senxit calamitatem ab ijs, à quibus mi-  
nime decuit. Extat Aulonij super hac  
re quām lepidum epigramma:  
*Toxica zelotypo dedit uxor mæcha marito,*  
*Nec satis ad mortem creditit esse datum,*  
*Miscuit argentea letalia pondera uiui,*  
*Cogeret ut celestem uis geminata necem.*  
*Diuidat hæc siquis, faciunt discreta uenenum,*  
*Antidotum sumet, qui sociata bibet.*  
*Ergo inter se dñm noxiæ pocula certant,*  
*Cessit letalis noxa salutifera.*  
*Protinus & uocuos alii petiere recessus,*  
*Lubrica deictis quā uianota cibis.*  
*Quām pia exura diū, prodej! crudelior uxor,*  
*Et quām fata uolunt, bina uenena inuant.*  
*Quām sanè hic locū quoq; suū me-  
retur illud Nasonis. Metamorph.*  
— Non hospes ab hospitate tutus,  
Nō sacer à genero, fratri quoq; gratia rara est.  
Imminet exitio nūr coniugis, illa mariti,  
Lucida terribiles miscent aconita nouerce,  
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

*Venefica item erat Ioanna puella, Venenum pro-  
qua anno millesimo quingentesimo piciatu. Anno  
nec à Viris.*

quinquagesimoquarto, in Neuembri,  
nobili & piæ matronæ Annæ à Vir-  
mont, dominæ in Vuell, optimè de ea  
merita, bis clâdelinè arsenicu[m] pro-  
pinauit. Ego ad morbi, ex prioris ue-  
neni assumptione, curationem accer-  
sus, post alia feliciter administrata  
ius caponis simplex ab ægrotâ sorbe-  
ri uolui. Cui denuò, ut è medio ( uelle  
nollé) tolleretur domina, arsenicu[m] lar-  
gius seorsum infuderat Ioanna, quæ  
illi à cubiculis erat. Eo autem non satis  
iuri immixto, gustu & uisu maxi-  
mè, ob eius copiam, ab ægrotâ & me  
deprehensem est uenenum. Necdum  
enim in animos antea irrepererat obla-  
ti arsenici suspicio, sed uenenatum ali-  
quid pisis ab ea comestis adhæsse o-  
pinabamur. Inde, num destinatum gli-  
ribus perimedis puluerem alicubi oc-  
clusisset ægrotâ, sciscitarab: qui cù altero  
collatus, certiores nos rediceret.  
Nec definit successus. Hoc etenim mo-  
do innotuit uenenū dominæ denuò  
exhibitum: sed prius à me & puer, ue-  
necijs adornati tum adhuc ignarjs, gu-  
statum in iuscule. Concitato autem ut-  
rinque mox uomitu, & ijs que uene-  
ni vim infringerent oblatis, additoq;  
antidoto, nullæ ueneni manserunt re-  
liquiæ. Venecijs confessa puella, mor-  
ti adiudicabatur: aliorum tamè inter-  
cessione ob ætatem iuuenilem, qua  
uix decimumquintu[m] attigerat annu[m],  
uita beneficio rufus donata, carceri  
perpetuo mancipabatur. unde post  
mensa paucos effractis cæcellis, eam  
liberarunt milites. Ut quilibet hoc do-  
ctus exemplo, prouidè magis suis cō-  
suleret rebus, flagitium hoc quam bre-  
vissimè commemorare libuit.

Vidi & uetulam, quæ ob zelotypiā  
arsenicu[m] marito insonti cum oluscu[m]  
lo propinatar, unde hic cum acerbis-  
famis interij cruciamentis: illa aut un-  
dis publico immergebatur supplicio,

Nuper improbam uxorem marito  
aliquot uicibus argentum uiuum de-  
dile deuorandum, eumq; id sine ullo  
nocumento per alu[m] egessisse, narrat  
Georgius Agricola: mulierem uero in  
maleficio manifesto deprehēsam, pte-  
nas legibus dedisse.

Exæctis item his annis, quum mu-  
lier uenefica Tremoniæ alias exhibu-  
isset marito argentum uiuum, ut eum  
perderet, nec ex uoto negotium suc-  
cessisset: tandem die quodam festo,  
cum campanis daretur solenniter li-  
gnum absoluti Missæ sacrificij, illa pre-  
currit ad èdes Dorporum, mercatorū  
ibi celebrium, ubi ab emête maiores  
solito argenti uiui quantitatem qua-  
suiu[m] mercatoris famulus, in quem fi-  
nem id compararet: respondet, se in  
medicamento quodam ad enecádos  
rattos & mures eo uti. Cum primùm  
domum uenit, omne illud argentum  
infudit holusculo conciso coptoque,  
quod marito apponebat: is animad-  
uertens nondum dissolutum nec satis  
permixtum Mercurium, assumptu[m]  
ole in forum excurrit ad Cōsules, quæ  
tum (ut apud eos mortis est) post cele-  
bratam Missam ante curiā moras tra-  
hebant, fortè, ut sit, de republica con-  
ferentes: uenecijs accusat uxorem, o-  
stendens pharmacum edulio mixtū.  
Quo autem mortis genere compre-  
hensa illa perierit, non satis noui.

MEMORANDA HISTORIA. DE  
Venefico famulo carnificis, eiusdemq; malefica  
coniuge, quæ trium uirorum capita palam  
ferire uoluit. Cap. XXXVI.

**H**oc catalogo dignabor muliere  
famafam Mechteldim nomi-  
ne, malicia non inferiorè qua-  
cunque uenefica, ob raritatem inaudi-  
tam facinoris, in Septembri anni se-  
xagesimisecudi supra millesimū quin-  
gentesimum, recenter instituti ad  
hunc

Famina triu[m]  
uirorum no-  
nus detrac-  
care capita-

hunc modum, in oppido circa Mosam ad Brabatię limites sit, Grauia nunc pato, loco mihi natalicio. Ut ex quinque captiuis tres eodem die supplcio ob sua flagitia afficerentur, accitur ex proxima ciuitate Geldrorum Neomagio carnifex, qui sperans eos ex magistratus decreto suspendedos, subsequitur: mutata autem sententia, simulatque capita esse ferienda intellegret, de imbecillitate sua apud satrapam Steinhufium conquestus est, an-

Venenum taret annū contracta ex ueneno ip̄i clam nifici à familiis propinatis.

propinato à suo famulo, ut in heri sui ministerium posset surrogari: quæ follet esse in dignitatibus & præclaris officijs inuidia. ne uero dintius pro crastinaret supplicium, se statim missum ad coniugem pollicerut, quæ suum collegam Arnhemia uocaret, in sententiæ latæ exequitionem. cum eo enim se contraxisse de opera mutuæ, & communi lucro, assuerabat: quem admodum plerumq; fit, ut inter fideles artifices æquale redeat ex pacto emolumenntum. Consensit præfctus, mittiturque Neomagium ad tortoris uxorem, ut euestigio accerseretur Arnhemia publicus eiusdem officij administrator. Illa lucri cupida, aliud statuit animo, mariti scilicet defestu suis supplere uiribus: quare gladium eiusmodi postremo actui tragico destinatum, pro matrio à consule impetrat, cultorumque fabro dextrorum exacendum mox defert: ipsa etenim sinistra erat. Inde hora uespertina sibi capillitum clam secari iubet, & summo mane uestes uiri inducta, præter thoracem studio relictum, ut in laxiore induso minus obserarentur mammæ: deinde impoito capiti pileo plumis ornato, lato q; illo gladio accincta, incunctor Graniam properat. Quam satrapa uidens imberbem, Arnhemiensemq; ratus esse lictorem, rogabat nū

in ea iuuenili ætate trium simul trun-care capita auderet? Hoc libi committi debere, nec iam primum in illud se proditum theatrum, quum eandem saepius experita esset aliam, respondit, arreptis simul restibus quibus captiuos uinciret. Ita ijs tandem productis, ut mox gladio feriendas submitteret cœruces, seorsum à coniuge & fratre Steinhufius præfctus admonet, lietorem uideri fœminam. Hic cum uniuerso comitatus ad stuporem usque conternatus, re mox cognita ex carnifícis famulo, quem exacto iuramento ad ueritatis confessionem adegerat, reos custodiæ reddi iubet: & nisi clàm hoc fœminei sexus monstru opera satrapæ se subduxisset, ne uel ab hominum turba in aquas proximas destruderetur, uel alio qui ab alijs oppidi maliciosis fœminis trucidaretur colis, uerendum erat. Reuersa autem Neomagium, tuis apud multos celebratur, uelut tanto facinore nobilitata: maritoque mortuo, eam duxit uxorem carnifex Arnhemienis, defuncti apud Neomagos successor. Sic ut plurimum, ob functionum communem usum, inter collegas matrimonia contrahi celebrantque solent, ne in alienas familiias transferantur nobilia eiusmodi officia, nec degeneret soboles.

DE PHILTREIS, HIPPOMANES,  
& reliquis amatorijs quisquilijs.

Cap. XXXVII.

**H**uc quoq; pertinet amatorium poculum aut pharmacum, Græcicis φιλτρον nuncupatum, sensus Philtrum uitians, ijsq; varias species & amores concitans furiosos. Eius meminit Iuuenalis:

Hic magicos afferit cantus, hic Thessala uenit  
Philtrea, quibus ualeant mentem uexare mariti.  
Eodē referantur & Lælij uerlus in Apologia lab Apuleio adducti:

Philtre omnia undiguerunt,

B 3 Antiphæ

Antiphates illud queritur,  
Trochisculi, unguis, tentaculi,  
Radiculae, herbae, surculi,  
Aurea lices, bichorditae,  
Hinnientium dulcedines.

*Hippomanes*  
In hoc item ueneficij genere locum  
habet hippomanes, caruncula haud  
parum famosa, caricæ magnitudine,  
specie orbiculata, latiuscula, colore  
nigro, quæ in fronte nascentis pulli e-  
quini appetet, quæ edito statim partu  
mater lambendo abstergendog; de-  
uorat: & si præripiat, animum à fœ-  
tu penitus auersum habet, nec eum ad  
ubera admittit. ob hoc maximam esse  
uim eius ad amorem concitandum fe-  
runt, quando in puluerem uersa, cum  
amantis sanguine propinatur in po-  
culis. hinc equis innasci amoris ue-  
nificium, ait Plinius. Eius mentionem

*Aristotel.de Natur.an.li.* fecere Aristoteles, Solinus, Columel-  
la, &c ceteri. item Virgilius:

*Crines effusa sacerdos,*  
*cap. 27. Tercum tonat ore deos, Herebūq; Chaoq;*  
*4. Acued. Tergemināq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ:*  
*Sparserat & latices simulato fontis Auerni,*  
*Falibus & messe ad Lunam querunt abenis*  
*Pubentes herbe, nigri cum lacte ueneni.*  
*Queritur & nascentis equi de fronte reuulsus,*  
*Et matri preceptus amor.*

Dicunt & eodem nomine uirus illud  
lentum, quod ex equarum libidinis  
cestro stimulatarum pudendis defluit.  
à Virgilio ita describitur:

*3. Georg. Hinc denum hippomanes uero quod nomine di-  
Pastores, lentu distillat ab inguine uirus: (cunt  
Hippomanes, quod sepe mala legere nouerat,  
Miscentes herbas, & non innoxia uerba.*

*Et apud Tibullum: (res,*

*Li. 1. Eleg. 4. Et quod ubi indomitis gregib. uenuit afflat amo-*

*Hippomanes cupide stillat ab inguine equæ.*

*Propertius lib. 4. in lenam quandam:*  
*Consuluit friges nostro de sanguine, & in me*  
*Hippomanes fecit semina legit equæ.*

*Et Ouid.lib. 1. Eleg. 8. aduersus aliam*  
*lenam:*

*Scu bene quid gramen, quid torto cōcita rhōbo*  
*Licia, quid ualeat uirus amantis equæ.*  
*Nouit Iuuenal is quoq;:*  
*Hippomanes, carmēq; loquor, coctumq; uenenū*  
*Priuigno datum.*

*Nomē ueneno inditū innōpavī, quod*  
*effrenat equinæ cupidini similes homi*  
*nibus amoris accedat faces. Hinc, Pau-*  
*sania & Aeliano authoribus, tantam in*  
*eo nouit uim Olympiae Phormis Ar-*  
*cas, quod illo æri mixto & effuso, e-*qua posuerit, abfcissa cauda: huic hip-**

*ponates inclusa, fabrica non tam*

*accurata, ut ea falsitate tantopere ad*

*huius cōspectum furijs excitari opor-*

*tuerit equos: quos tamen ita allicie-*

*bant, tantaq; agitabat insania, ut disrup-*

*ptis frenis in ipsam uiolentius, quam*

*in uiuam, insiliret equam. Neq; quod*

*ungulæ inhærentes ère statuæ, lubri-*

*co eliderentur lapsu, idcirco cessabat*

*appetitio, imò ardentius multo in his*

*antè ore adhinniebant: neq; prius ab*

*æneo potuere depelli simulachro,*

*quam flagris & equis uolentia*

*abstraherentur. Est & hippomanes, ut*

*docet Theocritus, φυτό τανωρ, id est,*

*planta sive herba, qua gustata equi in*

*furiis aguntur: unde & nomen.*

Inter amatoria adhaæ uenena con-

*Amatoria*

*venena.*

*Plin.lib. 8.*

*cap. 22.*

*numerantur, in extrema lupi cauda pi-*

*lus, eiusque uirga, remora pisciculus,*

*felis cerebrum, & lacerta, stellio cui*

*stincus nomen: item os de rana uiri-*

*di, in formicatum aceruo exesa: fini-*

*stri etenim ossis contactu amorem,*

*dextru uero dissidium excitari tradut.*

*uel ut alij referunt, a formicis obesa ra-*

*næ ossa coniice in aquani, quorum ali*

*qua aquæ innatâ, quædâ subdident:*

*hæc ligata in albo sindone, & suspen-*

*sa, amorem cōciliant, illis contacto ho-*

*mini odium parit. Aliud experimen-*

*tum simile ex hirundinum pullis: Ac-*

*ciptur ij unius fœturæ aut nidi, qui*

*in olla conditi, in terra sepeliuntur, ut*

*suffocati*

fuscati fame pereant. post ex effos-  
sis qui hiante rostro mortui inueniuntur; amori: qui occluso, concitando ser-  
uiunt odio. Vtero hyenae finistro la-  
certo quoque religato, si quis mulie-  
rem inspiciat, usui hic esse etiam perhi-  
betur. Componuntur ea quoq; inter-  
dum ex excrementis, aut animalibus  
è putredine genitis, aut ex connata no-  
bis materie, quæ tamen ut illicita me  
rit mentem potius turbant, mutant-  
que, quād ad amandū cogant: sic men-  
strui mulierum, præsertim briosarum  
& rixosarum, potus, adeò bibentes ef-  
fascinare inficereque, ut lunaticos &  
amētes efficiat, creditur. Habentur &  
alia philtra, à mortuorum uestibus, cā-  
delis, acubis, & ijs uniuersim quæ fu-  
nerum gratia parantur, sumpta, quæ  
eo libētius, quōd nugaram plus quām 20  
ueritatis habēant, nomino: quemad-  
modum nativa illa uenena, nimisque  
efficacia silentio hic sepelire malui,  
doctioribus medicis ex sexto Diosco-  
ridis de materia medica, & reliquis  
item Græcorum & Arabum, tum etiā  
quorundam recentiorum libris, atq;  
usu quotidiano nimis cognita.

QVOD AMATORIA POCULA,  
hippomanes, & que cunq; id genus alia, citius 30  
furorem inducent, quam amorem con-  
ciliant. Cap. XXXVIII.

Porrō philtra, hippomanes, & q.  
cunq; id genus alia, in amore ue-  
rē cōciliando parum aut nihil ua-  
lere, sed furorem citius concitare, mul-  
torum non ignobilium virorū est sen-  
tentia. Ouidius in lib. de Medicamine  
faciei:

Sic potius nos taget amor, quām fortibus herbis,  
Quas maga terribili subfecat arte manu.  
Nec uos gramibus, nec misto credite succo,  
Nec tentate nocens virus amantis equæ.  
Nec media Maris finduntur cantibus angues,  
Nec reddit in fontes unda supina suos.

Fallitur, Aemonius si qui decurrat l' artes,  
Datq; quod à teneri fronte reuelli equi.  
Non facient ut uiuat amor Medeides herbe,  
Mistiq; cum magicis merfa uenena sonis.

Id postea exemplis Médeæ & Cir-  
ces comprobat:

Phasis Aesonidem, Circe tenuisset vlyssem,  
Si modò seruari carmine posset amor.

Nec data profuerunt pallentia philtrea puellis:  
Philtrea nocent animis, uimq; furoris habent.

Hinc Eusebius Cæsariensis scribit,  
Lucretium poëtam amatorio poculo Lucretius a-  
in tantum furorem uersum, ut se tan-  
dem propria manu interemerit. Sunt  
qui arbitrantur, uxorem illius huius-  
modi obtulisse poculum, & eam Lu-  
cillam uocatam, ex Hieronymi testi-  
monio in Rufinū, cuius hæc sunt uersa:  
Litia uitum suum interfecit, quæ  
nimis odit: Lucilla suum, quem ni- Linia & Eu-  
mis amauit. illa sponte miscuit aco- cilla benefice,  
nitum: Lucilla decepta, furorem pro-  
pinauit pro amoris poculo. De illo  
quoq; extatillud Politiani in Nutric.  
Hic qui philtra bibit, uimq; insanus amore,  
Mox seruo occubuit, sic mentem amiserat omnē.

Quid Stephano equiti Neapolita- Panormit.  
no acciderit, est profectò admirabile. litia de Geth.  
Hic quum poculo amatorio insani- Alphonſi.

set, teneretq; oppida & nonnulla re-  
gia officia ab Alphonso Arragonum re-  
ge tradita, fuerunt qui ab Alphonso il-  
la bona postularent, absurdum esse di-  
centes, a demente huiusmodi bona  
possideri. Quibus rex respondit, Sibi  
inhumanissimum uideti, ijs se etiam  
substantiam auferre, quibus fors men-  
tem & cerebrum abstulisset. Innuere  
autem uidetur, calamitatem non esse  
calamitati adiungendam.

Tradiderunt item literarum monu-  
mentis Cornelius Nepos & Plutar-  
chus, Lucium Lucullum Imperato-  
rem amatorio quoq; poculo à Calli-  
sthenè propinato, primū mente la- Callisthenes  
beneficii.

*L. Lucullus  
Imperator a-  
matoria potu-  
lo interemptus.  
Ls. ii. antiqui-  
tudine.  
C. Caligula  
potus natus  
ab uxore.*  
sum fuisse, deinde interemptum. Me-  
minit & Plin.lib.25.cap.3. circa finem.  
Narrat quoq; Iosephus & Suetonius,  
C.Caligulam à Cæfonia uxore potio-  
natum, amatoria quidem medicamen-  
to, sed quod in furorē uerterit. Quod  
commemorans Satyricus poëta, id  
poculum ex hippomanes apparatus  
fuisse ait:

— Si non  
Et furore incipias, ut auunculus ille Neronis,  
*Cæfonia uene-  
fia.* Cui totam tremuli frontem Cæfonia pulli  
infidit.—

Sed de hippomanes quod credi-  
tur, afferit quoque Aristoteles libro 8.  
de Natur. animal. capite 24. figura  
esse muliercularum & professorum  
carminis in cantatorij. Sribit adhac  
2. Mag. moral. mulierem quandam ui-  
ro cuiquam poculum porrexisse ama-  
torium, ex quo is subito decidit mor-  
tuus. Mortem etiam sœpe accelerare  
eiusmodi philtra, tradit Hippol. Mar-  
sil. in d.l.eiusdem. §. adiectio. D. de si-  
ca. ubi est & tex.loquens de amatorio  
ueneno, sicuti & de amatorio poculo,  
in l. si quis aliquid. §. qui abortionis.  
D. de pœnis. Extinctus & philtro Fri-  
dericus Austriacus Imperator anno  
tricelimo supra milleimum trecento  
simum, decimatertia Ianuarij.

Et quanquam Constantinus Impe-  
ratorum Christianorum primus, arte  
magica conciliari amorem sensisse uide-  
atur, in lab eo edita, C. de malef. l.  
eorum. in illis uerbis. Aut pudicos ami-  
cos magicis artibus ad libidinem de-  
flexisse deteguntur: & Accursius in au-  
tent. quo. oport. epi. & clari. §. hoc au-  
tem. in uerb. propter quædam. & Albe-  
ric. in rubr. de hæret. colum. 3. tamen  
D. Epiphanius Palæstinus Eleutherop-  
olites lib. i. aduersus hæreses, tomo  
2. in 30. se & tradit. uanissimas esse eius  
modi amatoria incantationes, qui-  
bus scilicet fœminarum castitas impe-

*Amatoria  
incantationes  
wanissimas.*

titur, ubi nomé Christi & signaculum  
crucis contrà opponitur: quod non  
contemnēda historia cōfirmat. Quin  
& illa Sicilię cōstitutio', cuius initium  
est, Pocula amatoria, fruolum reput-  
at & fabulosum, posse huiusmodi po-  
cula amorem extorquere. Historiam  
de uirgine Deo dicata, atq; magica ar-  
te à iuuenie ad amorem sollicitata, à  
10 D. Hieronymo conscriptam in uita D.  
Hilarionis, lege libro 5. capite 13. ubi  
paucis meam videbis adiectam sen-  
tentiam. Hinc manifestū est, quas Ire-  
næus scribit mulieres ex Marci hære-  
si reuersas ad Ecclesiam, fuisse confes-  
tas, se à Marco ita circumuentas, ut in  
eum uehementer exarserint, nō potu-  
amatoria attratas fuisse: sed eius do-  
ctrina, præstigijs & illusionibus poti-  
us, aut fortè ipius forma, ut fieri solet,  
illecas.

Nouimus, inquit Henricus Institu-  
tis & Iacobus Sprenger theologiae do-  
ctores, uetulā tres ordine abbates, ut  
publica omnium fratrum in eo mona-  
sterio etiam in hodiernum diem est  
opinio, non solum philtris incantasse:  
sed & interemisse, & quartum iam si-  
mili modo dementasse. Nec eam pu-  
det fateri palam, se fecisse & facere,  
eosq; à suo amore desistere nequiu-  
se, quod tantum de ipsius stercoribus  
comedissent: simulque quantitatem  
extenso brachio commonstrat. Fate-  
mur autem, quia nobis nō eratin eam  
inquirēdi ulciscendiq; facta potestas,  
illam adhuc superstitem esse. Hæc illi.  
Stercora uero fuisse spurciciem uen-  
ream, quam, uelut cœno immersi, to-  
ties erant experti in exercitata lacri-  
uietateq; uetula meretricula monachi,  
ut ab eius illecebris inescati, quasi fa-  
scino uel certius maleficio deteti, de-  
sistere & ad mentem redire nequie-  
rint, mea profectò est sententia: hoc a-  
matorium poculum, hæc brachij in-  
star

*In Malman-  
tefic. part. 2.  
quælit. 7.  
Tres ordine-  
abbates ama-  
torio pocula-  
interempti.*

star uorata uetuli scorti stercore, iudiciumq; esto penes eiusdem conditio-  
nis viros, qui etiamnum quotidie si-  
mili maleficio illecti, in eadem palæ-  
stra strenuos exantare labores fata-  
gunt.

Virgilius quoq; circa finem Pharma-  
ceutriæ, testatur magica carmina nihil  
huc facere, cum scribit:

— His ego Daphnem  
Aggrediar, nihil ille Deus, nū carminis curat.  
Vbi Seruus id etiam auctibatur.  
Propertius item libro 2. Elég. 1. huius  
est sententia, cum inquit:  
Seu mihi sīt tangēda nouerce pocula Phedre,  
Pocula priuigno non nocitura suo.  
Nam loquitur de poculis amatorijs,  
quibus Phedra Hippolytum priuignū  
in amorem illucere tentauit: at nihil  
ea profuere. Recitè itaq; admonet Oui  
dius secundo de Arte aman. hoc artis  
magicae genus caudendum esse:  
Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis esto,  
Et lib. 1. de Remed. amoris:  
Viderit, Aemoniæ si quis mala pabula terre,  
Et magicas artes posse iuuare putat.

Non inconuenientem huic loco histo-  
riam subiugere placuit ex Plutarcho.  
24. Amabat Philippus Macedonum rex  
puellam quandam plebeiam: facileq;  
30 utriusq; fortuna longè dissimilis, eam  
regi obsequenter fecerat. Quod cum  
relicisset Olympias eius uxor, id æ-  
grè admodum tulit, præsertim quodd  
ferebatur ea puella amatorijs philtris  
sibi Philipum conciliasse. Ideoq; ira-  
ta, iufis clà domo extractam ad se  
puellam duci, eo quidem animo, ut  
carcere aliquo clausam, aut in longin-  
quas regiones trans mare relegatam, 40  
male haberet. Productam uero ante se  
cum speciosam, uenustam, ingenio-  
sam, elegantem, & omnibus modis ac  
numeris amabilem uidisset, *χαρίτω-*  
*σαν*, *άπει σύνηπτας*, *αἱ διαβολαὶ σὺ γὰρ οἱ σε-*  
*μενῆ φρήματα ἵκες*: Valeant, inquit O-

lympias, calumniae: tu enim in teipsa  
ueneficiorum uim habes. nec iam pu-  
ellæ amplius, aut marito suo irata  
fuit. Huc facit illud Menandri apud  
Stobæum Florilegum cap. 65. *τὸν δὲ*  
*Ἀθέτος φίλτρον σύγνωμων τρόπον*, *τότου πατέρα*  
*πρατέψ αὐτόροις ἀνθρώποις γυναις*: Inest uerum *Philtra*  
philtrum, benigni mores, quo uince-  
re uitrum solet mulier. Et profectò hęc  
sunt uera amoris ueneficia. Nam si  
quæ coniuges philtris alijs & amato-  
rijs poculis utuntur, eas abominamus  
ac fastidimus. Quemadmodum &  
Plutarchus assertit in libello, quem  
de Tuenda ualeudine scripsit: ut non  
dissimili ratione consequens sit, uxo-  
res contrà viros, qui hasce res usur-  
pant, detestari. Et ut idem Plutar-  
chus scribit in Admonitionibus cōnu-  
bialib. sicut piscatio quæ sit medica-  
mentis, citò quidem & facile piscem  
capit, sed eum labefactat, & mensæ  
minime idoneum reddit: sic qui ama-  
torijs artibus carminibusque coniu-  
ges uoluptatis causa subigere conan-  
tur, cum artonitis dementibusque &  
labefactatis uitam agūt. Neque enim  
Circem (ut subdit) ab ea potionati  
quicquam iuuerunt, nec ipsa ulla in re  
illis abutebatur, cum suum asino-  
rumque formam accepissent: Ulysses  
uerò mente prædictum, & prudenter  
cum ipsa uersantem, incredibili amo-  
re prosequuta est. Hæc ille. Explosis  
itaque philtris & magicis uanitati-  
bus, amorem uxorum mutuo in eas  
amore, in alias uero fœminas castimo-  
nia & quibuscumq; alijs honestis pijs-  
que studijs comparare nitamur. Sic  
lex connubialis decimaquarta doctil-  
simi clarissimiq; iurisconsulti Andreae  
Tiraquelli manebit inuolata:

*De Legibus*  
*connubialis*  
Carminibus, poculis, alijsque id ge-  
nus philtris magicis, quibus creditur  
amor conciliari, uit & uxori penitus  
abstinentio;

Sed mutuo interesse affectu, alijsque honestis rationibus, amorem prouocanto, conseruant, augento.

Quod multa sit philttri & magici furoris communio, nec argumentum integratum, hic me paulo fuisse prolixorem, agnosco libenter.

### ANIMANTIA QVOMODO

ledant uenefici. Caput

#### XXXIX.

*Veneficia per  
rimunt autem  
animantia.*

**A**Nimantia adhuc pharmacis pabulo iniectis, aut alicubi sparsis ut degustentur, uel halitu attrahantur, laedunt perimuntq; uenefici. Idem uel affixtu uel applicatione prestari posse, ut minimè nego: ita meminiisse oporter, quosdā studiō lupi sterlus clam in præsepibus condere, quod olfactu animaduertentia pecora, uoraceq; hostem uerita, ob quandam antipathiam, miro exagitantur furore: ut maleficio ea torqueri, firmissime credant ignari, apud ueneficij huīus artifices consiliū inquirentes. Eadem ratione dicunt, caudam lupi in boum uel equorum præsepi suspensam, eos ab esu exterrere. Meru etenim ob odorem perculsi, obliuiscuntur cibi esurientes: quemadmodū hominibus quoq; in magnis timoribus uenenire experimur.

In ducatu Vuirtenbergico non procul à Tubinga, carnifex ueneficij non

ignarus, anno millesimo quingentesimo sexagesimoquarto in pecoribus suis artis specimen edidit. Enim uerò quum ex pacto huic cederent mortici nostrum animalium coria, atq; alia que hinc usui esse possent, hic boues, oves & porcos in pascua ex more deductos, ueneno clam perimit, ut inde frequenti nimis pellium numero, leui item & pinguedinis infinitis fere talētis Augusti, Vindelicorum & Argentinæ uenient expeditis distractisq; diues breui q̄as erit. Proinde & suspicione obusta, ueneficij accusatur, quaestionibusque ipsi familiaribus subditus, rem uniuersam confitetur. Dat & penas forcipibus ignitis distractus in principio Augusti. Huc iij quoq; pertinent, qui pugnūculis iumentum certis locis confondunt, retracta prius seorsum cute: ut ubi ea relapsa uulnus impressum tegitur, latēret dolus, atq; ea ratione mortuum perisse maleficio, judicarerur. Varium itaque est Veneficij genus, quo pecus interit: estq; diuersitati industriæ attendendum, ne rei loco pendat supplicium insons.

Fubus naturalia prosequi uenena, non est nostri instituti: cum huc solū spectet orationis filum, ut degantur actiones & morbi præter natura legem percellentes.

## DE IIS QVI LAMIA RVM

MALEFICIO AFFECTI PVTAN-

tur. Liber IIII.

QVOT QVOT VVLGO' LAMIA  
rvm maleficio cruciari existimatur, & quo-  
rum ita lensorum sacra meminere Biblia, omnes  
a diabolo uel exerceri, uel obfessos  
esse. Cap. I.

*Maleficio af-  
fecti qui.*

**M**ALEFICIO affecti dicuntur, qui uarijs & insolitus  
plerunque modis, praeter naturam, Dei assen-  
sione, à dæmone in suis corporibus excentur, siue homines  
sunt, siue iumenta: quum ille ea alijs  
uel subit, uel etiam nō intrò subit, sed  
utiles corporis humores exagitat &  
inficit, aut noxios in partes traducit  
principes, uel hisce uenas ductusque  
naturales obstruit, uel instrumentorum  
structuram luxat, uel spiritus cerebri  
turbat, multifarijsque imbuuit formis,  
quos interdum quoque excitat, ut in  
iis hominibus uirtus animalis se exer-  
eat potentius quam in sanis: siue ue-  
nenata materia, siue halitus intus au-  
foris conspurcat, defœdaturque, ac id  
genus reliqua, quibus ex causis mör-  
bi progignuntur innumeri, graues  
& admirandi. Nec interim homini-  
num substantia & facultates ab huic  
subtilis artis ciosique hostis maleficio  
immunes liberae; permanent. Exem-  
plum luce meridiana clarius in Iobo  
cernimus, cuius, diaboli studio, pri-  
mum quinquaginta boui iuga & 500  
asinae abripuntur, pueriq; cæduntur;  
secundo, ouium septem milia cu pue-  
ris igne cœlisis demissis consumuntur.  
tertio, camelorum tria abducuntur mil-  
lia, & famuli occumbunt: quarto, do-  
mus, ob procellas impetuosisimas à  
satana excitatas, ab imis sedibus con-  
uicta ruina opprimuntur omnis Iobo;

Ies. Vbi nec harum calamitatum acer-  
uo Iobsi à Dei cultu transuersum age-  
re posset, quin adhuc nomen Domini  
ille constantius glorificaret: demum,  
consentiente Deo, eum ulcere pessi-  
mo à planta pèdis usque ad uerticem  
percutit, deformatq; tam fæde direq;  
satanas, ut ille in sterquilino sedens  
miserabiliter, sanie testa abradet,  
adeò atroci excruciatu dolore, quo  
etiam mortem illi precaretur cōiunx,  
nec ab amicis eum uisitantibus agno-  
sceretur. Quid aliud de eo, quam i-  
plum maleficio affectum fuisse, & in-  
cantatu in cunctis ad illum pertinen-  
tibus, quis dicet? Quæ hic intercessit  
dæmonis cooperaria malefica, quæ  
peruera Lamia malevolentia, quod  
execrabile uenefice pharmacū? Qui-  
busunque malis rebus perficiendis  
satis perle potes est, & uoluntate promi-  
ptissimus diabolus, si diuinæ maiesta-  
tis tantummodo accedat permisso: cu-  
ius nutui morem gerere, uelit nolit,  
cogitur.

Nabuchadonearem regem Baby-  
loniorum furor percitum, & in deser-  
ta ab hominum cōsuetudine pulsum,  
foeno uescentera more bouis, figura ui-  
tiata, capillis eius in aquilarum simili-  
tudinē crescentibus, & unguibus eius  
quasi auim, mente adhæc turbata,  
acerbissime exagitat totum septen-  
nium diabolus.

Satanæ maleficio multis cruciaba-  
tur temporibus dæmoniacus in regio-  
ne Gadarenorum: & monumentis, suo  
quippe domicilio egressus, nudus, ac  
supra modum saevus, adeò ut per illā  
uiam transire posset nemo: neq; enim  
catenis cum ligare poterat quicquam,

*Iob. 1.  
Iob maleficio  
effectus.*

*Maleficio Le-  
sus Nabuicha  
donezar.  
Dan. 9.*

*Demoniacus  
apud Gada-  
renos malefi-  
cio corruptus.  
Matth. 8.  
Marc. 5.  
Luc. 8.*

C 2 propte-

propterea quod cum saepe compedi-  
bus constringeretur, & catenis vincitur,  
ijs ab illo discriptis, comminu-  
tisq; à dæmonio in deserto agebatur.  
Vociferabatur autem: Quid rei nobis  
tecum est: & s v fili Dei? Venisti huc ad  
crucianorum nos ante tempus. Dæmo-  
nes uero rogabant, ne imperaret ut in  
abyssum abirent, sed eos in porcorum  
procu in monte pascentium gregem  
demigrare permitteret. Christo hic  
annuente, egressi in porcorū gregem  
abierunt, eūq; præcipitē in perū ege-  
runt in mare, ut suffocatus interierit.  
Hic & porci fermè bis mille dæmonū  
maleficio agitati, in suā ruū pernicie.

*Marc. 5.**Luke 4.*

Nōnne & ille quē spiritus immundus  
discerpēs, proiiciensq; in mediū,  
qui & Christi iussu exiit, nihilque no-  
cuit, inter maleficio correptos suum  
sortietur locum?

*Math. 17.**Marc. 9.**Luke 9.*

*Maleficio la-  
sus innatis-*  
bus stridens atque arescens: quem fre-  
quenter etiam in ignem coniecit spiri-  
tus, & in aquas, ut cum perderet: neq;  
à Christi discipulis, ob eorum incredu-  
litatem, expelli potuit: puerum uero  
tandem ad Christum accedente, con-  
tinuò disperbat, utin terram prola-  
pus nolueret spumans: nsqueadè  
a spiritu exeunte Christi iussu, irerum  
dilaniatus, ut mortuus à multis habe-  
retur: donec manu illius arrepta, à fe-  
su erigeretur.

*Luke 13.*

Nōnne paria cum nostris, qui ma-  
leficio pati creduntur, sensit mulier  
quę infirmitatis spiritum habuit, à fa-  
tana alligata octo & decē annis, atque 40  
ita cōtracta, ut omnino caput erigere  
non posset, quinculo isto à Christo fab-  
bati die soluta? Habeat & is hic locū,  
cui lingua erat ligata à dæmonie, utlo  
qui nequiret, *Math. 9.* itē qui cęcūs &  
mutus à diabolo factus fuerat, *Math. 12,*

Quis nisi animi planè p̄frafti, infi-  
cias ire audebit, si hi quos recēsui, nūc  
temporis spectarēt, uno sanè ore ac-  
clamaturos plerosq; omnes, hos per-  
uersa alicuius uetusq; artificio ita p̄-  
ter naturā uariè exagitatos esse, misé-  
rè demētatos, contractos, lancinatos,  
distraictosq; Atqui cuius arte, dira haç  
calamitate illos opprimi testatur Scri-  
ptura? Dæmonis. Cuius coopera-  
tione, aut imperio? Nullius, sed tantum-  
modo propriæ dæmonum uoluntatis  
malicia, & Dei permīsione ex arcano  
ipsius cōsilio, utili uel probaretur, uel  
castigaretur, emendaretur. Nec us-  
quam in uasto ueteris & noui Testa-  
menti uolumine exemplum, ubi in affi-  
gēndis corporib. alicuius Lamiq; ope-  
ratam usurparit, aut eiā requisiēt fatā-  
cōperies: nihil illic tamen p̄tērmissum  
esse, quod huius potentia, actio-  
nes fraudesq; ostendere queat, faten-  
dum est. Neq; etiā alicuius opera indi-  
get ueterorū ille, abundē suo marte  
potens ludificare homines, eorū men-  
tis & oculorū aciem perfringere, mor-  
bis p̄tēr naturā cruciare, ulcerib. fe-  
rire, aērem multifariā turbare. Per se  
maleficia operari diabolū, in Malleo  
legitur, nec in his indigere mulieris  
malicioſa cōſensu, sed & sagae perdi-  
tionē quārit: unde & ipsam coopera-  
ri aliquo modo cogit. Permissu tam  
illi opus est, teste Gregorio, cui uolun-  
tas semper mala. Interim tamen à se  
designari eiusmodi flagitia, aliosq; se-  
uere torqueri, & in reb. externis fœli-  
cem impediri successum, & quæcum-  
que alia diaboli miracula perfici, ha-  
bent persuasimū, contenturque  
delūsæ quædam aniculæ.

*Secunda-**Partis quæst.**2. cap. 7.*

Eas iam dixi, diuersis de causis, à dæ-  
monie ita obsidione uallatas, earū me-  
tem tam grauiter fascino ləſam, cere-  
brū cogitatū imaginatioñūq; organ-  
num tam ratiis fraudulērisq; phanta-  
matibus

matibus &c formis ob incredulitatem implicitū, confirmatūq; (quemadmodum in grauib. somnis, atq; etiā melancholicis usuuenire quotidie, ostēdi) ut aliud nesciant, torturisq; subiecte fateantur sua esse facinora, quae ipsarū saltē sunt phantasia, reuera autem satanæ, Deo huc cōniuente. sic ali quē crebrò à se ləſorū recēsent numerum, quorū alios occētatos, alios mutilatos, nōnullos hoc uel illo modo à se excarnificatos, falsa opinione dicunt: quo nomine non tam maleficæ, quām maleficio affecte effascinataq; appellari merētur. Quotquot uerò ta crudeliter & multifariā, quibuscunq; etiam conuulsionū generibus, morbis prodigiolis, uomitu & deiectione, p̄ter naturā torqueri, hunc uel aliū imitari sonum, uocē edere, certos menda citer notare, denominare atq; accusare homines, uti atrocis spectaculi architectos, obseruamus: cunctos à dæmonē maligno mendaciq; citra alterius cooperationem agi, uexariq; (nisi quandoq; uenenum uel propinatum, uel applicatū accessile intelligatur), ingenuè fatior, atque adeo sanctissime astro.

DE REBUS MONSTROSIS 30  
ore reiectis, quas non sūisse in corpore, mul-  
ti ostendit argumentis.

Caput 11.

**H**ec spectat rerum mōstrosarum per os reiectionis, qua præstigiator ille quorundam sensus ita præstringit, ut eas ex corporis medullio eductas esse, dubitare nollent. Sunt autem panni lancei rudioris laciniæ plurimū, item clavi ferrei iusta interdum magnitudinis, eorumq; fragmenta, fibulae ferreæ & æreæ, acus, aciculae, cæque complures numero, quandoq; colligatae, uel panno inserentes, hīl injuolucra. Hæc à me uisa sunt. Nonnunquam & ossa euomūtū, sub-

Larynx male  
ficio affecta.

Materies cre-  
ticias, non  
omnes sūisse  
in corpore.

ligacula, atq; reliqua id genus longe absurdiora monstrā: s̄p̄ius magnitudine œsophagi etiam, quoad fieri potest, in homine uiuo tensi distractaque naturalem diductionem exuperatia, quibus nec alius ab ore introrsum laxior pater meatus. quo uel unico irrefutabili argumēto facile conuicero, ea dæmonis subtilitate uelocitatēque imperceptibili, ori ingestā, nostris adhæc oculis uel celeritate eius uictis, uel fascino delusis, uel interiecto corpore aëreo aut aliter motis è intus uel foris uel utrinque humoribus aut spiritu caligantibus. Sic nos fallaci suo machinamento multiformiter exercet ille milleartifex.

Quum Neomagij quidam arroganter in Pascha ferijs deglutiaret ouum gallinaceum integrum, quod naturalem œsophagi expansionē superaret, illud in eo coarctatum, residere nequit, unde quoque compresa arteria mox suffocabatur.

Si porrò instes, urgeasq; ea non ex ore solum, sed penitus è corpore reiecta esse: dic quælo, quo loco ante in corpore hælerint aut deliterint, cum nullus sit corpori reliquo cū ore measus communis, excepto œsophago, præter arteria alperā, cuius caput larynx ex tribus cōponitur cartilagineib. Eius orificium, dum respiramus, dilatatur:

cum deuoramus, cōprimitur upplurimum, nonnunquam exacte, ob quod ligamentis membranosis neruofisq; coartatur. Ea arteria solummodo spiritum purum & impurum, recrementumque effluvi inspiratuq; transmittit: aut humidum quiddā, puta sanguinem, pituitā, sanjem, aut pus tussi expectoratum: nihilq; grauius hanc, nisi cum uitæ naufragio, etiā exigua admodum materies dura hæc casu aberret, tolerate, manifestū est. Enim uerò quam graues laterū dolores, cū siccata

*Arteria  
œsophaga.  
Larynx.*

*Lapillus inf-*  
*firceulus.* quadam tussicula triennio cum mor-  
tis periculo prius excitarit, quā ex  
pectore tussi propelleretur auellanæ  
*De Abditis*  
*morbis, & si-*  
*natione causis*  
*cap. 24.* magnitudine lapillus, narrat Antonius Benienius. Recitat quoq; Ale-  
*Lib. 4. ca. 16.* xander Trallianus exemplū de quo-  
dam, qui longo tempore tussi uexatus, non potuit, ne ualde tussiret, liberari, qitouf; calcinum expuisset lenē, durum & renitentem: & nisi consilio nūs fuisse, illum similiter ijs quia tabe laborarent, moriturum censembarat. Idipsum cuiā ciui Duisburgē accidisse memini. Habet adhuc meus collega lapillum fabae magnitudine, anno 1533 à se exemptum in hospitali Pisano, ex sinistris pulmonibus cuiusdā adolescētis phthisi demortui: qui iam diu tussi uexatus, prope annos tres incepserat tabe marcefere, quā tandem interiit. Lapillus est inēqualis, asper, non admodū grauis, palefescens, atq; ovalis. Hac itaq; ratione strictius hoc uas, durum cartilaginosumque ab illa multa, ampla, solida, varieq; conformata substantia liberu esse oportere con-  
*Oesophagi.* stat. Hinc per oesopha-  
gi, cibo portuque destinatam uiam, atque alterum oris interiore meatum, & uentriculo illa rerum miracula uomitari, si imis cor-  
poris partibus anteā inficerint, nec ces-  
farē sequetur. Eum aut strictionē de-  
inde & omnino neruorum existere, cum primis uero clivis extremitatem, nimur uentriculi orificium, id eoq; exactissimo tactus sensu praeeditu esse, ac leui statu aut haustru putrido facile affici, humore etiam acri uel acido gra-  
uite purgat, sequissimāq; cierim mala, no-  
runt medici. Plerosq; enim ex flatibus 40 in uentriculo generatis, ex pituitosis, aut alioq; intios humoribus, aut ex cibis in vapores ab imbecilli calore resolutis, grauissimis uideas torquefi doloribus: alios ex coaceruatis crudis succis, uel etiam uitiosis aut acribus in-

*Orificium u-*  
*triculi nervo-*  
*rum, et ualde*  
*fensiile.*

*Ventriculi do-*  
*lores.*

utriculi ore, in syncopem aut p̄cep̄s animi deliquiū cōcidere. Quodam etiam ex alimentorum prauitate, aut malignorum humorum qualicunque copia, ut à bile admodū corrupta, aut à pituita salsa acri, exēciat cholera morbus: in quo uomitibus & *Cholera mor-*  
*bis.* defectionibus tanto plerunq; impetu biliosa excernuntur, ut cum humoribus, multis quoque exhaustis sp̄itiibus, uires afflatim prosterñatur, sitiāt aegrotantes, ac sudent, tremor cordis syncopeq; succedant, interdū & mors acerbissima. His exactiore lance peniculatis, collataq; granissimorū morborum, symptomatum que exitialium causa materiali, cūm ingentis, durissimæ atque adeò acutissimæ materiei, uelut ferrea, creæ, lignea, ossæ p̄stigiosa uomitione, tum etiam expulsione rei linea, lanceaq; uentriculo & eius sensili apprimè orificio ita noxiæ, ut suffocationem plerunq; quis uereatur, si in faucium partes exquisiti admodum sensu uel pilus impegerit, ne dum acicula aut acus (quas etiam cum periculo uita lucta uel dispensatio ignoranter subinde deglutiū cernimus:) uno profecto consensu, adeoq; ore uno, ob rationis ueritatisq; robur, hic afferendum atque proclamādum erit, dictam rerum ore egestarum congeriem, a prestigiatore subtili coleriq; demonio in os solum & fauces imas, nec ulterius impelli, venticūsq; impingi, quasi strangulationem minitarem: acie oculorum nostrorū interim elusa, uel spiritu optico turbato, uel eius radiis obscuratis, ne prodantur prestigiae. Sic simpliciores exiguaeque fidei homines expeditius in luâ illicitâ salam ueterator. Aliqui uero affecti ita, ab alijs infontibus, & se magis forte p̄pis, p̄sique Christo fidelioribus, eiusmodi sibi irrigatam iniuria, malumq; inflictum, mendaci satanae suggestio-  
ne,

ne, immo ipsius facticia uoce ebucci-  
nant: id quod meis coram accepi au-  
ribus.

Adde quod s̄aenumerō nihil do-  
loris in stomacho, ante acute, pun-  
gentis, radentisque huius substantiae  
rudioris expunctionem uiolentam sen-  
serint: quum fieri nequeat, quin in ea  
huiusmodi rerum copia, una transuer-  
se acta, facile allicubi inhæreat, qua  
fuos pariat continuos postea crucia-  
tus: quemadmodū de muliere qua-  
dam, qua acum & neam deglutierat,  
tradit Beniuēnius: unde primum ni-  
hil sensit incommodi, inde cœpit eam  
circa uentriculum urgere dolor latis a-  
cutus: quo dum indies magis magis  
que affligeretur, plures conculuit me-  
dicos, nihil de acu notata, que memo-  
riæ penitus exciderat, referens. Variae  
fuerunt hinc inde sententiae, alijs enim  
ab acriore humore, alijs a uento inter  
stomachij tunicas recluso, cæteri uero  
ex malo habitu excitari hoc malū pu-  
tabant. Sicq; annis iam decem ex una  
acu, urgente dolore acerbo, miserrimam  
illam trahebat uitam: donec acus  
perforato uentriculo se prodidit, pro-  
digique. So acum & uidile, & mulie-  
rem curasse, addit Beniuēnius.

Quid ego in huiusmodi casu haud  
ita pridem uiderim, obseruauerim, fe-  
cerim q; paucis si biungam in illorum  
gratiā, qui me opera precium pre-  
stissime indicabunt. Mulier quædam  
honesta, nomine Helwicha, infantem  
curatura Duseldorpii in Martio anni  
lexagesimi quarti lupra sesquimille-  
sum, aciculas ore retentas duas, una  
magnam, altera minorem, forte quū  
pueri casum uereretur, deglutit: hæ-  
rebantque eæ aliquot horis palmarum  
latam sub latyngē cū dolore pungen-  
te & multis angustijs. Ad quam tan-  
dem acceritus ut nihil cibi aut potus  
prius offerretur mandas, quām incur-

*De abditis  
morb. cau-  
si cap. 20.*

*Ex acu deglu-  
tia, noxa.*

uo forcipe subtili, quem sine mora ad-  
ferri imbebā, num tetrabi possent ten-  
tasse. Vix dū me digresso, sorbit uncu-  
la propinatur, qua in gule partes  
inferiores paululum supra uentriculi  
orificium illæ deprimuntur. Vbi nouo  
cruciati exorto, doloreque pungiti-  
uo, reuocatus, iussi ceteruam cum bu-  
tyro & pane scaldino, nostratibus cō-  
lueo, crassiusque incilo, exhiberi sa-  
tis copiose, atque eam decubitu ere-  
cto dormire: nox etenim erat. Sic aci-  
culas ad uentriculi sinum impelli po-  
tuisse arbitratus sum: nec enim ita in-  
fixas uomitu has partes contrahente,  
altiusque eo nisu impingente, reddi-  
tutò per fauces potuisse sciebam. Hoc  
modo hora terria matutina panis il-  
lius pondere ad uentriculum depres-  
sus sunt. Inde eam secundo die alii iu-  
sculis pinguis, cereuiliaq; butyra-  
ta. Decubitus tū imperabatur in dex-  
tram, uentre libero, puluina ribus sup-  
positis fœmori & brachio, ut minus  
impedit ex uentriculo per pilorum  
ad intestina descendenter acus. Ante  
uel speram quum surgeret, eam corpus  
uelut in æquilibrio conseruare, nec  
hinc inde inletere, ne inæquali mo-  
tu allicubi in intestinorum anfractu si-  
gerentur aciculae, sed ut erecta citra ul-  
lam corporis inflexionem moderate  
in ambularet uolui, quod cum excre-  
mentis conuentius in intestina ma-  
gna siderent acus. Deinde feces quas  
primum exoneraret, studiose in uase  
cōseruari iussi, eas postero mane redi-  
didit, ijsdemque in aqua dissolutis, ap-  
paruerunt aciculae: altera uero longa  
non nihil erat incurvata. Ac licet ab  
his iam secura esset, tamen grauiter  
adhuc paucos dies ægrotare videba-  
tur, uel ex concepro metu, uel alia de  
causa: breui tamen restituta. Iam ad  
institutum.

Ad cuius assertiōnem quoque fa-

C 4 . . . cit,

DE AFFECTIS MALEFIC.  
cit, quod tametsi mox uel paulò longius à cibo subsequatur uomitus hic ludibriosus, nihil tamen cibi uel chyli appareat mixtum: quod à me diligentis inspectione obseruatum est. Adhæc euestigio ab eiusmodi dura, acuta, multiformique re expulsa, qua omnino uentriculum & oesophagum lacinari, radiq; si profundius quam ex oris cauo reiaceretur, oportuit, innoxie quasi in ihs locis illæsi comedunt. Hoc à me non semel circiter annum quadragessimum octauum supra millesimum quingentesimum, apud Geldrorum Arnhemiam, ubi tum stipendio publico medicabar, uisum est: quod hominum hisce modis à dæmonio exercitorum adducebantur plastra, quorum uentriculum (in quo eas res portentosas supradictas 20 re sedisse necesse est, si ex imis corporis partibus, quod omnium propè erat iudicium, expellebantur) quum ante & post uomitionem summa diligentia uigilantique studio in multorum conspictu contrectarem, ualideque sursum ac deorsum pugno, palma & digitis uario torquerem modo, ut si quid grandioris, asperæ, acutæque materie in illo contineret si 30 nū, non amplius posset latere, sed renisu in duciorem ultrò citroque impellentem manus mæ, hinc etiam suam læsionem sensuæ, contrectationem se detegret: uel naufea, ob non leuem certe eiusmodi palpitatione, violenter concita reiaceretur: nihil prorsus tamen animaduersum est unquam eo momento euomi, nec ullam à contectis putatis iniuriam sensit uen- 40 triculus. Quod omnino fieri nequuisset, si altius quam ex sinuoso otis hiatu profiliisset, obiecta ocu- lis nostris ex ore materia.

HISTORIA MEMORABILI  
lis de puella demoniaca, que à Lanij crucia-  
ri dicebatur, ubi de crucis si-  
gno non nihil sgitur.

Cap. 111.

P Vella uero fedecim plus minus *Historia ad-*  
*annos nata, ea ratione à me ha-*  
*mabilis de*  
*puella demoniaca.*  
Vella uero fedecim plus minus annos nata, ea ratione à me habita, contrectataq; post alicuius mora intercapedinem facie obseruabatur à patre, & altero, q his eius moribus assueuerant, uomitare: cuius os cum mox uigilanter & defixis oculis intueri studerem, eodem inspectio-  
nis momento infratram linguæ panni lanei ruidoris nigri laciniæ video: in quam digitis inconstanter iniectis, appendices prodigiosarum rerum di-  
staurum ex oris parte altiori, quod eas in uentriculo antea nō latitas ostendere (id quod paulo ante ibidē latius persuadere conatus fuerā) emul-  
gere uolu. Frequenter enim sic pro-  
pulsam antea fuisse uariè congeitam simul materiem, narrabat parens: o-  
stensis quoque ueritatis documentis, utpote panno rudi nigro, cui aliquot acus & acicula infixa, filoque conuo-  
lute adhærebant, item clauorum fer-  
reorum ueruorum fragmentis. At quod meis obiectum dixi oculis, attriti panni nigri laciniatum rudimen-  
tum, uix sputo irrigatum erat hora e-  
tiam tertia pomeridiana, post solitum quoq; prandium: quo tempore illud crudo cibo uel chylo oblitum esse o-  
portuit, si reddidisset uentriculus. Ut autem aliquam opinionem, qui ex stomacho id proiectum esse inducerem, relinqueret satanas, Quam amarum hoc est, inquit mox post ablaci-  
onem puella, uoce à natura prorsus alie-  
na, puerili & sublallante, à dæmonie  
haud dubie elisa, teste Augustino: qui *Lib. Quæsti-  
onum, quæst. 11.*  
cuius lingua diabolum uti affirmat, cuius corpus intrauerit.

Atrox uero paulo ante spectaculu-  
m reeq;

meret tragicum, aliquandiu durans  
in hac puerula ediderat tortor ille, quo  
puellæ os, ut proflus obmutiret, arctissimè  
constringi, manus atrociter con-  
uellî, oculos toruè intorqueri, corpus  
deniq; totum horrendo certè crucia-  
tu exagitari contuebamur: nec circa  
crucis consignationem, manus aut os  
aperiri posse, asserebat pater cum suo  
comite: à me autem, qualicunque in 10  
Deum fiducia contra dolosam diabo-  
li hypocrisim, absq; illius signi impres-  
sione tandem diducebantur, restitu-  
banturq;. Non quod cruci quicquam  
1. Cor. 11. Sermo crucis. Potentia Dei.  
derogatum uelim: sermo enim crucis  
potentia Dei est, ijs qui salutem conse-  
1. Pet. 1. Quantur: hæc autem non in signo, sed  
Matth. 16. Marc. 8. Luca 9.  
in CHRISTI crucifixi imitatione con-  
fisit, ut nimis ipsius uestigij insi-  
stentes, nos ipsos abnegemus, & cru-  
cem nostram tollamus quotidie, & se-  
quamur illum. Iudei signum querunt:  
1. Corinth. 11. Philip. 4.  
sed Paulus prædicat Christum cruci-  
affixum. Per hunc nos corroborâtem  
omnia possumus. In huius nomine  
expulerunt dæmoni Apostoli. Non  
crucis signum timet diabolus, sed ipsam  
timet dæmon. crucem, uel cruciatu' ad punitionem.  
Matth. 8. Proinde Christo oblatrat: Veniti ad  
cruciandum nos ante tempus. Et si 30  
quid picturis aut statuarijs crededum  
est, nusquam cruci Christi latronum  
cruces attingi uidemus, quarum sinis-  
træ non terribilis infideat dæmon.  
Nec interim ignoro, Arabes philoso-  
phos crucem cœlestium fortitudinem  
dicere, quod eorum fortitudo per re-  
stitudinem angulorum & radiorum  
resultaret: & stellæ maximè fortes es-  
sent, quando in figura cœli quatuor 40  
obtinerent cardines. Ruffinus quoq;  
in Sacra historia narrat, crucem ab Æ-  
gyptijs sacerdotibus inter Sacras lite-  
ras relatam, cuius uis portendebat la-  
litis spem hominibus, credentibus  
CHRISTO Saluatori nostro. Hiero-

nymus Demetriadem hortatur, ut cre-  
brò signaculo crucis frontem muniat,  
ne locum in ea exterminator Ægypti  
inueniat. Et ad Eustochium, de Cu-  
stodia uirginitatis: Ad omnem (in-  
quit) aëtum, ad omnem incessum, ma-  
nus pingat crucem. Idem Tertullia-  
De Corona militis.  
nus dixerat: Ad omnem progressum  
atque promotum, ad omnem aditum  
& exitum, ad uestitum & calceatum,  
ad lauacra, ad mensas, ad limina &  
cubilia, ad sedilia, quæcumque nos cō-  
ueratio exercet, frontem signaculo  
terimus. Harum & aliarum huiusmo-  
di disciplinarum, si legem expostulas  
Scripturarum, nulla legis traditio ti-  
bi prætenditur: auxtrix consuetudo,  
cōfirmatrix, & fidei obseruatrix. Cru-  
cis etiam signo dulos dæmonum pro-  
pelli, docet Athanasius. Factum quo-  
De Humanitate. Apa- nitat. uerbi.  
que per Marcellum episcopum Apa-  
meia, crucis signaculum in aqua cum  
fida aspergenda, ad dæmonis ex Io-  
nita D. luis templo comburendo expulso-  
nem, qui aquæ uirtutem non tulit,  
cōmemorat historia Ecclesiastica Tri-  
Lib. 9. cap. 14.  
part. Signum iure sigillet nemo: sed  
eius abusus omnino accusandus est,  
maximè si qui crucifixo & uiuæ in  
eum fidei debetur honor, ad crucem  
referatur. Sed ad inceptam histo-  
riam redeamus.

Vbi deinde curationem mali puel-  
læ dictæ promitterem, illius puerilis  
uocis sono, sibi nihil rei uelle mecum  
esse, & me astutu' esse, atque, En quām  
callidos habet oculos, respondit. Per-  
cunctante præterea me, num huius ca-  
lamitatis authorem cognosceret? ca-  
dem lasciviente pueriliter uoce respō-  
dens, honestam (meo quidem iudi-  
cio) matronam eodem tempore in  
custodia detentam ob incantationis  
peractæ suspicionem insimulat: quæ  
tamen postea manumissa, domum a-  
uehebatur liberè, unâ cum matre &

duabus alijs mulierculis, propter maleficij crimen illis falsò intentatum, iam integrum mensem captis. Illud quoque hic silentio minimè prætereundum censui, pueram hanc, illas panni laciniias, fila, aciculas, acus uel clavos ore nunquam reieciisse, quām quām à dolore qualicunque, ob incre dulitatem (quod à causa naturali ex abstrusa Dei uolūtate dolor ortus, minus agnosceretur, sed imputaretur maleficæ, ac ad illicita confugeretur consilia) prius Amersfortum, proximum illius habitationi oppidum, ad sacrificium uel templi custodem (ni fallar memoria) itum esset, qui aquam (confecrata opinabantur) numismatis Spapphani precio diuendebat, qua propinata prodigiosus hic ciebatur uomitus. Adhæc siquidem ludibria

*Vnde diabolus illudendi nos non accrescit.*

*Deut. 18.*  
*Leuit. 19. 20.* maximè Deus conniuere solet frequenter, ubi ab ipso & naturalibus medijs, in hominum usum diuinitus ordinatis, contra manifestum Dei mandatum, fide Christiana postposita ad satanam currit, uel eius angelos: quales hi censemur, qui huiusmodi aquam uel ex baptisterio sublatam, uel aliter impie lustratam, aut cereæ paschalibus thus, aut eiusdē religionis nomine sacras res alias, ahus uetito nefarioq; in conceptu de maleficio opinionis iniquæ, diaboli instinctu, confirmatione, lubricæ fidei hominibus offerunt.

O B H I S T O R I A E S V P E R I O-  
ris connexum, obiter huius puille, & reliquo-  
rum secuta sanatio post benedictionis formu-  
lam recitatam à scemini eo nomi-  
ne captis, coniungitur.

Cap. IIII.

P Orrò scemini, quarum paulo an-  
tē memini, incarceratis, ac in con-  
ciliū prodūtis, cum à Senatu  
Cæsareo imperaretur, ut hominibus  
plurifariam cruciatiōnē, ob maleficij

suspicionem formula béniderent  
præscripta, nimirum, Benedico tibi in *Formula bénédictionis*  
nomine Patris & Filij & Spiritus san-  
cti, in tuis bonis, sanguine & armento:  
eaeq; imperata facerent, euestigio sa-  
nabantur ægroti. Benedicebatur au-  
tem quilibet ab eo, quam sui tormenti  
genitricem, uel dæmonis aut eius  
ministri accusatoris Pythij, custodia  
quoque coerciti suggestione putaret.  
Ne Lectorem interrupta historia se-  
ries remoretur turbetq; ea hic paucis  
prosequear, quæ alioqui ad sequentis  
Libri argumentum pertinent. Hic san-  
ciebatur ille omnium ore tritus canō:  
Quæ ligauit, eandem quoque soluere  
necessit̄ est. Quæ uero huius senten-  
tiae sit absurditas, hoc colliges modo:  
Si Lamia est, suam habere cum caco-  
sario, dæmone cōmunionē & fœdus, eiusq;  
ope alios uarie crudelibus colligare  
torturis (quæ uulgi est opinio) eosdem  
quoque pro suo arbitrio, ab eo suo &  
satanæ opere, cruciatibus scilicet, sol-  
uere, ipsius dæmonis ope, qua ante li-  
gauerat, existimatur. Serua autem est  
& mancipium illius, cui se pacto & sti-  
pulatione obstrinxisse creditur: ut hāc  
sanè nihil diuinis posse uerbis pecu-  
liariter efficere, certius fidas. quibus  
recitatis si aliquid uirium erit donan-  
dum, per fideles Ecclesiæ ministros,  
piae que monetæ homines ea pronun-  
ciata, citius suum ex Dei nutu sortien-  
tur effectum, quām per eas quæ Dei  
societati ex professo renunciasse, bel-  
lumq; uel hostes in dixisse iudican-  
tur. Quinimò quicquid diabolus li-  
gat id Christus, eius Apostoli ac mini-  
stri soluerunt, immo ipsum à suo opere  
deturbarūt. Peculiare hoc Christi fruit  
ministerium, cuius nomine apparuit.  
Nec etiam ob qualemq; increduli-  
tatem, satanæ uexationem inhibere,  
ipsumque fugare potuerunt discipuli:  
quod grauiter illis à Christo exprobra-  
tur.

tur. Quid ergo in eiusmodi dæmonū uexatione & obſudio ualebūt Lamiæ, Beelzebub (ut creditur) obſtrictæ? Noſtri Canones, ratio & ulus docet, Contraiorum esse medicinam. Christus cum à dæmonio uexatum cæcum & mutum fanasset, atque à ſcribis & pharisaicis, Beelzebub principis dæmoniorum præſidio dæmones expellere dicetur, eos confutans ait: Quomodo potest satanas satanā ejūcere? Et si regnum aduersus ſe diuifum fuerit, nō potest stare regnum illud: & ſi domus contra ſeipſam diuifa fuerit, non potest stare domus illa: & ſi satanas inſur rexerit aduersus ſemetipſum, ac diuifus est, non potest stare, ſed finem habet. Qui nō eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit:

*Ab impio ſuam non uult Deus predicatoriam.*

*Eph. 4.2.* Necetiam ab impio ſuam gloriā, quæ in ſanandis in iplius nomine hominibus elucet, uelle praedicari Deum, hiſ diuinus uates doceat uerbis: Impio autem dicit Deus, Quare tu enarras iuſtiſias meas, & affumiſi teatū meū per os tuum? Quum odio habeas diſciplinam, & uerba mea poſte abijcas. Os tuū addixisti malo, & lingua tua dolum concinnat. Hinc palam eſt, eiusmo di curatione, eas incantationis aut maleficij reas eſſe non poſſe conuinci, & ſuperiorem canonem eneruem exiſtere. Elegāter hic dixit Origenes: Magi neſciunt benedicere, quia dæmones neſciunt benefacere. Quid autem ſanentur, non alia proſecto fit ratione, quām, quum hęc corpora Dei permifſu, ob incredilitatem exercuerit diabolus, in hac ut afflīctos, & aſtātes, & quibus inuifitum id malū innotuit, tum demum magistratum, cōfirmaret, non coaſtē, ſed ultrō ac ſuapte ſponte cedit: licer ſe compelli ſimule, quod magis fallat, illaqueetq; atq; indubitatiuſ eo modo credatur, illas mulierculas benedictionis uerba

20

40

recitantes, quāquam innocentes, eſſe tamen ſagas: & alios fide uacillantes, ſpirantesq; uindiſtam ſuis technis irretiat: ac ſententia incoſiderata reū magistratum, in carnificinam inſontiū fœminarū, & punitionem, uoracesq; flamas inuitet. Ita enim ſuarum rerum pro uitibus fatigat, ut ab initio in ueritate non ſterit; quicquid loquitur & agit, mendacium eſt, uel falſitatis fermento conſpersum: quum optimā agere & loqui uidetur, homicidia ſtruit, & mēdacia architectur, ut animas illaqueat & perdat, homicida à rerum primordijs. Dēſtitit itaq; in his ægrotis à laſione, quam ipſe intulit.

DE MATERIE VARIA AC DV-

ra, Pauli Grillandi ſententia.

Cap. V.

**H**uc quū faciat ſingulare D. Pauli Grillandi, iuriſuulti clarissimi, iudicium, id aſſcribendum

*Tractatum volumine ro. de Sortilegiis.*

duxi. Alias uidi (ait) ſaepenumero, quōd maleficio infecti, ubi liberatio- ni remedium uſurparunt, frequenter ex ore euomerēt, uel per ſeces ſuę exo- nerarent acus, capillos, ferramēta, clauos, plumas, ſulphur, lapides, & res de- mum tales, quas maleficio laſum uo- rare potuiffe, erat imposſibile: nō ſo- lū integras, ſed nec fractas, nec mi- nutè in fruſta cōcifas. Vnde quid mirā dum uidetur. Sed dic, ut quidam cen- fuerunt, ſatanam ad maiorem homi- num deceptionem facere dictas appa- rere species extraneas in reſolutione facture, ut res miranda magis uideat- tur: quando quidem inſpiciunt & co- ſiderantur ea eſſe talis naturae, formæ & qualitatib; ut imposſibile fuerit ta- lia potuisse ingredi in corpus malefi- cio laſi per aliquam partem naturali- ter: ſed in rei ueritate nō ſunt species naturales. Et quōd uerum ſit, hinc ap- pareat, quia illa eijciūtur per uomitum uel ſecuum: atq; ita inter materias il-

*Dura maleficia liquefacta*  
las liquidas apparent à principio, cù  
primum è corpore emititur. at si ser-  
uaueris illas materies biduum aut tri-  
duum, aut dies quinque, quemadmo-  
dum ego alias studiosè seruari feci, ui-  
debis omnia ea liquefacta penitus, &  
ipsarū formas perisse toras. Quod si  
naturalia essent, profectò in sua priori  
sive primæua forma remanerent, nec  
possent per aliquos liquores authu-  
midates corrumpi, maximè ferrum  
& lapides, propter eorum naturalem  
duriciem: ut manifestū est omnibus.  
Quidam alij dixerunt, dæmones, ut  
res miranda uideatur, tunc temporis,  
quando maleficio affectus irritatur ad  
uomitum, uel ad uétris opus, uelocissi-  
mè & inuisibiliter asserre ibi species  
illas sive materias, de quibus suprà, ue-  
ras & naturales, quas aliud acceptas 20  
ed attulerant. Sed nota, licet dæmon  
potentia sua naturali hoc quidem pos-  
set, & tam dextro modo illas inserere  
in uomitu & stercore maleficio agita-  
ti, ut nullus hominū aduerteret: prior  
tamen opinio magis mihi placet, esse  
scilicet apparentes species sub illis for-  
mis non naturales. & quod hoc ue-  
rum sit, appetat ex ratione prædicta:  
quia communiter non durant sub illa  
forma, sed breui tempore in illos re-  
soluuntur liquores, cum quibus mixtæ  
prodierant: ut ego frequenter uidi, &  
manibus proprijs contrectau, que à  
principio (ut dixi) apparebant ueræ &  
naturales, & retinebant in se nescio  
quid duri: tamen breui tempore, ut  
dictum est, resolutebant & peribant.  
Hæc Grillandus. Acum quoque, os-  
sum, capillorum, & id genus reliquo-  
rum reiectionem per os, technas esse,  
sentit Cardanus.

*Liber de Yta  
viii. cap. 8o.*

Alteram Grillandi sententiam ma-  
gis probabilem sentio: nec enim qui-  
libet humor in tantam cōcrescere po-  
test duriciem, quale est ferrum aut æs:

nec siccum constituere materiem, cu-  
iusmodi pannum laneum aut lineum  
experimur: nec uiceuersa in liquore  
refolui queunt substantiæ tales duræ  
& sicce. Quid post dies paucos humo-  
rem solùm dicat conspectum, aliarum  
rerum formis perditis, id equidè ad-  
mitto: sed humor is est, qui antea si-  
mul cum reliquis duris aridisq; quis-  
quilijs fuit reiectus. has autem interea  
temporis à dæmone, qui in hoc ludri-  
brium illas aduexit, oriq; inferuit, rur-  
sus fuisse sublatas, non est quod ullus  
dubitetur. Nec etiam panni rudioris la-  
ciniam ex puellæ ore à me extractam,  
in humorem postea solutam memini.

HISTORIAE DAE MONIACO-  
rum, qui à Lamis affligi crede-  
bantur. Cap. VI.

**A**ccidisse suis temporibus nouū  
& admirandum morbi genus,  
tradit Antonius Benienius. Mu. *De Abditis*  
lier sextum decimum agens annum, *morb. canis*  
ab ima uentris parte dolore exorto *cap. 3.*  
*Maleficio la-*  
conuellebatur manibus. Cumque in *sa malor cl*  
horrendum clamorem erumperet, in-*nos et acus no*  
tumescebat illicò totus uenter, adeò ut *mit.*  
uterum crederes gestasse octo men-  
ses: & uoce exhausta, ubi per totū cu-  
bile hinc inde reiectans se, & plan-  
tas interdum ceruici connectens resi-  
liebat in pedes, iterum procidens ac  
exiliens, isthuc ipsum idéntidem facti-  
tabat, quoad paulatim ad se reuersa,  
quoquo modo recrearetur. Interroga-  
ta quid egisset, penitus ignorabat. Nos  
uerò eiusmodi morbi causas inquiren-  
tes, arbitrati sumus hoc malum ex ma-  
tricis suffocatione, & vaporibus malis  
sursum elatis, ac subinde cor & cere-  
brum ferientibus, prouenire. Sed quū  
medicamentis nihil promoueretur, ea  
ferocior facta, actorius oculis circum-  
spiciens, tandem prorupit in uomitu-  
m, quo longiores & recuruos cla-  
uos, æneasq; acus, unà cum cera & ca-  
pillis

pillis conglomeratis reiecit: & nouissimè exientaculo frustum tantæ magnitudinis, quale integrū nullius deglutissent fauces. Cumq; idipsum sepius etiam uidente me factitasse, teneri eam arbitratus sum spiritu malo: qui dum hæc ageret, spectantium oculos perstringeret. Quare ecclesiasticis medicis commendata, manifestioribus deinde signis & argumentis rem comprobavit. Nam & nos eam uaticinante audiimus, & ea præterea agentem uidimus, quæ omnem morbi uim supergressa, humanum etiam captum excedenter. Hucusque Benienius. Hæc omnia certè in corpore nō fuere, sed diaboli oculos spectatorum effasciantis, ne huius materiæ in os impulsio animaduerteretur, præstigijs & celeritate in os solum illata sunt, & tanquam uomitu mox eiecta. Id cœophagi huic materiei imparis angustia, illæsus post uomitum uentriculus, & ante uomitum (ut suprà dictū est) uentriculi robur testantur: quæ profectò minimè erant expectada ex acie, & duressimæ substâtiæ in equalitate. Si ea eructauit uetriculus, quādo usque ad insensibiliter ingesta sunt, aut undam innoxie reuomuntur, potissimum ore uentriculi ita sensili, ut uel paucum humore acri extremè affligatur?

Meinero Clatsio, nobili in arce Bonenbrouch, sita in ducatu Iuliacensi, famulus erat Guilielmus nomine. hic ante annos quatuordecim à dæmonio exagitatus, primùm habebatur ægrotus, sibi q; ex diaboli instinctu confessionariū expertius pastorem in Gerard Bartholomæum Panen, qui suā in curando maleficio locare solet operam: quare etiā in dæmoniæ fabulæ scenam requisitus, non omnino *λογόθητος* agere potuit. Huic dæmoniaco cū ad faciei etiam liuore intumesceret guttis, eumq; lusso catu iuri timeretur,

ad orationem confugit Judith Clatsij coniunx, pia matrona, cum reliqua familia, inde præter reliquas quisquiliæ ex Guilielmi ore extrahitur anterius opilionis subligaculū, silices, eorumq; fragmenta, filorum spærulæ, puellarum capillitiū, acus, laciniæ, panni subditicij ex pueri ueste, pauonis pennæ, quam ante octiduum ex pauonis cau-

da Guilielmus adhuc sanus euillerat. Rogatus mali huius causam, respondit, circa Camphusium obuiam se habuisse ignotam mulierem, quæ in factioñ inspirasset: atque hinc quicquid id esset calamitatis, inuestigum esse. Restitutus uero, negauit hoc ita accidisse: sed à dæmons inductum se fuisse, ut hæc diceret, confessus est: addens, eas prodigiosas materies non in se fuisse corporē: sed cū una spectaretur, alteram continuò à diabolo fauicibus fuisse ingestam. Alias numerosos sibi loculos à dæmons donatos latabatur, eosque in lecti stramine repositos esse. Quæsiti uero, inanæ sunt inuenti. Non absimile est quod in Francisci uita legitur, cum is eiusq; fol. 14. socius turgidi inuenirent loculos, Franciscus uero dæmonis præstigias, tentationesq; animaduerteret, eosq; propterea auersaretur, pecuniā exemptam pauperibus dari uoluit eiuscomes: eoque loculos consensu Francisci arripiente, in manibus serpens apparuit, mox euanscens. Postea uisum est musculum animalculum ex ore dicti Guilielmi excurrere: quare euelsingi sub lectum se deiecit, questus musculum fuga sibi excidisse: lectum uero repetens, se reperisse narravit. Sa-

pius inde uim sibi inferre uelle videbatur, fugamq; aliquoties adornare: quapropter quum semel in porcino sterquilino inuentus, extractusque arctiori coerceretur custodia, tam firmiter eius occludebantur oculi, ut nul-  
In illius nitidus  
non est diabolus  
lo permitta posse  
testas.

la uii horum cilia possent diduci, distra  
hiue. Accedens tandem maxima natu  
filia Clathij Gertrudis, iam annum a-  
gens undecimum, hortatur eum, ut a-  
pud Deum uisus restitutionem exora-  
ret. Vt autem pro ipso puella oraret,  
candem ille rogat. Quæ Deum implo-  
rans, illius oculos inde cum magna  
omnium admiratione aperit. Sæpius  
adhæc illum diabolus admonuit, ne 10  
heram multa de Deo effusientem, uel  
alios audiret: à quo semel mortuo,  
quemadmodum frequenter in publi-  
cis audiueret concionibus, nequiret  
iuuari. Cum etiam hic alijs ancillam  
culinariam impudentius attrectaret,  
atq; suo hinc nomine nuncupatus re-  
dargueretur: horrenda raucaq; uoce  
tespōdit, se nō Guilelimum, sed Beel-  
zebub nominari. Putasne ergo nos te  
uerituras: ait hera: cui enim nos fidi-  
mus, te infinitis superat modis. Quapropter Clathius zelo impulsus, unde-  
cimum Luca caput (ubi eiecti uirtute  
Christi dæmonis muti, & Beelzebub  
principis dæmoniorum fit mentio) præsente familia, attente legit, ac in  
Christi nomine satanam cedere iussit.  
Tandem energumenus hic uelut in a-  
nimi deliquium lapsus, sedate tota no-  
ste iacuit ad horam usq; matutinam:  
qua recreatus iuscuso, ad parentes a-  
uehebatus sanus prius, actis hero he-  
reque gratijs, imprecatus quoque il-  
lis Dei remunerationem obpassam la-  
eturam. In itinere autem loco piano  
euertebantur bigæ, nihilq; postea dæ-  
moniacæ uexationis sensit unquam.  
Duxit interim uxorem, prolemq; su-  
stulit, & adhuc supereft, ac uescitur au- 40  
ra ætherea.

EIVSDEM ARGUMENTI  
historie. Cap. VII.

**Q**uestoris filius Morsæ aduersa  
non nihil afflictuſ ualeſudine,  
cam creditit inductam à mu-

liercula, cui herbarum plenū corbem  
in porcorū pasturam attulisset: qud  
gratijs actis ipius pressissit humerū.  
Vnde territus eo tempore puer, cœpit  
paulatim, etiam animo deiecto, peius  
habere. Hinc trica foeminei capillitij  
nigri & cinerei ſicca, citra alterius ma-  
teriaæ admixtionem, excetni uila eft.  
Tandem admiranda magis, puta ſe-  
tas porcorum, pelli etiamnum inhæ-  
rentes, ita ſiccas alio deponebat, ut  
papyro conſeruarentur: interdum fi-  
milia cum excremetis deſciebat. His  
ludibrijs circiter medium fatigabatur  
annum: quæ dein pedetentim, ut co-  
perunt, euauere. Nec dubium eft, ea  
ob parentum & adolescentis incredu-  
litatem fuisse permifſa: qud quum  
hic ſecundum naturæ ordinem non-  
20 nihil morbo grauari conſipceretur, eū  
non in naturæ uitium, aut Dei volun-  
tatem, ſed in mulierculæ imprefſio-  
nen retulerunt. Eam itaque deluſio-  
nem diabolo, quibus explicatum eft  
modis, permifit Deus, donec fortalſis  
reſipueret.

Noui item cuiusdam uiri consularis  
coniugem, cuius alius ſæpenumerò  
arena reddere uidebatur, diabolo col-  
ludēte, coniuenteq; Deo: qud egro-  
ta ad illicita maleficorum diuinorum  
que auxilia cōfigiſſet, contra diuinæ  
Maiestatis edictum, impias horum ho-  
minum actiones comprobās. Cui cer-  
tam policeri opem cum Dei gratia, ſi  
imperata faceret, audebam. Morbum  
ſiquidem, quo afficiebatur, ex natura-  
li cauſa ortum eſſe iudicabam: at are-  
nae defectione, qud incredula ad ue-  
titum declinasset confiſſum, eam à fa-  
tana ludificari, dictabat animus. Fre-  
quenter etenim hoc uſeueneri uide-  
mus, ut quum à naturali quis infirme-  
tur cauſa, Deiq; (qui naturalium rerū  
uſum docuit, atque eum nos affectare  
& inquirere uoluit) potentiae diffiſus,  
uolun-

Arena per  
alium mulie-  
bris redditus

Deut. 18.  
Leuit. 19-20.

L I B E R .      IIII.

uoluntatiq; immortigerus, ad dæmonij clientelam consulturus cum Saule  
accurrat uoluntariè, in reprobum tradatur sensum, ludicrisq; maligni obij-  
ciatur illudendus.

Dordraci ad insigne D. Euualdi,  
duas haud ita pridem habebat filias  
Ioannes Theodori, quarum altera in  
quibuscunque suis domesticis aëstio-  
nibus atramentum euomere uideba-  
tur sine ullo inualetudinis sensu, alte-  
ra uero canum latratus inuita imitaba-  
tur. Ad rei prodigiosæ conspectum al-  
liquoties clam accitus eximiæ pietatis  
uir ex ipsius petitione, semper ad e-  
iusdem aduentum, quicquid id erat  
ludibrii dæmoniaci, desistit, ut nec un-  
quam ille uideret uel audiret. Nouit  
illas optimè coniuncta mea altera, Hen-  
rica Holtia, mirè diabolicas præstigias  
ex uiua fide inimica.

*De Variet. re-  
rum lib. 15.  
Vide lib. 1. ca-  
p. suprà.*

*Rufitius ho-  
rarii istius in  
corde sensus.*

Commemorat Cardanus, probum  
quendam rusticum & amicum, qui fa-  
cilius decipi poterat, quam decipere,  
scipisci narrasse, quod morbo incogni-  
to plures laborarit annos: quo tempo-  
re excantationibus sepius uitrum, cla-  
uos, & capillos euomuisset: & quam-  
quam demum restitutus fuisset, tamē  
in eum diem quo hæc referret, lentre 30  
se in uentre asseuerabat maximam ui-  
tri confusæ congeriem, sonumq; non  
leuem, quasi quis faccū uitri fragmen-  
tis plenum concuteret, à quo non pa-  
rum uexaretur: tū uero singulis octo-  
decim noctibus septima hora, etiam si  
horarum numerum non obseruaret,  
totidem istus annis octodecim, qui-  
bus iam sanatus fuerat, in corde ma-  
xima cum molestia perferre. Quis in 40  
eo organo, diaboli ludibrijs ob sim-  
plicitatem apto, non uidet dæmonis  
actus, præstigias & uexationes  
priores & posterio-  
res?

DE PVERIS DÆMONIA-  
CIS. Caput VIII.

A Msterdamo, quod Hollandiæ  
emporium est maritimum, eius-  
modi historia scripta est amplissi-  
mo uiro D. Hadriano Nicolai, apud  
Geldros Cancellario, decimoctauo  
Martij anni sexagesimi sexti supra ses-  
quimillesimum: Elapsis octo aut decé  
septimanis cooperunt in hac ciuitate  
horrendo modo torqueri pueri circi-  
ter triginta, ueluti mania aut furore su-  
bito correpti, & in terram prostrati, cū  
intermissione tamen, durabatque hic  
cruciatus horam integrum uel dimidi-  
am. Inde surgentes, nullius prorsus  
meminere tormenti aut rerum tum a-  
statum, uerū se solum modò dormiſſe  
putabant. Consulti ibi medici ob  
morbum creditū naturalem, nihil ef-  
fecere. Postea ob maleficij suspicio-  
nem, ad eiusdem curatores itum est,  
qui suis deprecationibus uarijsq; alijs  
eius amoliendi rationibus tantudem  
promouere. Tandem quod à dæmo-  
nio obſideri crederentur, ab exorcisi-  
onis non paucis rogatum est cōſilium,  
quod ignoranter multa ingenij cap-  
tum & ætatem superantia effarentur  
pueri. Illi primū suo more legerunt,  
coniurarunt, & reliquam suam arma-  
turam aduersus dæmonum insultum  
usurparūt, uerū nullo successu. Dum  
lectiones adhiberentur, acus pluri-  
mas uomitu reiecere pueri, aciculas  
quoq;; digitalia, panni laciniæ, ollariū  
frusta, uitri, crines & id genus alias nul-  
la ait hinc subsequita est integra cura-  
tio. Recurrit etenim hoc malū aliquo-  
ties, exhorcentibus interim ijs qui  
afstant ob rei incredibile spectaculum.  
Aliorum relatu uera hæc esse scio.

Hic paucis meam subijcere senten-  
tiam placuit, nimisq; quod ad legitimi-  
ma non confugeretur confilia, Deum  
permisisse diabolo perstringere astan-

tium oculos huiuscemodi materiebus ore proiectis, quæ in corpore neutram suæ, nec per arctas puerorum fauces, nec angustum œsophagi meatum aut intro ferri aut foris propelli à dæmone potuere: qui tamen horrendum hoc spectaculum oculis omnium obiecit in tam celebri loco, ut maleficij & incantationis non modò suspicionem inueheret & augeret, sed magis insontes mulieres eiusdem reas statueret, propterea ignis holocausto postea absumendas: ne innoxij sanguinis fusio negligeretur, atque ut maleficij credulitas impia altiores in animis mortalium radices ageret, & rumor hic ex loci celebritate longius latiusq; disseminaretur. Sic nō temere, sed cū multo fœnore sibi huiuscemodi tragediæ finem aliquæ decernit ueterator ille. Permittit uero Deus frequenter tale crucis exercitium, ut probetur fidei nostræ firmitas: interim ne insontibus pueris nocumentum aliquod à dæmone accederet, sed uulnus cauit. Sic & anno quinquagesimo quinto supra sesquimillesimum, Romæ in orphanotrophio puellæ circiter septuaginta, simul una nocte fastæ sunt dæmoniacæ: unde ne quidem una post biennium fuit restituta. Ceterum genuinam mali eiusmodi fugandis rationem circiter Quinti libri hñem comperies.

DE QVODAM, CVI VIVO  
executus clausus, & post mortem cultus, lignum, ferramenta. Cap. IX.

**C**æterum illud quod à Christi natuitate, anno millesimo quingentimo tricesimonoно, in quo Libro 1. Epistola 38. dam Eisteten sis episcopatus pago Fugenstal, accidisse perhibet muli jugæ lectionis uir IOANNES LANGIUS, il- lustrisimorum Principum Palatinarum Rheni medicus doctissimus, omnem superaret fidem, nisi oculatis spe-

staræ fidei testes adhuc superstinent. In hoc pago Ulricus Neuseßer agricola, cum crudelibus dolorum tormentis circa alterum hypochondrium conficeretur, subito clavum ferreum sub ilesa cute manu apprehendit, quem chirurgus illic balnearior nota cula exciderat: nec tamen cessarunt dolores, sed indies magis in crudescerat. Quapropter cum nec aliud doloris remedium fore miser, quam mortem, suspicaretur, arrepto cultello, sibi guttur abscedit. Itaq; dum tertio die ad sepulchrū mortuus efferretur, aderat tū Eucharius Rosenbader ex Vueisséburg, Noricorum oppido, ac Ioannes ab Ettentest balnearior, qui astante magna hominum frequentia, demortui agricultorē uentriculum inciderūt, in quo lignum teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultros, partim acutos, partim instar serræ dentatos, ac duo ferramenta aspera repererunt, quorum singula spitham i longitudinem excedebat: aderat & capillorum instar globi in uolucrum. Sed quid potissimum hic admiraberis? an quomodo tot & tantæ ferramenta in uentriculi cavitate contineri potuerint: an qua arte sint ingesta? Certè non alia, quam dæmonis astu & dolo. Hæc Langius.

Ulrico etiamnum superstite non ea in uentriculo hæsisse, ut nec clavū sub ilesa cute in carne ante sectionem uerè impactum fuisse, autim dicere. Enim uero illis locis ex mala intemperie, aut humorum acrīum affluxu, uel flatu copia, huiusmodi poterat prouenisse dolor, qualis in iliaco & colico affectu experimur. Constanti autem opinione sinistra de maleficio iam fortassis ægrotus, uel astantes, uel utriq; ducebantur, dæmonis, uel illius clientele, magis ueritati uoluntatem malignā, permittasq; uires, quam Dei patrocino & incoparabili potentia his. Diabolō

Clavis ferrea  
sub illa  
cute latens  
excisus.

Lignum & cul-  
tris in uentre  
culo inseritum

LIBER IIII LIBER III

bolo itaque traditi sunt illudendi, ut  
in carnis, antea non nihil duræ & ten-  
sæ uel à materia, uel flatu, uel dæmo-  
nis astu ita apparentis, sectione clauū,  
& in aperiendo stomacho reliqua hęc  
rerum monstra ingesserit, perstrictis  
secantium oculis, quo id in cuius si-  
nem hāc instituerat tragediam, nem-  
pe incredulitatem, stabiliret. Vbi sci-  
licet in rebus aduersis, Deo relieto, e-  
iusque medijs ex gratia donatis ab eo  
qui languoribus nostris uerè mederi  
potest, perfidi, satanam nimium in cor-  
pus hominis, Dei scilicet creaturæ, ad  
ipsius similitudinem formatæ, posse  
concedimus, extra eius potestatem in  
mutanda rerum natura, aut materia a-  
liqua duriori & acuta, certam meatuū  
per quos inferri oporteret, propor-  
tionem exuperante, illas & insensibili-  
ter penitus ingerenda, impellēdāue.  
Oesophagū enim & fauces uel quam-  
cumque aliam partem latius diducere  
& extendere nequit demon, quo cum  
suo artificio, quām ex prima crea-  
tione ferant: quemadmodum aliás  
fusius ostendi. Si uero clauum ferre-  
um ante sectionem in parte latuissime af-  
fecta urgeas, quando tam insensibili-  
ter cedo impressus fuit, circa cutis uel 30  
carnis læSIONEM: quur etiam execto  
clauo cruciatum, ut putabatur, exci-  
tante, non desis: in altero hypochondrio  
dolor: sublata enim causa tolli-  
tur effectus, qui canon physis est ce-  
lebratissimus: & quæ post mortem se-  
ctione in uentriculo inuenta fuere, ea  
inter secundum, citra controvësiam,  
à dæmons erant inuestigata. At dissidijs  
seminarium hoc modo à diabolo spar- 40  
gitur, ubi eo nomine alios maleficij ir-  
rogati reos cofestim incusamus: quos  
adminiculo dæmonis illud machina-  
tos esse, quanquam insontes re-  
uerā existant, credere  
malumus.

RELIGIOSAE VIRGINES DAE-  
MONIACE, que Lamiarum maleficio exagi-  
tari credebantur. Cap. X.

**A**Dmirabilis & horrifica fuit ue-  
rum virginis  
Fueritis oc-  
clusarum hi-  
storia heres  
da.

xatio quarundam monialium,  
occlusarum Vuerteri in comita-  
tu Hornensi, exercitaruntque à dæmo-  
nijs. Initia aut̄ eiusmodi dedisse pau-  
perculam feminam narrant, quæ in  
quadragesima salis libras tres (quarta  
uulgas nostras uocat) mutuò à uirgini  
bus acceperat, fereque duplum circa Pa-  
sche solennitatē restituit. Hinc in dor-  
mitorio inuentiebantur sphærule can-  
dide uelut in cruxata saccaro semina,  
at gustu salis, quæ tamen nō edeban-  
tur: nec quomodo peruenissent eder,  
sciebatur. Postea eodem in loco obser-  
uabatur incessus rei ingemiscantis, ue-  
lo 20 lū hominis ægroti: audiebatur item  
quandoque uox, plerasque uirgines ut  
surgerent, & ad ignem secum accede-  
rent, si ægrotam esse, cōmonefaciens:  
ubi porrò surrexisserint, morbidam fo-  
rem inuisuræ, nihil inueniebant. Si  
quādo etiā hæc in arrepta matula me-  
iere tentarent, ea uiolenter erecta, lo-  
tio conspurcabant lectum. Aliquoties  
pedibus è lecto ad passus aliquot sub-  
trahebantur, plantis pedū usque adeō  
subinde titillatis, ut præ nimio risu mo-  
rituras se timerent. Tortura erat mul-  
tiforis, aliarum carnis particulis e-  
uulsis: quarundam in aduersam par-  
tem proflus intortis tibij, brachijs &  
facie: aliquibus supra hominis caput  
euectis, & uicissim deiectis. Quædam  
sic excarnificatae, licet ad dies quin-  
quaginta duos nihil præter raparum  
ius circa panem sorplissent: attamen  
atri liquoris, uelut atramenti scripro-  
rii multa uomiti rei ciebatur copia:  
quæ tam cerebatur amara & acris, ut  
etiam pelliculæ ex ore abraderet: nec  
ullum effungi conditum, quo afficeret-  
tur, poterat. Cum ægrotas tunc seda-  
tur,

tas lætasque, recreaturi circiter tredecim numero amici simul monasterii alias ingredentur; illæ ē mensa deorum sum citra uocem & intellectum dilabebatur, nonnullæ in ueris tibijs & brachijs tāquam mortua iacebat. Vna in altū sustollebatur, & quanquā manibus iniesit obluctaretur assistētes, tamē supa eorum caput abripiebatur: eoq; denud p̄cipitabatur modo, ut haberetur mortua. Postea ad se tanquā ē somno rediens, ē nosodochio in monasterii progrediebatur illeſa. Nō nullæ incedebat tibiarū extremitatib. innixæ, uelut ~~amodis~~, circa pedū usum, qui videbatur trahi tāquam ligamētis nimū laxatis, in facculo penduli. Arbores quoq; conscendebant ut feles, ab ijs q; prolerpebāt, nulla corporis imutatione. Contigit item, ut ~~e~~ nobij 20 præfectæ (quā matrem uocat) in eiusdem ambitu colloquenti cū generosa & insignis pietatis domina Margareta comitissa Burensi (cuius in iustorum resurrectione meminerit misericordiarum pater) ex fœmore erueretur caro: illaque p̄dolore exclamante, & in lecto deposita, uulnus partim liebat, partim nigricabat: sed curabatur. Accidit quoq; cum duæ ex hoc 30 numero uirgines simul confiderent ridentes & exhilaratae, mutuoq; colloquentur de fele nigra in dormitorio corbi inclusa à matrona, quam in opido commorantem nominabat: collatione clām obseruata à tertia uirgine sana, corbis ab hac & præfeta cum duabus aut tribus uirginibus inquiretur aperiteturq;, unde felis exiliens aufugit. Ea hinc notata mulier, tanquā 40 maleficis rea in carceres coniuebat, rū cū septem deinde alijs, inter quas senior numerabatur matrona: cui uicini & pauperes testimoniū, eam fuisse usqueadē misericordem & in egenos profusam, ut ipsa etiam indigne-

Margareta  
comitissa Bu-  
rensis pia.

rit, perhibebat. Hæc eadem quæstionibus à tortore subiecta, nullis unquam tormentis ad sceleris confessionem adigi potuit. Tandem ubi ex more uitum offerret Burchgrauius, se infirmorem esse quād ut cibum admitteret, ait: at se potum solummodū desiderare: quo à Burchgrauio mox subministrato, ipsius uelut illa apprehendens, eiusque innixa fœmori expirabat. Alia quoque rerum miracula hic uisa sunt: duravitque ea carnifex ad annos tres manifesta, quam postea celarunt.

Eas uero uirgines satanam obsedisse, dubitādum minimè: qui ludificādi occasionem sibi commode p̄orrectā ratus ex fale à muliercula reddito, credulū uirginibus maleficij opinionem iniūcere, & insonti fœminæ insinuabile inutere cauterū studuit. quapropter formam sparsit granorū quasi laccharo obductorum, ut ad eorum gustationem pellicerentur uirgines: sal sed inē autem indidit, ut suspicione de ea que salem restituerat, cintus ingereret. Nec deficit euentus. Concessit porr̄ Deus eam diuexandi potestatem, uel ut tentarentur uirgines, uel castigantur, uel ob earum incredulitatem. Lubricæ fidei notæ fuerunt, quod nō ad Dei uoluntatē, sed in fœminas cruciatū causas retulerint. Hinc quoq; satanicum illud duarum uirginum cōcilium ab astuto fuit institutum diabolō, qui mendaces earum rexit uoces, ut innocentī matronæ maleficij stigma imprimeretur, carceresque, tormenta & cædes promouerentur. Si quoque felis fuerit uera, eam dæmonium haud dubiè eō inuexit: atqui ut dæmonem assumpto felis simulacro, suisse credam, potius inducor. Vides etiam constitutos illi præcisè legendi limites, ut ex alta illa cuectio- ne & p̄cipiū deiectione, etiam si u- na mor-

na mortua uideretur, nihil tamen læsionis senserit: sed uelut è somno ex-  
perecta, abierit.

*Brigitte sa-  
rea virginem  
demoniace.* Non absimile fuit, quod uirginibus  
Brigitæ stirris legibus inauguratis, in  
cœnobio non procul à Xancis disrito  
olim usuuenit, quæ miris quoq; mo-  
dis diuexabantur, plerisque exilienti-  
bus, nonnunquam balatum uocesq;  
elidentibus horredas: urgebantur & ro-  
interdum ex designatis in templo se-  
dibus, capitis uelamine quan dōq; ab-  
repto: fauces his etiam, ne cibum ad-  
mitterent, nonnunquā præcludebantur.  
Perstinx uaria & dira ea calamitas  
in pleriq; ad decennium. Tragediæ  
causa imputabatur uirgini, iuuenis a-  
more aliquando fauicæ, quem ea affi-  
nitate non dignarentur huius pueræ  
parentes. Idcirco huic in extremo mo-  
tore positæ, dæmon accita iuuenis illius effigie, se obicit, eam in uotum il-  
lud monasticū cogens: quæ dicto audiens,  
se cancellis constringi patitur.  
Inclusa, uelut furore percita, omnibus  
horrendum plurifariam exhibuit spe-  
ctaculum: quod quidem malum ue-  
lut contagio in multas proserpit uir-  
gines: quæ ob proprium illius confes-  
sionem, ipsam uniuersæ eiusmodi mi-  
seriæ genitricem fuisse, certè credide-  
runt. Ex ea deinde capta, alioq; eue-  
cta, prolem bis fustulit carceris custos:  
actandem manumissam, à maleficij o-  
pinione iuulpata uixisse arbitror.  
Delusio fuit mērē diabolica, qua illa  
decepta, se ea fecisse confiteretur, quæ  
peculiaria ipsius satanæ erant opera.  
At in quem finē ea fuerint à Deo per-  
missa, sequenti intelligetur Libro: ubi  
omnibus imitanda harum uirginū  
proponetur curatio.

*Ex obessa lo-  
quebatur dia-  
bolus: sic opus  
diabolus suum  
esse confiteba-  
tur.*

*Moniales  
Neomagij à  
diabolo infes-  
tata.*

Moniales in Hesimōre Neomagij,  
dæmoniis aliquo annos infestasse au-  
dio, quod dormitorii noctu uelut cū  
turbine ingressū, testudine citharaq;

422  
tam uidebatur ludere sanguiter, ut ad  
choreas temerè induci potuissent uir-  
gines: inde canis instar in unius N. le-  
tum infiliebat, in quam muti pecca-  
ti, quod uocant, cadebat suspicio. Si-  
milia multa & longè graviora in co-  
dem accidere cœnobio, uiuente patre  
Paulo: quæ ut ab illis celantur, ita à  
me aperiri minimè decuit.

Noui aliud item non ignobile col-  
legium in Colonensis prouinciae li-  
mitibus, ubi ante annos octo dæmon  
canis forma interdiu procurrens, con-  
scendensq; sub interiori religiosarum  
uirginum indumento, spūræ uelita-  
tionis indicia exteriore uelium mo-  
tu ostendere uidebatur. Idem Hens-  
bergi accidit in ducatu Iuliacensi, sub  
faliu specie.

VEXATIO DIABOLICA IN  
monasterio Kentorpio, relata ad Lamias: de la-  
et glutinoso, & lac iuncis non emul-  
geri. Caput XI.

**H**uc pertinent nobiliū aliarumq;  
uirginum in cœnobio Kentor-  
pio prope ueterem Marcam, in  
Marchia comitatu iuxta Hammonē  
inclusatum, monstrosa omnifariaq;  
convulsiones, à dæmonibus excitate, à  
descriptæq; Lib. i. Capite 12. Fœdissi-  
mum uero illæ halitum ore spirabant  
in ipso, & paulo post ipsum paroxyl-  
num: qui alijs semel interdiu, aliquā  
do sepius inuadebat, aliquoties in ho-  
ras aliquot multas protrahebatur. In  
accessione mali quædam cōuulsæ, in-  
telligentes erant, audiebant, astantes  
etiam intenoscere se pleræq; postea  
affirmabant. Nam in accessione pro-  
pter spiritualiū partium & lingua cō-  
uulsiones, loqui minus poterant. Ille  
non æquæ ferocitet torquebantur, ne-  
que uno modo, sed aliæ alijs mitius.  
Sed hoc commune propè omnibus  
erat, ut cum ex ijs una agitaretur, ce-  
teræ quoque in sciunctis etiam cubi-

cuhis correptæ, solum tumultuantis strepitum audientes, simili miserrimo modo uexarentur.

Vt porro calamitatis huius origo & incrementum, dehinc tragicus fabulae actus extremus, quem solum in durissimo hoc spectaculo affectauit ueterarius ille homicida, innoscant, cautiusq; alias maliciofis diaboli conatibus in raris illis horrendisq; nexationibus obuiam eatur, quæ ex ore unius senioris & cordata virginis, huic cœtu consecratae, & omnium primū tam duriter afflitaæ, exceperim diligent inquisitione, paucis bona fide narrabo. Hæc Anna Lemgo dicta, quum primū ex sinistro dolebat hypochondrio, epilepsiaq; correpta putaretur, ad monasterium Nonnheric in primis religionis ergo ablegabatur, ubi ex D. Cornelij caluaria bibit: unde ea melius habuisse, falso dicensbatur à monialibus. Postea ubi hæc grauius cepisset exagitari, alieq; item puellæ, ad ariolum ita est, is opinionem ingensit, omnes ab Elsa Kamenſi coatrice maleficio lœtas esse. Hinc nrum sortitus diabolus, non solum eas multifarijs convulsionum generibus torquere incipit, sed incitare quoque urte mutuo & alios morderent cedrentq;: subuehere item & deiijcere citranoxam, ut sicut plumæ sibi uideretur, unde etiam non suæ potestatis se esse sentirent. Si autem à percusione uel quacunque alia uiolentia inhiberetur, cor afficiebatur grauiter: at suæ libertati relictæ, etiam si seipſas ladeare, concutere aut mordere putarent, nihil inde sentiebant mali: at in proprium ſauire corpus, necessarium esse imaginabatur. Si quando Anna in paroxysmo loqueretur, siebat id quasi altero inspirante & expirante: ipsa interim ſeipſam dum loqueretur intelligebat, sed finito sermone penitus me-

ti excederant prolata uerba: uerū hæc ab alijs illi repeterentur, tum quidem se dixisse meminerat, sed pudore ſuffusa tacuisse maluifet. Quando cunq; etiam orationi ſe dederet, eam cum attentione prosequi, aut mouere huic lingua minimè ualuit, à maligno turbata. At ſi preculas ſuas horanias, quas uocant, ſine mente obmurmuraret, tantum abeat ut tum præpediretur, quod etiam inde leuius habere recrearique uideretur. Nequiuit in ſuper illi rei uel bonæ uel malæ ſeri attenedere, tanquam mente ſtupida, ſine ſenſu, diſcretione & iudicio. Si etiam pius aliquis ſuoq; Deo ex animo deuotus, eam alloqueretur, tum quafidà diabolo puniri uidebatur. Sin uero huic alie loquerentur feminae de rebus ſuis ludicris, miri ijs afficiebatur, leuabaturq;. Hæc deinde quum exorcisaretur, incredibilem ſanguinis copiā uidebatur fundere per os, unde nihil maius tunc téporis ſenſit. Omnibus uero illis uirginibus ita à dæmonio affectis, is erat cum dolore inéqualiter ſerpente ſenſus ſub pedum plantis, quafidà aqua illas calida combuſiſſet. Quanquam etiam uariè torquerentur, cunctis tamen æquè uigebat appetitus & nutritio. Ex iunioribus mentis impotibus frequenter & multum loquebatur dæmo: quibus ſe etiā forma nigra obiciebat in ſpecie felis nigre, uel Elſa Kamenſis, aut eius matris uel fratris, ut ab ijs omnes tā crudeliter exerceretur perperam. Vbi postremo Anna firmiter animo cōſtituifset, non redire in monasterium, unde parentū duoluſu cefſerat, ſed ſuo Deo extra illud ſaniori iudicio prie in ſeruire, deſiit calamitas: ſi uero ſolum modò à collegij praefecta ad eā epiftola mitteretur, toto horrebatur corpore, quafidà relaplura. Postea aut uiro nupſit citram uillum eiusmodi noxæ ſenſum.

Affirmabat adhæc, Elsa Kamensem eodem morbo, uelut epileptico, quo aliae, excruciatam fuisse, loquuntamq; similiter sine sensu: quapropter eam sibijspi hoc malum cōsciuisse, ne alijs maleficium inuexisse putaretur, dicebant moniales. Hinc omnes à dæmonibus afflitaæ, sua tormenta nec Dei uoluntati subiiciebāt, nec diabolο imputabāt: sed ad Elsa Kamensis, in coenobio costricis, maleficas artes uno ore & consensu ex arioli indicio referabant: quæ quidem capta, tragicum hoc spectaculum à se editum fuisse fabebatur primū uenenata mixtione: moritura aut, nihil unquam virulenti à se alicui propinatū fuisse: sed quicquid esset mali, se mente & mala imprecatione effecisse confessa est. Num uero hoc ita fieri potuerit, paulo pōst explicabitur.

Ab eius & matris exustione tanquā suā potestatis iam neruum adeptus satanas, oppidi proximi ciuib; non paucis uario cruciamentorum genere insultat: è quorū numero quinque, ubi ecclesiastes in suum acciuisit cubiculum, ex Sacris literis eos aduersus satanæ ludibria instructurus muniturusque: atque hi Decem præcepta, Symbolum Apostolorum, & orationem Dominicam recitassent, hinc alter alterius nomen inquirit, mutuoq; ludicum nimis indicat, primo Libro inter ficticia dæmonum nomina expressum: atque unus ecclesiastes irridens, in hęc erumpit uerba: Quid nū facturi sumus? expellere nos conatur pastor! Respōdit alter: Se uelle in hircu nigro equitare ad quādam mulierem nouita sciuat & habitéat, quam etiam nominabat, se gratum illi fore hospitem iactas: ut maleficas artis nomine redderet illā suspectiorē. Identidem se facturum alter quoque narrabat; ac eodem uestore profecturum

*Demoniati  
caues Ham-  
monensi.*

*Cap. 12.*

ad aliam feminam, nomine designatam in eundem finem: ac uterque sedis infidens rāquam fatuus, continuo uocis indicij ad dictas equitando uidebatur ferri mulierculas, quum interim ne à loco quidem dimoueretur. Teritus adhæc quasi in globum conuolutus contractusq; ad clausum cubiculi abripiebatur ostium, per quod inopinatō apertum, è gradibus decidit illaæ fuis. In pago Houel appellato, circa Hammonem, multi quoque inde uidébatur energumeni. Nec procul hinc in alia ciuitate similiter diris torqueri modis à dæmonē interea cœperūt opidani: quare aliquæ fuerunt uinculis traditas mulieres, at plures accusatae, quemadmodum in negotio eiusmodi diabolico fieri assolet.

Circa idem tempus lac tenacibus *Lac glutia-  
neatum.* flamenti ductile, dissoluti glutini more, ex Comitatu Marcensi, ad Cancelarium Cliuensem, ex accusatione cuiusdam inepta mulieris allatum est, quæ lasti eam fuisse redditā formam incantamenis à uicinia sua assenerauit: quum ignitum titonem ollæ in qua lac coquiebatur subditū, hæc abstulisset, quod domi igne foueret. Naturæ autem uitium, hic sagis tribuitur. Rei enim ueritas sic eluiscet. In lacte tres sunt substantiae commixtæ, nimirum butyrum, caseus & serum. Si iam lac uetus late non nihil subacescere incipiat, quod aestate citius, hyeme tardius eueniire solet, & tum coquatur: mox caseus cum butyro coit concrescitque, ut ad dūctilis collæ modum etiam longissimè deduci extendique: poposse: & si circum distensa circumvoluat expandatur uite ligna, ad tantam peruenit siccitatem, ut fragile redatur, atq; in puluerem redigi queat.

Quod insuper Lamias è iuncis lac: *E: iunctis lac:* emulgere feratur (ut hoc obiter in hac nō amuigatur) laetiſſimamente addam) horum sub-

stantia leuis, tara, fereq; exucca, id sanè non admittit, aduersatur ratio & ipsissima ueritas. Qui ergo sit si ullum iuncos trahenti lac appareat, hoc profectò à dæmone eō transfertur, præstigiarum fucolamiae oculis obducto, ut sua emulstione lac è iuncis extratum credat, quod tamē delusorium est, nec rei ueræ historia. Idem dictum nolo, si ex alia inepta materia lac prouocari afferatur. Si lacte destitu ppter naturam, comperiantur uaccæ, eisdem lactis receptacula & canales impidire potest dæmon non aliter aut minus, quam dixi congressum in hominibus posse inhiberi naturalem.

DE VIRGINIBVS IN MO-  
naſterio Nazareth Colonie à dæmo-  
ne exagitatis, & alibi.

Cap. XII.

**H**AUD dissimilia Coloniae passæ sunt uirgines religiose in Nazareth monasterio occluse: quibus hoc tamē accessit, quod licet annis aliquot anteua uarie & multifariam à diabolo uexarentur, torquerentur, conuellerenturque: tamē anno sexagesimo quarto supra sesquimilleſtum, ppter aliud spectaculum horribili modo frequenter editum, proſternebantur ſæpenumerò deorū, infima corporis parte succuſſata ad eum modum, qui ueneri ſolet affribi, oculis interim clausis: qui poſtea cum pudore aperiebantur, quum uelut à multo labore respirarent. Anſam autem huic malo dederat quædam Gortridis, anno ætatis ſuæ decimoquarto monasterio inclusa, quæ ludibria hæc ſepiuſ dissoluto cachinno patiebatur in lecto, licet amasium ſingulis noctibus ferè congradientem ſtola consecrata abigere conaretur: quam uelitationem quum altera uirgo in ſecondo decumbens lecto (hoc nomine adiuncta ſociæ, ut tutior effet ab

*Uirgines reli-  
gioſe in mo-  
naſterio Nazareth  
Colonia à dia-  
bolo uexata.*

amasij in fulu) audire uideretur, tota exhorruit, ac tandem quoque diaboli hospitium facta miris conuulsionum generibus distrahebatur, in paroxysmo quandoq; cæcutiens: ac licer mēte appareret conſtare, uaria tamen inconstantia nimis, & que desperationem ſpectarent, proferebat. Itidem & aliae multæ. Ita pestis hæc uelut contagio proferpit, maximè quim pri- mūm ad legitima non conuigeretur cōſilia. Dictam uerdam amasiam ſuo proco horrendas ſcripſiſſe literas, poſtea inuentas, in inquisitione à me in eo-dé collegio facta, Anno 1565. 25 Maii, ppteribus nobilitate & prudentia clarissimo viro, Domino CONSTAN- Constantinus  
à Lyskerken TINO à Lyskerken, confule digniſſimo, D. IOANN E Altenano, decano olim Cliuen. D. IOANN E Echtio, medicinārū doctore ornatiſſimo, & filio meo HENRICO philoſophiæ & medicinārū doctore, cognoui: eas autem ab illa ut energumena, nec mentis compote fuiffe exaratas, non eſt quod ullus dubitet.

Dum hanc carnificinā adhuc exerceret diabolus, harum uirginum quædam perte correpta, interea dū ea laborarent, nihil diabolice uexationis ſenſere, ex Dei ſoliu benignitate ſingulari, qui torquendi in hoc ſeculo li- mites ppterit ſatanæ, ultra quos ferri nequit.

Porrò calamitatis initia ſubminiſtrasse uidetur iuuenes laſciui, qui per coniunctum ſphæristerium contrafacta amicitia cum una aut altera, clam in monasterium conſcenderunt, libidi- nemq; explerunt. Quibus poſtea ex-clusis quū re ipsa amplius frui eæ ne- quirent, eiusdem imagine mētem uitauit, taliumq; motionū ignominioſum ſpectaculum, aſtantū oculis obiecit Milleartifex. At quo conuenienti Christianoq; conſilio huic tragœdiæ ob-

obuiam iſi posſit, peculiaribus literis  
eō missis fūſe explicui.

*Puella à de-  
mone uexata  
ta.*

Huic albo accēſeatū virgo ſacra Iu-  
dith nomine, quam haud ita pridem  
Busciducis in collegio iuxta aedem  
D. Ioanni Baptista dicatam, uidi cru-  
deliſſimi intorqueri à ſatana conuul-  
ſionibus: eiusq; fauees, ne cibum ad-  
mitterent, comprimi: linguam item  
inhiberi quandoquā, ne proloqui poſ-  
ſet: uoces interim reddi & ridiculas  
& horrendas audiui.

Accedat, & coguita mihi puella, uir-  
gini nobili in cenobio famulā, cui ſi-  
dem dederat rusticus, qui deinde ad  
aliā animū adiecit. Qua re cognita,  
merore turbari illa cœpit: ablegataq;  
medium circiter miliare à monaſte-  
rio, in eximij iuuenis forma obuium  
habet dæmonē, qui ſe familiarī collo-  
quio in eius inſtruū amicitia, omnia  
rustici amati ſecta huic detegit, cun-  
ctosq; cum altera puella habitos ſer-  
mones enarrat, ut ad rem illam illi-  
ceret cogereq;: & cum ad angustum  
peruenient ponticulum, ille aſſum-  
ptō oleo, quod ea manibus gerebat,  
ut minus impeditē trahret, eam iuuit:  
initauitq; tādem, ut ad notum comi-  
taretur locū. Quónā eō lequerer (re-  
ſpōdit illa) ubi paludosa tātum modi  
ſunt aquæ? Hinc ipſe euaniuit, illaque  
perterrita in animi incidit deliquium;  
quare iuſſu dominæ, mihi familiaris,  
bigis in cenobiū reducebatur, ubi uel-  
lumente turbata, multifariā ſenuſ di-  
ſtrahebatur, querebaturq; ſe etiamnā  
miserè ab illo dæmonē uexari, ipsūm  
que aliquando peneſtrā uel aliō uel-  
le eam abripere. Nulla certè alia huius  
maleficij extitit cauſa, quam medita-  
bundus animi meror, ob amoris im-  
potentiam: quam illudendi perden-  
diq; occaſionem p̄x properē arripuit  
ſatanas. at puella rusticō eodem po-  
ſea marito fratre, bellē ualuit.

ADMIRABILIS HISTORIA DS  
puella, cuius ē latere culter exectus fuit.

Caput XIII.

**H**ic minimè prætermiſſum opor-  
tuuit id quod accidit in pago Le-  
uēſteſt ſub Duce Brunsuic, ubi  
ſorori commorabatur puella nomine  
Margarita, Henningi Achilis filia, an-  
num agens uiceſimu: quæ anno mil-  
leſimo quingentesimo ſexagesimo ſe-  
cundo, altero die Iulij, nimirūm diuæ  
Virginis uiftationi ſacro, ſororis cal-  
ceos abſterſura, eius cultrum (duo au-  
tem erant in uagina cōiuncti eiūdem  
formæ, capulis q̄reis inciſis ornatı) ex-  
trahit, ſeq; in humiliorem ſedem de-  
mittit, properea quod uiribus diutur  
na febi cōſumptis imbecillior adhuc  
effet. Præter opinionem domum in-  
greditur uetula, num puellam febris  
etiamnum fatigaret cogas, & quomo-  
do ſeſe ex morbo haberet? Reſpōſum  
illi ut fuit à puella, rurſum extra aedes  
nullo uerbo facto egreditur. Calceis  
mūdati cultrum in finu deponit: qui  
quum poſtea ſtudiōſe ab illa quare-  
retur, nec repertus effet, metu percul-  
fa, dum ſingula uelſigando diligenter  
& ſollicitē peruilitrat, horribili ſpecie  
canem nigrum ſub mensa uentri incu-  
bant animaduertit: eo ab aſto ſpe-  
rabat fore, ut amifus culter detectus,  
ad priſtinum dominum rediret. Vnde  
indignabundus ille, cum fremitu den-  
tes ostentauit, ſimulq; ſe cū ſaltu trans  
oſtium in fugam coniecit. Mox puel-  
la uidebatur à capite uerſus dorſum  
deſluere quiddam tanquam humoris  
frigidī, cui etiam accedit animi delia-  
quium, perduratque ea uelut mortua  
ſenſu ad diem tertium: quo tan-  
dem nonnihil respirare, cibo & potu  
refici cœpit. Summo autem studio ro-  
gata, quinam hoc malum inuifiet?  
reſpondet, ſe certo certius ſcire, cultrū  
illum, & ſororis uagina à ſe extractum,

in sui corporis latere sinistro defixum hæcere: eo enim in loco se dolorē persentiscere. Cui licet cōtradicerent parentes & alij, quod̄d̄ eam melancholia agitari, uel diuturni morbi, iejunij, aut alterius rei molestā fortuito casu obuiā ratione nonnihil delirare arbitrarentur: perst̄tit. tamen usque ad eō in suis querelis, lachrymis assiduis & insomnijs, ut mente caperetur, nec cibā diebus duobus s̄pēnumerō admitt̄teret, quanquam blandē invitaretur, uel seriō minisque urgetur. Sua tamen habuit plerumque interualla & intermissiones, ut etiam quiete decumberet, licet non tamdiu, ob dolorem cōtinuum, à quo ita exercebatur, ut toto corpore incurvata baculo initio oportuerit. Auxit & hoc eius animi dolorem, solatium q̄; minuit, quod̄ 20 quum illa in corpore cultrum desigi certissimè crederet, alij tam constanter contrauenirent, proponerentq; *Auxterāv*, & phantasiam corruptam esse iudicarent, præsertim quum nullum quidem ueſtigiuū indicium ap̄pareret, præter quotidianos eius lustus, qui iam circiter tres perdurabant mēses. Hinc prominere occipit in sinistro latere supra lienem intra infimas duas costas spurias uomica, ouī ferè gallinacei magnitudine, & lunae instar: cuius incremento aut decessu, uel intumuit, uel refedit. Tum inquit illa: Hastenus fidē mihi denegasti, quod̄ in meo corpore h̄ęreat cultellus: at ubi uisitationis Mariæ solēnitatis denud apparuerit, eum in corpore figi, manifestissimē intelligetus uidebitis q̄. Sic tricesimo Junij, ep̄cipit ex nlcere tanta copia puris, ut tumor nonnihil se se remiserit, & inde cuspis uelut cultri app̄paruerit: quam puella atripere cupiens, præpeditur a parentibus, qui chirurgū ducis Henrici ex arce Vuolffsenbüttel eo nomine accessunt. Hic quart

Puella dama  
niaca.

to Iulij accedens, parochum rogat, ut prius puellam alloqueretur, solaretur, Dei uerbo institueret, atque ipsius responsō uigilanter attenderet, quod̄d̄ eā & dæmonio quādoq; exagitari plerique omnibus uideretur: & simul cum responso illa subiungit, se libenter curationis huius modum admis̄ram, etiam si sciret sibi moriendū esse. Tum *Cultellus* <sup>et</sup> *trahitur* eodem die, Dominico scilicet, cultelli cuspidem sub costis prominere uidēs chirurgus, eum cum suis instrumentis attrahit, qui alteri conformis erat, uerū circa ferri acuti medietatē non nihil absurp̄tus erat. Chirurgi opera hinc ulcus coaluit. Sic habet historia Germanicē de hoc prodigioso opere euulgata.

ADMIRANDI HVIVS SPE-  
CACULI explicatio. Cap. X.III.

**Q** Vum admirabile hoc spectacu-  
lum citra ulla diaboli præsti-  
gias tierē editum fuisse, nec uil-  
las admittere glossas aut explicatio-  
nem, clamet una uoce quilibet, meam  
hic simplici interpretatione senten-  
tiā interponere non grauabor: cul-  
trum q̄; non fuisse in corpore, sed dæ-  
monis præstigias & ludibria omnium  
oculis fuisse ossula, puellamque à dæ-  
monio obsellam, quoad fieri potest,  
breuiter ostendere cum Dei benefi-  
cio, ad eius gloriam, ac dæmonis e-  
iusq; sequacis turbæ delusa contem-  
ptum, admittar: quanquam uoce Sten-  
torea multos occlamatueros minimē  
ignorem.

Primū obseruari debuit, simpli-  
cem puellam longa exercitam fuisse *Dæmonis ad*  
*minicula in*  
*hoc actu p̄f.*  
febre, quam ex eius diuturnitate, quar-  
tanam fuisse colligo, natam ex graui-  
simi aterrimi q̄; humoris melancholi-  
ci, qui in corpore putruit, copia: qui se-  
penumerō etiam lienem obstruit, in  
eo q̄; tumorem, duriciem & apostema-  
ginit, ea q̄; occasione talem ibolem  
quat.

*Sexus.* quartana febris etiam nō tard post se  
relinquit. Hoc iacto fundamento, ni-  
*Actas.* mirū lexu fœmineo, ætate juuenili, &  
*Morbus lou-* diuturni morbi tedium, reliquum suum  
opus uigilanti indefessoq; studio su-  
perstruit & fabricatur dæmon. In fœ-  
minis facilius multo, quām in viris, æ-  
tate matura & bona ualeudine fidem  
cōsequitur. Hic in opifici subdūm,  
*Plumer melā* humorem suis actionibus conuenien-  
*cholicus dia-* tissimum, quippe melancholicum, à  
quo puellæ cerebrum & corpus tan-  
tum abest ut expurgata forent, quod e-  
tiam eo summè adhuc grauarerunt, af-  
sumpsit. Enim uero, quanto affectu in  
hunc ut succum *avulsoj mās* sibi suisque  
actionib; peculiarem se immerge-  
solet, eius q; adminiculo admirabilia  
inducere phantasmat & imaginatio-  
nes raras, superiori libro ea demon-  
stratione ostendi, ut repetitione mini-  
mè opus esse iudicem.

*Selitudo.*

Vt porro institutum tragedia actū  
prosequeretur dæmon, solitudinis an-  
fam arripuit, exorsus manè semotis alijs,  
qui fortassis fide uiua eius conatus  
impedirent: primum q; ueculæ  
faciem induit, quæ de puellæ ualeu-  
dine sciscitaretur, ut quum eam po-  
stea cultri in corpore sepulti opinio-  
ne dementasset, in suspicionem pro-  
cluius ipsa induceretur de lamia, quæ  
carmine id effecisset. Hoc etenim in  
primis sanguinario ueteratori studio  
est, ut lites moueat, cedesq; struat, ma-  
xime insonium, & falsam persuasio-  
nem aduersus uerum Dei cultum in-  
ducat imprimatque. Vt quoque altius  
animo postea inhigeretur, cultrum ex  
snu in latus à uecula lamia (cui cum 40  
diabolo communio est) translatum  
esse, in canis nigritimi forma appa-  
ruit, quem menti non nihil restituta dæ-  
monem fuisse sentiret. Hinc in obse-  
fionis initio eam aggressus dæmon,  
senum uelut catarini, uel humoris fri-

*Canis niger-**rimi specie.*

434  
gidi à capite ad tergum destillatis in-  
ducit, ut post redditam mentem, eo  
momento cultrum hoc frigoris sensu  
in corpus sibi inuestum esse crederet.  
Inde mox ingressus, sensuum organa  
ita turbauit, ut ad tertium diem uolut  
mortua haberetur: interea tam uali-  
da persuasione de cultro in latere de-  
fixo imbutam phantasmam confirmat,  
ut secus in animum inducere illa ne-  
quiuerit, quām ita uerē rem gestam es-  
se. Antea enim norat ueteratorius ille  
medicus, ex diuturna febre reliquias  
maligni succi ea in parte collectas es-  
se, quæ putredini erant obnoxiae, &  
ulcus excitatur: uel quas ille, ut spi-  
ritus, ad putrefactionem promouere,  
eoq; protrudere: uel quod etiam hu-  
morem frigidum ad huiusmodi colle-  
ctionem aptū, à capite accersere qui-  
uerit. Talem abscessum inter abdomi-  
nis musculos sinistros ex destillatio-  
ne post longam febrem genitum, uidi  
in Electore Coloniensi archiepiscopo, *Antonius*  
*archiepisco-*  
*pus Coloni-*  
*ensis.*  
Cæterū ulcus in eum finem fabrica-  
tus est in loco & humore conuenienti,  
ut cultri cuspidem eo aperto ostendet,  
& excisionis occasionem sub-  
ministraret. Sic obiecta cuspidis for-  
ma, uel uera cultri allati cuspede, intre-  
rim reliqua eius parte crasto aëre te-  
cta, puellæ, paréatum astantium & chir-  
urgi oculos perstrinxit: quod facile  
uel aëris uel infecti spiritus visorij ad-  
miniculo potest. Hac ratione cultel-  
lum ex sterquilinijs alicubi, ubi rubi-  
ginem cōtraxit, eductum, supra ulcus  
depositu satan: ibid; cuspidem osten-  
dit, reliquā cultelli portionem præsti-  
gijs uelat. hunc non nihil à diabolo re-  
tentū, ut trahi uideretur, chirurgus in-  
strumentis attrahit: sed non è corpo-  
re, ubi hec ne uitquam, uerū ex eius

*Cultus in cor-**pore non fuit.*

superficie. ibi enim adumbratus delituit, tantillo tempore dum cuspis conspicitur, & chirurgus trahit, antea minime. Nec mirum id uideri oportuit, quia à circulatoribus & agyrtis quotidie talia fieri cernas, cum uel per maxillas, uel per brachia, citra sanguinis effusionē & pugiones & graphia trajiciunt: uel cum terā ori labijsq; affigūt, uel globulum in os injiciūt, & stercus educunt: sic mille alia rerum miracula oculis obijciunt, quibus tamen nihil inest præter fucum & dolum.

Sin nondum tibi satisfactum hac interpretatione putabis, & cultrū è corpore eductum esse contendas, cedō, qui & per quos meatus iniectus hic fuit? immisum enim prius oportuit, quod alicunde extrahitur. A' capite dorsum uersus, & ad latus inseriā dæmonie circa manifestā laisionē, quemadmodum humorē fillare per poros obseruamus, nequaquam potuit. Per os non aliud, quam ad gulam, stomachum, intestina & anum apta materia deferrī potest, minimē uero culter: quem licet quoque per os inueniātum esse concederem, non tamen ad eam latēris partem perferrī potuit, nisi disiectio prius à latere ventriculo, peritoneoq; cum grauiissimo uitiae naufragio. Ab anno uicissim non aliud patet meatus, quam ad intestinorum involucrum, stomachum, gulam, fauces & os. Hic denrō via huic cutello circu-  
quaq; præcluditur. Si per carnem exteriorem insertum esse, uoles, ubi dolor, effusus sanguis, uulnus, uel lenisimum eius uestigium, aut cicatrix? Hic autem à uestissimo spiritu id negleg-  
tum fuit, quod cuspidem sursum in vulneris ore ostenderit, quum portius capuli formam certiori cautela exhibere oportuerit, si cuspidē deorsum inseriāt, fuisse culter: que in corpore non nisi cum lethali multarū partium

incisione inuerti potuit: nisi primū ab infima uentris parte sursum innoxie protensum esse, stulte dixeris, quum eo loco nihil unquam doloris senserit: eas uero interiores partes omnino fuisse illas, docet breuis curatio abscessus, quā impedire noluit: prorsus q; à suo opere, obsessione, afflictione, diuexatione & cruciatu destitut diabolus, q; institutæ sua tragedia haec iam se consequitū uideret: quū nimicū in eam sentientia omnes perduxisset, ut cultrū ex latere excisum esse certō credenter. Sic diabolo maior tribuebatur potentia quam debuit, peruersa de laetiam virtute opinio accreuit, ac in Dei patrocinio, Christ q; potestate minus fiducia collocatum est: maximē in illis ditionibus, ubi ex præstigiariū diabolicalum indicij per fas & nefas carnifinæ exerceri non desinunt.

Si forte obiectatur, ferrum ita in carne fuisse excisum: respōdeo, dæmonē culturū è puellæ sinu exemptū, in terram uel in liquorem falsum inseruisse, aut alibi ea dexteritate reposuisse, ut in medio ferrum excederetur toto anno, quo aboluto fabulæ catastrophē addere statuerat. Consideretur quoq; locus ferri excelsus, qui digitos ferre duos latos à cuspidē distat, & tanta quoq; excisionis deorsum est magnitudo: quum uero cuspidē in carne, ac ulceris maligna putredine hæserit, qui sit quod cuspidē ab acri pure illæsa, & reliqua pars ferri, que in uentris uacuo hæserit, fuisse erosa: Vel si uoles, ferrum cum parte absumptra in carne defixum fuisse: respondeo, id fieri nequivis, nisi secundū lōgitudinem deorsum cultellus in mulculis hæsset. quod si factum defendas, ego uicissim hac ratione nego, q; manu situ ille potuisset extrinsecus coniectari, quinid uisu dijudicari. Achæc ferrū totū carni insertū simul & ferre equali-

ter ab acti humore arrodi debuit. Quā uero in medio saltem acies exesa fuerit, alibi quām in corpore exesione fuisse factā sequitur: & diaboli illusionē operationēq; translatum cultrum, & in sterquilinum, aut aliū liquorem salsum, aut acrem, aut putrem immisum eousque, ut materia rodens aciei medietate solūmodo attigerit. Haud dubiè cautius hunc fucum instituisse, si has eius actiones ea soletia excusum iri praeuidisset.

Quod insuper in rei ueræ gestæ assertiōnem obtutatur, eam baculo innixa perquām curva inclinatione ingredi oportuisse: hinc quilibet rerum naturalium peritus luculenter intelligit, cultrum in corpore nō hæsisse, qui ex qualicunque inclinatione uel deorsum uel aptorum, uel versus utrūque latus graues cruciatus excitasset, uulnerasse, & nec alia corporis constitutione, quām erecta, habuissest mitius puerula.

Si adhuc urgeas historiæ ueritatem, queso ubinam toto anno illa cultri longitudo delitescere, aut firmiter hære-re ualuit: si in sinistri lateris musculis: hoc tactui & oculis, ut dixi, apparuisse, nec in hene recondi tanto tempore, tamque innoxiè potuit, multo minus extra musculos introrsum in ventris cauitate: sic enim in imas partes concidisset, cū multo uitæ discrimine. Hæc siquidem fuit cultri longitudo & forma: \* \* \*

Cæterū pueram à dæmonio obfessam fuisse, non est quod ullus ambigat: quemadmodū pleriq; etiā peritiores corām attestati sunt. argumēto esse debent multa eius uerba & actiones: quod s̄p̄ius mente caperetur, cibum & potum ad dies aliquot reijecteret: amici cū ea blandē, serid, & minis agerent, nec tamē promoueret: quod ipsa iudicetur, uaticinaretur, prædiceret;

tribus mensibus, palam fore in uisitationis Mariæ festo, cultellū in corpore figi. Quis certum hunc diem norat, indicari tue naturali profectō ratione ab ea imperita puella stupidaque praesciri poterat minimē. Has ergo uoces haud dubiè ex ea edidit diabolus, qui circa illum diem abscessum perruprū trii iudicarat, & commodam eam amplexus ansam, suas simul præstigias obijcere statuerat. Erupit autē sanies tricesimo Iunij, quo cuspidem prius ostendit præstigator: inde uisitationis *In diei predi* foris agebantur secundo Iulij, & quanto cultrum extirxit chirurgus. Sic in *El certitudine* *ne fallitur* *diabolus.*

### RIDICULVS MODVS RES duras in corpus ingerendi.

#### Cap. XV.

**P**orr̄ modum quēdam ineptum futilemque, quo eiusmodi matr̄ies duras in corpus ope diaboli à Lamijs ingeruntur, describit Doctor quidam in libello Germanico, qui Iacobī domini in Lichtenberg nomine, prædicat̄ circum ferturq;. Eiusdem insu per fuisse sententia, à me non nisi lucidissimis rationib. explosa, Theophrastū Paracelsum, nō est quod egrē ferant pleriq; religiosi nimis eius admiratores. Hanc item rationem fuisse amplexum Ludouicum Milichij, uiuum alioqui piū & eruditū, in lib. Germanico, Magicus dæmō inscripto, miror. Ab his alluditur, corporis poros à diabolo extendi, per eosq; inferi stramen, setas porcinas, 2ssulas, coriū, præsegmina, fila, pisciū & fruticū spinas, & quascūq; materies acutas. deinde poros occludi, ut quando cunq; uoler architectus, reconditæ res rursus extra hi queant. Subiungit doctor ille has similitudines: Quemadmodum, ubi quis sub aqua lapidem recedit, nec eo ibi relitto manuq; retracta, quomodo

ed deuenerit lapis, scitur: sic quoque naturali ratione uaginæ poros absq; læsione penetrat, ferrumq; liquefacit fulminis radius. Non dissimilimodo in hisce delusionib. sit, quæ magis noxia stigmata uulnera q; inferunt. Hæc eius uerba.

Rationes has admodum esse ieiunas, quilibet rerum naturalium cognitione leuiter tintus, intelliget haud difficulter. Siquidem poros illos natura ex prima creatione stricissimos, à demone eousque distrahi innoxie posse, ut stramina, coria uel cultros transmitterent: deinde concideret, emittereturq; suo tempore ad Satanæ arbitrium libidinemque, conseruatam tot diebus uel mensibus substantiam, prorsus adūxerit esse, nec ullo modo fieri posse, quilibet sanus mecum fateri debet. Porri enim corporis à conditore tam angustè ab initio constituti sunt, ut præter tenuissimum liquorem, uelut sudorem uel uaporem, crassius aut solidius nihil transmittant: quemadmodum etiā in duris crassisq; lapidibus, maxime coctilibus, & lignis obseruamus: quorum pori quidem liquorem transmittunt, at nihil durum aut solidum sine incisione fractione. Talia 30 quidem phantasia, facile imaginatur, at in astrum non item deducuntur. Similitudo de lapide in aquâ manu demissâ, profecto multum absona existit: ridiculumque est, conferre hominis corpus solidum compactumq; cù humida, tenui & fluitate aqua, omniū capaci, quænaues, & quodcunq; uoles, natura admittit. Sic nec igneus ille subtilissimus radius uaginæ poros peruidens, quicquam habet similitudinis cum crassa & dura re, quam in corpus humanum per poros illæsè intrudi cōtendunt aduersari. Nisi demonstrationis uanitatem quilibet pâlam cerneret, in confutando prolixio-

*Similitudo  
absona.*

rem me ostenderem: probationes uero non dissimiles sparsim in illo Doctoris libello sunt obuiæ.

IN CORPORIBVS REPERIVNTUR quædam naturaliter, quæ ad maleficia quandoq; referuntur.

Cap. XVI.

In certim naturali etiā ratione in steatotatum & atheromatū, aliorum que apostematū sinibus, carne exesa, ex uiscosis & putridis humoribus ac fibris calore coquête exiccatis, materas lapidibus, tophis, arenis, urceorum testis, lignis, carbonibus, capillis & amuræ humiles nasci, in cantationibus ab imperitis ascriptas, scimus ex Galeno, Cornelio Celsio, & observatione quotidiana. In steatomate lapis auellanæ magnitudine nuper generatus, angulosus, rotundus, spadicetus. Curauit alias noster collega in Lucensem Burgo matronam prouincioris ætatis, uxorem Hieronymi Luchefini patricij Lucensis, ab abscessu, quem diu sustinuerat supra claviculâ sinistrâ: ex eo aliquot dies aperto extraxit, præter crassioris puris multam copiam, quiddam tenax ac lentu, quod cum non facile posset diuelli, eluebatur diligenter: elotum tam simile erat haplo limi madentis, ut uix persuaderetur egrotæ & astantibus exrementum esse toto genere præter natum ex uiscida materia, calore & mali diuturnitate cōcretum: omnes siquidem maleficium esse, arbitrii penitus maluissent.

Nonne in morbo articulari plerisque Tophi in iuncturis  
à pituita cruda, resiccata, crasto terrestris  
strixque humore indissolubiliter impasto, resolutis partibus tenuioribus, tophos, Græcis wāpys, uelut calcem, in iuncturis enasci uidemus: quâ etiam exemptam materiem, paulatim excipit alia? In cerebro repertus lapis magnitudine & forma mori, in tonsilla, man. de cœsum,

*in homin. natis.* rum fauciū abscessu, calculus gypseus simillimus tophis, qui intra digitorum articulos chyragra affectis accrescere solent: sub lingua lapillus atrafactæ & exorticatae lauri bacca similitudinē habens, colore spadiceus & iustæ gravitatis. In Imperatoris Maximiliani secundi corde lecto inueniunt sunt tres lapilli quantitate pisorum, unus interīm maior altero, colore rubigineo. frequenter uero cordis palpitatione graui afflictiebatur, dum uiueret. In pulmone calculi plures asperi tribuloru modo ad siliquarum magnitudinem latuere, aliquando & faba maiuscula, nō minores, lati, tuberosi, cinerei, subduri. Qui post longam frequenter mētus sim ex thorace violenter calculum expectorarunt, suprā recensuimus. In panniculo item epar cingente, lapilli aliquo numero inueniunt lethales, & grandes, ex ipso epate excisi. In iecoris substātia concreti lapides, etiam fellis folliculo, ad magnitudinem dimidiati ferè ouicolumbini, unus totus angulosus, colore livido, ex phlegmate & humore melacholico coagulatus: aliis in eodem amygdalē nucis magnitudine tuis. In uenis partis cauae hepatis, priusquam in communem illum caudicem portae desinūt, inueniunt lapilli eas obstruentes distendentesq; foris nigri, intus flavi, in hydroperico: cuius & meatus, ex fellis folliculo in intestinū definens, lapide eiusmodi in fartsu erat. In uesica fellis simul conspecti, in uno uiginti duo, quasi sublutei, magnitudine dissimili, quorum minimi pisces minutis, maximi fabis exiguis responderunt, omnes quinque, septem, 40 octo, aut plurium erant angulorum. Hinc & aliis porraceo colore, quantitate unius articuli digiti fuit excisus. Alius durus hæmatiti lapidi non dissimilis, in cysti fellis Georgij Bohemiae regi uisus. Minoris formæ superioris

*Anton. Beniuens de abdit. morb. caus. ca. 18. 24. 94.*

*Calculex thorace expulsi inueniti etiam in epate, fellis folliculo, matrice, et relig.*

apparuerunt plures in codem folliculo Christiani regis Daniae. Maior in ea uesicula repertus fuit in Friderico tertio, duce Saxoniae, cognomine Prudente, forma quadrangulari, articulim magnitudine, colore ferè prassino. In hoc bilis receptaculo uisi in alio centū & uiginti tres, quorum unus instar medijoni gallinacei gradiusculus, latior quām rotundior, digitum crassus, multisq; tuberculis asper, ut tophus leuis & luteus. quinimò senex quidam decrepitus ad iram mirè proclivis, post obitum sine felle & folliculo inuenitus est: in huius aut loco ingens apparuit calculus. Fuerunt & qui post diuturnū ieterum oborto alui profluiuo, innumeros calculos instar pisū aut hordei granorum, per anum emiserunt. Conspiciuntur etiam sāpe in bubulo felle lapides magnæ iuglandis quantitate rufo colore. Ex intestinis uarij quādoq; excernuntur: repertus & oui quantitate. Ex uteri acetabulis duos memini excisos.

Obseruanit Monspessuli anno 1572. filius meus Galenus Medicinariū Doctor, in cadavere puellæ cuiusdam hydropericæ, quam fecuit, duos spithamæ: 30 longitudinis uermes, quorum unus meatu uesculæ bilis duo deno insertū occupabar, alter in ipsummet hepatis (ex defectu credo alimenti) progressus, gibbum iecoris obsidebat, capite ambientem uescus illud membranam attingente. Idem metuit Patauij nobilem Germanū, qui ab exercitio plures tussiēdo reiectebat calculos instar pisū, molles adhuc & friabiles.

Aperta mulier in scholis medicorū Lutetiae lapidem habens in utero, in crano anteriore, & quæ sine liene inuenita est. De tophaceis calculis in utero natis, vide. Aëtium lib. 16. cap. 100. Atab eadem causa in his partibus, quæ in renibus uel uesica, generari potue-

runt, ea coctionis specie quam *in hominibus* dicunt, nimirum ab humore crasso, ui scido, terreo, & calore igneo: quādōque uero & naturali, sed non analogo materiae, humorem hūc adassante, cogente, & in lapidem indurante, qui interdum variae & admirabilis inueniuntur formae, potissimum quum & uaforum accedit apritudo. Galenus se Lib. 6. cap. 9.  
de Loc. af-  
fet.  
Pili & ani-  
malcula cum  
urinis excre-  
ta.  
  
Liz. And-  
rom. cap. 21.  
Calculi mu-  
lierum.

pilos meiendo excretos uidisse narrat, & cum ex colore, tum ex mole cre didisse dicentibus eos ex crassa lentā que materis, quām calor et ficit exci- cauitate, in uenis consistere, & se longitudinis ipsorum cauissam ignorare. In lotijs quoque eorum qui lue uene- rea infecti sunt, multoties innatare ui- dentur minuta animalcula formicis affinia, aut ijs præsertim qui aestiuis mensibus in aqua cœlesti uolutari con spiciuntur.

Tradit Alexáder Benedictus, mulie- res calculis minus affici in uesica, præ- terquam calculis setarum, ueluti qui- busdam capillamentis, qui nō sine di- xo cruciatu innascuntur ex mucosa ma- teria, additque, aliquibus quædam in uesica concrefcere, quæ nihilo à con- chilijs specie differunt. Simile quiddā se uidisse in nobili quadam domina 30 adhuc superflite, indicavit excellen- tissimus medicus Ioannes Euuichius, quæ cùm longo tempore renum cal- culo afficta fuisset (nulla enim quan- tumuis eruditorum medicorum ope luuari potuit) post aliquot annos pri- mū quidem aliquandiu lanam te- nuem, nonnunquam inuolutam, in- terdum fila longa, alba, duplicata, in- star eorum quibus utuntur uestiarij, & 40 quod fidem superat, saepè cum nodo, ac si ad usum consuendi aptata fuisset, per urinam excrevit. Deinde ue- rò, quæ res etiam aliquantulum tem- poris durauit, aestiuis compactam, ue- lut ochra comixtam nō tam lanam,

quām membranam lanosam, quali in- tegunt sese illi uermiculi qui ex Seri- bus insulis ad nos adferuntur, cum lo- tio reddidit. Postremò non raro, præ- ter reliqua, pilos lōgitudine unius digiti, partim utrinq; albos, in medio ni- gros: partim contrà principio nigros, cætera albos: præterea acutos in una parte tanquam extremitate, obtusio- res in altera quasi profunditate ac ra- dice (etsi radice carere oportuit) for- tiu sculos, durabiles. Atque eiusmodi materiae tantum non miraculosa ipsa secum plenam portauit arcu lam, & pluribus uidendam exhibuit, eiusque partem Euuichio donauit. Sed mea sententia, si res has monstrofas in re- nibus uel uesica non genuerit natura, meienti egrotæ dubio procul eas sub- iecisse dæmonem ob incredulitatem certum est, maximè si illi suspicio fue- rit ingesta de maleficio.

Cum Pisis experientissimum me- dicum & chirurgum D. Gabrielē Fal- lopium præceptorem sectaretur col- lega noster, simulq; accessissent quen- dam mercatorum internūcium natio- ne Lucensem, cuius uxor ualerudina-ria colicis subinde doloribus labora- bat, tum uero iisdem torquebatur gra- uissime: post alterum aut tertium cu- rationis diē, à multis remedij ex arte adhibitis, tādem præter omnium ex- pectationem deiecit pilam, uel tophū potius nō admodum grauem, magni- tudine maiorem paulo columbę ouo, à cuius reiectione paulatim desist̄ do- lor, pristinaque redit̄ ualeudo. Hæc reliquis demirantibus affirmabat Fal- lopius, idem alijs nobilissimo medi- co Frisimelicæ doloribus colicis uexa- to, & cuidam tertio accidisse. Hanc uero pilam quæ pepererit materia, ea- dem aperta uel fracta certius dijudi- cari potuisset. Illud autem naturæ ge- nimen haud difficulter proder, præce- den-

L I B R  
dentis sequentisque narrationis qualisunque explicatio.

Pilas item magnas nigras, instar pugni, aequaliter orbiculatas, sine sutura, pilis paruis molibus arctissimè infartas, ex boum iuniorum sanorum lanienæ destinatorum uentriculo & intestinis exemptas, aliquot annis penes me habui. Incantatione in gestas has, exclamarent multi: generatarum tamen harum pilarum causam inuestigare naturalem libet. Vituli adhuc latenter uiuentes materno, si quādo alimonia destituti, uel alioqui perulea ætate insolefcentes, ad parentem uel aliam accurrūt uaccam, eius suras uel quemcunq; contigerint ore locum hirtum, maximè posteriorū coxarū, tam exungunt auidè, ut etiam d'epilem reddat: pilisq; ualido cerebroq; suetu in uentriculum attracti, & frequenti moto saltuq; lascivo paulatim conglomerati, plerunq; lacte uel chylo obuoluuntur, aut pituitoso succo lento: qui temporis successu tenacior redditus, membranas in duit faciem: quemadmodū substatia limosa albida statim à sectione uisa est primum obducta hæc pilorum pellicula: quæ deinde exiccata pedetentim, corio tincto etiam nigritie assimilabatur. qua una in parte cultro nonnihil excisa, eiusmodi uniformes pilis molles (quales in illis dictis pecorum locis inueniri cernimus) admodum compacti apparuerūt. Citius huic sententiæ astipulabūtur fidemq; habebunt, quicunque ueterinaria rei affluere, & iumentorum educationē attentius obseruarunt. Ita nihil omnino rationi derogatum uolo, si quando ea in terro miraculis uel manifestò adesse, aut occulte fone si uideatur. Verum que præter natura ordinem & rationis cognitæ modum à mille artifice satana, dolo & prestigijs, ut nō credentes in suam illiciat nassam, nemine:

*Pila in bonis  
uentriculo un-  
de natu.*

uerè, licet quidem phantasticè cooperante, effinguntur; & incatamenta putatur (quorum nomine frequenter in fantur puniunturq; innocentes) propono, quod ueritas à mendacio secreta cogi solcatur, & dæmonis ludibria penitus nota negligantur, atq; sanguini innoxio posthac parcatur: a quioriq; sententiæ accusatores, peculiaria dia-boli mancipia (diuinos alij uocat, mihi uero erunt malefici) conuersa male inolite consuetudinis fori forma exsilientur.

Seruant quoq; alijs apud se eiusmo d' pilam leuem admodum, ouj magni quantitate, sed orbicularem. Pisis extractam ex colo intestino iuuençæ bulbis: hæc pomo citrio uel aurantium erat similius, ut si eo fuisset color (erat autem nigro) uisu solo discerni non potuisset. Arbitrabantur quidam, tum, ex integro aurantio deglutito eam ita in uentre induruisse, sed arbitrarum hoc & ridiculum: cultro autem nigre corice una in parte inciso & detraicto, inuenta fuit tomenti nigritatis congeries, & suffarinata, uel potius tota concreta ex pilis. Huius pilæ meminisse uidetur Plinius in hec uerba: Et in iuuençatum secundo uentre pilæ rotunditate nigricans tophus resperitur, nullo pondere: singulare (ut putant) remedium agre partientibus, si tellurem non attigerit. Inepte autem tophum appellat, si de nostra loquuntur pila. Ille siquidem inter lapides numeratur foraminulætos: hæc uero pilæ ex pilis compacta, nihil habet uella pideum, uel arenosum, uel foraminulentum: sed est circumquaq; spississima, & solidissima.

Nec minus admirabile Aristomenis *Valer. Max.*  
*Messenijs* cor, quod Athenienses ob exi-miam calliditatem exestu pilis refer-tum inuenerunt, cum eum aliquoties captu, & astutia elapsum cepissent.

In Maio anni millesimi quingentesimi sexagesimis secundi, mulier iuuenis N. Colonie prope adem D. Antonio sacram, puerum ad sextum mensum lactans, enixa est animal fibrosum ad erucæ magnæ longitudinem, dum reptando sese extenderet ductaretq; unguiculis prominentibus, dorso glabro, ventre albicate, capite corneo nigroque, oculis gagatæ lapidi similibus, ore hiulco lampetra modo aërem inspirante. Sub initium cervicis tres uisebantur a culei, aut uerius unci utrinque asperi, quibus quæcumque uellet, amplectebatur, seseque attollebat. Prodiit uero absque humore, aut humidi alicuius mistura ex locis muliebribus ante septimam matutinam, dum forte calceum prona indueret. Vixit autem hoc animal in tertium diem lacte nutritum. Mortuum à chirurgo incidit, p̄sente D. Bernardo Cronenburgio medico excellentissimo, qui ad huius miraculi inspectionem uocarat D. Ioannem Echtiūm & Hubertum Fabrum medicos, mihiq; postea ob causu raritatem comunicauit.

*Lutra & lacertæ in corpore tubi inuenita.*  
Anno 1549. commemorantur in Hungaria circa Thayæ flumen inuenti ho 30 mines, in quorum corporibus ab soluta lutra & lacertæ essent inuentæ. nū uerisimile uideatur, aliorum esto iudicium. licet non ignorem, uermes prodigiosos ex causa naturali quādoque in hominum sinibus ingigni. De qua etiam puella suspicio spargeretur falsa, serpentem stomacho inhætere, cruciamenta excitare, & subinde ad fauces descendere, hæc sub mea fuit cu 40 ra, belleq; iam habet.

Contigit & ante annos quinque, ut retulerunt fide digni, in insula prope Mafecum, rusticum quendam post continuum uentris dolorem, & sumptam aliquādo aduersus id mali theriacam,

uermem excreuisse octo pedum lon-

*Vermis longitudinis octo pedum.*

gitudine, & digitu unius, quasi cornuto ore, non admodum dissimili anatis rostro. Sèpius item uisuntur uariæ formæ lumbrici ore reijci.

Rerum adhæc miracula alia huc fa-

*Cap. 9.*  
*Aries scalpellata chalybea per uenæ tot tuas affectibus, non habet nervosim le-*

cientia Alexander describit lib. 3. Anatom. in hæc uerba: Aries scalpellata chalybea, dum uenam imprudens chirurgus

*to* cuidam incaute searet, meatus penetravit diuersos, postq; aurem constitit, disce, non ubi continuis ferè punctionibus sentiebatur: qua molestia sepe à nobis le-

uari uoluit. Supra fidem est, quod ipsi

cum in Creta essemus, uidimus. Rusti-

cus in quodam tumultu seditionis sa-

gitta circa dorsum impasta uulnera-

tus fuit: euulsa sagitta, ferrum in tho-

race relinquebatur, ac uulnus, perqui-

sita frusta cuspidi ferrea, chirurgus sa-

nauit. at post biennium per inferna ea

excidit: quæ miraculi gratia, barbata

figure duorum digitorum latitudinis

olentabatur. Secundū enim diaphra-

gma prius mucrone penetrauit, ubi

pars carnosior est: deinde secundum

intestina delapsa, iuxta aluum sensim

podicem secuit, uiamque sibi ad exitu-

m fecit semiesæ: qua de re magna

medicorum fuit concertatio. Idem li-

bro 2. Anat. Qui uenarum mesenteria-

carum orificia inter intestina ampliora

putant in uiuente, quæ in cadavere

delitescant, longè decipiuntur: arbi-

trantur enim, ciborum frusta per eas-

dem fibras tenuissimas attrahi posse:

putantq; uirginem ètate nostra Vene-

tij, dum hæc cōderemus, qua crina-

lem acum quatuor digitorum longi-

tudine, quam inter dentes dormitura

continebat, incauteque in somno de-

glutierat, per urinam post menses de-

cé maximis emisisse cruciatibus: quo-

niam in uerba collectis uiscosis humo-

ribus, lapis circu acum coauerat, gal-

linacei oui magnitudine: & à uenis

mesenteriis degluti-

ta, cum loco excreta-

mesenteriacis acum prius haustâ fuisse contendunt. Obiter hic adijciam, acus illius per urinam redditæ exemplum plurimos dissectionis ignaros commouisse, qui eam per uenas mesentericas à stomacho ad iecur, ac per uenam maioreru ad renum angustias, inde ad uescicam pénétrasse, falsò arbitrantur, ora fibratum in uiuentibus patentiora esse ad acum suscipiendam putates: acus enim sua acie paulatim multoq; tempore per intestina penetrauit (siquidem uiam sibi facit, quod à natura propellitur) hinc per uescicam qua parte carnosa est, inde per urinariū meatum excerni potuit. Ad eundem censeatur modū, de sagittæ ferrea cuspidi, quæ biennium naturæ du stu commodas secuit partes: quod & alijs mirabilibus facilè comprobauero exemplis.

A' DAEMONIACIS SAEPE  
falli medicos doctissimos.

Cap. XVII.

Puella à de-  
monio obfessa. Medicus irri-  
deret à demo-  
niaca. Cognitiones  
hominum 1270  
rat demon.

Huiusmodi potrò dæmonis actionibus sæpius uel periti simos, & in artis operibus exercitatis simos circumueniri medicos deprehendimus. Exemplum erit memorabile, quod haud ita pridem, cum melancholia puellâ uiginti annorum affici iudicaret et clarissimus medicus, non esque ea insomnes circiter undecim transfigisset, hic ex arte pilulas decynogloia somnum conciliaturas offerret: quarum una deuorata, digito alterum ægrotæ ocludens oculum: Vide, inquit, quam nūc dormiam. Mox, à dæmons eam obſidione subiugatâ, nec perperam, afferit medicus: à quo se irrideri animaduertit. Cum uero hinc hominum cogitatus dæmonium perspicere arbitraretur, quod nulli, se eas ad somnum exhibitorum pilulas, aperuit (id quod tam satanæ puerâ obſidenti innotuisse, docuit ironica

illa de somno ex pilula exigua degluta generato, obieclio) inquam ego: Medicum ad obſessæ curationem accitum fuisse nouerat dæmon: quare omni eius instituto curandi hanc modo, & medicamentorum præparatio ne uigilanter obſeruata, ut spiritus est, eas somno prouocando destinatas fuisse pilulas, ex ratione naturali prompte intellexit: quo nomine captata occasione, medicū illudere ridereq; illici nō fuit difficile. Nechominū cogitationes nouisse dæmonē, tradit quoq; Augustinus. In ea etiam puella, horre. De diffinit.  
eccles. dog.  
mat.

douulſionum atroci facies, crepitantibus quoq; iuncturum compagibus, aliquando cōspiciebatur. Ad aquæ lustralis aspersiōnem mirè etiā uidebatur exhorrescere. Hunc fucum quum alia detegere conaretur Melanchthon, dæmoniacum accessit, quem lustralis aquæ aspersione mirandum in modum exerceri exagitariq; intellexerat, aquâ uero simplicem sub palio clām contulit. Iniecta itaq; à quodam lustrali aqua, suos cruciatus confessim mirè ostēdit dæmonium. Hinc ex sua pura aqua euēdem aspersit Melanchthon, cuius iniectione nō minus affici uidebatur energumenus. Proinde is se diabolum fecellisse aliquando narrare solet, qui antea ipsius actiones, & cuius esset animi, minus obſeruarat.

Recenset Langius historiā de quādam muliere, quæ, cū Bononię rei medicea operā ille nauaret, circa pudenda ulcere sanioso, meliceride scilicet, laborabat: simulatq; uero spem consolida tionis maximè leto chirurgo ostentaret, tum repente nouus  $\chi\omega$ , humor melli simillimus ubertim erumpēbat, donec dæmon, quo obſidebatur, deprecationibus diuinis expelleretur: tū eadē nocte, nullo relieto cicatricis uestigio, ulcus sua sponte consolidabatur.

G In hac

In hac muliere, quā obsidione constrinxerat dēmon, sua ipsum ostentasse ludibria, & ulceris illius specie, certū est: atq; allato illitoq; humore meli simillimo, chirurgi oculos fascino delusisse, ut hie ex ulcere *χάρα* promanasse crediderit: quem à dāmonē in uectum fuisse in ulceris cōsolidati uestrigium, uel in ulcus phantasticum, ipsa momento peracta dāmonij secessu testatur curatio.

*D: abditissimū causis luctu.*  
*A: mali opus.*  
*A: mali opus.*  
*A: mali opus.*

Narrat præterea insignis philosophus & medicus Ioannes Fernelius, quidā factus quod quum non ita dudum quidam dāmoniacus. somno surgens, potu non inuento, obuium malum fortè prehendit: id mādens, fauces sibi quasi manu p̄ocludi strangulatq; sensit: simulque à subeunte dāmone iam obcessus, uisus est in tenebris uidere se à p̄agrandi nigrimoque cane uorari: qua postea, restitutus integræ menti, ordine recēsuit. Hunc non pauci ex pulsu, ex calore & scabrie linguae febricitare, ex uigilijs & mentis perturbatione simpliciter delirare iudicabant. Alios eiusdem ordinis viros doctissimos noui, qui eas symptomatum larvas conspicati, aliorumq; relatuī fidentes, uenenum morbi causam esse censuerint, frustraq; propinarent antidota, & cauteria imprimerent.

Festis er-  
diniis quidam  
cāmoniacus.

Tradit adhac Fernelius, iuuuenem alium equestris familiæ, paucis ante annis, corporis concusso, & quasi cōuulsione ex temporum interuallis laborasse, qua nūc solum sinistrum brachium, nūc dextrum, interdum etiam digitum unicū, aliās crus alterū, aliās utrumq; aliās corporis truncum tanta celeritate exagitaret, ut uix à ministris quatuor decumbens cohiberetur. Caput autē in concussum iacebat, lingua & locutio libera, mens sana, omnesq; sensus integri, uel in cōuulsionis fer-

cia. Decies ut minimum quotidie corripiebatur: in interuallis sanus, sed labore cōfractus. Vera epilepsia iudicari poterat, si mentis sensuum q; læsio accessisset. Peritisimi quiq; adhibiti medici, cōuulsionem epilepsiae finitimā à maligno uenenatoque uapore, spinæ dorsi impasto censuerūt: ē quo uapor in eos neruos emanaret, qui à spina in artus quoquo uectum, non aut in cere brū disseminantur. Hæc credita causa ut sum moueretur, clysteres imperatūr frequētes, purgationes generis omnis & ualidæ, cucurbitulæ infiguntur nervorum initij, fatus, uinctio, emplastrum primū quæ discuteret, dein quæ roboraret, uenenata mā; malignitatē obtererent. His parum proficiētibus, sudores prolixiq; balneis, & stuarijs, & Guaiacina hebeni decocto: quæ nihil magis profuerunt, quoniam omnes longè aberamus à cognitione ueri. Nam mense tertio primū deprehensus dāmon quidā totius mali author, noce insuetisq; uerbis ac sententijs tum Latinis tum Græcis (quauā ignarus linguae Græcae laborans esset) se prodens. Is multa medicorū secreta detegebatur, ridens, quodq; irritis pharmaciis corpus hoc penè inguassent. Quoties laborantem pater inuisebat, is procul à conspectu in clamat. Appellentem hūc arcete, & ab ingressione propulsate, aut torquē è cervice detrahite. ex hoc enim, ut Gallorum torquatis equitibus in more est, diui Michaelis imago propendebat. *D. Michaelis* Ad hanc Fernelij narrationē, uelut parthenethi interiecta, respōdeo: hunc dāmonem se Michaelis imaginē usque adē uereri simulasse, ut altante falleret euidentius: quasi uero hic ullius exhorrescat simulachrum, qui ne quidē ipsum Christum, expressam Deicimāginem simuit, quem aggredi, assume-  
*lu. imaginem*  
*se formudare*  
*simulat dāmonium*

*re at-**Math. 4.  
Marc. 10.  
Luc. 4.*

<sup>a Cor. 12.  
Eph. 1.2.  
Gen. 3.</sup> re atq; tentare ausus est: Paulum, uas electionis, colaphis cædere: lobum iustum affligere: Euam in innocentia constitutam, uafro assatu fallere. Interrogatus hic (prosequitur ita Fennelius) quis esset, aut quo modo, & qua hæc potestate moliretur? dixit, multa intus esse domicilia, in quibus se recondit, & in quiete ad alios commigrare: se in hoc corpus inieictum à quodam cuius nomen nō efferret: à pedibus ingressum in Regia, & à pedibus egrediuntur, cum præstitutus dies aduentat.

**CONFUTATIO ILLIVS, QVO'D** se in corpus à quodam inieictum proxime dixerit diabolus, id p. pro rūs à nemine fieri posse: in efficaces item esse imprecations malitio-

sas: & de parentum impreca-

nibus. Cap. XVIII.

**S**E in corpus inieictum à quodam (mea quidem sententia) mendacij parens singit, libenterque fateatur, non coacte: licet ceremonijs & execrationibus se compelli simulet, ut alios ludat, à Deo auocet, sinistram de innocentia opinionem inieciat, atque authorem inieicti dæmonis mox hunc de quo illis uoliter suspicio, peruersè opinentur: ita rerum suarum fatigisse arbitratur, si hac quoque ratione ho- 30 minū diuellat animos, cædesq; struat, sceleratus generis humani hostis. E-nimueò ut ne dæmoni quidem licetum est, corpora aut hominum aut bestiarū ingredi pro sua libidine aut arbitrio: hic nulli uetus, nulli obstetrici (quæ corrupta multorū est opinio) nec ulli homini, quatumuis maligno aut scelerato diaboli mancipio, concessum est, corporibus dæmonas im- 40 precando immittere, alias satanæ potentia exuperaret hominis virtus maligna, si homo pro corrupta sua uoluntate hic posset, quod dæmoni denegatum scimus: quum hunc nihil omnino aut intus aut extra posse, circa pe-

Dæmones ne  
mo aliens im  
precando po-  
tentia immittit  
te

ciliarem Dei assensum, ex Sacrarum literarum traditione manifestum sit: quo suffragante, in procinctu stat spiritus ille nequam, opinione celerius corpus uel ingrediens, uel collidens. Hæc unica est eius uoluntas, spes & expectatio: Dei nutu obseruat, & calculum expetit, non uero maliciosem ulius hominis imprecationem. quæ Malum imm  
precandi con  
suetudo ual  
garis.

pathiam, cuius nomine exemplum quandoq; horrendum proponere solet Deus. Sic haud ita pridem circa initium anni 1575. quidam non obscuri nominis, Regi Hispaniarum apud Geldros militans, quum è familia nobili honestam duxisset cōiugem (quā & durius tractabat) intelligeretq; tandem ipsam uterum ferre, indignanter uelut finistrè precatus ait ille: Tu infernalem gestas dæmonē, quem gladio confodiam. Non longe pōst filiolum gentiū dimidia corporis inferioris parte bene formata, uerū superior pars lituris rubris & nigris fœda apparuit, oculis in fronte locatis, ore rotundo nigro tetro ut satyrus, auribus longis uelut canis uenatorius, in uertice duo cornua nonnihil intorta, quæ manibus contrectata reddebantur sanguine.

*Lib. 7 de nea. Non immeritò itaque Plato nihil parentis imprecatione filijs cenlet periculosis.*

*Leg.*

*Gen. 27. 49. quemadmodum in Iacobō, Isaaco, eiusque liberis, item Tobia & eius filio apparuit.*

DAEMONIACARVM IM-  
precationum punitarum exem-  
pla. Cap. XIX.

**S**pectacula interim non uulgaria proponuntur, ut ijs territi, inueteratam male imprecādi, uel etiā temerē iurandi, & s̄cē falsō, cōsuetudinem declinaremus. Sic fertur, militem pedestrem ante paucos annos iter per Marcham fecisse: ac nummos losculos cuidam lue hospitæ, apud quam decubuit ægrotus, custodiendos tradidisse. Post dies paucos restitutus, pecuniam reposcit ab hospita, quæ iam cū marito eam esse retinēdām statuerat. Se itaque eam habere negat, iniuriarum alterum accusans. Iratus pedes, hospitā uicissim infidelitatis insimulat. Quo audito, coniugem purgatho-

spes, peditemq; ex ædibus deturbat. Hic rei indignitatē permotus, extrātum ensem in ostium infligit in consideratē. Vim suæ domui fieri ab hocho mine, proclamat hospes. Quare à magistrato in carcerem coniicitur: agiturq; sententia, ob illatam uim, illum gladio feriendum. Iam extremus dies judicialis p̄r foribus erat, ipsique capiō moriendum esse, in carcere nun ciat dæmon: at si se ipsi dedere ueller, ut nihil sit periculi, se facturum pollicetur. In innocentia se mori malle, respondet captiūs, quām ea ratione liberati. Proposita denudū periculi im mensitate, ubi se aërem uerberare, & nihil proficere animaduertit dæmon, gratis suam illi defert operam, qua apud aduersarios vindicaretur: consuētūque, Quando iudicio sistēris, tuam in negocio forensi p̄tendes insciā, p̄s̄ertim in dicendo: eapropter tibi patronum, quem aduocatum dicunt, concedi orabis: atque me non procul stante paleo cyaneo plumis insignito, postulabis causā defensorem. Annuit captiūs, ac postridie in iudiciū productus, cognita magistratus accusatiōne & instituto, rogat sibi in extrema illa necessitatē permitti patronū: qui conceditur. Multa disputat hic docto rius uerutissimus, & arguit defendit, falsō accusatum esse & cōdemnari peditem: hospitem enim illi pecunia spoliato uim intulisse, ostendit: rem omnem ordine quo gesta est, & ubi se posita conseruaretur pecunia, aperiens. Hospite uerdū audacius inficiante, & se diabolo deuouente, imprecanteq; aliquories, ut ab eo fustollere tur, si pecuniam haberet: destitit tandem à defensione causā LL. docto pileolo cyaneo ornatus, ac hospitē ab receptu per forum in aërem auchit, ut ubi manserit, nemo cognoverit unquam.

Anno

*A diabolo  
auferitur ho-  
pus ob impre-  
cationem ma-  
liciosam.*

*A' dæmonie auchtior se- mina, ob ne- faria iuramē- ta.*  
Anno millesimo quingentesimo  
quinquagesimoprimo, in Megalo-  
polis finibus, non procul à Vuidsta-  
dia, in Pentecostes ferijs, plebem ce-  
revisse poculis induluisse scribitur: cui  
mulier intererat, quæ se numerò dia-  
bolum suis immiscebatur iuramentis.  
qui, spectantibus omnibus, eam per o-  
stium in aërem altius sustulit. Reliqui  
perterriti in sequuntur uisum quod ue-  
heretur fœmina, cernuntq; eam extra  
pagum in aëre aliquandiu pendulam,  
inde redditā in agro præcipitem com-  
pererunt mortuam.

TESTES CARMINE NON A-  
dimi, & concubitus impotentiam etiam à  
dæmon modo naturali inuichi.

Cap. XX.

*Testes carmi-  
ne nō adimi.*  
**I**llorum insuper sensus à dæmons  
obtundi, & oculorum aciem per-  
stringi censeo, qui carmine sibi te-  
sticulos totaue pudenda auferri exi-  
stimat: quibus quum aliquandiu or-  
bati uideantur, in integrum postea re-  
stituuntur. Hic satanæ potentia & ar-  
te nerui testium pudendorumque ad  
suam cœuelli originem queunt. Sic &  
plerunque in deploratis morbis uide-  
mus fieri, malæq; notæ argumentum  
dicit esse Hippocrates: Testiculi pu-  
dendaq; retracta, uehementes dolores atq; lethale periculum significant.  
Intermititur enim facultas uitalis, &  
nerui uersus originem retrahuntur. In  
dæmonis uero operibus minimè illud  
uitæ naufragiū hic pertimescendum:  
nec naturalis ea perpetuò subest cau-  
sa, ille etenim ad tempus fascino obie-  
cto deludit, uel dolosa neruorum re-  
tractione fallit. Ita sit, quod postea, ubi  
ad uerita consilia sic affectos adege-  
rit, impietatisq; reos efficerit, libenter  
ab opere desistat, coactus minimè: li-  
cet se compelli simuler, ut supersticio-  
nis studia confirmet, aliosq; ijsdem ar-  
gus irretiat. Si enim hæc membra ue-

re adempta fuere, quando hoc factum  
est, & quibus medijs? num citra san-  
guinis effusionem, partium lesionem  
& uulnerationem, omni adempto sen-  
su id fieri potuit, & uel momento sa-  
nari? Et si hoc quoque, licet *ad ueritatem*,  
demon: unde queso corrigit restitutio,  
si prorsus ea à corpore aulsa, & proin-  
de alimento & uitali somite destitu-  
ta, tanto tempore mortua, purgataq;  
obnoxia fuere? Num satanæ est, & an-  
gelorum eius, noua creare: aut ablati  
omnino partibus uitali uirtute desti-  
tutis, redintegrate pro suo arbitrio ui-  
tam, ac ueluti colla eas agglutinare,  
aut sua potentia genuina attingere lo-  
co: quemadmodum à Christo aurem *Lucas 22*.  
Malchi, à Petro abscessam, indubitan-  
ter credimus restitutam? Minime gen-  
tiuum. Antea auditum est, nihil plane  
dæmonem posse cōdere: explicatūq;  
quid illi *expiuntur*, uel inimitabile.

Cæterū uerè, non profecto imagi-  
nariæ auferebantur testes, anno mille-  
fimo quingentesimo quinquagesimo-  
tertio in Iunio, cuidam monacho Her-  
manno Vuolfratgen Euerfeldensi, cu-  
stodi templi in monasterio Crucifer-  
orum Duseldorpii. Hic ubi societatis  
actionisq; Venereæ cum muliere mu-  
pta insimularetur à monachis, qui ea  
quoque frui dicebantur, & hinc sen-  
tentiam ex actione aduersus se insti-  
tuenda coram Generali, uelut carnifi-  
cinam grauiter timeret, morbum fin-  
git, nimirum rupturam in umbilico.  
Quocirca accitur M. Engelbertus Hol-  
ter Euerfeldensis, illustrissimi nostri  
Principis chirurgus, malū hoc curatu-  
rus. Huic, drecto signeto, animi mor-  
bi insinuat Hermannus, meditaturq;  
quibus rationibus collegarum manus  
pœnamq; evitare possit. Hinc conue-  
nitur, ut Prior à chirurgo persuadere-  
tur, rupturam illam non posse restitui,  
nisi egrotus apud se Euerfeldi aliquā-

diu decumberet. Interea uero temporis uterque illi testis clam execaretur: atque hac cautela se in iuuentute fuisse castratum, & propterea impotentem, falsoq; accusari, quando cunq; eo nomine iudicio coram Generali sistetur, conuincere posset monachus. Inducitur Prior ab Engelberto, ut secum ille transfigat de mercede duodecim modiorum uulgariū secalis, post umbilici rupti (ut Priori persuasum fuerat) curationem soluenda. Inde Hermanno bene ualenti utrumq; testem illæsum clam domi eximit Engelbertus, soluiturque ex pacto secale. Facinus hoc non semel cum iactantia narrari à chirurgo audiui, sed flagello certe dignum. Excusa tandem quoq; cuncta post annos aliquot, duxit adhuc uxorem hic monachus, cui illa aliquā diu post renunciavit ualedixitq;. Sic quidam, nomine Ioannes ab Ellen, ab illustrissimo Cluensi duce, numerata certa pecunia, castrati iumenta & pecora in Marchię comitatū potestatem p se solo impetrarat. Hic ubi quendā familiarius coniunctusq; sua frui filia animaduerteret, ira incitatus, eam manu iniecta euestigio in cubiculum absipit, uolenterq; eterum eidem, quem admodum pecori solet, execat, concepcioniq; porro inuidoneam sanat. Huīus facinoris ergo ceterorum aliquot dalerorum molesta à Principe punitur, nec quidem immerito. Alia profectō ratione usus est Methodius. (si Zonaras fidem meretur tomo tertio Anna lium) qui de stupro accusatus, purgat se se monstratis uirilibus exiccatis. Interrogatus autem de causa, narrat se, quum Romæ fuisset, nimio Veneris & stu concitatum, orasse Petrum & Paulum, ut sibi, ne de castitate periclitaretur, succurrerent: ac nocte eos comparuisse, & attrectatis pudendis, omnē libidinis appetentiam luctuisse.

Adhæc, quod in cantamentis quidā <sup>Impotentia</sup> uinciri putentur, ut concubitus omni no i potentes, quasi euirati, red dan <sup>concupi:us</sup> fici potest. <sup>quomodo ef</sup>  
tetur: hoc naturali occasione uarijs de causis usuuenire potest, uitiatis impe ditis uel natura, uel ex accidēte con gressus organis, quæ etiam propinato pharmaco labefactari queunt. Vnde legem de frigidis & maleficiatis, & ad libidinis usum ineptis, tulerūt Theologi. Propterea non semper erit in can tationi imputandum illud uitium, nec statim suspicione aggrauādus insons. A dæmone tamen ut quidem genitu ræ instrumenta posse concubiti ini donea reddi, fateor: ita quoque spuri cissimæ anus maligna uolūtate & in sulsa imprecatione id effici posse, con stanter nego: quanquam illa, iniqua à dæmone persuasione inducta, fecus aliquando credat. Eodem authore, alias cum certa fœmina cōgressus, sa pe eidē homini permitti, relictis eius organis liberis, potest: alias cum alte ra uicissim, præpeditis uenerere actionis instrumentis, inhiberi, ubi nullo al terius adminiculo illi opus est. Sic in Italia, & cum primis Romæ, uiros se quoque impotentes reddere arbitra tur nobilissima ac eadem putidissima scorta, si anterius subligaculi ligamen furtiuē alicui substractum colligent: eo etiam redditio, ab ea impotentia se rur sus eunden liberare autumant. Idem de lupi uirga in alicuius nomine ligata uel soluta creditur. Si quis item ma levolus, cubiculi in quo sponsus cum sua sposa decumbit, ostium folū pul set, inclameretq; infgens ianue cultru, ac sponsus reponeret, deinde abrupta cultri cuspidē, atque in ligno relicta, is qui adorna maleficium, discedat ta citus, sponsum ea nocte nihil posse in re uenire, fertur. At nuge sunt. Qui dam narrat, quendam conterraneum suum, uitum nobilem, iuralle ligatum te fuist.

*Decretal.*  
*Greg. 9.*  
*tit. 15.*

se fuisse, ne cum mulieribus congrede-  
retur: ac restitutum dexteritate qua-  
dam, qua hic alterius persuasionē con-  
firmabat, adducens ei librum Cleopa-  
træ, quem de fœminarum informan-  
da speciositate fecerat: legensq; locū,  
ubi eo modo ligati corpus totum in-  
ungi iubet coruino felle, mixto cum  
sesamelao, & ita iuuari: hoc auditio,  
confusus ille Libri uerbis, id fecit, citō-  
que augmentato libidinis æstu restitu-  
tus est. Quemadmodum impia credu-  
litate quis lēditur: sic & leuari eadem,  
credibile est, usuque obseruatur.

De ludicro incuborum & succubo-  
rum cum hominibus congressu, proli-  
xè superiori Libro, ubi sagarum discu-  
tiuntur ponderanturque actus, egisse  
mihi videor.

## DE LIGATVRIS. VARIIS.

## Caput XXI.

*Ligaturena  
vie.*

**H**ic leuiter uelut in Catalogum  
reducantur multiplicis ligatio-  
nis deliria: quemadmodum li-  
gatio in amōre uel in odium, in ægri-  
tudines & sanitates, & similia: item li-  
gatio furum & latronum, ne in aliquo  
loco furari possint: ligatio mercatorū,  
ut in designato loco emere uel vende-  
re nequeant: ligatio exercitus, qui li-  
mites aliquos trāsgredi prohibeatur:  
ligatio nauium, ne ulla uiuentorum,  
etiam infinitis uelis uento obuersis,  
portum egredi ualeant: item ligatio  
molendini, ne ullo impetu uolui que-  
at: ligatio cisterne uel fontis, qua a-  
qua extractio inhibetur: ligatio agri,  
ne progerminet: ligatio alicuius loci,  
ne quid in eo possit extiri: ligatio i-  
gnis, ut in certo loco accēdi nequeat, 40  
nec aliquid combustibile admoto e-  
tiam igne uehemētissimo ardeat: item  
ligatio fulgorum & tempestatum, ne  
noceant: ligatio canum, qua uetus  
latratus: ligatio auium & ferarū, qua  
uolatus & fuga præpediuntur: atque

id genus reliqua, fidem profectō exu-  
peratia, quæ partim facta sunt: partim,  
si euētus eiusmodi spectentur, nō im-  
pijs imputandi hi erunt ligationibus,  
sed ad causas naturales, impiam credu-  
litatem, dæmonis collusionem, nec ad  
occultam Dei uoluntatem referendi.  
Quomodo aut sanguis, ne fluat, lige-  
tur, & morbi modo non dissimili co-  
ercentur, uide libro sequenti cap. 8.

Cum aliàs in Gallicano Lucenium  
sub Apennino uersaretur cum amico  
noster collega, de uia audiebantur ac-  
clamationes rustici, vulpem uoce per-  
sequentis: ubi illi suspicent, ecce ad  
montis latus ascēdit oxyssimè vulpes  
gallina prepungui onerata. Ibi collegæ  
nostræ comes, Quid, inquit, auferam il-  
li prædam? ac mox uero non admo-  
dum prægrādi lapide, forte in uia ob-  
uio, vulpem firmat, quæ deposito one  
re sublītit. Accurrit ille, fugienteque  
vulpe, prædam aufert. Deinde sola la-  
pidis uersione se id effecisse narrat,  
quem ablata præda semper pondero-  
fiorē esse oporteret: uidebatur tamen  
in ipsa lapidis cuersione aliquot im-  
murmurare uerba. Cum redirent in  
Gallicanum, rusticus cui erupta erat  
gallina, eam repetit: alter reddere re-  
cusat. uocatur inde in ius, & ablata  
gallinæ accusatur: qui id quidem nō  
inficiatur, sed se eam optimo sortitura  
esse iure, quippe è vulpis fauicibus ere  
ptam, defendit. Tandem uentilata ali  
quandiu causa, sententiam pronūciat  
iudex, ut gallinam simul coquerent,  
eaq; unanimes cum aliquot bonis a-  
amicis fruerentur.

Ioannes Sohetius Eburo lepidi in-  
genij medicus, quum aliàs disputare-  
tur de ligationibus, narrabat se aliquo  
ties obseruasse à matre, quādo sub in-  
temporā nostrē non redirent ad  
præsepia boues, nec errabunda iumen-  
ta inuenirentur, matrem tum arreptā

securim obuiam uel quoduis aliud fer  
ramētum proiecisse per fenestras, ad-  
dendo. Ecce pignus pro his aut illis :  
nam hac ratione, illa à lupis aut id ge-  
nus feris illæsa sup esse credebat. Qui-  
Lib. 3. ch. 11.  
Sept. cap. 20.  
Ligatus in  
specu Gilber-  
tui.

bus annumeretur conscripta ab Olao  
historia magi Gilberti nomine, apud  
Ostrogochos, ut immobilis maneret,  
ligati in specu à præceptore Catillo,  
cui ille insultare solet.

Habent & Turcæ suū modum, quo  
inuitos retrahūt. Nomen serui in sche-  
dula scriptum suspenditur in taberna-  
culo uel domicilio serui: deinde diris  
uerbis & imprecationibus illitus caput  
impetunt: hinc ui dæmoniaca, putat  
fugitiuus sibi in itinere uel leones uel  
dracones occurrete, uel mare uel flu-  
mina contra se exundare, uel cum te-  
nebris nigrescere, ijsq; terriculamētis 20  
repulsius, ad herum redit. Sic Baal Ze-  
phon idolum obseruabat retinebatq;  
seruas ex Ægypto profugas.

Porrò uanarum eiusmodi ligatio-  
num opinio perficitur per maleficia,  
collyria, unguenta, potiones seu philt-  
ra, certas designatas materies: per al-  
lagationes, suspensiones: per fortis itē  
imaginaciones, & animi excessus: per  
imagines, characteres, annulos, lumi- 30

na, sonos, numeros: per imprecatio-  
nes, invocationes, cōiurationes, sacri-  
ficia, cōsecrationes, uota, nomina, uer-  
ba, perq; uaria obseruationum & su-  
perflitionum deliramenta.

His aut nugis commiscere solent, si  
quæ ex Sacris literis instituto accom-  
modari possint: quemadmodum in  
serpentum adiuratione, maledictione 40  
serpentis in paradiso terrestri comme-  
morat: item serpentis erectionem in  
deserto, aptè admodum, si dijs placet:  
Gen. 3.  
Num. 21.  
Psal. 90.

insuper uersum illum, Super aspidem  
& basiliscum ambulabis, &c. Supersti-  
cio etiam hic plurimum ualeat, transla-  
to ritu aliquo Sacramētali ad id quod

uincire uel impeditre statuūt. Se quo-  
que ligari simulant dæmones: at cer-  
tè nō alijs uinculis, quām quæ ipsi tra-  
diderunt, mēdacijs scilicet, sacrilegijs,  
adeoq; uanis ac obscenis rebus, ut eas  
referri pudor sit. At Hildegardis sen-  
tētia hoc finiam caput: In efficacia li-

gaturæ alligata est peruersitas nequi-  
tie diaboli, ut à zelo furoris Dei non  
mereatur solui, quia nunquam illum  
recta cogitante uidit: sic neq; eum  
aspiciūt, qui Deum fideliter timent.  
HOMINES VLLIVS REI PO-  
tentia in bestias transformari nequire. Explica-  
tio fabularum de Ulyssis & Diomedis so-  
cijs, atq; Arcadibus transmutatis.

## Caput XXII.

In bestiis nō  
transformari  
homini ma-  
leficio.

Per erosque etiam sagarum malefi-  
cio in bestias conuerti, uoluit cre-  
dula superstitionisq; uetus. Sic  
quoq; Demarchum commemorat Pli-  
nius, degustatis pueri immolati in sa-  
crificio extis, in lupum se conuertisse  
(merito uorax dicatur lupus, qui ho-  
minis exta uorat) & Circe poculo so-  
cios Ulyssis in illo errore diurno fer-  
tur mutasse in feras, ut est apud Virgi-  
lium:

Quos hominū ex facie dea seu potentib. herbis 7. Aeneid.  
Inducet Circe in uultus & terga ferarum.

## Item Eclog. 8.

Hæc herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta uentena,  
ipsa dedit Nærus: nascuntur plurima Ponto.  
His ego sepe lupum fieri, & se condere syluis  
Nærim, sepe animas imis excire sepulcris,  
Atque salutis alio uidi traducere messes.

Huc facit Boëtij Carmen:

Vela Naricij ducas,  
Et uagus peiago rales,  
Eurus appulit insulæ:  
Pulchra qua residens dea,  
Solis edita seminae,  
Miscerit hospitibus nouis  
Tecla carmine pocula.  
Quos ut in uarios modos  
Veru herbipotens manus,

Liber 4. de  
Consol. phil.

Hunc

Hanc apri facies tegit,  
ille Marmaricus leo  
Dente crescit & unguibus  
Hic lupis nuper additus;  
Flere dum parat, ululat;  
ille tigris ut indica,  
Tefta mitis obambulat.  
Sed licet uarijs malis  
Numen Arcadii alitis,  
Obftitum miserrans ducem  
Pefte foluerit hospitiis:  
Iam tamen mala remiges  
Ore pocula traxerant,  
Iam sues Cerealia  
Glande pabula uerterant,  
Et nihil manet integrum  
Voce & corpore perditis.  
Sola mens stabilis, super  
Monstra quæ patitur, gemit.  
O' leuen nimium manum,  
Nec potentia grama,  
Membra quæ ualeant, licet  
Corda uertere non ualent.  
Intus est hominum uigor  
Arte conditus abdita.  
Hec uenena potentius  
Detrahunt hominem sibi,  
Dira qua penitus meant,  
Nec nocentia corpori,  
Mentis uulnere fœuunt.

In dialogo  
de Afisso.

Hicse fígmentis, & Apuleij in asinū  
uersi fabulæ, ascribatur Luciani meta-  
morphosis: qui in Thessalam profe-  
stus, ut magicas artes diceret, in ho-  
spitium forte diuertit, ubi mulier se un-  
guento illinens, in coruum muta-  
tur. Lucianus eodem linimento se uo-  
lens inungere, in aliud errore incidit,  
quo unctus ueritur in asinum. Indu-  
ctus autem in theatrum uarijs cōspur-  
sum herbis, ex ancillæ institutione per-  
rosum elum restituitur.

Herbis & uenenis non sunt vires  
attribuendæ, quæ nec ad manifestas  
qualitates, nec ad totam illarum sub-  
stantiam referuntur, his uero rationi-

bus homines ab illis non transforma-  
ti in bestias, notum est: carminibus  
itaque eam imprimi illis efficaciam,  
sequitur. Augustini hinc audiatu-  
tentia: Si dixerimus ea non esse cre-  
denda, inquit, non desunt etiam nunc  
qui eiusmodi quædam uel certissima  
audisse, uel etiam expertos se esse af-  
seuerent. Nam & nos cum essemus in  
10 Italia, audiebamus talia de quadam  
regione illarum partium, ubi mulie-  
res stabularias his malis artibus imbu-  
tas, in casco dare solere dicebant, qui-  
bus uellent seu possent uiatoribus, un-  
de in iumenta illic uerterentur, & ne-  
cessaria quæq; portarent: postq; per-  
functa opera, iterū ad se redirent: nec  
tamen in eis mentem fieri bestialem,  
sed rationalem humanamq; seruari:  
20 sicut Apuleius in libris quos Aurei ali-  
ni titulo inscriptis, fibijs pli accidisse, ut  
ubi se à Fotis  
ueneno accepto, humano animo per-  
manente, asinus fieret, aut indicauit, sum, & quid  
aut finxit. Hæc uel falsa sunt: uel tam  
inuisitata, ut merito non credantur. Et  
libro de Spiritu & anima: Dicit huma-  
na opinio, quod quadam arte mulie-  
rum & potestate dæmonum homines  
conuerti possint in lupos & iumenta,  
30 & quæque necessaria portare, & post  
peracta opera iterum ad se redire, nec  
fieri in eis mentem bestialem, sed ra-  
tionalem humanamq; seruari. Hoc sic  
intelligendum est, quoniam dæmones  
naturas non creant: sed tale aliquid  
facere possunt, ut uideantur esse quod  
non sunt. Deinde proximo etiam ca-  
pitite de Ciuitate Dei citato subiungit:  
Non itaque solum animal, sed nec  
40 corpus quidem illa ratione credide-  
rim dæmonum arte uel potestate in  
membra uel lineamenta bestialia ue-  
raciter posse conuerti: sed phantasi-  
cum hominis (quod etiam cogitadq;  
sive etiam somniado per rerum innu-  
merabilium genera uariatur, & quum

*Libro 3. cap. 4.*

*ubi se à Fotis*

*de magia in*

*afinum uer-*

*tū egerit, de-*

*serbit, at me*

*re sans nuge,*

*ut etiam que*

*in reliquis il-*

*bris.*

*Cap. 16.*

*Libro 8. cap.*

*18. & libro de*

*Spiritu & a-*

*nima, cap. 18.*

corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus) ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci, ita ut corpora ipsa hominum alicubi iaceat, uiuetia quidem, sed multo grauius atque uehemetius quam somno suis sensibus obseratis. Phantasticum autem illud uelut corporatum, in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis, talisq; etiam sibi homo esse uideatur, sicut talis sibi uideri posset in somnis, & portare onera: quae onera si uera sunt corpora, portantur a dæmonibus, ut illudatur hominibus, partim uera onerū corpora, partim iumentorum falsa cernentibus. Nam quidam nomine Præstatius, patri suo contigisse indicabat, ut uenenum illud per caseum in domo sua sumeret, & iaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eum uelut euigilasse dicebat, & quasi somnia narrasse, quae passus est: caballū se scilicet factū, annonā inter alia iumenta baiulasse militibus quae dicitur Retica, quoniam ad Retia deportabatur: quod ita ut narrauit, factū fuisse compertum est, quae tamē ei somnia sua uidebatur. Indicauit & aliis, se domi suę per noctem, antequā requiesceret, uidisse uenientē ad se quēdam philosophum sibi notissimū, sibiq; exposuisse nōnulla Platonica, quae ante rogatus exponere noluisse. Er quū ab eodem philosopho quæstū fuisse, cur in domo eius fecerit, quod in domo sua pecteti negauerat? Nō feci, inquit, sed me fecisse somniaui. Ac per hoc alteri per imaginē phantasticā exhibitum est uigilati, quod alter uidit in somnis. Hæc ad nos non quibuscūq; qualibus credere putaremus indignū, sed eis referentibus peruenient, quos nobis non

*Præstatiu-  
ster in longo  
altisq; somno  
sequum pu-  
blicis factū.*

existimaremus fuisse mentitos. Proinde quod homines dicuntur, mandatumq; est literis, à diis, uel potius à dæmonibus Arcades in lupos solere conuerti, & quod carminib. Circe socios mutauit Ulyssis, secundum istum modum mihi uidetur fieri potuisse, quem dixi, si tamen factum est. Diomedes autem uolucres, quandoquidem genitus earum per successionem propaginis durare perhibetur, nō mutatis hominibus factas, sed subtrahit credo fuisse suppositas: sicut cerua pro Iphigenia, regis Agamemnonis filia. Neque enim dæmonibus iudicio Dei permisisti, huiusmodi præstigia difficilest esse possunt. Sed quia illa uirgo postea uia reperta est, supposita pro illa cerua esse facile cognitū est. Socius uero Diomedis, quia nusquam subito comparuunt, & postea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis: & pro eis aues occulte ex alijs locis, ubi est hoc genus avium, ad ea loca perductæ sunt, ac repente suppositæ, idē creduntur esse conuersi. Quod autem Diomedis in templum aquam rostris afferunt & aspergunt, & quod blandiuntur Græcigenis, atque alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri dæmonum instiitu, quorum interest, id est, ad quos persuadere pertinet, deum factum esse Diomedem, ad decipiendos homines, ut falsos deos cum ueri Dei iniuria multos colant: & hominibus mortuis, qui nec quum uiuerent, uerè uiixerunt, templis, altaribus, sacrificijs, sacerdotibus (quae omnia quum recta sunt, non nisi uni Deo uiuo & uero debentur) inserviant. Hactenus Augustinus.

Nisi uero altius dormientem Præstatiū patrem obseruassem, ipse omnino ratus fuisse & narrasset ea reuera à se gesta fuisse, quae tantummodo per som-

somnum cognouerat, atque ita ueritatis opinionem apud multos fortius fuisse rumor falsus. Sed mera sunt somnia & phantasmata: cui opinioni suffragatur D. Thomas, in quæstione de Miraculis. Pagano quoque & infidelis deteriorem esse indicant Decreta, qui credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius deteriusse transmutari, aut in aliam speciem uel similitudinem transformari, quam ab ipso omnium Creatore.

Socios porrò Ulyssis in bestias uertos, & Diomedis comites in aues, atq; Arcades stagnū quoddam trāggressos in lupos commutatos, fabulosa esse, & poetarum commenta, multi credunt

*Lib. 8. cap. 22.* cum Plinio: qui scribit, homines in lupos uerti, rufum q; sibi restitui, fabulosum esse, confidenter existimari debere, aut credere omnia quæ fabulo-

*Li. 10. et 14. De Diomedis & Ulyssis fo- en. atq; Arcades in aues & feras conuersis, fabula rum explica- tio.*

sæ tot seculis credimus. Inde subiungit: Mirum est quod procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens est médacium, ut teste caret. Hinc illud de Diomedis socijs ideo confitum à poetis tradit, quoniam aues Diomedes, à Iuba cataractæ distae, in solo toto orbis loco uidetur in insula, ubi tumulus & delubrum Diomedis extant, contra Apulia oram, fulicarum similes. Et quoniam aduenia barbaros clangore infestat, Græcis tantum adulantur, miro discrimine, uelut generi Diomedis hoc tribuentes: quædemq; eam quotidie pleno gutture madætibus pennis perluunt, atq; puriscent: unde origo fabulae, Diomedis socios in earum effigies mutatos. Sunt qui ea ad mores referant: nimisq; Arcades luporum more uiuebāt, ut homines uoraces & immanes, crudis uescentes carnibus, & forte humanis. Idem de mutatione sociorum Ulyssis, iumentis assimilatorem ob prauitatem morum, intelligi potest: quemadmodū quoq; de Na-

*Dan. 4. lib. 1. cap. 10. lib. 6. cap. 12. huius operis tit. 11.*

buchadnezare Babyloni regē cōuerso legitur. Sic & quum Diomedes ex patria pulsus in Italiam uenit, atque eius socij in aues cōuersi dicantur, eos piratas factos, & paulatim interfertos esse, significatum fuit.

Cæterum de Circes potentia & eiusmodi transformatione ita obiter Xenophon, de factis & dictis Socratis: Socrates tam parcè cibo utebatur, ut iucundè comederet, atq; ad illum ita paratus ibat, ut pro epulis esset ipsi cupiditas comedendi. Potus uero omnis erat illi gratus, propterea quod nū quam bibebat, nisi sitret. Si quando autem in conuiuum conuocatus uoluisset ire, à quo difficillimum plurimis cauere est, præter quam deceat satrari, facillime ipse ab illo cauebat. Qui uero hoc facere nequibant, his consulebat abstinenre ab illis quæ persuadent non famescendo comedere, neque sitiendo bibere: hæc enim esse aiebat, quæ uentribus, capitibus atq; animis noceant. Arbitrari autem, iocando dicebat, id circa sues homines effici à Circe, quoniam multis talibus illos nutriebat: Ulysses uero partim Mercurij consilio, partim abstinentia sua, suem factū nō fuisse. Huiuscemodi de his serio simul ac ioco dicebat.

DE AYKANΩΡΑΠΙΑ MΟΡΒΟ,

quo se in lupos conuerti credunt homines. Cap. XXXIII.

*Li. 10. lib. 3. cap. 10. lib. 6. cap. 12. huius operis tit. 11.*

L iteratur monumētis tradit Guilielmus Brabantinus in sua historia, uirum prudentem diaboli arte ed perductum fuisse, ut aliquibus anni temporibus non fecus sciuerit, quam se rapacem esse lupum, qui per loca sylvestria & specus oberraret, ac maximè pueros persequeretur, & eū saepè uelut amentem per nemora uagari inuentum fuisse: qui tandem Dei gratia ad mētem rediit. Adhæc Patavij lupus sibi uidebatur agricola, anno lib. 1. mil. lib. 1.

millesimo quingentesimo quadragesimo primo: multosq; in agris insilij, trucidavitq; Tandem non sine multa difficultate captus, confidenter alleverauit se uerum esse lupum, discrimen solūm existere in pelle cum pilis inversa. Quapropter quidam omnem exuti humanitatem, uereq; lupi truces uoracesque, tibias & eius brachia gladio feriunt amputantq; ueritatem rei exploraturi: cognita uero hominis innocentia, eum chirurgis tradunt curandum, sed post dies non multos expirauit. Hos ea melancholia specie exagitatos fuisse, dubium est minimè, quæ Arabibus chatrab dicitur, deriuata nomine à bestiola, quæ irquieto motu super aquas modò hue, modò illuc absque ordine uagatur. Latini, ut

*Chatrab.* A. *uicen.lib.i.3.* *sen. i. tract.* *4.cap.ii.*  
*Tipula.* *quidam uolunt, tipulam id insectum uocant, in palustribus locis frequens.*  
*Xenoph.* *Xenophontas, id est hominis in lupum cōuersione uocant Græci: quidam melanochiam quoque lupinum appellant ex Marcello, item infaniam lupinam: pleriq; Xenophontas, alij Xenophontas. Eo malo correpti, ex atra bilis fuligine se in lupos, uel etiam canes credunt mutatos. Quapropter domo egrediuntur, potissimum noctu, in cūtis lupos imitati, aut canes. Hi pallent, oculiq; ijs sunt concavae & siccæ: crassæ imbecilliterq; uident, linguam habent siccissimam, ualde sitiunt, os laliu caret. Tibiae his sunt ita ulceratae ut curari nequeant, propter frequentes offendentes, & canum morbores. Curiatur hi sanguinis missione usque ad animi deliquium, uictu boni succi, balneis dulcibus, fero lactis, hiera ex coccynthide, Ruffi, aut Archigenis, aut Iusti, thetiaca, & reliquis melancholiae utilibus. Caput his ante accelsionem irrigatur so posiferis, nares opio inunguntur. Quandoque & somniferum medicamentum propinati oper-*

472  
ter. Hoc naturæ uitium & humanae mentis alienatione fabulæ apud Ouidium subministrasse occasionem ueri-  
simile est, de Lycaone Arcadiæ rege, quem à Ioue in lupum ob sua scelerata mutatum fixit. Interim atræ bilis morbi, lycathropiæ dicit, adiungit nota, quemadmodum ridicula poetarū commenta naturales saepe solent habere causas:

*Territus ipse fugit, nascitur, silentia ruris, Exulat, frustraque loqui conatur, &c.*

Plerisque etiam atra bile uiciatos, se leones esse, uel dæmones, uel aues, imaginari, annotauit Auicenna. Neuri adhæc Scythæ populi eius erant perfusionis, quod se in lupos uerterent, ut uult Herodotus: sic & Baianus filius Simeonis, qui Bulgaribus impe-  
*Avic. lib. 3. sen. i. tract. 4. cap. 29.*

rabat, arte magica efficere credebat, ut quoties uellet, lupus uel qualibet fera uideretur fieri. Plinius & Edwardus scribunt, cerebrum usi deuoratum ingnere imaginationes, quasi in ursum quis trâmutatus sit. Id nostro hoc seculo uicidâ Hispano nobili oblatum fuisse edendum traditur, qui per deserta & montes uagabatur, se in ursum esse cōuersum phantasia uiciataratus. Atqui dæmonem aut ullam creaturam, nihil posse condere, uel reuera immutare, rationibus, & ex De-  
*Part. 2. cap. 6.*

cretis abundè demonstratum est: & euidentissime constat ex eorum qui hæc fuerint passi ludibria, confessio-  
*ne, quam lib. 6. cap. ii. descriptam, qua-  
licunque explicatio sum interpre-  
tatus.*

#### DE NATURALI SEXVS HUMANIMUTATIONE. CAP. XXXIII.

*C*æterum quæ mihi fortassis hic obtrudere conabuntur alij natu-  
ræ miracula, ipse referam. Plinius: Ex foeminiis, inquit, mutari in ma-  
res, non est fabulosum. Inuenimus in *Natura mi-  
racula in sa-  
xi mutatione.*  
*Cellus lib. 9.*  
*Annalibus, Licinio Crasso, C. Cassio cap. 4.*  
*Lon.*

Longino Coss. Casini puerum faciūm ex uirgine, sub parentibus, iussuq; ha-  
rūspicū deportatum in insulam de-  
sertam. Licinius Mutianus prodidit,  
uisum à se Argis Arescontem, cui no-  
men Aresculæ fuisset: nupsisse etiam,  
mox barbam uirilitatemq; prouenisse,  
uxorēq; duxisse: eiusdem sortis &  
Smyrnæ puerum à se uisum: subditq;  
Ipse in Africa uidi mutatū mārem nu-  
ptiarum die L. Cossirium ciuem Tis-  
dritanum. Liuius lib. 4. secūd. bell. Pu-  
nic. tradit. Q. Fabio Maximo & M.  
Claudio Marcello Coss. uirum ex mu-  
liere Spoleti factum. Hippocrates aut  
scribit, Phaetusæ cuiquam Pythei uxori  
corpus uirile, & in uniuersum hirsutum  
& pilosum fuisse redditum, bar-  
bamq; eam emisisse, uocem irem aspe-  
ram fuisse effectam: quod ipsum etiā 20  
Namyliæ Gorgyppi uxori in Thaso e-  
uenisse, subiungit.

Vt autem huic naturæ miraculo fir-  
mior detur fides, quid ætate nostra cō-  
tigerit Neapoli regnante Ferdinando  
primo, audi. Ludouicus Guarna Sa-  
lernitanus ciuis quinque habuit filias,  
quarum natu maiori bus duabus, alte-  
ri Franciscæ, alteri Carolæ nomē erat:  
quibus, postea quam ad quintum deci-  
mum peruererunt annum, in mariū  
morem uirilia erupere membra, mu-  
tatoq; habitu pro maribus habiti sunt,  
Franciscus & Carolus nūcupati. Item  
Ebuli sub eodē rege, puellæ, quæ iam  
quatuor annos uiro promissa sponsa  
nomen habuerat, qua nocte primum  
uiro tradita cum eo concubuit, genita  
lia membra prodierunt, domumq; re-  
uersa, in iudicio dotem reposcit, in ui- 40  
rorum numero postea habita. Præte-  
rea Amatus Lusitanus conscribit histo-  
riam eiusdem argumenti, his uerbis:  
In oppido Esguerra, nouem leucis à  
Conybrica, nobili apud Lusitanos ci-  
uitate, puella quædam genere nobilis

Lib. 6. Epi-  
dem. part. 8.  
aph. 45.

Fulgoſ. lib. 1.  
cap. 6.

Centur. 2. con-  
fult. curat. 39.

erat, cui nomen (si rectè memini) Ma-  
ria Pacheca: quæ cum ad ètatem per-  
uenisset, in qua mulieres primùm mé-  
strua emittere solent, uice mensum  
priapum usq; ad id tempus intus la-  
titantem extrà eiecit. Et sic ex fœmina  
factus est masculus: & uirili toga in-  
dutus, ac sacra aqua respersus, Manuel  
fuit uocatus. Qui ad Indos perueniēs,  
& diues ac clarus factus, poste ad  
suos rediit, & uxorem duxit. Sed an li-  
beros generit, non satis compertum  
habeo. Conscij tamen sumus, imber-  
bem hunc semper mansisse. Hactenus  
ille, quæ eo à me adducentur studio,  
ut probem non solum hanc sexus per-  
mutationem & uerissimam esse, & na-  
turalium rationum basi inniti: sed e-  
ciam feminas solum transire in mas-  
culos, saltem aduersus inanem Aulonij  
assertionem, qui duoru exemplorum  
auctoritate etiam tueri conatus est cō-  
uerſionis huius oppositionem. Verū  
ubi cauſa incredibilis istius effectus  
fuerit cognita & perspecta, illicid conse-  
quutionis necessitas alterius falsitatē  
detegit: quæ ut inuestigatione acqui-  
ratur, duo ponenda sunt fundamenta  
demonstrationi naturæ prorsus con-  
uenientia. Primum est, post animantis  
productionem, uirtutem conformatri-  
cem non esse ociosam: alterum, parti-  
culæ alicuius prærogativo iure dota-  
tas mulieres, huius præsentia submini-  
strabit generationi materiam, illius  
confessio efficientis actionem. Quæ  
si uera sunt, ut profecto sunt, oportet  
circa pudendum muliebre latitare  
aliquid membrum priapi figuræ per-  
simile: quia ex Physicæ speculationis  
certitudine constat, operationem na-  
turæ non exercent in subiecto quolibet,  
sed idoneo & predisposito: quæ  
admodum etiam uis conformatrix, a-  
nimante iam edito in lucem, non pro-  
creat de nouo partes ob materiæ con-

475  
 uenientis & reliquarū occasionū defectū, sed imperfectas adimplere facile potest. Proinde his ita cōstitutis, sciendū est, eiusmodi particulā reperi in λοχῷ γυναικῶν, quæ cūctis mentulæ virilis cōditionibus prorsus respōdet, adeo ut p̄zedita sit ligamentis, nervis, uenis, arterijs, musculis, p̄pitu, glāde, ne quid omnino desideretur. Eius exq̄sita obseruatio haec tenuis ferē fuit neglecta, ob pinguedinis uelamen, à recentioribus: at ab Auicenna describitur sub nomine Albathara, uel Albā-

*Lib. 3. sen. 21.  
Tract. 4. cap.  
23. Albathara.  
Albandar.  
Kitoris.  
Nympha.  
Myrton.*

dar: & à Russo Ephesio λατυγίς uocatur, unde obscenū uerbum λατυγίζει, uel λατυράζει deriuatur: nec nō Nympha, Myrton, νηθόφυτο. Atque exigua hæc carūcula paulatim molis augmētatione exurgit tandem in priapū omnibus suis numeris absoluto: quod cōtingit p̄cipue aut mēstruæ expurgationis initio, aut cōnubij tēpore: quoniā in eo Naturæ impetus incrementū molitur: in hoc uero, propter primi coitus uehementiam, effingūtur particulae istius carceres, quib. exonerata uitus formativa dein elaborat in promptiori expulsione. Ita etiā fit, quod tūc corpus & hirsutus euadat propter mēsum suppressionem, & robustius ob sexus virilis successionem. Hoc autem membro quū saltē mulier dōtetur (unde omnes fœminæ licet actuales sint, potentia tamē masculos nominarim) necessariō elicitur, hunc mutationis ordinem progredi cantū à sexu fœmineo ad masculum, nō econuersō: quia natura semper addit, nunquā demit: semper expellit, nunquā reprimit: semper mouetur uersus dignius, nunquam indignius. Itaq; Au-  
*476*  
fōnio uanitatis crīmē adstringo, quod Beneuenti puerum quempiam repente uirginem factum refert:  
Nec satis antiquum, quod Campano in Beneuēto  
Vnus epheborum uirgo repente fuit.

Poetas eiusmodi fabulas excogitasse uel inde liquet, quod singunt Tiresiam uatem Thebanum, cuius suprà meminimus, cum coētes angues baculo percussisset, mutatū in fœminam fuisse, postq; annos undecim, iterum cæsis à se anguibus, uirilem naturam recepisse. Horum item miraculorum meminere. Sabellicus & Pontanus. *Sabell. lib. 50.  
cap. 2. de O.  
Pontanus. cap. 2. de O.*  
Sed quod abstrusa naturæ operatione contingit, atq; in ea metamorphosi, & quidem folius sexus, continuo perdu-  
rat, nullum hic meretur locū, ubi tan-  
tummodo de fictis momentaneisque dēmonum formis & p̄stigijs, quoad fieri potest, explicandis agitur.  
QVO'D PLERI QVB PVTAN-  
tur dēmoniaci, qui melancholia agi-  
tantur, & ē diuerso. Cap.

## XXV.

D E melanholiæ imagina-  
tionē depravata, & subsequen-  
tibus eorum interdū deliris ri-  
diculisq; actionibus: nonnūquam e-  
tiā grauibus, seris, horrendisq; operi-  
bus, suprà lib. 3. cap. 7. satis multa dixi,  
ut repetitione minus opus sit. hinc ta-  
les uel fatui uel à dēmonibus obsessi  
sæpe iudicantur, quemadmodū quo-  
que energum eni uicissim melancho-  
lii interdum dicuntur. Exquisitum  
itaq; desideratur hic iudicium, ut in-  
ter utrosque discernatur affectus: qui  
plerūq; etiam complicantur. Humori  
etenim melâcholico, uti materiæ suis  
ludibrijs consentaneæ, diabolus sc, ut  
antea memini, insinuat libentissimè:  
propterea & perquā appositè, melâ-  
choliæ esse diaboli balneum, dixit  
*D. Hieronymus. Non tamen à dæmo-  
nijs cuncti exercentur melanholici:  
at contraria ferē fit, ut omnes dæmonia-  
ci ob acerbos cruciatuſ affectusq; gra-  
ues, reddantur melanholici. Mulier  
quædā Bydericæ singulis annis ciu-  
modi melanholia, uel potius mania  
agit;*

*Balneum d.  
boli, melâchi  
140.*

agitabatur, ut septimanas aliquot mula  
cas noctu circa sepulchra in cemite-  
rijs degeret: excurreret etiā subinde  
in plateas, effringens huius januas, &  
illius fenestras perrumpens, interdu  
aufugeret ad loca secreta & sylue-  
stria. Et quia is paroxysmus maximè  
incideret circa diem festum Paschæ,  
hoc est, tempus uernum, huic morbo  
ex humorum motu aptum: credeba-  
tur tum temporis à uulgo, illam à spi-  
ritu exagitari maligno. Vide item hi-  
storiam dæmoniacæ, quæ melancho-  
lia infestari putabatur, *soprà cap. 17.*

FICTI OBSIDII DIABOLICI HI-  
STORIE MEMORABILES DUE: ALTERUM AUTEM AD  
INCANTAMENTA RELATUM. Cap.

## XXVI.

*Obsidio demo-  
niacæ figura-  
rum.*

*Mendicus In-  
fus sicut da-  
moniacus.*

In hac eorum qui à dæmonum ma-  
leficio exagitantur, historica serie,  
non extra institutum fuerit, recen-  
suisse naturale, rarumq; tamen, diabo-  
licæ obsidionis figuramenta, à me olim  
Neomagij apud Geldros uisum, in  
quodam mendico nomine Iusto. Hic  
uti iusta occasione pecuniam emendi-  
caret largiorem, ante templi fores de-  
cubuit, dæmonij in se dominium simu-  
lans. Nam perpetua inquietudine exi-  
liebat concidebatq; iacenti ueteri: in-  
terdū & fugam minacē, insultum ui-  
olentum, & toruam faciei inuersiōnem  
fingebat. Custodes latus utrinq; clau-  
debant, eius coniunx & scortum: quæ  
profiliunt renixæ, ferramentis appo-  
fitis eum coercendum mentiebantur:  
interea oratione mendicorum rho-  
tistica oppidò instructæ, strenuam naua-  
bant operæ, ut eleemosynam à populo  
die Dominico manè hunc adeunte lo-  
cum, elicerent uberiorē. Tandem in  
dolosi machinamenti opinionem ue-  
nit magistratus. Adhibiti lectores, qui  
à cemiterio discedenti, sub prandio,  
quo tempore ab hominum frequen-  
tia hic tutus est locus, manus iniice-

rent, nam hic eiusmodi apprehēdisse  
hominem, erat religio, nefasq; duce-  
batur, ob prophanationem loci scili-  
cet sacri. Postremò tamen cognito la-  
trocino quater perpetrato, abreptus,  
in vinculis artem confessus est, qua uen-  
trem, ut pro suo nutu exudaret subito,  
relabereturq; cōtinuo uortice, coegi-  
set. Prius obice altius podici indito,  
& multo butyro simul denorato, quo  
antea obliniebatur præmuniens baturq;  
uentriculus & intestina aduersus uim  
hydrargyri deleteriam, argentum ui-  
uum deglitiebat, quod suo pondere  
ex uetriculo per pylorum in intestina  
ferebatur, ubi ob pessulum ostio obdi-  
tū, præcisa erat exitus uia: quare quū  
uehemeter id humidū sit, & tenuum  
ualde partium, ac cognata mobilitate  
inquietissimum, quanquam à calore  
naturali excitatum, non tamen ob in-  
testinorum butyro inunctorum anfra-  
ctus euaporare (etiamsi ea fuisset calo-  
ris uehementia) potuit. Hinc ciebatur  
valida illa ueris perturbatio, & iactus  
inæqualis, quam augebat uehemens  
& uoluntaria uenris succussatio, illæ-  
sis interim ob præsumptum butyri an-  
tidotum partibus interioribus. Stipe  
autem collecta, & arbitris semotis, in-  
quietum dæmonem, captiuum quip-  
pe Mercurium, extracto pessulo libe-  
rabat. Hunc tragedum decimo post  
editum hoc spectaculum die, propter  
latrociniū, Germanica punitione im-  
poni rotæ uidi: ex qua horis duabus  
post descendit, eodem tamen reposi-  
tus die, strangulatusq;

Ad hunc numerum referatur impo-  
stura, uerè commeticis ligaturis acri-  
benda, cuiusdā Ioānis Patris nomine,  
Germanis Hans Vatter, nati in pago  
Mellinge, mediū miliare distito à Du-  
ringorum Vuymaria. Hic professione  
bulbulcus, trienniū p celebres aliquot  
Germaniae ciuitates uagatus est, simu-

*Ioānis Patr's  
commenta.  
Ligatura fi-  
la.*

lans se ipsis D. Ioannis feris hora matutina, quum boum curam gereret, à Nicolao Gottel, postea ob sua flagitia Virgmariae exusto, incantatum, pane assumpto cyaneo ex sextuplici sanguine confessio, nimurum infantis nondum baptismo iniciati, & ab eo occisi, serpentis, bufonis, echini, 480 ulpis ac clupi, ut duo decim annis atrociter à diabolo diuexaretur. Hoc Nicolaum in carceribus confessum fuisse asseverabat. Hinc dæmonem cruciasse ipsum multifariam ait, ac tam stricte momento colligare manus saepe in tergo uinculis ex pilis equinis & sericeis laciniis intortis, ut nisi mox eorum incisione laxarentur, sanguinis subsequetur eruptio. Coartabatur enim singulari artificio ligaturæ nodus inexplicabilis. Ac ante a præ angore sanguinem è sinistra aure atq; ore frequenter effluere querebatur: & inter reliqua, semel Mansfeldia in ære euectum se, & ualido uero Halam ultra muros translatum, ibiq; catenis argenteis colligatum fuisse narrabat: item Bornæ, ubi in turre inclusus fuerat, ut nonnihil à diaboli torturis leviretur, atque ab eius laqueis tutus conseruaretur, per foramen angustum crassi forniciis à diabolo perprætato, sed induso solummodo retatum, à dæmons extractione fuisse, atq; in uastam traditum solitudinem sed quomodo, se nescire: atq; ibi tres noctes sine ulla cibatione humana peregrisse. Addidit quoque, se catenis ferratis crebro à dæmons constrictum fuisse circum corpus, pedes & collum: ac semel ita in paibulo ad hoc spectaculum à satana ex ingéribus lignis constructo, in quodam horreo alligatum fuisse. Admiranda quoq; phantasmatum, apparitiones & spectra annexuit, nec omnia enarrare breuibus se posse inquit: sed cuncta ordine, uelut seriem historicam, conscripta esse, tandemq;

per typographiam lucē uisura, ut mūdo innotesceret, quanta crudelitate plurifariam à dæmonio excrucietur dilanieturque. Nec prætermisit suum in orando, concionibus sacris audiēdis, & communicatione Sacramenti corporis & sanguinis Domini singulis quartuor septimanis, studiū zelumq;. Ad resipiscentiam quoq; ut populum hortaretur, si impelli affirmabat. Post diuinam huius tragediæ ostentationem, Norimbergam tādem uenit, ubi iisdem ulti technis, à prudenti & circumspecto Senatu obleruari cum uigilanti sagacitate industriaque, semotis custodibus solitis, iubebatur: & licet primū abitionem urgeret, desperatione deinde simularer, & nescio quæ non comminiseretur ad artis sue 480 cum: eò tamen ad extremū redactus est, ut se nunquam à diabolo ligatum fuisse, sed sibi ipsi laqueos à se paratos, celeriter semotis arbitris incisisse, ubi item eorum materiem suffuratus fuisse, fateretur. Vinciendi etiam specimen ostendebat liberè: & suetu sanguinem ex gingivis extractum fuisse narrabat, quem quoque manu quam oculisimè in aurē seorsum instillabat. Reliqua item enarrata miracula, mea fuisse mendacia fassus est: universamq; huc spectasse fabulam, ut inde rem faceret. Quapropter ob facilem, nec extortam confessionem, sententiam mitigauit, reumq; publico palo in spectaculum & irriuionem ad horæ dimidium alligatum, exilio puniuit amplissimus eximiae prudentiæ, iudicij, uirtutis atq; autoritatis ordo Senatorius, 9 Maij, anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. Id uero diabolica uexationis per incantamenta figura mentum, tanquam rem ueoram, alijs antea epistola typis excusa præmaturè euulgauit, testo dolo fassus.

Eius-

Magistratus  
Norimbergæ  
si prudens  
summae

Eiusmodi certe dexteritate uaria se  
penumerò nimis imponitur homini-  
bus. Sic Eunus Syrus fanatico furore  
simulato seruos quasi Numinum im-  
perio ad bellum concitauit, idque ut  
diuinatus fieri probaret, in ore abdita  
nuce, quam sulphure & igne stipua-  
rat, leuiter inspirans, flammarum inter-  
uerba fundebat, quo miraculo sexa-  
ginta amplius milium hominum co-  
git exercitum, oppida uastauit, & Ro-  
manorum prætorum castra uicit.

EIVSDEM SIMVLATAE OBSES-  
SIONIS UUANTIBUS SACRIFICI HISTORIE.

Caput XXVII.

**E**odem anno, nimurum sexagesi-  
mo secundo, in Martio, Dusseldorf-  
pium uenit puella quædā Vuer-  
lenfis, circiter annos uiginti nata, be-  
ne habita, sed uultu torua. Hæc, ut mē  
dicandi solennior esset occasio, literis  
munita testantibus, eam à dæmonio  
obsessam, ad D. Hubertum Ardenna-  
tem profecionem instituerat, ut ibi à  
satanae iugo solueretur. Cum patruo  
& conducticio homine comitem etiā  
habebat monachū, annum propè tri-  
gesimum agentem. In collo, tanquam  
amuletum contra diaboli scilicet im-  
petum, dependebat stola ecclesiastica.  
Ab eximia pietatis & doctrinæ uiris  
ornatissimis, ecclesiaste luo, & medi-  
cis collegis meis coniunctissimis (qui  
bona fide rem omnem mihi expolu-  
erunt, tum enim aberam) quicquid id  
esset negotijs, solertiissime inquiri uo-  
luit Princeps noster illustriissimus, qui  
buluis imposturis non tam faciles, ob  
non uulgares ingenij dotes, offerens  
aures. Quantum itaq; ex egrotæ & a-  
liorum relatu coniçere illi poterant,  
epileptica putabatur. At monachum  
comitari, quod ob ecclesiastici uiri pre-  
sentiam, minus à dæmonio impetere-  
tur, dicebat: tādemq; eō adacta est, ut  
illū in eodem secum decumbere no-

Puella Vuer-  
lenfis epilepti-  
ca, putatur  
dæmoniaca.

stu lecto fateretur, non autem à suis e-  
xuijs prorsus nudatum, sed qui indu-  
so adhuc testus esset. Quum uero ho-  
ra quadam matutina ē somno excita,  
patruum, atq; alterum custodem ue-  
stitos in lecto secum conqueuisse ob-  
seruaret (fortassis uespere præceden-  
ti potu adeō cōsopita, ut minorem ho-  
rum concubitorum habuerit rationē)  
se aliās eos pedibus ē lecto expulsura  
minitabatur, si redirent: at nullam pa-  
tiebatur repulsa monachus. Rogata  
etiam, quomodo aliae monachi lupæ  
aut concubinæ (quas duas illum Vu-  
læ reliquisse non negabat) ipsius pere-  
grinationem ferrent? Ægerrimè, re-  
spondit. Monacho quoque istanti, se  
tribus uerbis horibile in ea posse spe-  
ciaculū excitare, quū à collegis meis  
permitteretur, ut quicquid ad hanc  
rem ualeret, ostendere non grauare-  
tur, nihil omnino potuit.

Maubusæ in Hannoniæ finibus hu-  
ijsmodi contigit facinus, mihi narra-  
tum à viro cui fidere quis possit, & qui  
modò mihi affinitate iunctus est, do-  
ctus & pius, totiusque actus spectator.  
Nam tum fortè diuersabatur apud ur-  
bis illius præpositum, suum consan-  
guineum, quem salutandi gratia con-  
uenerat. ibi subsistens præ foribus, ui-  
dit undiq; populum confluere, & ue-  
lut agmine facto ad templum concur-  
rere, rogabat quid rei esset? Tum illi  
quidam, Obsessum à dæmons quen-  
dam aiebat ibi exorcisari: quod ut ui-  
deret, accessit. Ingressus templū, uidit  
sacrificum quendam peragentem sa-  
crum, & dæmoniacum altari proxi-  
mum, qui aspectu horridulo & turbato  
sedebat tacitus. hunc sacrificus ille  
per suā uitias undiq; regiones circū-  
duxerat, subinde exorcismis tentans  
dæmonium ejicere. is dum pronun-  
ciatur Euangelium, se in illud latus  
ubi erat dæmoniacus, cōculisset, & ad

*Obsessionis  
diabolica cō-  
mentū pun-  
tum.*

*Marii 16.* 483 Euangelij locū peruenisset, Dæmonia  
eijcīent, linguis loquentur nouis: tum  
dæmoniacus, quasi horū sermonū im-  
patiēs, sese cōcutere, agitare, & altū  
clamare incēpit. perlepto Euangēlio  
subtūcuit, donec finita missa, sacrificus  
illū suis aggredēretur exorcismis, qui  
quidem & ridiculi fuerūt, & stolidi ac  
inepti. Subinde inculcabat illud, Ma-  
ledicēt diabole, dic maledicēt diabo-  
le. At dæmoniacus ad pauca responde-  
bat. Tandem exorcista: Dic, inquit, ma-  
ledicēt diabole, quid nam est omniū  
tibi inimicissimū, maximeq; contra-  
rium? Subtūcuit aliquādiū, ac tergiuer  
sabatur dæmoniacus, exorcista uero  
acriter urgebat atq; instabat: tandem  
dæmoniacus ueluti uictus, clamabat,  
Aqua lustralis. Tum ea aqua crateram  
argenteam impleuit exorcista, ac ori-  
gēnati ad motam coēgitillum ex-  
haurire: qui torquere se, & sic grūnire  
planē cœpit, ut porci solent, dum cul-  
trū iugulo infigit lanio: ac paulo pōst  
totus intumuit, gutture potissimum,  
ita ut supra naturā id contingere qui-  
uis dixisset. Hinc exorcista ueluti pre-  
sentissimum alexiterium ad expelle-  
dum dæmonem, illius gutturi appli-  
cuit D. Gundulæ reliquias, theca ar-  
gentea reconditas. Tum ille agitare  
se, & intorquere, siueque clamare cœ-  
pit, ut Sc̄entora illum dixisset uincere,  
uel quantum Gradius Homerus: ut  
inquit ille. Deinde quasi uictus, ad in-  
terrogata respondebat omnia: uerū  
quæ sc̄iscitabatur exorcista, talia erāt,  
ut uel ad aliquorum cōtumeliam, uel  
uindictam producta uiderentur: cer-  
tē stolida erant, indigna, minimeq; ne-  
ferenda. Altero die denuō subiectus  
est exorcismis dæmoniacus: sed ut ac-  
cessit hic meus affinis, illico destitit  
exorcista. Audierat (ni fallor) hunc  
cum præfecto, & nescio quo alio pri-  
uileiū sene habuisse sermonem de hoc

dæmoniaco: & in hanc incidisse illos  
suspicionem, ut omnia ista siētē agi &  
fraudulēter crederent. Vnde huic ob-  
uiam ueniens ait, idq; Latinē, quo ui-  
delicet perspecta eset illius eruditio,  
& Latini sermonis lepor: ait inquam,  
Ipse est extra: hominem à dēmone li-  
beratum innuens. Postridie urbem re-  
liquit. Non ita multo pōst detecta re-  
palam fuisse imposturas patuit: qua-  
re tandem uterq; meritas ob tantum  
flagitium dedit peccas.

EVSDEM ARGUMENTI ELE-  
gans historia. Cap. XXVIII.

**A** Liud diabolice obſeſſionis & *Historia fra-*  
*niusfigmen-*  
*tū ſeſſionis*  
*in ſeſſione da-*  
*moniada*  
Parhisijs edito, inscriptoq; Narratio-  
nes mundi fortitæ, narratione 32. In  
pago cuidam arci proximo inter Del-  
phinatus & Sabaudiæ montes, qui à  
rudiori plebe incolitur, sacrificus ma-  
gis bigis agendis quām parochiæ ad-  
ministrandæ aptus, in pastorem eligi-  
tur, quād lectionis sciētia tantummo-  
dò reliquos præcellere rusticos uide-  
retur. Et quum ex recepto more nihil  
ferè in pagis illis citra pastoris cogni-  
tionem perficiatur, hic pedetentim a-  
pud omnes illius pagi ſeſſinas factus  
est compater: quibus quum ea occa-  
ſione ueteretur familiariter, una tamē  
Lisetta nomine, à curatore magis ha-  
bebatur in delicis. Huius maritus, qui  
in bello Gallico uictum fodiēdo alijs  
quæritasſet, & iam ad eadē decre-  
uillet redire operas, cœpit nonnihil  
angi ob nimiam parochi cum uxore  
familiaritatē, eiique omnium ſacrifi-  
corum conſuētudine interdixit. Mō-  
rere itaq; offusus pastor bonus, aliud  
captat ex tempore conſilium: mituitq;  
ſecreto anum maleficam, cū ſua com-  
matre, quam uocant, cōſulturam, qui-  
bus modis ad consueram amoris ue-  
litationem reuerii tutò poſſent. In e-  
iuſma-

iusmodi comedie actu exercitata apprimè uetula, Lisetta aures ho blando demulcerat affatu: Mea filia, te anima admodum esse anxiam competio: eisdemque doloribus conficitur tuus compater, propterea quod legitimū suum amorem prepediti uiudeat. compatiō & ego quidem, quod iuuencula candem olim sim experta aleam, & duram perpessa sortem: nihilominus rebus afflictis remedium inuentu facile, si prudentiam quis prouide adhī beat. Auderēsue fingere te à dæmonio obfessam? Helas mea mater, responderet iuuencula, personam hanc nō inscīte indurem, si ea ratione profici posse, spes affulgeret: quandoquidem in mentem reddit, uicinam nostram, me puer, simili uulnere fauciā, quotiescumque cum alijs puelis illi obuiam eram, bellè & artificiose cruciamētum hoc simulasse. A' fortilega hac deinde accuratius instrūcta Lisetta, ante templum audita missa intorquere oculos, contrahere manus, spuma defēdere os, & lupi ciuitatum edere incipit. Accurrens mox uul gus stolidū, præcipiti & nouo hoc malo attonitum, eam à dæmonio agitari cœsunt. Miser maritus nō ita procul obzelotipiā sedulō eam obseruās, haud leuiter turbatus, illam domum reducit, ubi consolatū uicini confluant. Sic ille ob grauem torturam, qua oppres sam inopinatō arbitrabatur cōiugem, suspicionis non immeritō conceptae oblitus, rectā ad parochi ædes, uelut mēis impos, properat oratum, ut suis exorcismis tam maliciosum ex uxore spiritum exturbare dignaretur. Domi nus Mauricius quāta poterat dexteritate lese continens, mihi exclamat, lugeretq; insperatum huius ægræ infortium, inquietus: Ha ha ha, mi compater, morositas in uxorem nī mia, & su spicio ob causam nō facis iustam, pro-

bum maritum certè decet minimè: si quidem eo nomine in sensu communis errorem quandoq; etiam dilabuntur matronæ in culpatissimæ. Inde arrepta stola atq; organis coniurationi idoneis, egrotam liberè adit, atq; post suffragia infinita occulto murmure deblaterata, interrogat spiritum, quisnam esset? Lisetta probè instituta à uesta, uoce rauca submissaq; respōdet: Ego patris huius iuuencula spiritus sum, uthanc pœnitentiā decem annis ex uno corpore in aliud transgressus, agere n, condemnatus. Maritus præsens ubi intellexit sacerdi esse spiritū, non sine lachrymis in has euestigia erumpit preces: Mi pater, per Deum te ore, ut ex eas, nec amplius torqueas misellam filiam. Respondet spiritus: Hinc equidem egrediar, sed in te com mutato hospitio rursus commigrabo, ubi designatū pœnitentiæ tempus absoluam. Sabaudus hic horribili ea sententia territus, usqueadē exhorruit, ut incunctanter stola parochi arrepta cinxerit collum, exclamans: Mi compater, mi amice, aliquémne modū nosti, quo grauis illa sententia mutari queat, per preces, ieunia, eleemosynas, uel alia pietatis officia? Tum Lisetta uidens ex uoto succedere institutum & fucum, uoce ait ficticia: Amice pauperior es, quām ut qualia conuenient euitandæ huic pœnitentiæ bona conferre ualeas: sed horū loco quadriginta inuisere templa, & in quolibet orationes fundere attentas oportet, quibus apud Deum offendarum remissionem impetras: alio qui ordinationē cœlestē euasurus neutiquā. Hæc pœnitentia marito ea ratione imperabatur à Lisetta, ut propter templorum distantia in ea peregrinatione, temporis satis furori spiritus extinguedo do natetur. Ut autem uoti compos minus impedite redderetur, spiritus uoce fi-

etacia sermonem prosequitur, cum homine expostulans, quod iniqua suspitione suū aggrauarit compatrem, virū scilicet sanctum, cuius preces quoque Deo apprimē forent gratiae: eo nomine uxor curam huic compatri esse commendandam, interea dum religio-  
nis ergo peregrē illum agere oportet, studiose hortatus est. Misericordia Iohannes, à purgatorijs pœnis se facile ab-  
solutum ratus, in genua ante parochū prouoluit, ut ignoscat obsecrās. Re-  
missione haud grauatim exorata, ne deterius quid illi cōtingeret, religio-  
sam illic exequitur peregrinationē. Interim cōmisla sibi Lisettæ qua potuit uigilantia fidelem nocte dieque  
præstítit operam D. Mauritius, ut pro-  
fligato hoc spiritu, alter eius loco suc-  
cesserit, cuius paulatim in uiui infan-  
tis imaginem adolescentis, patrem se  
esse post absolutum pœnitentiae tem-  
pus, credebat maritus uerè cucus.

Ridicula hæc capita finiam exper-  
mēto hic non inidoneo, insulso tamē,  
epileptici, lunatici & dæmoniaci, ex  
Ioâne Anglico desumpto: Dicatur in  
aure hominis affecti: Recede dæmon,  
uel exi, quis Effimolei tibi præcipiunt.  
Si sit dæmoniacus, redditur mox simi-  
lis mortuo ad horam ferè: eumq; ubi  
surrexerit, de quacunq; re interrogau-  
eris, tibi respondebit. Sin uero, hoc  
auditio nomine, non ceciderit, ipsum  
epilepticum esse scito. In multis eten-  
im non dissimiles sunt epilepticus,  
lunaticus & dæmoniacus.

DE IIS QVI VENEFI-  
Cium patientur. Cap. XXIX.

*Veneficio in-  
fectis.*

Cæterū si qui ueneno oblato, 40  
uel illito, uel eius uapore attrac-  
to, à ueneficis infecti sunt, judici-  
cium esto penes medicos: qui hic in-  
ter uenena (quorum uis cæca & deli-  
tescens uario symptomatum cruciatu-  
fatigat) & inter morbos ex illis natos

(quæ non tantum manifestis qualita-  
tibus, sed totius etiam substantiæ dis-  
silio, uitæ nostræ primordia demoli-  
ri constat) atque inter morbos alios  
uulgares, raros, occultos, naturales ta-  
men, secundum peculiares quorum-  
cunque notas, discerint. Siquidem  
uenenati, pro pharmaci hausti uel ap-  
plicati qualitatibus apertis, uel occul-  
ta toto substantiæ proprietate, multifi-  
cariam afficiuntur: ut stomachi, alui,  
intestinorum, iecoris, renum & uiscer-  
e cruciatibus grauiter exerceantur, ut sin-  
gultant, erodantur, cōtremiscant, re-  
frigerentur, obmutescant, conuellantur,  
pulsus diffcilis fiat, ueterus pre-  
mat, uertigo obuersetur, caligent sen-  
sus, sanguis eiumpat: ut item strangu-  
lentur, liti aut febre conficitur, ægre  
lotum reddant, tormentibus uexen-  
tur, nausea premantur, crebro uomiat,  
frequens animi deliquium ex nimia  
cordis angustia sentiat, dysenteria flac-  
escant, rubescant, tabe putreant, liuo-  
re suggestur, pallescant, desipiant,  
stertant, uiribus deficiant: imò ex ta-  
rantulæ morbu alijs perpetuò rident, a-  
lij plorat, alijs clamitant, alijs dormiunt,  
alijs uigilijs afficiuntur, plerosq; uomiti-  
ones torquent, nonnulli saltant, sunt  
qui sudant, alijs tremebundi fiunt, qui-  
dam pauoribus infestantur: alijs alia  
patiuntur incommoda, & phreneticis,  
lymphaticis ac maniacis assimilatur:  
& mirum, quod auditus continuò mu-  
sificis instrumentis tripudiantes, donec  
ueneni uis insensibiliter p cutis mea-  
tus & per sudorem discutiatur, libe-  
rentur.

Venena autem, eorumq; tam gene-  
ralia quam priuata indicia, præter re-  
liquos, non minus diligenter & exa-  
cte, quam etiam docte, descriptis Dio-  
scorides: nec segnem in eo opere ex-  
plicando exornandoq; præstítit ope-  
ram, solertiſſimus simplicium inuesti-  
gator

*Dioscor. li. 6.  
in Prognostice.*

*Tarantula  
morbus lympho-  
ptomatous or  
curatio.*

*L. 6. de Ma-  
teria med.*

*Venena intrōffumpta.* gator Matthiolus. Inter ea uero, quæ intrō assumuntur, multo præsentius ac atrocis, quam quæ foris adhibentur, offendunt. Nam quæcunque contactu lædunt, hebetiora, minusq; efficacia sunt: neque in solo spiritu uel in aere, uerū in humore quodam promouēte, uires sortiuntur. Porro quod halitus ferit uenenum, omnium præsentissimum & efficacissimum est, nec humoris nec crassioris materia tanquam uehiculi indignum, ut in nos aget commigretq;. Enim uero tenuissimum quū sit, spiritu attractum, ocyfissimè per pulmones in cor, uiscus uitæ primariū, & in arterias propagatur, in uniuersum deniq; corpus prorepens: primumq; spiritus, deinde humores, postremò ipsam partium substantiam initiat. Morbi, teste Hippocrate, qui à corpore membrorū ualidissimo proficiscuntur, grauissimi sunt: atque si, ubi coepерunt, permanerint, necesse est ualidissimo membrorum laborante, totū corpus affici. Interim meminisse oportet, ex putredine lōgius grassata, uel alia abditiō ex caula, virus etiā in nobis prouenire gigni possit. Hac questionem ueteres disputasse, docet Galenus: rationibus que apertissimis collegisse, eosdem affectus fieri & à lethali ueneni haustu, & à corruptione qua à corpore scaturire potest.

Huc perrinēt eorū note, quos *φραγματικά* læfit: ubi scilicet philtrea ad amore ciendū porrigitur, sive haurienda, uel potu. Sic in uita Marci Antonij Plutar chus de eode refert, quod magicis car minib. & amatorijs poculis deuincta mēs, amissa libertate propria, in Cleopatrat uultu hærebat infixa, longè rede undī quam uincendi cupidior.

PECVDES QVANDOQUE VENENIS tolli, sed uipulariū peste. Cap. XXX.

*Pecudum uenadato.* **V**Eneno adhac propinato, uel ita collocato ut halitus lædat, iu-

menta perniciose affligi quandoque, inficiatur nemo: sed ea numerofa, sive pius ad internectionē grauissima pro sterni peste his peculiari, homines nō infestante, item præcipitibus alijs morbis in suo quæque genere, partim hominibus quoque familiaribus, partim plerisq; pecoribus proprijs, subito tolli, ab optimis agricultura & ueterinariae artis uel mulomedicinae scriptoribus tam ueteribus quam recentioribus memoriae proditum est: qui tamē morbi à vulgaris ingenij hominibus, ne alios nominem, maleficia frequenter creduntur.

Sæpumerò id contuemur, & superioribus annis contigisse memini mus, ut solos iugularit boues pestilentia quædam. irrepit etiam, quæ sues, & quæ oues, alia quæ gallinas intermit. Pecudes ferasq; tollentem pulchre describit Virgilius:

*3. Georg.*

Hic quandam morbo celi miseranda coorta est  
Tempeſtas, totoq; autumni incanduit aſtu,  
Et genus omne neci pecudū dedit, omne ſcarū,  
Corruquitq; lacus, inficit pabula tabo.

Discrimen uero paulo ante exprefſerat:

Quoniam multæ pecudū pestes, nec singula morbi  
Corpora corripiunt.—

Anno millesimo quingentesimo quin quagefimosecundo, medicinam faciente in Lucensiū balneis collega meo, narrabat Franciscus de Pergula, eius loci Lucensiū nomine uicarius, ibi circa pagū Menabiam, supra balnea, in fine Maij, morbum quendam inuasisse pecora tam pestilentem, ut statim corrupta, tumescentia conciderent mortua: rusticos uero cum id animaduer tissent, quædam subito affecta, euestigio mactasse: in quibus id erat obſeruatum, ut si horum infectorum ſanguis nudum contingere hominis cor pus, anthraces procrearet, qui (quod mirum uidebatur) nō patefacti, erant

13 inno-

innoxij: aperti aut, & confessim cauterio non notati, latissime serpebant, & aliquibus mortis erant causa. Caro pecorum recens laforum & mactatorum cocta comestaq; nihil inferebat incommodi: atius carnis, lethale potenti deprehensum est.

Therionarca in Cappadocia & Misia nascente, omnes feras torpescere, quib; fuerit admota, nec nisi hiçnæ urinæ aspersu recreari, tradidere ueteres.

*Pestis pecorum* & frugis sterilitas accidit dum & frugum sterilitate, interdum à sepe ob no- diuina uoluntate ob populi flagitia pro- fira percutit, venire, obseruatu necesse est. Sic ob

*Exod. 7.* Pharaonis duriciem pestis grassatur in pecus, ulcera in homines & iumenta, grando item in uniuersa Ægypto. Et Iohelis 1. Dissipata sunt horrea, disiectæ apothecæ, confusum est triticum, ingemuit animal, mugierunt greges armenti, quia non sunt pascua eis, sed & greges pecorum disperierunt. Et Ag- gæi 1. Ponite corda uestra super uias uestræ, dicit Dominus. Seminalis multū, & collegialis parum: comedisti, & non es saturati: bibisti, & nō es inebriati. Et infra: Respergisti ad amplius, & ecce factū est minus: & intulisti in domū, & ego exuffiaui illud. Propter hoc, inquit, super uos prohibiti sunt coeli, ne darent rorem: & terræ prohibitum est, ne daret germen suū: & uocauit siccitatem super terrā, & super montes, triticū, uinum, oleum, &

*Deut. 32.* quæcunq; progignit humus, & super homines, iumenta, & omnem manuū uestratum laborem. Et cap. 1. Percussi uos uento urente, & aurigine, atq; omnina manuum uestrarū opera, & non fuit qui ad me cōuerteretur. Item Leuit. 26. Si non feceritis mandata mea, dabo cœlum uobis desuper ferreū, & terram æncā, & consumetur in casuum labor uester, immittamq; in uos bestiā agri, quæ orbos uos faciet, atq; exter-

minabit pecora uestra, & immunit uos. Si aut in præceptis meis ambulatoriis, dabo uobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germe suum. Porro resipiscientibus uicissim hæc ubertatis sit promissio, Iohelis 2. Zelatus est Dominus terram suam, & percit populo suo, & dicit: Ecce ego mittam uobis frumentum, uinū & oleum, & replebitini in eis: & non dabo uos ultrà opprobrium in gentibus.

Eam uero rerum suarum iacturam impatienter quidam tolerantes, non cum Iobo eam Deo acceptam ferunt: uerum ad diuinos & ariolos, sacrificios, diabolicalū actionum patronos, quasi à Lamia, satana ad miniculō, ad eam deuenerint stragem iumenta, confluunt: qui inde emētis uotis, & quæcunq; possunt fallaci persuasione, hos damno & incredulitate bis miseris homines, in maliciose opinionis semel conceptæ præiudicio obfirmant: adhibita etiam nō solū superstitionis, sed & impia curatione, quam Libro sequenti explicabo: ubi quoq; ostendetur, quod stercore lupi in præsepibus posito, iumentorum maleficium aliquando singitur. At quo modo in animalium uentriculis ex pilis, iustæ quætitatis pile increuerint, paulo an-

Cap. 16.

Gadarenorum porci, satanæ maleficio adacti, in mare præcipites lati peierunt: ut Scriptura docet. Docuisse quoq; senem Hilarionem, tradit Hieronymus, diabolum hominum cauilla etiam iumenta corripere: & tanto eorum ardere odio, ut non solū ipsos, sed & ea quæ ipsorum essent, cuperet interire: atque huius rei propoluisse exemplum, quod antequam beatum

Iobum tentare permitteretur, 1ab. 21. omnem eius substantiam interficerit.

*Matth. 8.  
Mare 5.  
Lucas 5.**In uita Hila-  
rionis crevit  
16.*

**CVRATIO EORVM, QVI LA-**  
**MIARVM MALEFICIO AFFICI, VEL**  
**dæmonis obsidione subigī creduntur.**

Liber v.

*Vbi eadem opera, ob argumenti communionem, curationes à maleficio diabolico non aliena interferuntur: & ligaturarū, characterum, annulorum, periaptorum & effigierum tam in sanando, quam in ladeando, siue claustris aperiendis, siue furibus inuestigandis & similibus, vanitas ostenditur.*

**DE CVRATI ONE PRAE-**  
**seruante ab hoc mali genere.**

Caput 1.

  
**V**RATI<sup>N</sup>IS ratio  
hic partim erit ~~προφαν-~~  
~~ητι~~, exoptatissima me-  
dicationis pars, ut à fa-  
scino & incantationum  
ludibrijs quis præseruetur: partim etiam  
*Curatio ad-  
uerus diabo-  
li conatus pra-  
seruans.*  
*Ephes. 5.*  
*qui ita horratur:* Quod superest, fra-  
tres mei, sis fortes per Dominum,  
perque potentiam roboris illius. In-  
duite totam Dei armaturam, ut aduer- 30  
sus diaboli assultus confistere possi-  
tis. Quoniam non est nobis lucta ad-  
uersus sanguinem & carnem, sed ad-

uersus principatus, aduersus potesta-  
tes, aduersus mundi dominos, resto-  
res tenebrarum seculi huius, aduersus  
spirituales astutas in cœlestibus. Quapropter assumite uniuersam Dei arma-  
turam, ut positis resiliere in die ma-  
lo, & omnibus peractis stare. State igit  
tur lumbis circumcinctis baltheo pe-  
ueritatem, & induti thoracem iusti-  
ciae, & calceati pedibus, ut parati sitis  
ad Euangelium pacis: superomnia  
assumpto scuto fidei, quo possitis om-  
nia iacula mali illius ignita extingue-  
re: galeamq; salutaris accipite, & gla-  
diis ipiritus, qui est uerbum Dei, in om-  
ni depreciatione & obsecratione, orâ-  
tes in omni tempore, in spiritu, & ad  
hoc ipsum uigilantes cum omni sedu-  
litate. Petrus item fideliter admonet:  
Sobrii estote, uigilate, quoniam aduer- 30  
satius uester diabolus tanquam leo ru-  
giens obambulat, quærens quem de-  
nuoret. Cui resistite solidi in fide, scien-  
tes easdem afflictiones, uestre quæ in  
mundo est fraternitati consummari.  
Hic enim agit in incredulis.

Hic & saluberrima Tertulliani ex-  
hortatio suum habebit locum, qui nos  
uelur lobum, fortissimum Dei athle-  
tam, aduersus temptationū insultus pu-  
gnare uoluit: item ferico uestitiū probi-  
tatis, purpura pudicitiae, chlamyde pa-  
tientiae. In animū quoq; induendum

suadet, cuncta quæ dæmon ad nostræ iniquitatis euersione machinatur, in gloriam constantis casura: & eius machinamenta in hunc finem à Deo permissa esse, ut qua constantia perficere aduersa uelimus, experiarur: quemadmodum apud Hieremiam prophetâ quoq; legimus: Dominus exercituū iusti probator est. D. Maximus in lib. de Charitate, dæmones nos infringe- 10 re interficereq; iubet: acq; illud haud dubiè perfici, quando cum præceptorum Dei obseruatione affectus in nobis effrueſcētes uincimus: hoc uero, quum proſus affectibus carentes, illis uniuersam calumniandi occasionem præſcindimus, cum propheta dicentes: Vade homicida, Dominus meū est, bellator fortis: tu cades, & deleberis apud me in eternum. Olympiodo- 20 rus cap. 10. in Ecclesiastica historiæ interpretatione, omnes sensuum aditus occludendos censet, sic ut neque per oculorum illecebras, neq; per aurium pruriginem, neq; per nocentis linguae petulantiam dæmon admittatur: hoc enim signaculum cōtra dæmones abſolutissimi habeatur. Quidam duobus in pugnam progrediēdum armis monent: precatione quidē pura, quæ 30 in cœlum iubuebat affectus: & scientia uera, quæ salutaribus opinionibus communiat intellectum, & suggestat quid sit orādum, ut ardenter oremus non hestitantes. D. Antonius ita suos cōfratres aduersus dæmonum insulfus munit: Magna, inquiens, dilectissimi aduersus dæmones arma sunt, uita sincera, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto, pertimescit sa- 40 tanas recte uiuentium uigilias, orationes, ieunia, mansuetudinem, uoluntariam paupertatem, uanæ gloriæ contemptum, humilitatē, misericordiam, iræ dominatum, & præcipue purum erga Christum amorem. Nouis teter-

rimus Coluber ex præcepto Domini, sub iustorū se iacere ueligijs, qui ait: Ecce dedi uobis potestate calcare super serpentes & scorpiones, & super omnem uitutem inimici. Hic porrò præclaræ longaque oratione contra quascunq; dæmonum præstigias uexationesq; suos instruit.

Reste Hermes Trismegistus tradit, *Laclant. de Orig. err. L. cap. 10.*  
unam & solam custodiam hominum à dæmoniū astu, esse pietatem. Pium enim hominem nec dæmon malus, nec fatum tenet. Et quemadmodum uera fides mirabilia aduersus diabolum eiusq; potentiam in creditibus operatur: sic & falsa credulitas, Deo permittente, euentus cooperante dia-  
bole inauspicatos interdum gignit, uel potius demeretur. Cum Dauide *Psal. 117.*  
ergo confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

Omnium itaq; primum tanquā rei caput desideratur, ut in uera doctrina & genuino Dei cultu instituti, nos totos resignemus, tradamusq; iphius uoluntati, fide uiua & spe indubitate, nos illi curæ esse, sub iphius patrocinio & tutela securos degere, ipsius primū gratia progenitos esse, singulariq; nos *Esaia 9:10am. 3:1Pet. 1:1* consestante misericordia feruari, uerè consolos, Christū in hoc nobis natum, & filium nobis datum, qui peccata nostra super humeros suos in ligno per-  
tulit: & per potētiam Patris, à more suscitatus, mortem uicit, & satanæ imperium demolitus est, ut hic iam inde irrito conatu suas nobis machinetur insidias, si sepulti unā cū Christo per *Rom. 6:1Pet. 2:22* baptismū in mortem, & peccatis mor-  
tui, in nouitate uitæ ambulemus, iusti-  
cijq; uiuamus. Si etenim Christo in-  
ſtitu, in illū atq; Patrem eius credimus, illius mandata obseruamus, ueligijs insitimus, abnegato dænone, omni-  
busq; eius consilijs, uniuersa denique impie-

*Galat. 5.1.* impietate, opera spiritus sestantes, fru  
etusq; fidei edentes, in charitate non  
facta erga Deum & proximū, in man-  
suetudine, benignitate, lenitate, tem-  
perantia, cōtinencia, castitate, sensuum  
cohibitione, constanti cuiuscunq; ad-  
uersitatis, iacturæ & iniuria toleran-  
tia, uitæ demum innocentia, puris ma-  
nibus extensis orationi assidua inten-  
ti, peccati inquinamentum ut ueni-  
pernicissimi perditissimiq; halitum,  
intercōectionis periculo repete nos ob-  
ijcientem, declinantes: maleficorum  
profetā minas haud diffūculter caue-  
bimus, uel negligemus, uel tolerabi-  
*Team.* mus. Si uero quis peccauerit, inquit Io-  
annes, aduocatum habemus apud Pa-  
trem, & SVM C H R I S T U M iustum.  
Et ipse est propitiatio pro peccatis no-  
stris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mudi. Et per hoc  
scimus, quoniam cognouimus eum, si  
iussa illius obseruamus. Qui dicit, No-  
ui eum: & præcepta eius non seruat,  
mendax est, & ueritas in eo non est.  
Qui uero seruat sermonem eius, uerè  
in hoc charitas Dei perfecta est. Per  
hoc scimus, quod in ipso simus. Qui  
dicit se in eo manere, debet sicut ille  
ambulauit, & ipse ambulare. Qui com-  
mittit peccatum, ex diabolo est: quo-  
niā ab initio diabolus peccat. Ad hoc  
apparuit filius Dei, ut dissoluat opera  
diaboli. In hoc manifestati sunt filii  
Dei, & filii diaboli. Omnis qui non fa-  
cit iusticiam, nō est ex Deo: & qui nō  
diligit fratrem suum. Hinc Paulus, in  
Christo *i s v* neq; circumcisōnem, neq;  
præputium valere assert: sed si-  
dem, quæ per dilectionem operatur: *40*  
*Galat. 5.6.* cuius fidei loco nouam creaturam, se-  
quenti capite ad Galatas, locat: & ob-  
seruationem mādatorum Dei, ad Co-  
rinthios, supponit.

Vnde satis liquet, de qua hic fide lo-  
quar: quam amplecti, cuique firmiter

insistere oportet. Non simplicem for-  
mulæ fidei p̄scriptæ enarrationem  
propono, quam & facile pronūciaret  
diabolus: non etiam ore iactatam ab  
ijs quorū cor à Christo procul est, quæ  
consopita, mortua, sterilisq; delitescit,  
nusquam se prodens, uelut infēc-  
da arbor excindenda, igniq; mandan-  
da: sed hanc urgeo, quæ totum inno-  
uath hominem, uirtute uiua se in Chri-  
sti membris exerens, fructiflans, effi-  
cax potentia Dei ad salutem habenti,  
sacra saluationis nostræ ancora, prora  
& puppis, petra contra quam cunq; sa-  
tanæ tempestatem impetumq; immo-  
bilis: in qua quicquid superstruitur,  
in uiuolatu perdurat, imò aduersus hāc  
ne quidem infeti portæ præalent.

*Math. 1.*  
*Vera fidet.*

*20* Augustini hic audiatur consiliū: De *De Cīvitat.*  
ista tota dæmonum ludificatione, ait, *Dei lib. 8.*  
nos quid dicamus, qui hæc legent, for-  
tassis expectant: quid Christiani age-  
re debeant, quando inter idola gen-  
tium miracula fieri afferuntur. Et quid  
dicemus, nisi de medio Babylonis es-  
se fugiendum? Quod p̄ceptum Pro-  
pheticum ita spiritualiter intelligitur,  
ut de huius seculi ciuitate, quæ profe-  
cto & angelorum & hominum socie-  
tas impiorum est, fidei passibus, quæ  
per dilectionem operatur, in Deum ui-  
uum proficiendo fugiamus. Quanto  
quippe in hæcima potestatem dæmo-  
num maiorem uidemus, tanto tena-  
cious mediatori est inhærendum, per  
quem de imis ad summa descendimus. Item de utilitate credēdi *cap. 22.*  
Vera pietate homines Dei, æream po-  
testatem inimicam contrariamq; pie-  
tati exorcizando ejiciunt, non placan-  
do: omnes tentationes aduersitatesq;  
eius uincunt orando, non ipsam, sed  
suum Deum aduersus ipsam. Non e-  
nim aliquem uincit aut subiugat, nisi  
societate peccati. In eius ergo nomi-  
ne uincitur, qui hominem affumpfit,

499 egitq; sine peccato, ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorū: id est, per mediatorē Dei & hominū, hominē Christum Iesum, per quē facta peccatorū purgatione reconciliamur Dōo. Cyprianus ad Fortunatū, de exhortatione martyrii: Aduersarij, inquit, uetus est, & hostis antiquus, cum quo prælīum gerimus. Sex milia annorum plenē complētur, ex quo 10 hominē diabolus impugnat. Omnia iam genera tentandi, & artes arg; infidias deiiciendi usu ipso ueruſtatis edidicit. Si imparatum Christi militem inueniterit, si rudem, si non sollicitum actoto corde uigilatē, circumuenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. Si quis uero Dominica p̄cepta custodiens, & fortiter Christo adhærens, contra eum stererit, uincatur necesse est: quia Christus, quem

*Lib. 1. cap. 1.  
Apocalyp.* confitetur, inuictus est. Docet & Anſbertus piè admodū, quomodo sit aduersus diabolum pugnādū: Si queſrimus quæ sunt arma Ecclesiæ, quod prælīum contra bestiam, inuenimus fidem & innocentia. Gladio enim bis acuto, id est, duobus testamentis, & duobus charitatis præceptis, contra lupos agni uituntur: dum q; falsa audiūt, 30 uera p̄dant; dum tormenta excipiunt, fidem proferunt. hinc proinde uictores existunt, etiam cum moriuntur. Item Bernhardus: Vis non terribilis à tam terribile monstro, uis securus habitat. *Sermon. de S. poli morte ambulare super aspidem istam?* Cae ne interim post eam ambules, caue ne imiteris, & nō erit quod pauas in futuro.

Huic fundamento firmiter insitentes, tantum abest ut uilla unquā ratione, satanæ artibus siue astutis à uera in Deum uiuentem fiducia dimoueri possint, ut etiā uarijs ac multiplicib; illius conatibus & insultibus impetiti, exercitati, ac uelut aurum in fornace

examinati, indies scipis sanctiores iustioresq; euadant. Quare dæmonibus imbecillitatē in eos, quos diuina non destituisset gratia, exprobare solet D. Antonius, in assiduis suis aduersus illos luctis: & eos expauescere uerè credentes, aſſerit Petrus apud Clemētem, item iuſtiſſimo Dei iudicio, in huic modi cogitationum uanitate languentibus, labores & afflictiones pro remedio conferri, idem Clemens tradit, poſtea ſubijcens: Dæmonem, niſi quis uoluntatibus eius ſe ſpōte ſubdiderit, potesta ē aduersus hominem non habere, ut uincat ſcīlicet. Vitæ igitur emendatione, & attenta aſſiduaq; oratione ad Christum cōfugiendum est, exēplo Chananeæ mulieris. Hæc, Chrysostomo authore, non iuit ad diuinos, non quæſuit ligaturas, non defectionis reas mulieres: ſed omnia reliquit tentamenta diabolica, & uenit ad Iesum. Si enim uolumus Deum ſentientiam mutare ſuam, noſtrā in meliore mutemus uitam. Rite hīch oratur Iesu Sirach: Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua: preceate ante faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniuſticia tua, & nimis odiō excretionem, & cognosce iuſticias & iudicia Dei, & ita in ſorte propositionis & orationis altissimi Dei. Non demoraris in errore impiorum. Nec minus piè quam prudenter, in tribulatione inimicorum consulit Iosaphat rex Iuda: Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc locum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te Deus. Hic ſuum habeat locum Psalmus Davidis 90.

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei celi cōmorabitur. Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugij meū, Deus meus, ſperabo in eum.

Quo-

Dæmones ex paueſcent ut rī credentes.  
Li. 4. Recog.

*Math. 15.*

*Cap. 17.*

*Paralip.*

Quoniam ipse me liberabit de la-  
queo uenantium, & à uerbo aspero.

Scapus suis obumbrabit tibi, &  
sub pennis eius sperabis.

Scuto circundabit te ueritas eius,  
non timetis à timore nocturno,

A sagitta uolante in die, à negocio  
perambulante in tenebris, ab incursu  
& dæmonio meridiano, &c.

Saluberrimum insuper aduersus de-  
monum machinamenta consilium, in  
cōscripta hac præterulationis lege, sub-  
iungam ex Chrysostomo his uerbis:  
*Hoc nostra salus est, hæ spirituales di-  
uitiae, hæc securitas, si sic nos ipsos quo-  
tidie munimus, & per lectionem &  
per auditum & per spirituale uerbum.*

Poterimus enim sic etiam ipsi iniusti  
fieri, & maligni dæmonis tecchanas e-  
ludere, cœlestia que regna assequi, gra-  
tia & misericordia Domini nostri Iesu  
Christi. Item: *Sicut sine calceamé-  
tis uel uestimentis uestrum nemo in  
forum descendere uellet, ita sine Dei  
uerbo nunquam in forum prodeas.*  
sed quum es ianua uestibula trans-  
gressurus, hoc prius loquere uerbum:  
Abrenunciō tibi satana, & coniungor  
tibi Christe. Ne unquam absque hac  
uoce ex eas; hæc erit tibi baculus, hæc  
armatura, hæc turris inexpugnabilis.  
Cum hoc uerbo & crucem in fronte  
imprime: sic enim non tantum homo  
obuius, uerum nec ipse diabolus te  
quicquam lædere poterit, cùm his te  
cernens armis ubique apparentem. Et  
hæc te ipsum iam hinc doce, ut cùm si-  
gnum ceperis, sis miles paratus, & co-  
tra diabolum trophæum erigens, iu-  
sticiæ coronam capias, quam nos asse-  
qui contingat gratia & benignitate  
Domini nostri Iesu Christi, per  
quem & cum quo Patri gloria, simul  
& sancto Spiritui potestas & ho-  
nor, nunc & semper, & in  
secula seculorum.

502  
QVOMODO AB ECCLESIA-  
rum pastoribus in maleficio curando sedu-  
catur populus. Cap. II.

**A**D huius fundamenti achi perdere  
diculum, si recto filo superstrue-  
rent ecclesiariū pastores, obstru-  
eris quibuscumq; adulterine doctrinæ  
impieratisque fenebris, saluberrima  
præcautione subditis prospectum cō-  
sultumq; foret contra dæmonis artes,  
præstigia & ludibria: quibus non us-  
que adeò temere illaquearetur incau-  
ti, quemadmodum quotidiē cum ani-  
matum iactura usuuenire cernimus,  
non modò pastorum (quorum inter-  
erat, munusq; postulabat præcauere) Quidam pa-  
stor ecclæsa  
rum magi.  
negligentia led eorum instinctu, con-  
silio, peruersa doctrina, fallaciq; ope-  
ratione, qua imperitum uulgus in re-  
bus afflictis, morbis subitis, longis, co-  
guitis, incognitis, ex causa naturali  
uel præter naturam, mox ad inquisi-  
tionem illicitæ opis illectant. Imò  
eam sè penumero ijdem promissa cer-  
ta salute ostentare, uenalemq; profili-  
tuere non erubescunt: homines pla-  
nè inepti, rudes & indocti, sacræ medi-  
cinae (quam ne à limine quidem salu-  
tarunt) cognitionem nefandè menti-  
entes (de ijs saltem hic loquor, non de  
uiris bonis, pietatisq; nomine specta-  
tis) ut uel hac suspensa hedera, ueluti  
specioso pallio actiones suas regant  
fraudulentas: potissimum quum pro-  
fessione sint uiri scilicet ecclesiastici,  
sacerdotes uel monachi, de quibus, ut  
gregis exemplaribus doctoribusq; in  
unistram tantummodo impegitte su-  
spicionem nefas ducitur.

Sed fortassis hæc artis quasi per ma-  
nus traditæ prærogatiuā, iure sibi uen-  
dicat hæreditatio hi magi: quod d' Agy-  
piotorum sacerdotes (à quibus Pytha-  
goras, Empedocles, Democritus &  
Plato magiam didicerunt) quo quisq; Galen. lib. 1.  
remedio sanitati restitutus esset, id si de Cyp. med.

*fec. gen. &c. li.* mul cōscriptum, Memphis in Hephe-  
*6. Epidem.* stio, Vulcani & Isidis sacrario, depone-  
*Hered. lib.* bant: quemadmodū & Græcorum sa-  
 cerdotes magiæ antistites, suas obser-  
 vationes in adytis templorū Apollinis  
 & Aesculapij in Pergamo etiam repon-  
 das custo diebant, quas uelut Aescula-  
 pij oraculo edocti sacerdotes, & grotis  
 communicabant, à quibus summa cū  
 fiducia eæ acceptari solent. Sancta ex-  
 trat in horū impudentiam, eximij Hip-  
 pocratis, quanquam religione ethnici,  
 sententia: qua non argutè tantūm,  
 sed & piè hos redarguit, & impietatis  
 insimulat: Qui, inquiens, lustrationi-  
 bus & magicis incantamentis morbo-  
 rum affectiones depellere se iactat, hi  
 uictus indigi, uerba eorum ad dæmo-  
 nium referit, ut quidam se amplius  
 scire uulgo ostentent, & homines de-  
 cipient. Expiant enim morbo corre-  
 ptos, sanguine & sceleribus inquinatos,  
 iniustos & intoxicatos, ac expia-  
 menta alia sub terram defodiunt, alia  
 in mare projiciunt: alia ad mōtes deser-  
 tos, ne quis ea contredicet, asportat. At  
 Deus, ait, q maxima & sceleratissima  
 peccata purgat, nostra est liberatio.

*Pontifices Ro-*  
*mani plenig.* Nec sō impudētæ illos arbitror di-  
 lapsuros in liberioris incantationum  
 ulus defensionem, ut mihi obtrudere  
 audeat, plerosq; Romanos pontifices  
 magiam in famam edoctos, eam quæ-  
 stuosè uoluptuarieq; exercuisse: cu-  
 iusmodi erat Sylvestris secundus, qui  
 (testa Platina & Nauclero) eo artificio  
 pontificatum adeptus est: quemad-  
 modum & anno 1032, Benedictus no-  
 nus, ante Theophylactus dictus, po-  
 stea ob maleficia Maledictus nuncupatus:  
 item Ioannes uicesimus, & Io-  
 annes uicesimus primus (authore Ben-  
 none cardinale) qui Laurentio, Ioan-  
 ne Gratiano & Hildebrādo, cardina-  
 ibus, incantatorum conscijs, ut &  
 Malfitano & Gerardo Brazuto fami-

liariter usi traduntur. Nam à Sylvestre  
 secundo ad Gregorium septimū, ma-  
 gum eximium (qui, ut Benno refert,  
 quando uolebat, manicas discutiebat  
 suas, unde ignis in scintillarum modū  
 dissiliit, ijs miraculis uelut sanctitatis  
 signo simplicium oculos ludificans)  
 omnes pontifices fuisse incantatores,  
 scribitur eorum Vitis: ubi eius fari-  
 næ exempla execrabilia, quibus mu-  
 lieres in amorem pellicerent, dæmo-  
 num sacrificijs in sylvis & montibus  
 dediti, leguntur: quæ silentio sepelire  
 malui, ne hominū in eo dignitatis fa-  
 stigio collocatorum flagitia ueneficiæ  
 que commemorasse, in reprehensi-  
 onem rapiatur. Liceret etiam pauci tales  
 fortassis exitere, quemadmodum &  
 inter episcopos Albertus Bremensis,  
<sup>20</sup> Guilelmus Roschildensis, Vulstauus  
 Vigorniensis: maiorem tamen nume-  
 rum à malis artibus fuisse liberū, nulli  
 in dubium uenit. Non est itaq; quod  
 hoc pallio se tegant, aut aliud præte-  
 xant hi nostri recētores malefici. Hoc  
 tamen deplorandum, quod nusquam  
 ullum genus hominū compierit tam  
 iniquū impunitumq; atq; horum ple-  
 roq; qui ubi in aliqua calamitate cor-  
 poris uel animæ, rebus perditis, uel  
 qua cunque alia aduersitate, in confi-  
 lium à simplicioribus uocantur, neutri-  
 quam eos admonent, hæc à Deo uel  
 immitti, uel permitti, ut tanquam in i-  
 gne probetur: & propterea ad Deum  
 unicum afflictorum patronum confu-  
 giendum, ac diuina & à Deo in nostrū  
 usum iusto ordine instituta auxilia ri-  
 tè inquirenda: uerū impietatis in-  
<sup>3. fol. 44</sup> credulitatisq; uiam sternunt, ore im-  
 pudentissimo ac mēdaciissimo ad ma-  
 leficium uel incantationem uicinæ a-  
 licuius matronæ quicquid id est mali  
 referentes, fierasque quicdam notas,  
 quibus malignitrix dignoscatur, in-  
 suuantes, nā sacrilegi perditionis au-  
 tho-

505  
thores. Odij certè plusquam Vatiniani seminarium hoc, frequenter inter proximos quosq; uti pestilentissimū, ita & durantissimū, ut non modò integræ viciniæ admodum antea pacatae, hacarte grauibus conturbetur disfidijs, cædibusque diuexentur, sed & pagorum atq; urbium auita societate unitarum compages disiumpantur, ac iniusta familij calumniarum stigmata in longam propagentur posteritatem. Eius sectæ noui sacrificum, qui (designatum numerum exprimere proponendum pudet) trecentas sagas in oppido minus ampio aut populo so, ubi iam dego, quod forte ingrediebatur ille, alias ipsi incognitum, commorari, mendaciter fingere non erubuit.

Quemadmodum ea ratione satanæ regnum accrescit confirmaturque: 20 ita Christo summa fit contumelia iniuriaq;, ac eius Ecclesiæ immedicabilia infliguntur vulnera ab illis, quorū studio ex professo sanari eam fauciā lūxatamq; magis decuit. De eius familia hominibus manifestò Paulus, ueluti dixi commonistrans, suo uaticinatur Timotheo in hæc uerba: Spiritus certò loquitur, quod in posterioribus temporibus descendēt quidam à 30 fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorum, caute-  
rio noratam habentium cōscientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentiū abstinerē à cibis, quos Deus creavit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, &c. Refutissime 40 igitur à Basilio scribitur: Qui incatatorem audit, illum q; obseruat, qua- cunque pressus est necessitate, ramet- si uerbo dicat in Deum se fidere, re tamen ipsa ex fortibus vanisque rebus auxilium sibi asciscit. nam iusto uerū auxilium Deus est. Augustinus: Qui sine Salvatore salutem uulnhabere, &

506  
sine uera sapientia estimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed æger: non prudens, sed stultus, in ægritudine laborabit, & in cæcitate noxia stultus & demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à magicis expetitur artibus, mors potius est dicenda quam uita. Paulus per Dei spiritum ita loquitur: Digni sunt morte non solum qui mala faciunt, uerū etiam qui mala faciētibus consentiunt. Eiusdem igitur impietatis reus est, & eisdem pœnis obnoxius apud Deum, & qui artem exercet magicam, & qui ex ea remedium petit.

Eiuscmodi hominum gentis profectò impurum impiumq; uidetur notari in epistola quæ legitur à Beelzebub prælatis & rectori bus Ecclesiastri transmissa, in authore ueterere libelli de tribulationibus & signis ruinæ Ecclesiæ, ubi duos prefixit tractatus, in quorum parte secunda cap. ii. circa finem hæc inuenitur epistola: Beelzebub Epistola Beelzebub princeps dæmoniorum & dux tenebrarum cum satellitibus suis, omnésque Tartareæ potestates, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, præpositis, presbyteris, ceterisq; Ecclesiastri rectori bus, suis charissimis amicis, nunc & in eum Tartareas salutes, & in uiolate societatis fœdera, qua dissoluī nō possint in eternum. Magna fiducia nobis est in amicitia uestra, amici charissimi, multum de nobis gratulamur, quia sentitis optimè nobilcum, & que nostra sunt, diligenter quaeritis & procuratis, ubiq; tuendo atque fouendo quicquid a ius nostrum pertinere cognoscitis. Sciatis ergo, Vniuersitati nostræ uos multum esse acceptos, multaque gratiarum actione studia uestra profequimur, eò quod infinita multitudo animarum per ministeriū uestrum, uitæ exemplum, atq; negligētiū faciendi in populi opus Dei, à

via ueritatis abductæ & relictæ, quotidie nobis captiue adducuntur: unde & regni nostri potentia magnificè corroboratur. Perseuerate ergo tanquam fideles & intimi nostri in amicitia nostra per opus quod ceperitis ac tenetis: quia profectò parati sumus pro his omnib. repedere uobis retributionem condignam & mercedem congruam in inferioribus inferni. Valete, & salus nostra sit uobiscum in æternum.

**QVIBVS REBV S IN DAE MO-**  
niaci mali curatione decipient magi ec-  
clesiastici. Cap. III.

Sacrilegi hu-  
ius seculi ma.  
g.

**P**ræter mendacem illam persuasionem, qua uulgo nimis credulo himalefici imponūt, ut se aliquid scire præter doctorum hominum cognitionem in hoc inscitiae theatro illi avaræ, adulutori, imperiti & impij uenit, suis hinc inde emedicatis blasphemis exorcismis, se mendaciorum unicum authorem in speculo uel urnæ aqua, incantationis conscij imaginem præseferentem cogere, qui rei ueritatem tanquam irrefutabilis testis detegat, profitentur. Nec minus blasphemiam, multifarijs crucibus sæpenumerò scelerata manu consignatis ornatum, inter miserorum hominum curationem effundere audent, mente reprobi, cum Ianne & Mambre olim pœnas daturi, nisi mature resplicant.

Hic suam fortitur uim aqua extra primam Dei consecrationem benedicta, uel saepius inspersa, uel propinata: sal item exorcismo expiatus, cereæ Paschalis eadem uic confecratae particula, uel eiusdem thus, cædelarum in die Purificationis contra pauidum (si dij placet) dæmonem lustratarum incensus, ramorum & frondium in die Palmarum sacratorum, item herbarum in ferijs D. Ioannis Baptista ante ædes suspensiarum, uel in solennitate affumptionis D. Virginis in templo aspergi-

ne lustralis aquæ solenni ex more, uirtute ex alto aduersus satanæ potentia maiore, quam in prima Dei creatione induitarum suffumigia, & nescio quæ non eiusdem religionis ostenta, quibus in admirationem imprudentes illiciant, stuporemq; incutiant.

Scibit in hanc sententiam Marti-  
nus de Arles, Theologæ professor:

Multi ciui sunt sententiæ, ut quando campanæ ipso die D. Ioannis, uel pri-

die D. Agatha pulsantur, non solùm profligare Lemures, sed & Lamias, ne hinc inde uehi queant, aut etiam no-

cere, credat. Idem in eodem tractatu: *Tract. de se-  
p. 8.9. C. 14.*

Quod præstigijs & pythones & ne-

cromantici sunt isti, ad quos quotidie

populus stultus & insipiens concurrit, ut futura cognoscat, uel perdita resti-

tuantur: quibus hunc, ut uulgo fertur,

dæmonum apparitiones in uitris uel

annulis, ubi ueniunt invocati ad uoca-

ta prædicenda, uel ablata manife-

stanta: & ut dicitur, isti arioli semper

miserere conantur sacra inter suas su-

perstitutiones: ut qui ad eos cōcurrunt,

simplices hi attestantur. Nam & infe-

lices ipsi eodem die quo similia nefan-

da perpetrare non uerentur, sacrificiū

eucharistiæ celebrare infeliciter au-

dent. quod Magister Ioannes Nider

in suo præceptorio ostendit, dicens:

Malefici instrumenta suæ malicie per Ecclesiæ sacramenta, uel per alia diuina contingi uolunt: ut filium trahendo

per christina sanctum, imaginem ter-

ream sub pala altaris ad tempus po-

nendo, & similia faciendo. Nam eu-

charistiæ sacramento (ut fertur) utun-

tur in suis maleficijs, & plurima talia

committunt, immiscentes res sanctas

suis superstitionibus. Sed ex instinctu

dæmonis ista hunc triplici de causa, ut

recitat idem doctor. Primo, ut non so-

lum homines talium occasione perifi-

diant, sed etiæ sacrilegi, diuina quan-

tum

tum in eis est contaminado, ut magis creatorum suum offendat, & intimius animas proprias contaminent, & plures in peccata ruere faciant. Secundò, ut Deus grauiter ab hominibus offensus, secundum beatii Augustini sententiam, dæmoni maiorem potestatem in hominibus malis tribuat: cuius Deus cōcedit iratus, quod denegaret propitiis. Tertio, ut sic sub specie boni aparentis, plures simplices facilius decipiant, qui ræta diuinis rebus & orationibus à Deo pàrunt aliquid numinis obtinuisse, ubi solùm grauiora erat commissa peccata. Hæc ille. In alijs aut superstitutionibus, quæ sunt ab ipsis ruralibus, eti dæmones non expelsè inuocentur, interserunt tamen se actibus & superstitionibus, ut hominum decipiatur mientes. Haec enus theol- gus ille. Et 2. q. 8: Episcopi à diabolo captivi tenentur, qui relicto Creatore, à diabolo auxilium querunt. Et post: Attende ubi maleficium occulto Dei iudiciorum permittitur, non ad magos & necromanticos & fortilegos est recursum pro solutione & remedio, ut hac nostra tempestate ad quodam nefandos sacerdotes passim isti vulgares concurre non uerentur: sed ad Deum, per humilem confessionem & devotam orationem: ut habetur 33. q. 1. cap. ult. Nec facienda mala, ut eueniāt bona. Plura ibidē. Idem postea: Quare aut ad predictos necromanticos lacrilegos & diuinos nullus debet concurseret, ultra hanc quodd peccant mortali- ter, & participes efficiuntur culpare & damnationis ipsorum, ratio est: quia ipsi, eti Deo permittente, aliquando te- ra dicunt: eorum tamen testimonio nō est utendū, quia sapienter fallunt & men- tinuntur. Pater, quoniam in spiritu ueritatis, falsitas non est: in spiritu autem mendacij, plurimæ quoq; sunt uerita- tes, ut unica latente falsitate decipiat,

ut dicit Gerlon de Probatione spiri- tuū: Hac ratione, inquietus, prohibue- runt à testimonio ueritatis, quam fate- bantur, Christus dæmoniacos, & Paulus Pythonissam. Hic Augustinus: Fra- Autor. 16  
In sermone  
de anguriis. tres, ait, nostis me supplicare frequen- tius, ut consuetudines paganorum & malefisorum minimè seruare deberetis, &c. ergo apud Deum me absoluo, dū iterum atq; iterum admoneo & con- testor, ut nullis ex uobis diuinatores aut fortilegos requirat, nec eos de qua libet re aut causa aut infirmitate interroget. Nam qui ad hos consultum ac- cedunt, eos fidem abnegare, probant Theologi ex Augustino, 27. q. 7. non obseruabitis. ubi enumeratis multis superstitionibus sic cōcludit: Quihac & quascunq; obseruationes aut facta aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruantibus, aut talibus credit, aut ad domum sorū uadit, aut in domum suam introducit, aut interroget, sciat se fidem Christianam aut baptismum præuaricasse: & ut pag- nū & apostatam & Dei inimicum, iram Dei in eternum grauiter incurre- re: nisi Ecclesiastica penitentia emen- datus, Deo reconcilietur.

SACRAE SCRIPTVRAE ET NO-  
MINUM DEI ABUSUS EXCRABILIS, IN CURATIONIBUS  
MORBORVM MAGICIS, & QIBUSdam alijs  
actibus. Cap. 1111.

**H**uc, ut iuris suis fucata colori- bus, multorum demereatur ani- mos, atq; in sui amorem emen- dicato lenocinio, alios caute illiciat, uerba Scripturæ sacra pura, uel insi- tuto in mixta, item Dei nomina, ue- lint nolint, cōtorquētur: uerū quām conuenienter, iudicentilli, qui peni- tius myliticum Dei uerbum, eius essen- tiā ac uitā uim intelligunt. Sed hunc uerbi Dei abusum prius detestabi- lem, & hanc sacratissimi Dei nominis prophanationem, scelus horribile di-

cendam esse meritū, fateamur necesse est. Nec profectò mendacium auditur impudentius, atque in Deum contumeliosus, quām ex prolatā Scripturā sententia, aut nomine Dei pronunciato contra designatum à Deo. Scripturā ordinem, & sacratissimi nominis usum, & rebus quibuscunq; uel lu dicris uel serījs, aut cōtra morbos, nouam exilire uim effeſtricem, qua id obtineamus quod proposuimus. Cu-  
Exod. 12.  
Ioan. 19.  
Contra den-  
tum dolore.  
Aduersus fe-  
brem.

iusmodi hæc sacra ſancta de Christi oſ-  
 fibus à ludeis non confringendis exi-  
 fit prophetia: Os non comminuetis  
 ex eo. Si quis hæc uerba proferens, dē-  
 tes cōtingat, dum Missa peragitur, dē-  
 tum dolorem fedari credunt. Alius  
 ante febris accessionem manus cum  
 ægrotō lauat, ſecreto ad febris fana-  
 tionem Psalmum illum enarrās, Exal-  
 tabo te Deus meus rex. Est qui labo-  
 rantis prehensa manu dicat: Æquè fa-  
 cilis tibi febris hæc ſit, atq; Matiae uir-  
 gini, Christi partus. Contra eandem:  
 Recipe tres panes Missales: in uno ſcri-  
 be, Qualis est Pater, talis est uita: in al-  
 tero, Qualis est Filius, talis est sanctus;  
 in tertio, Qualis est Spiritus, tale est re-  
 medium. Hæc tres hostiæ ſic in ſcriptæ,  
 dandæ ſunt febricitanti, ut eas ſingu-  
 lis trium continuorum dierum uesperis  
 deuoret: ſed ea conditione, ne ijs  
 deuoratis quicquā cibi aut potus eodem  
 die ſumat. Iubetur quoq; ſingulis  
 uesperis quindecies recitare orati-  
 onem Dominicam, & toties ſalutati-  
 onem Angelicam, ad gloriam & lau-  
 dem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis.  
 Aliud aduersus eandem: Duc ægrotū  
 feria ſexta ante ſolis orrum uerſus O-  
 rientem, qui expaſtis ad ſolem mani-  
 bus ſtabit, deinde hæc uerba dicio:  
 Hodie dies illa est, qua Dominus  
 Deus ad crucem accessit: ſed ſicut  
 crux nunquam amplius ad eum ue-  
 niet, ita nunquam amplius ueniat ad

te tam æſtus quām frigus: In nomine  
 Paſtris, & Fiſlij, & Spiritus ſancti.  
 Deinde recitato nouies ternas oratio-  
 nes Dominiccas, & ternas ſalutationes  
 Angelicas. Hæc ut efficacia ſint, non  
 uno die, ſed tribus continuis diebus  
 perficienda ſunt.

Sunt qui ad ſanguinem reſtringen-  
 dum accipiant aqua frigida cyathū, Cardanus de  
Subl. 8.  
Ad ſanguine  
nem effundit.  
Vide & cap.  
5. primum.  
 cui in ſtillar protuſuentis ſanguinis gut.  
 ſpas tres, & inter unam quamq; legunt  
 orationem Dominicam, & Angelicam  
 ſalutationem. Hinc patienti propinat,  
 rogado, Quis te iuuabit? Responde-  
 tur: Sancta Maria. Tum subditur: San-  
 cta Maria hunc fluentem ſanguinem  
 firma. Inſcribunt alij laborantis frontis ſanguine effuso, Coſummatum eſt.  
 Sunt qui in ſanguine liſtendo hæc re-  
 citant: Sanguis mane in te, ſicut fecit  
 Christus in le: Sanguis mane in tua  
 uena, ſicut Christus in ſua pœna: San-  
 guis mane fixus, ſicut Christus quan-  
 do fuit crucifixus. Ter repeate. Item:  
 † in ſanguine Adæ orta eſt mors: † in  
 ſanguine Christi redempta eſt mors:  
 † in eodem ſanguine Christi præcipio  
 tibi † δ ſanguis, ut fluxum tuum cohi-  
 beas. Aliud: De latero eius exiuit ſan-  
 guis & aqua. Item, ex quacunque cor-  
 poris parte profluente ſanguine co-  
 hibere nituntur hi uerbis: Christus  
 natuſt eſt in Bethlehem, & paſſus in  
 Hieruſalem, ſanguis illi turbatus eſt:  
 dico tibi per Dei uirtutem, & omni-  
 um sanctorum auxilium, ut confitas,  
 quemadmodum Iordanus, in quo ſan-  
 ctus Ioannes Dominum noſtrum i-  
 sūm Christum baptizabat, in nomi-  
 ne Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Te-  
 ne innominatum digitum in uulnere,  
 & fac cū eo tres cruces ſuper uulnus,  
 dic quinque Pater noster & Ave Ma-  
 ria, & ſemel Symbolum in sanctorum  
 quinque uulnerum honorem. Hic in-  
 ſignis philoſophus Julius Scaliger ad  
 Carda-

*De Subtilitate et exercitu militum.* Cardanum scribit: Declarasti præcantantis fidem magnopere conferre ad efficiaciam præcätationis, in tuis Antilogijs: exire à fascinatrixis animo facultatem, atque aërem immutare, cuius corruptione ueneficæ spei finem illa consequatur. Quod si uerba tua sanguinem fistunt ex incisa uena profluente, nulla cum eorum robore magnetis potentia comparari mereatur. Haud minor, propè dixerim, impietas in alia ratione.

Vt à quibusunque malis & peste conseruaré tur Hispani atq; Itali, dum in Belgis bellum faciunt, anno supra millelimum sexagesimo octauo, hac forma & uerbis, ex autoritate Pontificis Romani, se tutos fore, eorū quidam gloriabantur; † Crucem pro nobis subiit; † & stans in illa situit; IESVS: sacratis manibus, clavis ferreis & perditibus perfossis, IESVS IESVS IESVS: Domine libera nos ab hoc malo & ab hac peste. inde ter recitat Pater noster, & ter Ave Maria. Iisdem uexilla & arma nescio quibus ceremonijs & exorcismis eodem anno palam in templo aduersus hostes consecrabantur: sed cuius successus prærogatiua, quādoque historiarum huius belli ueritatem testaturam, non dubito. Vexillum primarium, Margarite quæ diabolum uicisse fertur, nomen fortitum esse audio: equo item Viceregis in facello suum fuisse locum, ubi celebraretur Missa. Continebat & dux exercitus uexillum in manu, quamdiu solennibus ritibus idipsum, ut campanæ solent, baptizaretur. Ornabat & hunc astum effigies D. Virginis Mariae cum filio, in eodem uolans, & duæ complices manus ad stipulantū morem. Narrat Beniuénus, aríolum duobus digitis uulneri militis superpositis, & catminibus nescio quibus insufratis, telum in dextram partem immis-

sum, ossiq; sinistra scapula infixum, redire ex osse iussisse. Vnde (scribit) eti absq; ægroti noxa, non tamē sine utriusque animæ dispendio miles curatus est. Facile fuit dæmoni, ad magi murmur colludenti, telum extrahere, ut magis alios suis fraudulētis perniciōsique actionibus sibi deuinciret. Gratis autem huius mysterij donum

10 à me accipe. En, dicio tribus uicibus flexis genibus: Oremus præceptis salutaribus moniti, & cum Pater noster & Ave Maria, cum signo † miles Hebreus impietate motus percussit Dominum Iesum Christum. † Domine Iesu Christe, precor te † per illud ferrum † per illam hastam † per illū sanguinem † & per illam aquam, ut foras extrahas illud ferrum † in nomine Patris † & Filii † & Spiritus sancti, Amē †.

Vidi haud ita pridem apud magnæ autoritatis uirum nobilem, librum conscriptum execrabilem, flammis dignissimum, plenum exorcismis, frequenti crucis consignatione, & ex sancta Scriptura formulis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti finitis, contra equorum nō modò morbos quolibet, sed & quæcunque eorum impec- 30 dimeta: ut si uel calceus equo ferreus in itinere excidisset, statim precatione eiusmodi récita, illæsus ungula ad stabulum progredi crederetur, etiam longissime disiitum.

Contra uermes equum infestantes, *Contra equorum uermes.* tribus diebus ante solis ortū quæ se- quuntur, dicio & facio, super equo: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, exorciso te uerem per Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ut nec carnem nec sanguinem nec ossa huius equi edas aut bibas, & ut has tanta patientia, quantus fuit sanctus Job, ac tanta bonitate, quantus fuit sanctus Ioannes, quum baptizaret Dominum nostrum in Iordanē,

*Adulti ex traditionem.*

dane, in nomine Patris & Filii &  
Spiritus sancti. Recita deinde ter  
orationem Dominicam & salutatio-  
nem Angelicam, in dextram equi au-  
rem, ad gloriam sanctae Trinitatis:

† † † †

Dominus, Filius, Spiritus, Maria:

O' curas hominum, o' quamvis est in rebus mane.

*Ne unum in  
ueratur,*

*Psal. 33.*

Vt unum eo anno non peruertar-  
tur, uasi inscribit Aphricanus: Gusta-  
te & uidete, quod bonus est Do-  
minus.

*Serpentum  
coniuratio.*

Hac impietatis formula serpentes  
quoque coniuratur: † Adiuro te ser-  
pens hac hora per quinque sacra uul-  
nera, ut hocloco cōsistas, nec moue-  
aris, tam certò quām Deum ex uirgine  
pura natum esse cōstat. † Exorizo te  
serpens in nomine Patris, Filii & Spi-  
ritus sancti. † Impero tibi serpens per  
dominam nostram Diuam Mariam,  
ut mihi obsequaris, quemadmodum  
cera igni, & ignis aqua, ut nec mihi  
nec ulli Christiano noceas, tam certò,  
quām Deus ex immaculata uirgine  
natus est. † Proinde te eleuo † in no-  
mine Patris & Filii & Spiritus sancti.  
Eli laſs eitter eli laſs eitter eli laſs eitter.  
Te uermem ad me accedere oportet,  
quemadmodum ad Iudeos Deus no-  
ster acceſſit: te uermem à me dis-  
cedere oportet, uelut à Iudeis discessit  
Deus noster.

Interim scelera hæc & blasphemiae  
exterminandæ suos habent & admira-  
tores, & cultores: & à quibus impu-  
nè exercentur, noui. Atqui uix hæc  
merentur ut Cabalistarum commen-  
tis assimilentur, qui decem Dei ueri-  
nominibus, & angelorum, quorum  
in sacris Biblijs sit mentio, ea quæ  
magnificè pollicentur (quemadmodum  
& illi nefandæ impietatis patro-  
ni diabolo operante, & Deo ob præ-  
fractam eorum incredulitatem con-  
iuente, plerunque consciunt) pera-

gere se affuerant. Horum Cabala li-  
gaturis & nefarijs magiaæ nugis scatet  
fætetq; de quibus etiam librum con-  
scripsit Costa ben Luca apud Hebræ-  
os. Verè hic Clemens ait: Vsque ad *Li. 8. Recog.*  
hoc res denique acceſſit, ut cum uer-  
bo Dei fugentur dæmones, per quod  
esse prouidentiam declaratur, inue-  
nerit ars magica ad infidelitatem con-  
firmandam, quomodo etiam hoc ex  
contrarijs imitetur. Sic serpentum ue-  
nena mitigare carminibus inuentum, *Serpiter à Nō  
gritis fascina  
i/scrabit A-  
lesius Cada-  
mus in na-  
vig. cap. 18.*  
& uerbo ac potestate Dei contrarias  
inducere sanitates. Angelis quoque  
Dei contraria reperit magica ars mi-  
nisteria, animarum fuscitationes, con-  
tra hæc & figmenta dæmonū ponens.

Chrysostomus ad seductos ligatu-  
ris & incantamentis ob immixtu Dei *Homil. 11. de  
Molier. orna*

*20* nomē: Non ligaturas (inquit) tantum,  
sed etiam ex cantamenta tibi condac-  
cis, uerulas ebris & titubantes do-  
mum ducens. Nec confunderis, nec  
erubescis, post tantam ad hæc trepid-  
ans disciplinam: & quod grauius est  
errore, quando hæc admonemus &  
dissuademus, putantes se excusat, di-  
cūt: Christianam esse hanc mulierem  
excitantem, nihilq; aliud loqui quām  
Dei nomen. Propterea enim magis eā  
odi & auersare, quod Dei nomine ad  
cōtumeliam utitur, dum se dicens esse  
Christianā gentilium opera facit: ete-  
nī & dæmones Dei nomen fateban-  
tur, sed tamen erant dæmones, Chri-  
stoque ita loquebantur: Nouimuste, *Lucus 4.*  
quoniā es sanctus Dei. & tamen ipsos  
increpauit, & eiecit. Propterea obni-  
x̄ oro, ut uos ab hac fallacia puros  
conseruetis: & tanquam baculi, Dei  
uerbum habeatis. Condemnat item  
eos, qui in ægritudinibus suorum in-  
fantium, relicto Christi auxilio, & me-  
dicæ artis remedijs, confugint ad fa-  
scini curatrices mulierculas futilis,  
aduersus quas sic docet: Christus ej-  
citur,

citur, & inducitur temulenta & nuga-trix anus, mysteriū crucis cōculatur, & seductio diaboli tripudiat. Quid tierō & alia ridicula commemorem? cinerem, salem, fuliginem, & rursus uetulam in medium productam? re-vera ridiculum & dedecus. Et oculus quisque, inquit, puerum fascinavit. Quoniamque Sathanica ista? quomodo non ridebunt nos Græci, quando il-<sup>10</sup> lis dicimus, magnam esse crucis uirtutem, quum uideāt nos istis egere, quæ ipsi derident? Nōnne Deus médicos dedit, & pharmaca?

MAGICI MODI FVRIS INVE-  
stigandi, lēdendi sage, & maleficij amolendi,  
cum blasphemio diuini nominis & fa-  
cre Scripturæ abusu,

Cap. V.

*Inuestigandi  
furius modus  
demoniacus.*

**N**on alienum ab hoc argumen-to modum inuestigandi furis interseram, quem sic experien-dum quidam præscribunt. Conuer-sus ad Orientem, in crystallo crucem facito cū oleo olinae: & sub cruce scri-batur, Sancta Helena. Inde puer ca-stus, ex legitimo thoro natus, anno-rum decem uel circiter, capiat manu-dextra crystallum, à cuius tergo tu ge-nibus flexis prouolutus, ter summa cum ueneratione hanc recitabis ora-tionem: Depreco te domina sancta Helena, mater regis Constantini, quæ crucem Domini nostri I E S U C H A R I-S T I inuenisti, per illam sanctissimam deuotionem & inuentiōnem crucis, & per illam sanctissimam crucem, per illud gaudium quod habuisti, quan-do illam sanctissimam crucem inue-nisti, & per illam dilectionem quam erga filium tuum regem Constanti-nū habuisti, & per illa summa bona, qui-bus frueris perpetuū, ut commonestes in hoc crystallo quicquid peto & sci-re cupio, Amen. Et cum angelum in crystallo uidebit puer, rogabis quæ-

518  
cunque uolueris, & respondebit an-gelus. Hoc autem facies in solis orno-cum iam emerserit, & aër serenus claususque extiterit.

Iridere eiusmodi commenta (in-quit Cardanus) semper consueveram, quanquam hoc ipsum experimentum à multis probaretur, habereturque se-creti loco. Verū contigit, ut puer

quidam contubernalis ac ieiulus affi-maret, se uidisse in phialæ collo furē, de quo interrogabatur, qui in imum descendisset, nec amplius apparuisse, idemq; alios duos spectasse: aduen-tu item iphus quasi fulgur illuxisse, ac manum capitii imaginem admouisse, capitiumque ante retraxisse. Erat au-tem phiala uitrea, nitidaque, aqua sa-crata plena, in linteo expiato colloca-ta: linteum uero erat instratum seam-no, tres candele cereæ accensæ & lu-stratæ: super os phialæ duo oliuæ folia transuersæ in crucis formam impo-sita. Perbreuis accedebat coniuratio: Angele sancte, angele candide, per tuā sanctitatem, meamque uirginitatem, ostende mihi furem. & hæc super os phialæ obmurmurat: prius uero pre-cationem Dominicam, & salutatio-nem Angelicam, singuli genibus fle-xis proferunt ter, ac singulis uicibus pollicis ungue crucem super phiala signant. Soli astant in obscurō. Videbat integrum hominem, pallium haben-tem, capite prono, caluum, ascenden-tem descendenteque in phialæ col-lo, non aliter quam solent aromi in so-le. Visus est autem fermè ad ostauam horæ partem. Totum hoc spectacu-lum ad tres horas perdurauit: nihilominus, ut author rei ait, sur non est de-prehensus, neque inuenti calices duo argentei, qui perierant. Referunt, eum qui sustulit, si ritè hæc peragantur, ali-qui pati, dum peraguntur. Hæc dum ille narraret, experiundi talia incessit

cupido, adfuitq; occasio. Mulier quædam contubernalis desiderio tiden-  
di quædam capta, aduocat aliam mu-  
lierem admodum eiusmodi rerum  
peritam: adornant sacrificiū, tres pu-  
ellæ (ut referebant ipsæ) uiderūt mul-  
ta: ego tunc temporis aberam. De-  
nudū mulierem aduoco, paratur sacri-  
ficium: folia oliuæ non intererant, nul-  
la precatio Dominica, nulla salutatio  
Angelica, sed tentoriolum solum un-  
dique conclusum adiut. Adeſt & ipsa  
fœmina, quæ nō solūm uidebat, sed &  
puellæ: non in phialæ collo, sed in co-  
no illo qui super eius fundo conficit: non  
in aqua, sed vitro: non perfectas  
imagines, sed quaſi partem ſolūm ſu-  
periorem: non magnas effigies, sed  
non minores minimi digiti ungue: nō  
descendentes ē ſuperiore parte, ſed ex  
imo quaſi coni uacuo ascēdentes, ui-  
dere ſe referebant puellæ, puerq; ille  
de quo iam antea diſtū est, qui & fra-  
trem tunc in Hispanijs degentem cō-  
ſpicere ſe aſſerebat, puellæ alios ſibi  
cognatos: mira res, ſeu fabula. Cum  
ab initio filium maga cernerent (iſ  
erat puer & monachus) illiusq; aſpe-  
ctu delectarentur, rogarunt eam ut di-  
mitteret: negauit ſe facturam, quod  
interim ipſius filius torqueretur. Re-  
ferebat aliquando Iosephus Niger, ha-  
rum rerum maximè peritus, dæmonē  
pueris ſe ſub forma Christi oſtendiffe,  
petiſſeq; ut adoraretur: quod cū pol-  
liceretur quidam ſe facturam ea con-  
ditione, ſi dæmon eius cogitationes  
aperiret: inde iratus hic euauit. Spe-  
ſtabant præterea in phialæ collo quid  
rubens, quod quaſi in extrema erat a-  
qua superficie (nam phialæ aqua tan-  
tum ad collum uisque, aut paulo altius  
conſurgebat) hoc faga angelum, cum  
nauicula textoria in manu, eſſe dice-  
bat: puellæ illius faciem in uacuo ſe ui-  
dere aiebant, tanquam pueruli: puer,

solum brachium cū nauicula. Hic, ut  
referebant, perpetuò circum fertur ac  
uidetur nam reliquæ imagines statim  
abeunt, unde anus illa imperare uide-  
batur, ut pueris ludimagiſtri, unamq;  
imaginem statim post aliam euocare.  
Cum q; ipsa alijs commonstraret, ſci-  
ſitatus ſum, quo modo ipsa quæ iam  
filios quinq; pepererat, ſpectaret quæ  
ego non uiderem: ſe facturam respō-  
dit ut conſipcerem: uerū opus eſſe  
festo D. Ioannis baptiſte, aut Natalis  
Domini, ait. Iam in foribus erat id fe-  
ſtum, accedo media nocte, docet arca-  
na: ea erant ſex uerba, quæ multipli-  
ci ſenſu explicari poterāt, ſed (meo iu-  
dicio) in Christi contemptum potius  
maximum, quām gloriam. uelut, Ie-  
sus tranſit, ſignificare poſt quod mo-  
riatur, quod tranſeat per uiā, & quod  
finem habeat. qui ſenſus uidetur ue-  
rior eſſe, cum ſubiſciat, Ego ſum: deinde,  
Angele ſancte, & reliqua. Depre-  
hendi meras eſſe fabulas, nec quicquā  
illam ſcire præternugas. Cum enim  
bullas in aqua marginē excitasſet ne-  
ſcio qua arte: ut margaritæ mihi uide-  
rentur, uolebat. Forſitan conſtantī illa  
ſua intrepidaq; opinione puerulos, a-  
lioqui faciles, in ſuam trahit ſententi-  
am: atque ita ſe uidere fatentur, quæ  
minimè uident. Etenim puellas, de  
quibus dixi, tandem eō adegi, ut ni-  
hil ſe uideant corrupte, ſe uidere ſimu-  
lent. Hucusque Cardanus.

Vt in hoc actu blasphemus nomi-  
nis Dei & Sacrarum literarum abuſus  
evidenter innotescat, exempla pro-  
dendi furis uel ſagæ, ex ſacrifici libro  
clām à me ſubtracta, anneſtam. Acce-  
de fluēt aquam: inde collectos tot  
numero lapillos, quot ſunt de quibus  
furum commiſſum ſuſpicariſ, domū  
confer, & igneſcant: hinc ſub limine  
ſepeliantur, per quod ingredi conſue-  
uerunt

*Uerū depre-  
hendatur.*

uerunt homines, & triduum relinqua-  
tur: postea ante solis ortum eximan-  
tur: deinde scutella cum aqua impo-  
natur circulo, trâsuersa obliquaque;  
mixtum cruce insignito, cui inscriptu est,  
Christus uincit, Christus regnat, Chri-  
stus imperat. Scutella adhac cruce si-  
gnata, & formula coniurationis per  
Christi passionem, mortem & resurre-  
ctionem adhibita (quam propterim-  
piè curiosos celo) in aquam singuli la-  
pilli in cuiusque suspecti nomine coni-  
giantur: & ubi ad rei lapillum fuerit  
uentum, tum calculus tanquam igni-  
tum ferrum, feruorem concitat. Ut in-  
sontem grauet, fraudetque, eiusmodi  
fingere ebullitionem, diabolo non est  
difficile.

*Quomodo fu-  
ri oculis ex-  
cavatur.*

Ex oculo excusso sic fur cognosce-  
tur. Primum leguntur septem Psalmi, 20  
cum Letania: deinde formidabilis  
subsequitur oratio ad Deum Patrem  
& Christum, item exorcismus in fu-  
rem: hinc in medio ad oculi similitu-  
dinem uestigio figuræ circularis nomi-  
nibus barbaris notatae, figuræ clausus  
eneus triangularis, conditionibus cer-  
tis consecratus, incutiturque malleo cy-  
pressino, & dicitur: Iustus es Domi-  
ne, & iusta iudicia tua. Tum fur ex cla-  
more prodetur.

*Impius mo-  
dui ledēdi su-  
ru, sage &  
mimica.*

Si furem sagam, inimicum secus le-  
dere uoles, & malum tolli: ante solis  
exortum, die sabbathi, ramum auella-  
næ anniculum abscondes, sic dicens:  
Ego te ramum huius æstatis reseco, in  
illius nomine, quem cædere aut mu-  
tilare institui. Inde in mensa sternatur  
tegumentum, additis his uerbis: + In  
nomine Patris + & Filij + & Spiritus 40  
sancti + ter hæc & sequentia reciten-  
tur, & incute, droch, myroch elena-  
roth + betu + baroch + ass. + maaroth.  
postea dic: Sancta trinitas puni hunc,  
qui id mali designarit, atque hoc au-  
fer per magnâ iusticiam tuam, + felon-

elion + emaris ales ege: in tegumen-  
tum incute. Blasphemiam uides.

VT RES FVRTO SVBLATA  
restituatur, anathema magicum.

Caput VI.

**A**NATHEMA hoc S. Adalberti ma-  
gicum potius ob diuini nomi-  
nis & sacrae Scripturæ abusum,  
quam Christianum, hic ea adjicio ra-  
tione, ut occulta eiusmodi actionum  
plerisque religiosis hominibus usita-  
tarum impietas oculis omnium ma-  
gis eluceat. Cautionem tamen lucri  
inde fraudulenter eliciendi nomine  
adhibent, ut nemo scilicet præsumat  
anathematizare anathema huius san-  
cti sine licentia prælatorum sancti Adal-  
berti & Dicæcfani loci, sub poena ana-  
thematis prædicti, &c. ut ipsi loquun-  
tur. illud autem tale est:

Ex authoritate Dei omnipotentis *Anathema*  
Patris & Filii & Spiritus sancti, & san-  
ctæ Mariæ virginis matris Domini no-  
stri: & s v Christi, & sanctorum ange-  
lorum & archangelorum, & sancti Mi-  
chaëlis, & sancti Ioannis baptistæ, &  
ex uice beati Petri apostoli & aliorum  
apostolorum, & sancti Stephani & om-  
nium martyrum, sancti Sylvestri &  
sancti Adalberti & omnium Confes-  
orum, & sanctæ Alegundis & sancta-  
rum virginum & omnium sanctorum  
qui sunt in celo & in terra, quibus da-  
ta est potestas ligandi atque soluendi:  
excommunicamus, damnamus, ma-  
ledicimus uinculo anathematis, & à  
liminibus sanctæ matris Ecclesiæ se-  
gregamus illos fures, sacrilegos, seu  
raptores, operarios, consiliarios, coad-  
jutores, coadiutrices, qui hoc furtum  
sue malum perpetraverunt, siue sibi  
in de aliiquid usurpauerūt: sit pars eo-  
rum cum Dathan & Abiron, quos ter-  
ra propter eorum peccata & superbiā  
deglutiuit: sit etiam pars illorum cum  
Iuda traditore, qui Dominum precio-

uendidit, Amen : & cum Pontio Pilato, & cum eis qui dixerunt Domino Deo, Recede à nobis, uiarum tuarum scientiam nolumus : fiant filii eorum orphani: sint maledicti in ciuitate, maledicti in agro, in campo, mal. in sylua: sint maledicti in domibus, in horreis, in lectulis, in cubiculis: mal. in curia, in via, uilla : mal. in castro, mal. in flumine, mal. in ecclesia, in coemiterio, in tribunalibus iudicij : mal. in foro, in bello, morando, loquendo: mal. tacendo, maled. manducando, uigilando, dormiendo, bibendo: mal. palpando, mal. sedendo, iacendo: maled. stando, mal. inocio, in omni tempore : mal. in toto corpore, in tota anima, & in quinque sensibus corporis : mal. in omni loco : mal. fructus uentris eoru, mal. fructus terræ eorum, mal. sint omnia quæ eorum sunt, maledictu caput eoru, ora, nares, nafus, labia eorum, fauces eoru, dentes eorum, oculi, pupillæ eorum, cerebrum, palatum, linguæ eoru, guttura, pectora, corda, uenter, iecur, uisceræ omnia, stomachus : mal. splen, umbilicus, uesica : mal. crura, tibia: mal. pedes, pedicæ eorum : mal. colla, mal. scapulæ, maled. dorsa eorum, mal. brachia, mal. cubitus, mal. manus eorum, 30 digitus : mal. ungues in manibus & in pedibus : mal. costa, genitura, genua : mal. caro eoru, mal. ossa eoru, mal. sanguis eorum, mal. pelles corporis eoru, mal. sit medulla in ossibus eorum, maled. sit superior pars à capite usque ad plantas eorum : quicquid interest, potum maledicatur, scilicet quinque sensus sui, uisus, auditus, gustus, odoratus & tactus. Et maledicatur sancta crux, & in Christi passione, & cum quinque uulneribus Christi, & cum effusione sanguinis Christi, & cum lacte uirginis Mariæ. Adiuro te Lucifer cum omnibus satellitibus tuis, & cum Patre & Filio & Spiritu sancto, & cū huma-

nitate & nativitate Christi, & cum uirtute omnium sanctorum, ut nullam habeas requiem diebus neque noctibus, donec perducas eos ad interitum, siue mergantur in fluminibus, siue suspendantur, uel deuorentur à bestijs, siue comburantur, siue interficiantur ab inimicis, & odio habeantur ab omnibus uiuentibus. Et sicut Dominus beato Petro apostolo & eius successoribus, c quorum uices tenemus, & nobis quamvis indignis potestatem contulit, ut quodcūq; ligaremus in terris, <sup>Verbi indic.</sup> 40 ligaretur & in cœlis: & quodcūq; solueremus in terris, solueretur & in cœlis: sic illis, si emendare noluerint, cœlum claudimus, & terrâ ad sepeliendum negamus, sed sepellantur in pascuis asinorū. Insuper sit terra maledicta, in qua sit sepultura eoru, pereat in futuro iudicio, conuersationem cum Christianis non habeant, neq; corpus Domini, quū in mortis articulo sunt, suscipiant: fiant rāquam puluis ante faciem uenti: & sicut Lucifer abiectus est de cœlo, & sicut Adam & Eva de Paradiso expulsi sunt, sic expellantur de quotidiana luce. Item consociati sint cum illis, quibus Dominus dicit in die iudicij: Ita maledicti in ignem <sup>Matth. 13.</sup> æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: ubi vermis nō morietur, nec ignis extinguetur. Et sicut candela de manib. meis eiecta extinguitur, sic opera eoru & animæ eoru in fôtore bârathri extinguitur, nisi reddant quod furati sunt, infra certū terminū. Amen dicant omnes: postea cantabitur, Media uita in morte sumus, &c.

a Præter uniuersam huius impietas farraginem en quām cōuenienter hic coniungatur Lucifer eiusque satellitum cum Patre, Filio & Spiritu sancto, &c. Quām profecto hic exclamare lubet, Quæ communio Christo <sup>C. 4.</sup> cum Belial?

b Hinc constat (si quid ualent imprecations) theologicum anathema mortalibus quæcūq; infortunia, morbos & inquietem cire, non Lamias, quæ ut plurimū nec legere, nec eiusmodi coniurationum portenta ob extremam ferè etatem, feminineum sexū, & nimis grauem ingenij stuporem fin gere, multo minus usurpare norunt.

c Tam impium hoc esse anathema sentio, ut publici editi anathemate, eius etiam nomen exulare diceret. Dabo tibi claves regni cœlorum, Petrus prædictus Christus, doctrinam scilicet cœlestem, cuius poterū quicquid ligaret, ligatū foret, &c. Non blasphemorum eiusmodi anathematum fulmina cōcessit, multo minus mādauit.

Alij quidam viri Ecclesiastici eodē ferè modo, hoc est, tanquam magico 20 incantamento usi sunt Psalmo 108. secundum vulgarē distributionem, certa persuasione ducti, cōtra quemcūq; ardua hæc & dura pronunciassent solum uerba, illum protinus uel interiurum, uelut longissimè, annū superiuere non posse. Verūm aliud prouersus spectat hic Psalmus, querelis, lachrymis & suspirijs potissimum aduersus eiusmodi scribas & phariseos plenus, 30 cuius & genuinam sententia sine negocio capies, si eum personæ Christi applicueris, grauiter expostulantis de Iuda pro ditore, & Iudeorum sanguinem innocentis sitiēnum crudelitate. Ipsa Davidis uerba ascribo, ut quantā uim sepe patiatur sacratissimus ille sermo, nemo non intelligat.

Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super 40 me apertum est.

Loquuti sunt aduersus me lingua dolosa, & sermonib; odij circumdede runt me, & expugnauerunt me gratis.

Pro eo ut diligenter, detrahobant mihi, ego autem orabam,

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.

Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.

Fiant dies eius pauci, & episcopatū eius accipiat alter. *foliis 295. 296.*

Fiant filii eius orphani, & uxor eius uidea.

Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & ejiciantur de habitacionib; suis.

Scrutetur fœnerator omnem substātiā eius, & diripiāt alieni labores eius.

Non sit illi adiutor, nec sit qui miseratur pupillis eius.

Fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius.

In memoriam redeat iniqtitas patrum eius in cōspectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur.

Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorū, pro eo quod nō est recordatus facere misericordiam.

Et perseguitus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionem, & uenier ei: & noluit benedictionem, & er longabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut uestimentum, & intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleū in ossibus eius.

Fiat ei huc uestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcinctigur.

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam.

Et tu Domine Domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suauis est misericordia tua.

Libera me, quia egenus & pauper

ego sum, & cor meum conturbatum  
est intra me.

Sicut umbra quū declinat, ablatus  
sum, & excussus sum sicut locustæ.

Genua mea infirmata sunt à ieiunio,  
& caro mea immutata est propter  
oleum.

Et ego factus sum opprobiū illis:  
uiderunt me, & mōuerunt capita sua.

Adiuua me Domine Deus meus, sal-  
uum me fac secūdum misericordiam  
tuam.

Et sciant quia manus tua hæc, & tu  
Domine fecisti eam.

Maledicent illi, & tu benedices: qui  
insurgunt in me, confundantur, ser-  
uus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi, pu-  
dore: & operiātūr sicut diploide, con-  
fusionē sua.

Confitebor Domino nimis in ore  
meo, & in medio multorum laudabo  
eum.

Qui astitit à dextris pauperis, ut sal-  
uam faceret à persequētibus animā  
meam.

Aduersus uniuersam nimisq; inoli-  
tam pluribus in locis apud religiosos,  
anathematis cōsuetimpietatem, hoc  
sacrum diuini Chrysostomi consilium  
ex sermone de Anathemate, cunctis  
amplectendūm propono: Eapropter  
uos ore, inquit, ne uobis uerba hæc  
mente excidant. Dogmata impia, &  
quæ ab hæreticis profecta, arguere &  
anathemizare oportet: hominibus  
autem parendum, & pro salute ipso-  
rum orandum.

DE SACRILEGO, ITEM Q'YE  
genuino uerbi Dei usū, & impio sanandi  
maleficij modo. Cap. VII.

**P**orrō, quodnam sacrilegium gra-  
uius existimaueris, quam omni  
propriæ salutis memoria pertina-  
citer excussa, tam sceleratè uenerabilis  
Dei nomine abuti, & sagro sancto eius

uerbo uim inferre, & rapere intorque  
req; ad dæmonij præstigias in Dei cō-  
tumeliam tegendas, quod ex arcano *Verbi Dei* <sup>et nūnūm uisit.</sup>  
more uictus Dei Filius *CHRISTVS*  
<sup>185 v</sup>s deprompsit, promulgauitq;  
miserorum & perditorum hominum  
causa: ut hi cum essent lapsi primoru  
parentum à Deo separati, omniq; grā-  
tia excidissent, ex hoc se in gratiam  
repositos discerent, haberentq; certa  
& expressa diuinæ erga se uoluntatis  
testimonia, quibus se in ueris animo-  
rum consternationibus, & ancipitibus  
distractorum sensuum fluctibus erige-  
rent & erudirent: ut prolixius docet  
Peucerus in suo de Diuinationibus  
commentario.

De genuino sacrae Scripturæ usu sic

<sup>2. Tim. 3.</sup> Timotheo scribit Paulus: Omnis Scri-

ptura diuinitū inspirata, est utilis ad  
doctrinam, ad redargutionem, ad cor-  
rectionem, ad institutionem, quæ est  
in iusticia, ut integer sit Dei homo, ad  
omne opus bonum apparatus. Item  
Romanis: Euangeliū est potentia <sup>Rom. 1.</sup>  
Dei, ad salutem omni credēti. Ad He-  
bræos 4. Viuit est sermo Dei, & effi-  
cax, & penetrantior quoquis gladio u-  
trinque incidente, ac pertingens usq;  
ad diuisionem animæ & spiritus, com-  
pagumq; & medullarum, & discretor  
cogitationum & intentionum cordis.  
Ad hos usus, nimītum ad renouādam  
hominum corruptam naturam, tradi-  
tum est Dei uerbum. Hoc præstat fide  
apprehensum in cordibus credentiū,  
cooperante Spiritu sancto, qui per uer-  
bum efficax est: non, ut mentitur dia-  
bolus, à sceleratè & impijs ipsius mi-  
nistris ore solum prolatū, alias exerit  
uires, quād destinatum ab initio  
fuit. Cumq; pronunciet Dei lex: Non  
assumes nomen Domini Dei tui in ua-  
nū: nō enim insontem habebit Deus  
eum, qui assumperit nomen Domini  
Dei

Dei sui in unum: certissimum est, & irrefragabiliter uerum, eos omnes qui eiusmodi in cantatione Scripturæ sanctæ fuso uelatarum ritibus & modis utuntur, atrocissimas manere penas. Quare si quis effectus sub horum uerborum pallio, uel uele uel fascino uidetur consequi, dæmonis esse opus ne dubites. Nihil aut accedit, aut decedit uitio uerborum, ab impijs his hominibus pronunciatorum. Confirmat hæc Augustinus, dicens: Verum est, fratres charissimi, quia permittit hoc Deus diabolo, ad probandum Christianum: ut cum interdum per illa sacrilegia, aliqua remedia, in illa infirmitate percipere, & aliquid uerum poterint agnoscere, facilius diabolo credat. Sed qui totam religionem Christianam desiderat custodire, oportet ut hæc omnia tota animi uirtute contemnat.

Memorandum fallacis curationis maleficij dæmoniaci, cum certa benedictionis formula exemplum, ob historiam continuatum tenorem, superiori Cap. 4. Libro conscriptum inuenies. Cui obiter adiiciatur alter modus superstitionis priorum uincens, atque ex sacrifici libro exscriptus, ut hinc de reliquis eiusmodi sanationibus præjudicium concipiatur. Accipe tres olei uiolacei mensuras: & consistens contra solem, ante eius ortum, exprime nomen hominis læsi, & matris eius, & angelos gloriarum qui stant in gradu sexto, septem diebus, ter in die. Septimo autem collocetur ille nudus sub sole, & oleo unius uerba inungatur caro: hinc coram sole suffumigetur myrra, olibano, & præcipuis aromatibus: deinde istos homines angelos inscribe in argenti laminatione, quæ cum aromatum incenso sufficiat, in collo suspendetur. Vicesima die mensis hoc fieri cum succesiū, ut maleficio affectus curetur.

*Sermo. 14.  
de Tempore.*

*Cap. 4.*

*Sacrilegios et  
rationis ma-  
depici modus.*

530  
MAGICAS ET SUPERSTITIONES morborum curationes, adhibitis quandoque carminibus, plerunque uerbis ignotis: & quod tota uerborum uirtus ab harmonia celesti non pendaat. Cap. VIII.

Hæc pertinent superstitionum & uerborum ignorantum, quibus utrum bene aut male preceris ignoras, monstra: haud dubie à malis inuicta hominibus, & pro libidine excoxitata, quæ cum Dei contumelia in sacra sanctæ nostræ medicinae cōspirationem calumniamque furtim irrepsere. cuiusmodi hi usurpatæ rhythmi contra epilepsiam:

*Curationes  
magicae, in-  
perstitiones &  
impiae.*

Casper fert myrram, ihu Melchior, Balthasar au-

Hec tria qui secū portabat nominis regam, (rū:

Soluitur à morbo Christi pietate caduco.

Irem, arrepta ægroti manu, in auribus immurmuretur. Adiuro te per Solēm & Lunam, & hodiernum Euan gelium à Deo traditum D. Huberto, Egidio, Cornelio & Ioanni, ut surgas, nec in terram relabaris, in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti, Amen.

Ita antiquitas credebat, uerbascum cum sua radice tusum, uino aspersum, folioq; inuolutum, & in cinere calefactum, strumisq; impositum, eas abigeret, si hoc fecisset virgo ieuna ieuno, & manu tangens supino dixisset: Negat Apollo pestem posse crescere, quā nuda virgo restinguat. Atque ter hic despiciendum putabat.

Adhæc, ut sanguinis fluxus inhibetur, in usu est: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Chunrat cara satire

*Ad angui-  
nus fluxum.  
Vt se capiat  
ante.*

confirma cōfana i maholite. Item: Sepa + sepaga + sepago + sta sanguis, Consummatū, in nomine Patris + pondendi + Filii + pandera + & Spiritus sancti + pandorica + pax tecū, Amen.

Addam, quod carmine apud Homerum, sauciata Ulyssi fistere sanguinem potuit Autolyci filius. Serpentina per uiam portata fugere serpentes, bufo- penitus.

M nes,

531      nes, lacetas, & quicquid uenenosum in  
via fuerit, creditur. Quod hac ratione  
quoque experiuntur: sit in terra cir-  
cucus tria circuitione iis uerbis, In  
nomine Patris  $\dagger$  & Filii elion  $\dagger$  &  
Spiritus sancti tedion  $\dagger$  Pater noster.  
Hinc ter dicitur: Super aspidem & ba-  
siliscum ambulabis, & cōculabis leo-  
nem & draconem, tria circuitione.  
Tunc in circulo, quicquid id fuerit, al-  
ligatum appetat. Quām hic non im-  
*Corinth. e.* merito exclamare lueret: Quām com-  
munio luci cum tenebris, aut quācō-  
cordia Christo cum Belial? Theophrasto ischiatricos sanat carmen: Ca-  
toni luxata membra cantio hæc, Da-  
nata, dardaries, astararies, & reli-  
quia. Est qui contra arthritidem, ma-  
nu sua arbuculam iuniorem inserit,  
peculis simul fusi: eodem in loco: 20  
tamque diu morbum exulare credit,  
quām illa uiuis radicibus germinet: ubi uero interierit, recurrere malum:  
sed tum ad huius amuleti repetitionē  
redeūdum. Si duo maleficio lāsi, mu-  
tuō se grauiter prosequantur odio, in  
pane missali hæc inscribantur uerba:  
Abrac amon filon. & offeratur utriq;  
edendus panis: hinc perpetuus uiri-  
usque subsequetur amor.

*Canis rabidi*  
*carissima ma-*  
*gia.*

Contra canis rabidi mortum, pani  
inscribitur: Irioni khiriori effera khu-  
der fere, inde uoratur. Vel hoc scriptū  
in papiro aut pane, homini siue cani in  
os inseritur: O' rex gloriæ Iesu Chri-  
ste, ueni cum pace in nomine Patris  $\dagger$   
max in nomine Filij  $\dagger$  max in nomine  
Spiritus sancti  $\dagger$  prax Caspar Melchior  
Balthasar  $\dagger$  prax  $\dagger$  max  $\dagger$  Deus y-  
max  $\dagger$ . Non in simile fortis nobilem co-  
gnoui, simili curationis ratione cele-  
bré, qui pomì particulæ inscribit, Hax  
pax max Deus adimax, atque eden-  
dam illā ueneno à cane rabido por-  
rigit. Voces autem corruptæ sunt ex i-  
gnoratione lingua Latīna & literālū,

532      ubi fortè is nobilis in schedula Ger-  
manica comperit ad eiusmodi curatio-  
nem has ualere uoces, hoc  $\dagger$  po  $\dagger$  mot  
Deus adiuuet  $\dagger$ , cum crucibus inter-  
stictas, uti ferè in similibus supersti-  
tionum mysterijs sit, crux ex affinitate,  
x literam esse ratus, hax pax max  
Deus adimax, legit, & in pomo exara-  
uit. A singulis autem medium stupe-  
rum Brabanticum postulare eum au-  
dio, qua pecunia congesta, facillum  
prope arcem suam extruxit, missis a-  
liquot ea impietatis mercede redemp-  
tis cohonestatum, uti fertur. Ut uerd  
huic mysterio ponderis aliquid acce-  
deret, ad maximum natu ex sobole  
uelut iure hæreditario propagari eam  
curationis efficaciā, nec ad alios posse  
deruari, temerè credulis persuadetur.  
Similibus diabolicarum uocum por-  
tentis contra dentium dolorem utun-  
tur, Galbes galbat galdes galdat. Ri-  
diculum quoque hoc scriptum appen-  
ditur: Strigiles falcesq; dentatae, den-  
tum dolorem persanare.

Aduersus febrem quotidianam, po-  
mi tribus particulis seofum inscribi-  
tur, uni, In creatus pater: alteri, Immen-  
sus pater: tertia, Eternus pater: easdē  
30 ieiunus tribus diebus edat. Si minus  
succederit, in pane missali scribitur: O'  
febrem omnia laude colendā: in altero,  
O' languore sanitati & gaudijs ascri-  
bendum: in tertio, Pax  $\dagger$  max  $\dagger$  fax  $\dagger$ ,  
eundē ægratus norat ieiunus. Si nec  
hic modus iuuuerit, denuō in pane di-  
cto toties pingatur: Pater pax  $\dagger$  ado-  
nay  $\dagger$  filius uita  $\dagger$  sabaoth  $\dagger$  Spiritus  
sanctus  $\dagger$  tetragrammaton  $\dagger$ . quem tri-  
bus diebus ut suprà, mane absumat.  
Quidam ad febrem omnis generis in-  
termittentem, uirgas duas parallelas  
uerborū ui medijs partib. committit,  
ipsoque conta eti uincit crucis effigie,  
quam collo subnectit: sic quidem mul-  
tos leuat, sed qui ferè grauius recidat,

Com;

Contra febres, thoraci lignum rotundi applicant Turcae, deinde illud alio simili ligno percutiunt, nescio quid submurmurantes. In collo schedulam contra easdem suspendebant quidam superstitiosi monachi, iubentes singulis accessionibus quasdam effundere preces, & post tertiam accessionem bene sperare. Quis non animaduertit sicut? In primis plurimum ualeat confidencia, nec in principio consilium queratur: deinde in acutis, iam morbo aduto, uix fieri potest quin post tunc paroxysmus mutetur morbus. Si Dei aut dæmonis uirtute ob scriptum euenit sanitas, cur non cuestigio ea sequitur? Exatas item has uoces, Gibel got gabet, rostro pulli imponunt: inde styllo præacuto huic caput recta in medio pertundunt, pullusque exilit ac uiuit, maximè in estate. Ea autem delitescit causa, quod pulli caput cerebrumq; offe utrinque diuiditur: inter quod in medio distinctum, stylus quā facile potest penetrat: nec quicquam, illæso cerebro, uitæ decedit. Verbis porrò eam inesse nim existimat uulnus, earū rerum imperitum. Atqui ab illis si virrus ea promanat, cur transfixo hœdi siue hominis aut canis capite, non idem contingit? His addit illud Constantini, in piticium captura: Iao Sabaoth. Carminibus adhæc equos apud Nigritas strenuiores & in bello tuitiores reddi, docet Aloysius Cadamustus. Iure itaque optimo Galenus, quamquam ethnicus, Chariachirum & Bamachium derisit: ipsiq; Dirosco-ridem præluit, qui non imprecationibus & uerbis superstiosis, uelut illi, tradiderit medicinam.

Nec profectò hic in nostratum mulierularum gratiam prætermitti oportuit erucarum è brassicis abigendatum amuletum in Ducatu Montensis rhythmis Germanicis usurpatum in

*Euangeliz.*  
cap. 32.  
*Ez. 6. Simp.*

hanc sententiam: Vobis dilectis eru-  
cis tam conueniat hic autumnalis e-  
sus, quām Mariæ placuerit, ubi bibe-  
batur edebaturque, nec Christi men-  
tio erat, in Dei nomine, Amen. Ibi-  
dem obseruatum, Si uirga ex uicina  
domus adulteri uel scabini probi col-  
lecta, in horto incutiantur brassicæ &  
ruciis oppletæ, euaneſcūt, potissimum  
si restâ uel transuersè ingrediatur per-  
cussor: si uero circumeat, in brassicis  
permanent erucæ.

Illud porrò omnem superat stulti-  
ciam, quod quasdam uoces cum ima-  
ginibus quibusdā celī conuenire, ple-  
riq; autament: & uerba quæpiam ēs  
solenitate prolata, mutare sensus ho-  
minum & brutorum: hinc in speculo  
consecrato uideri imagines, hinc mo-  
ueri feminas in amorem, hinc mutari  
elemēta, terram uariè affici, ignem ab-  
uifione cessare, morbos curari. O' de-  
lirium incomparabile. Que nam uis  
hec queſo, unde deriuata, ubi rece-  
pta? Si etenim pendet ab harmonia *Fusè de ijs. v.*  
cœlesti tota uerborū uirtus, ut Alchin-  
tra *Alchim-*  
dus contendit: cur non ipſa per ſe *disputat.*  
operari id potest, cum sit cauila ſupe-  
rior? Dicer fortasse, cœlum media &  
30 proxima cauila, hoc est uerbis agere. At *Joan. Franc.*  
hoc doceat, in ſonōne, aut in uoce, an *Pius libro 7.*  
in uerbis exterioribus operandi uis *cap. 6. de Pra-*  
recipiatur. prior enim natura ſonus *not. imperti-*  
quām uox, & uox quām uerba: hæc en- *tioſa adiu-*  
im ex illa, illa uero ex alio conficiuntur, *ſuimaziam.*  
cum uerba uocem & ſonum inclu-  
dant, & in definitione uocis contineantur lonus. Sine uoce ſonus esse potest,  
quia natura prior: par i ratione sine uer-  
bis uox. sine uoce autem & ſono uer-  
ba non sunt. Si igitur uis in ſono reci-  
pitur, & qua ſonus mouet elementa, *M. 2 etiam*  
omni ſono etiam inanimorum cor-  
porum poterit ea uirtus communica-  
ti: quare nec uoce, nec uerbis opus erit. Si autem in uoce, cum ea plerique

etiam animantibus præterquam homini competat; id ipsum poterit à brutis etiam fieri. Si uero in humanis uerbis tantum recipi dixeris, rogo unde accipiatur uis, in primâ syllaba, aut medijs, aut ultima? Si in syllaba, iam nō in uerbis: ea uero mox perit. eadem in alijs erit ratio. Quare colligitur, nullo modo uerbis inesse hāc posse uirtutem cœlitus operantem.

Vthic mihi proclinius deferatur caluli à pīs collecti, sacratissima Chrysostomi autoritate mōstrosa hæc capita truncabo finiamq;. Verba, ait, sacerdotis ore proferuntur, Dei autem uirtute consecrantur & gratia: & magici sulurri siquid habent efficacie, id occultæ uirtutis habent à certa fiducia in diabolum. Nulla uero inest ijs uerbis efficacia: sed qui ijs fidunt, hos ob impian confiditiam sepe illudi à satana finit iustissimus Deus. Hic & in sequentibus proximè capitibus ad Leonis Suauij characteristica satis responsum esse arbitror.

#### DE MAGICA SANATIONE PER periaptam, characteres, effigies, annulos uel figilla. Cap. IX.

*Periaptatum  
manus.*

**H**ic periaptatum magica, tum ex Sacris maximè literis furtim tra-  
cta, suum habent locum, quibus contra dæmonum studia, incantatio-  
nes & maleficia homines quoque de-  
mentantur. quemadmodum cum pri-  
mum Euangelij Ioannis caput minuti-  
simis literis in schedula pictum, &  
Missæ recitatione consecratum, collo  
alligatur, mirum contra incantamen-  
ta & diaboli machinationes creditur  
esse amuletum. At si chartula hæc ali-  
cuius habebitur efficacia, prærogati-  
ua certè singularem aduersus satanæ  
molinima obtinebuntilli, qui fa-  
cram Scripturam ex professo in mani-  
bus uel manicis continuo circumse-  
runt. Sed ea nisi animis sit irradicata

nō mortua est  
litera, sed spis-  
ritus & uita.  
*Ioan. 6.*

nostris, ubi uelut à fomite uitali in a-  
etum excitetur, mortua permanet li-  
tera, etiam si millies suspendatur, alli-  
getur, portetur, afficitur, obmurmure-  
tur, in scribatur, si gillis aut annulis im-  
primatur, bibatur, edatur, uel etiā uo-  
retur. Confirmat hæc Chrysostomus: *Homil. 43. in  
Quidam. inquiēs, sacerdotes aliquam  
Euangelij partem scriptam circuī col-  
lum portant. Sed dic sacerdos inspi-  
ens, nonne quotidie Euāgelium in Ec-  
clesia legitur & auditur ab omnibus?  
cui ergo in auribus posita Euāgelia  
nihil profunt, quomodo possunt circa  
collum suspensa seruare? Deinde ubi  
est uirtus Euāgelijs in figuris litera-  
rum, an in intellectu sensuum? Si in fi-  
guris, bene circa collum suspendis: si  
in intellectu, ergo melius in corde po-  
sita profunt, quam circa collum suspe-  
sa. Eiusdem est sententia: Quando in  
grauem lapsō morbum, aliqui incan-  
tamentis succurrēdū esse consulūt,  
alij rebus collo alligandis, alij aliter:  
& tu constanti animo, quicquid id est,  
ob Dei timorem sustines, patiq; forti-  
ter malis quam eorum aliquid sectari,  
hoc te martyri facit proximum. Hac  
ratione docet Athanasius quoq; dæ-  
mones plurimū formidare uerba*

*In lib. de Va-  
rijs quasit.*

Psal. 68, l quis ea attentè ex animo o-  
ret. Exurgat Deus, & dissipentur ini-  
mici eius, & fugiant à facie eius qui o-  
diunt eum. Sicut propellit fumus,  
tu propelles eos: & sicut liquefit ce-  
ra à facie ignis, sic pereant impii à fa-  
cie Dei, & reliqua. Hac etiam oratio-  
ne satanam abegisse D. Antonium in  
acerbissimo illo certamine aduersus  
demonum turbas, testatur idem. Alias  
& illud Psalmistæ occinebat: Si con-  
stant aduersum me castra, non timebit  
cor meum.

*In Vita D.  
Antonij.*

Periaptam Agnus Dei nun cupata cō-  
secreat Romanus Pōtifex aduersus no-  
xios dēmones, & quascunq; eorundē  
machi-

*Verbum D.*

machinations: quod palam est ex libro 1. de ceremonijs Romanæ Ecclesiæ, sectione 7. ca. 3. de cœlestat. Agnus Dei, ubi post eiusmodi consecratione hæc subdūtur: Legimus Urbanū quintum Pontificem maximum misere ad Imperatorem Græcorum tres Agnus Dei cum uestibus infra scriptis:

Balsamus & munda cera cum chrismatis unda Conficiunt Agnū, quod murus do tibi magnum, 10 Fonte uelut natura per mystica sanctificatum, Fulgura de furosum depellit, & omne malignum Peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit, Pregnans seruat, simul & partus liberatur, Dona referit dignis, uirtutem destruet ignis, Portatus mundū de fluctibus eripi: unde.

*Characteres, effigierū, annularū & sigillorū nuz.*

Minus insuper momenti habebunt manu effigi characteres, effigies, annuli uel sigilla, hac illā figura delineata, sculptrāue, uel imaginibus ad certos cœli positus hoc momento, & illo loco insignita. Atq; ut nulla astrorum uis in ea quæ manibus conficiuntur, opera imprimitur: ita etiam si infinitè diuinis notis, nominibus, aut Scripturæ sanctæ verbis ornentur, substantijs nihil ex figuris quibuscumq; ueret uirtutis, uel accedit uel decedit: quib; singulis mirandas peculiaresq; uires certarum actionum effectrices ab initio Deus indidit. Nec enim iam noua ibi instituitur qualitatum mixtura: nō materiæ, ex prima ordinatione, cōuenienti qualitatum temperamento induitæ, noua & essentialis forma infunditur: sed corpori antea conformato, sua materia & forma, quibus existit, conseruantur, suaq; a ornato temperie, arte duntaxat noua affingitur species: ad quam nihil sidera, nihil eo tempore existentes in ære qualitates conferunt: immò, ut semel dicam quod res est, uniuersam hanc commenticiarum specierum congeriem, uanam esse, & inefficacē, nō pudet liberè profiteri: etiam si hic mihi offundet Thebit

philosophum, & magiæ antisitem, annulos conficiendi modum docentem, quibus animum exhilarari, hostes, caco dæmones & morbos arceri, miraculaq; edi mentiuntur: cuiusmodi annulorum commenta Eudemum philosophum quoque fabricatum esse tradunt. Obijcent & Albertum sui semper similem, & horum annulorum sigillorumque à ueritate sapenumero diuariantem fabrum. Accedet quoque Marfilii Ficinus, doctissimus aliqui philosophus, & plerique alij. Nec Gygis Lydorum regis annulus menti excidat, ut magica annulorum cathena ornatus prodeat Lamia, Menippi Lycij sponla: cuius digito, ne comitiali morbo correpta cedat, à philosopho redarguta, annulus applicetur argenteus, hoc modo intus notatus: i habet haber hebr. atque hinc breuiola, quæ uocant, contra febres à quodam nebulone quæstore facta, offerantur:

Ananis apta ferit mortem que ledere querit.  
Est mala mors capta, dum dicitur ananis apta.

Ananis apta Dei, iam miserere mei.

Per nuptiale uero annulum sponsus mingat, ut ab impotentia ueneris & fascino soluat, authore Nicolao & Guilielmo Varignana medicis, & Petro Argelate chirurgo. Si amorem quis dissolui uelit, in amantis calceo stercus amatæ collocetur, odorq; perceptus amore infringet. Causam profecto eius uirtutis nimis manifestam, non est quoddad occultam proprietatem torqueas.

#### MAGICA CURATIO MA-

leficij. Cap. X.

V Anissimum curandi maleficij mysterium, ex ineptorum delulorumq; hominum archiuis, erutum, pijs cordatisq; ea ratione hic aperio, ut videant intelligantē, quantum sit in rebus inane, ubi sigilla, cha-

M 3 racte-


*Plato lib. 2.  
de Rep.  
Lib. 2. Mine  
ral. Tract. ca.  
1. C. 3.*

*Marfilii Fi-  
cinius hoc no-  
misse notat  
ian. Franc.  
Pictus lib. 7.  
cap. 6.  
Philest. li. 3.*

*Breuiola con-  
tra febres.*

DE CURAT.  
racteres, numeros, uoces & coniurati-  
onem penitus considerauerint, sed ad  
populum phaleras. Eiusmodi com-  
mentis dementare & fallere haec tenus

540  
uoluere maleficiati homines. Hora &  
die Iouis, Ioue potente & dominante,  
accipitur lamina Iouialis, & insculpi-  
tur sequens tabula



Luna crescente, dicendo: O' tu Iu-  
piter planetarum maior fortuna dul-  
cis & mitis, & damasse, mahadis, Ca-  
mas, Iadar, Dichidos, Ossididus, Ca-  
nores, coniuro te per eum qui te crea-  
uit, ordinavit & posuit, ubi suæ placuit  
uoluntati, ut sis mihi in hoc opere ad-  
iutor, quod uirtute istius laminæ om-  
nia maleficia soluantur, gestanti con-  
seruacium, gratiam & amorem, pa-  
cem & concordiam hominum, Oomi-  
totoro Zedelay Troppines Zozin A-  
gare Bitelbault, Viteluault Yion, per 20  
eum qui uenturus est iudicare uiuos  
& mortuos, & seculum per ignem,

Amen. His ter dictis, suffumigatur la-  
mina mastice, olibano & ligno aloes,  
& custoditur in panno serico citrini  
coloris, uel portatur. Cum per hanc  
quis operari uoleat & maleficia solue-  
re, lamina hec in igne ponitur, dicen-  
do: O' uos spiritus Iouis, amoris & di-  
lectionis, me facite amabilem & com-  
placabilem ad placendum omnibus,  
yeferaye date potestate, ut sicut haec  
lamina calefit igne, ita etiam, &c. inde  
extrahitur Lamina, & in uino extin-  
gitur, dicendo: Sicut haec lamina ex-  
tinguitur in uino, ita extinguatur om-  
ne maleficium, &c. ubi hoc gustauerit  
& bi-

*Zib. 16. Sim-  
plie.*

& biberit, Ioth, he, uau, het, fiat fiat fiat amen. Apertius singula explicare nō  
lui ob curiosos ciuitatiū impietatum  
imitatores, quibus omnem errorum  
viam p̄cludere malui. Galeno no-  
stro hic fidem demus, dicenti: Substā-  
tia est quae suspenditur, non uoces bar-  
barae, ut quidam p̄stigiatorum face-  
re assolent.

DE CHARACTERIBVS, IMA-  
ginib⁹, figuris, exorcismis, rebusq; illicitis, qui-  
bus thesaurus inquiritur, claustra aperiuntur,  
capillatio suspenduntur malefice, obijcun-  
turgi; reliqua diaboli ludibri.

Cap. XI.

*Stagirus the-  
saurū inqui-  
rendi modū.*

T Hesaurum porro sic inquirunt hi  
magi. Virga auellanæ trib. signa-  
ta crucis, cōiuratur non modò  
superstitione, sed & impie ac blasphemie.  
Adduntur characteres cum barba-  
ris nominibus, & in fodiendo legun-  
tur Psalmi, de Profundis: missa, Misere-  
reatur nostri: Requiem, Paternoster,  
Aue Maria, & Ne nos inducas in tem-  
tationem, sed libera nos à malo. Amé.  
A porta inferi, Credo uidere, &c. Ex-  
pectate Dominum, Requiem æternā,  
cum oratione certa. Et si fodendi tem-  
pus neglexeris, à diabolo tollitur the-  
saurus.

*Diabolica  
claustrū a-  
periens.*

Vt claustra aperiantur, in particula  
ceræ baptismo designata flores uo-  
lubilis imprimentur, liganturque in  
anteriore indusii parte: ac ubi referate  
uoles, ter inflabis, dicesq; hæc uerba:  
Arato hoc partiko hoc maratarikin  
tuo nomine aperio hoc claustrū, quod  
infringere cogor, quemadmodum in-  
ferna confringis, in nomine Patris &  
Filij & Spiritus sancti, Amen.

*Plin. lib. 24.  
cap. 4.*

Æthiopidis etiam herbae tactu clau-  
sa omnia aperiri, quibusdā simul ad-  
murmuratis cantilenis, traditur. Ebdē  
referendum, quod cuidam ad laqueū  
damnato Venetijs, omnes patefactæ  
fuerint fore, disiectis seris, una tātum

admota herba, signaculis quibusdam  
decatata. At finis ea inest herbis, quo-  
rum admurmurantur cantilenæ, aut  
adhibentur signacula: Vel si uirtutem  
hanc obtineant cantilenæ & signacu-  
la, cur aduo cātūr herbae? Si simul con-  
iuncta hanc efficaciam sortiri dicas,  
meram esse superstitionem, contraria ob-  
ijcio, rerum alioqui naturalium mira-  
culis ut nihil derogatum uolo, ita e-  
iusmodi cantunculis & signaculis nil  
penitus tribuendum esse, ingenue af-  
firmo. Quum autem herbae illæ non  
operentur nisi cantionibus & signacu-  
lis applicatis, consequens est, iij etiam  
nihil eiusdem uirtutis adesse. Si effe-  
ctum subsequi respondeas: contingit is  
profecto dæmonis opera hic colludē-  
tis ratione cantilenæ uel signaculi, ut e-  
iusmodi ludibrijs incautos alliger stri-  
etius, cautiusque fallat, nec ullo mo-  
do iuuer. Dicam hic cum Plinio, non *Zib. 24.*  
*satius fuisse Aemilianum Scipionem cap. 2.*  
Carthaginis portas herba patescere,  
quā machinis claustra per tot annos  
quærere? Quid & tam grauibus se  
onerant sumptibus nostri Christiani  
principes in effringendis oppidorum  
portis tanto ponderosorum globo-  
rum infernalis pulueris potentia ex-  
cussorum numero? quum erāt apud  
Acherōtem inuestigare embescerent  
neuiquam, si quid hic in talem usum  
posse acquiri iudicarent?

Pro defensione, figura cum creta in  
terra noratur, & miræ affinguntur u-  
gæ, recitanturq; Psalmi, & Orationes,  
neconon Missæ actus adhibetur, & in  
arbores clauis figitur ferrens.

Vt mille hominibus uel equis cin-  
ctus quis appareat, anniculus salicis ra-  
mus unico infictu abscissos usurpatur  
cum exorcismo, barbarorum nominū  
recitatione, & characteribus absurdis.

Damnum alicui inferre se credunt *imagines de-*  
himale sanj, si imaginem cōficiant in *mīo/āk*.

M 4 eius

cius nomine quem læsum cupiunt, ex cera uirginea noua, sub cuius axilla dextra hirsutinis cor locetur, & hepar sub sinistra. Item, collo appeditur filo nouo effigies, quæ acu noua in membro lœdendo figitur, recitatione uerborum, quæ ob curiosos studijs pretermittenda censui. Ea ex ære quandoq; apparatur, cuius membra ad di- 10 riorem deformationem inuertuntur, ut pes manus loco formetur, & pedis uicissim locū subeat manus, faciesq; inuertatur. Ad atrocius malum & milis imago adornatur in hominis forma, in cuius capite nomen certum scribi- 20 tur, & in costis ex nomina, Alif caseil zaza hit mel metlat leuatac leuatace: ea in sepulchro defoditur. In eundem usum, ut ipsi uocant, in Martis do- minio, paratur duæ imagines, una ce- 30 rea, altera ex hominis mortui terra: & ferrum quo homo necatus fuit, traditur alteri imaginis, ut alterius necandi simulachri caput transfigat. In utraq; duo inscribuntur nomina, & characte- res seorsum peculiares: & certo altera recondituri loco.

In mulieris amore conciliando, con- 30 sicut in hora Veneris imago, ex cera uirginea in amatæ nomine: cui charac- ter imprimitur, & circa ignem calefit: & inter agendū, cuiusdam angeli me- 40 moria in mentem repat. Non absimile monstrum fingitur, ut quis tibi in omnibus obsequatur.

Vt tandem capillito suspeditur no- stra hæc malefica, & huius nugatorij actus scena tragicum fortifiatur exitu, apparatur effigies ex terra capitis mor- tui hominis, in alterius nomine bapti- fanda, cui nomen cum charactere in- 40 scribitur: hinc osse putido suffit, & inuenito ordine leguntur Psalmi, Do- mino Dominus noster, Dominus illu- minatio mea, Domine exaudi oratio- nem meam, Deus laudem meam ne-

*Torago, ut ca-  
villas suspen-  
datur male-  
fica.*

544 tacueris, &c. Deinde duobus diuersis locis ea sepelitur.

Vt periaptorum, characterum, figura- rum, annulorum, imaginū, reliquo- rumq; id genus prodigiorum uanitas ubique explodenda, omnium obtu- tui lucidissimè pateat, formulas has sacrificio surreptas supprimere nolui, quo de cæteris eiulmodi hominum ludibrijs facilius pronunciaretur sententia: quibus si uel ueritatis momen- tum inesse leui solùm cogitat suspi- catus fuisset, eas haud dubiè uestigi- id, cui debentur, consecratas exce- pisset Vulcanus.

Q V I B V S V E R B I S S T V P O R A C  
iaciuntur in tormentis & questionibus  
induci & solvi creditur.

Cap. XII.

I Nueniūtur, qui cum scelus aliquo à Quomodo tor- capitale admiserint, uel antequam menta quidā non sentiant.

Subiçiantur quæstioni, uel interea dum torquentur, quorundam aut scri- ptura, aut prolatione uerborum con- sequi sibi uidetur, ut & tacere possint, & nihil omnino sentire. Id quod tam firmiter sibi persuasum habent, ut fue- rint qui hac fiducia ultrò se cum carce- ri, tum quæstioni obtulerint. A diabo- lo enim, cuius interest sceleris non pu- niri, sed indies accumulari, confirmā- tur in malo, nec solùm organis uocis obstructis impediuntur, ne loqui pos- fint, uerum graui etiam somno oppri- muntur, ut nec audiat interrogata, nec tormenta sentiant. Interim tamen his illi penduli uerbis ac uerbis, sanè perquam *anabous* utuntur:

Imparibus meritis tria pendet corpora ramis, 40 Dismas & Gestas in media est diuina potestas: Dismas damnatur, Gestas ad astral levatur.

Sunt qui uerba Prophetæ euulcēt: Eru- 40 tavit cor meum uerbum bonum, ue- ritatem nunquam dicam regi. Alij au- tem hac prece te muniunt: Quemad- modū lac beatæ gloriose Mariæ uir- ginitatis

*Verba stupra-  
rem & tacia-  
turnitatem in-  
ducuntur.*

*Psal. 44.*

545  
ginis fuit dulce & suave Domino no-  
stro i e s u Christo, ita hæc tortura hue  
chorda sit dulcis & suavis brachijs &  
membris meis. Alij uero saltēm hæc

*Luce 4.* proferunt: i e s u s autem transiens, per  
*Teus. 19.* medium illorum ibat. Os autem non  
commuinuetis ex eo. Et tamen contrariū  
uidemus euentum. Licet enim  
dæmon ita dæmon occupet, ut nihil  
sentiant: ossa tamen illis comminuantur  
& confinguntur. Qua etiam ratio-  
ne probari posset, eorum uerborum  
nullam esse vim: quin ridicula potius  
esse, quam credibilia, quæ iam propo-  
suimus. Enim uero nec diabolo qui-  
dem esse permisum ut efficiat aliquid  
eiusmodi, interea dum ihs ut supersticio-  
se utuntur flagitiosi, propter duas  
mihi causas uidetur. Primo, quod cum  
*Rom. 13.* omnis potestas a Deo sit, diabolus nec  
ipsi nec legitimis ipsius actionib. pos-  
sit resistere, ut nocentes publicæ eri-  
piat iusticie: sicut docet D. Augusti-  
nus, & Thomas Aquinas. Secundo,  
quod impunitas scelerum Deo non  
placeat, & malefaciendi licentia mi-  
nimè permittratur: alioquin institutus  
ordo & iusticia Dei fibi inuicem repu-  
gnarent. Sed tamen hominum impie-  
tate sic merente, sæpius hæc accidisse  
fatoe. Testatur enim clarissimus lu-  
risconsultus Paulus Grillandus, se bis  
id & uidiisse, & in facto compertisse, his  
uerbis: Primo Pisis, dum essem affe-  
ctor magnifici Domini Capitanei illi-  
us ciuitatis: deinde Romæ, dum es-  
sem auditor criminalium caesarū re-  
uerediss. domini Auditoris Camere,  
ubi quidam fui sagacissimus, & dupli-  
cis malicie reus, contra quem erant  
examinati quindecim testes super di-  
ueris indicijs magni furti 137 ducato-  
rum aur. habens noticiam quod curia  
prefati domini Auditoris procedebat  
contra ipsum, antequam personaliter  
compareret, accepit nonnulla sortile-

*Diabolus cur  
semper in  
quam & san-  
ctus impedit.*

*Dicitur. Dei  
lib. 10.  
Thom. q. 5.  
prima pars  
tract. q. 11.  
de miracu-  
lo. Sent. ex-  
cum. cui fu-  
ma. ita uel  
natur. q. D.  
ad l. A.*

*Tractat. de  
quaest. et tort.  
q. 4. num. 14.*

*Tortmenta mil-  
taria fur.*

gia contra torturam: quibus expertis  
iterum atq; iterum uidens quod suf-  
fiebant ad paragonem, quadam die  
dum ego essem in ædibus curris nouas  
ad examinandum quosdam alias reos,  
ille sponte ueniens accessit ad me, &  
se constituit in carceribus ipsius, dicens,  
quod ultrò uenerat ad purgandum in-  
dicia, & notā infamiae sibi illatae. Con-  
tra quem tamen necesse fuit deuenire  
ad torturam, toti indictijs contra ipsum  
laboribus. In qua dum erat eleua-  
tus, dormiebat capite cliuo, ac si iace-  
ret in lecto, absq; ulla penitus laméta-  
tione, aut clamore: & ad tractus chor-  
dæ erat tanquā statua marmorea. qui  
dum elerabatur a principio, dicebat  
quædam uerba submissa uoce, deinde  
silebat ut dormiens. Statim ego suspi-  
catus fui, ne gestaret aliquod sortile-  
gium sive facturam maleficā penes se,  
aut ex illis uerbis captaret aliquod suf-  
fragiū: perquisiui quam diligenter per  
omnes partes corporis sui, demumq;  
reperi in capite, sub scuffa scilicet in-  
ter crines, quandam paruā schedulam  
hæc uerba continentem, uidelicet: t  
i e s u s autem transiens † per medium  
illorum ibat † os nō commuinuetis ex  
eo † cum crucibus ita signatis: quam  
illico abstulit ab eo. qui licet illa sic ab-  
lata satis conquereretur, nihilominus  
iterum positus ad torturam, & eleua-  
tus iterum, illud idem sicut ante facie-  
bat. & in principio ipsius eleuationis  
nōnulla uerba submissa uoce dicebat,  
que percipere nunquā potui, nec quic  
quam confessus est. Demum mutatis  
tormetis, sub tormeto taxilli subiectus  
fuit, & similiiter spernēdo dolores, ni-  
hil unquā confessus est: sed in sua nega-  
tiva semper audacius conualuit, adeo  
q; necesse mihi fuit eo instate, ab inqui-  
sitione eundem absoluere. Similis ca-  
sus occurrit Hippolyto de Marfilijs,  
Marsili. in l.  
repets. col. 4.  
dum erat officialis ducis Mediolani. ff. de quaest.

N Ite.

*Aliud exemplum.*

Iterum ait Grillandus: Necdum est annus elapsus, quod audiui alium Romæ positum ad torturam, & repetitis uicibus graviter cruciatum, qui uerba de laetitia Mariæ virginis submissa uoce proferebat, & nullum dolorem pati, sed cuncta spernere videbatur: & dormiebat sicut aliis in tortura: ac quamquam à tribus iudicibus presente procuratore fisci examinatus esset, nulla tamen unquam ab eo confessio extorqueri potuit, licet correus & criminis locius id fateretur expresse, & illum in socium nominaret: cuius processum uidi, illumq; cognoui.

*Exemplum mulieris.*

Aliud exemplum, quod similiter in facto accidit mihi Romæ, cuiusdam malefica mulieris, quæ ante quam eleuaretur in tortura, uerba quædam submissa uoce dicebat: deinde elevata silebat penitus uelut mortua, & nigrior apparebat in uultu carbone extincto, oculos extra caput ualde tremendos more illorum qui strangulatur emitens, & nihil penitus loquebatur neq; boni neq; mali. Ultima autem hæc histriola minime nostro obstat instituto. Nam si ex lamij nostris illa fuit malefica, quid miru si diabolus linguae ei faucesq; præcluserit? ne scilicet illa suam innocentiam probaret, & demoni ludibria detergeret.

*Carnificis per tinaciam.*

Superioribus uero exemplis simile nuper habuimus Antiuuerpiæ, in carnifice eius urbis Gelenio, natione Gallo: quem cum innumera, eaq; notiora flagitia commisso nemo non sciret, adagi tamen nullo tormentorum genere, quamuis immani, poruit, ea ut confiteretur, in tantam statim *alarmap* ac sensu penè omnium alienationem incidebat. De qua cum prudètissimus Senatus Medicos ordinarios consuluisse, eiusmodi stuporem non nisi pharacis quibusdam somniferis induci posse deprehendit: cuiusmodi suprà

Libro tertio, capite decimo septimo, descripsimus. Vel etiam alia ratione eam torturæ tolerantiam, ut immenses nimirum ille cruciatus perferret, Deus permittere potuit, uel quod ijsdē ad resipiscientiā tandem cogeretur, uel ut reprobis, acerbiores dignasq; extremæ pœnas lueret. Si quidem gladio tandem cæsus est circa ullum pœnitentis animi indicium ebris, qui multis retro annis se hominum utriusque sexus innumerorum sanguine inebriarat, quos multifario suppliciū generē ob fidei confessionem, uita spoliarat.

Nonnulli tamen ait Grillandus, dixe *Tractat. de runt*, q; aduersus istas coniurationes *quest. et tort.* & maleficia taciturnitatis reperiuntur *Quædam, num. 16.* *An. verbis remedia quædam, quæ diuersis preci- dissolutarum 10 bus conficiuntur.* Ex quibus dicunt, *cunuratas & stupor.*

20 quod omnes ligaturæ & maleficia huiusmodi dissoluuntur, & reus grauiissima tormenta & cruciatus patitur in corpore: & inter alia solē dicere uerba illa propheta: Eructauit cor meum uerbum bonum, dicam cuncta opera mea regi: & Dominus labia mea apertiat, & os meū annūciabit ueritatem: & Confundatur nequitia peccatoris, *Psal. 7* perdes omnes qui loquuntur mendacium: & Contere brachia iniqui eti, & *Psal. 9* lingua maligna subuerteretur. Ex quibus uerbis, precibus & exortisimis, dicunt maleficia ipsa resolui, & reum mirabiliter cruciali. Vide Paridem de Puteo, in *Tractatu de Syndicatu, et tortura. 1o. 3. folio centesimo decimotertio.* & Sylvestr. Prior. in *Tract. de Strig. demonst. mirand. lib. 4. cap. 5.* Super quibus tamen cogita, ait ille, quia de uirtute ipsorum remediorum non possem quicquam certi attestari, ex quo illa nunquam expertus fui, nec per alium experiri haestenus uidi. Ego uero, licet & D. Grillandus, & mille alij oculis id uidissent suis, tamen uirtute ueborum sue prolatorum, siue pictorum, siue scul- *pto.*

ptorum fieri posse nunquam credam. Enim auerò fur ille etiam schedula spoliatus, nihil adhuc, crudelius licet distractus, confitebatur: nec submurmata uerba insensibilem habitum induceret, satis superq; à me ostēsum est. Quare uel somnifica re assumpta, aut à diabolo, quicun antea pepigisse animo tales, eiq; se deuouisse, & etiam traditos esse necessis est, insensibilitate illata id fieri sentio, quum dæmoniacos complures Libro quarto à me enarratos, uarijsq; cruciatib; à diabolo exercitos, nihil eorū sensisse, sed postea uelut è somno surrexisse, commōstraerim. Stauendū itaq; si quid tale euéniat, id dæmonis arti potius tribuendum esse, qui ut spiritus, cerebri humores turbat, soporem mouet, nerorum originē obstruit, sensum tollit & stuporem inducit, chartulis uel uerbis in eū finem admissis, ut eorum apparatu quippiā inesse uitū consideretur, atq; interea reliquus satanæ dolus lateret. Idem dictum uolo ad torturam uetulæ Brugensis, quæ tum habitu, tum uiitu, tum incessu, tum moribus, tum fucata fandemoniaæ specie ab omnibus obseruabatur, habebatur in precio & plurimi sieba, ueluti uera Christi apostola, quod multarum matronarum liberos quasi miraculosè curaret, gibbos liberarer, crura tibiasq; illico restiteret, idque non arte, aut externo medicamine adhibito: uerū qualiscunq; pietatis aliquo exercitio adiuncto, nempe ut uno, duobus, aut tribus diebus ieiuuaret panis solius & aquæ usu: uel ter legerent orationem Dominicam, aut inuiserent Mariam Ardenburgensem, aut S. Arnoldum Audenburghensem, aut S. Iacobum, aut S. Hubertum Ardennatum: uel ut missam unam aut alteram religiosè audirent, aut aliquot preculas persoluerent ægri. Hifce rebus ex præscripto rite ex-

pletis, ab incommodis postea libabantur ægri propter confidentiæ insinuatis de mulierculæ potentia cōceptæ prærogatiuā. Exigebat etenim prius, ut se posse, firmiter crederetur. Atqui extorta tandem doli cōfessione, licet aliquandiu torturæ & quæstiones frustra fuissent adhibitæ, exilio à prudenti Senatu puniebatur. Historiam integratam leges in Rerum criminaliū præxi cap. 37. de quæstione siue tortura, loci Damhouderij Brugensis.

Quidam Iacobus nōmine, mihi nō ignotus & familiaris, torturæ ex magistratus decreto subiiciendus anno supra sesquimillesimū septuagesimo octauo, sc̄ ad insensibilitatem premunitre uolens, prius opium uorat, sed iuste quantitatis ignarus, cum multa præcordiorum angustia, sopore tandem oppressus graui expirat. Schedulam apud ipsum mortuū inuentam, & propria illius manu scriptā, qua opij draconias tres sibi è pharmacopolio adferri iussérat, uidi, legi, & charactrem agnoui: quod certè dolenter refero.

Insensibilitatem doloris & cruciatus quoq; inducere, teste Aarone & Hermete, lapidem Memphitem à ciuitate Memphis dictum, si tritus & aquæ mixtus propinetur ei qui quæstionibus erit subiiciendus, assérere Albertum Magnum eadem fide qua plura alia, hic prætermitti non oportuit. Vide & circa finem capitilis 17. lib. 3. & cap. 7. lib. 6. sequentis.

### FIGVRATO NVLLAM IN esse uim ratione figure.

Cap. XIII.

**H**inc liquet, quātum fidei sit adhibendum fucu dæmoniaco, ab Hieronymo in uita D. Hilarionis eremitæ descripto: Eiusdē, inquit ille, Gazensis emporij oppido, uirginem Dei uicinus iuuenis deperibat:

N 2 qui

qui cum frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi quæ solent morituræ virginitatis esse principia, nihil profecisset, perrexit Memphis, ut confessu uulnere suo, magis artibus rediret armatus ad uirginem. Igitur post annum doctus ab Æsculapij uatibus non remediantis animas, sed perdentis, uenit præsumptu animo stuprum gestiens: & subter limen domus puellæ tormenta quædā uerborum, & portentosas figuræ in terris Cypriji lamina defodit. Illico infanire uirgo, & amictu capitis abiecto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis, magnitudo quippe amoris eam in furorem uerterat. Perducta ergo à parentibus ad monasterium, seni traditur, ulu lante statim & confitente dæmon: se dainerif er faderetur a li.

tiens dæmonium, quæ amore, mea est sententia. nec uerborum aut figurarum in lamina incisorum potentia id contigit: sed quod diabolo occasio nem subministrasset, quemadmodum exprobrat Hilario, cam exercendi facta illi fuit potestas. Qui ad eiusmodi magicas curationes in morbis confugiunt, seuerè redarguuntur à Basilio in explicat. Psal. 45. Paruu, inquit, filius incidit in morbum, tu mox incantatore requiris, uel superuacaneos uariosque characteres uel figuræ aut literas puerorum innocentium collo suspendis, &c.

D. Thomas quoq; credit, annulos, *in libet. de Occultis nat. tura operib.* uel quicquid est figurarum ex arte, nihil operari ratione illius figuræ: neq; ex illa figura maiorem uim recipere à corporibus coelestibus, quæm non sic figuratum: quoniam quæ ex arte siūt, *Figurato nul la inost uirra tione figuræ.* non sequuntur materiam, neque formam. Identidem & de uerbis prolati sentit: quoniam uerba nihil immutant, nisi auditum. Verissimè ergo, imagines ex ære, plumbo, auro, cera alba, rubra uel alia materia baptisatas uel adiuratæ, consecratae, imò potius execratae, per magorum artes & sub certis diebus, uirtutes obtinere mirabiles, in ejusmodi artium libris recitatæ, errorem esse scribit Martinus de Arles theologus. Et Porphyrij opinio nem de talibus construendis imaginib; fuisse falsam, comprobat D. Thomas Augustini testimonio, libro 10. de Ciuitate Dei. Verum quidem est, res naturæ, formæ suæ & uirtutes con sequi ex corporibus coelestibus: sed imagines artificiales nullæ ab arte uitutem imbibere, aut aliâ assequi vim queūt, nisi quam ratione materiæ obtinent. Figura autem non est alterandi uel actionis principium. ideo nec alius uirtutis causam habet aurum ei us imaginis, quæm aliud alterius figurae.

guræ aurum. Atqui si alium consequi effectum appareat, si is dæmonum operatione, homines ludificantur, secundum Augustinum. Tales itaque imagines astronomice uim adipiscuntur per dæmonem: cuius signum est, quod illis imaginibus quosdam imprimi characteres oportet, cum naturali uirtute ex operentur nihil. In hoc tamen à magis fruulachris discre-

pant astrologica, quod in magicorum compositione sicut expressæ quædam dæmonum inuocations, unde eiusmodi effigies ad expressæ pertinent pastæ cum dæmonibus inita. At in astronomicarum factura, tacitum existit cum dæmonibus fœdus per quosdam characteres & figuræ ab ipsis dæmonibus inuentas, ad quorum characterum impressiones, facientibus suffragantur dæmones. Hactenus ille.

*Scitè igitur à Cardano, philosopho & medico, scribitur: Licet sigillis uim non leuem tribuant, ut Solis ad magistratus honores & gratiam cum principibus, Iouis ad diuitias & amicos, Veneris ad uoluptates, Martis ad audaciam, Mercurij ad soleriam, Saturni ad laborum patientiam, Lunæ ad populi fauorem: non ignoro lapides*

*Liber. cap.  
90. de Parte  
tate.*

*Similia apud  
Agrippa de  
Ocul. philos.  
lib. 3. cap. 33. p.  
70. 152.*

prodest, figuram autem nihil. Idem, ubi magicæ stulticæ maximæ in ea arte Artephi placita enarrauit, ac non solum dolosos, sed etiam mente captos fuisse magos monstravit: prodigiosos fuisse planetarum characteres, item annulos terrificis planetarum notis insignitos, & sigilla monstrofis eorum formis munita delineat, mox subiungens: Hi sunt characteres dolosa mente ex cogitati, quorum virtutem nullam esse certum est. Nam quid his characteribus cum planetis ipsis rotidis commune est? Atne nomina putes aut Arabica aut Chaldaea, aut Hebreæ aut Græca; quod si etiam essent, quid

plus eis in effet uirtutis quam Latinis? Igitur figura mentis era esse oportet, nuliusque uirtutis: quam si contendas obtinere, non nisi dæmonum pacto fieri potest. Quis etenim talia inuenire valuit, nisi dæmonum persuasionibus? At iam dæmones nihil docere constat. Dicent autem, formas esse in Nona sphæra, quæ in India uidentur. Ita siquidem malus ille Aponensis finxit. Sed concedatur: quis uero postmodum docuit, hunc characterem Solis esse, illum Saturni? Hinc clare liquet, delirantium hominum hac pura fuisse commenta. Plura inde magorum deliramenta ordine ex Artephi ibidem recitantur.

Si contendant magi, se rebus naturalibus uti, characteribus, figuris, herbis & uerbis, publica alioqui dæmonum commercia abominati: hinc refellentur, quum sit apud Aristotelem & omnes naturales philosophos compertissimum, actiuas uirtutes non posse figuris inesse, uti nec literis uel quibuscumque characteribus, cum nihil aliud sint quam compositio & ordo ex cogitatu ab artifice seu pingente seu fingente: præterea & materiales imagines ultra suam speciem & formam operari non posse, restatisimum est, multò minus admirabiles supra naturæ legem producere effectus. Signa uero si dicantur, ea quum diuinitus insti tuta non sint, quin potius reiecta, & à natura abhorrentia, restat ut plus quam superstitiosa sint, & à dæmoni inuenta, uel palam fabricante, uel clam in male credulorumphantasiam suggerente. Somnia item sunt, quod figuras & characteres in elementalis materia impressos parere radios singat Alchindus Arabs, quibus motiones in rebus alijs excitentur, quum illi quantum ex arte sint, nullo modo causatum superiorum influxus commoueat.

His ad de Porphyrii deliramenta, quibus figuræ à diis maximoperè amari, eosque in sacra imagine contineri imaginatur: contra Aristotelem, atq; etiam Theologos, qui characterum, herbarum, aut etiam uerborum uis, separatas mentes supra hominem in ali qua materia coerceri posse negabunt. Si quem characterum iuuabit uarientas, si quid dignitati uel uetus statio eo-<sup>10</sup>rum tribuendum quis contendat, in ~~propinquus~~ hominis linea menta, notæ & multiformē characterem collimet, adeoque ipsum cœlum, terram & omnia quæ in eis sunt, uigilâti inspectio ne cōsideret, inueniet profecto quod cōtemplatu & admiratione sit dignissimū. Quapropter ocoſa, patrocinante ueritate, prodigiorum huiusmodi ſegmentorum permanebit fabrica.

Porrò ſacra uerba ea pollere uirtute, si denud ed confugiarunt, ut notatis foliis literarum figuris tam mirabiles progignantur effectus, cōminisci, certè impium est. Euangelii efficacia, nō in exaratis characteribus, huic figure uel illi annulo, ſigillo aut imagini applicatis, uerum in uirtute myſtica, ad ſalutem credenti, conſtituit. Verbum Euangelii in corde iuxta uiam ſatū, au-<sup>30</sup>ditum, & nō intellectum, rapit malus ille: auditum autem, protinusq; cum gaudio exceptū, radicem, ut in petra ſatum, non habens, cōtinuō euaneſcit: auditū item, & cura huius ſeculi ſuſſo- catum, ut ſemē inter spinas inieſtum, infœcundum maner, inefficaxq;: ſed auditum & intellectum, firmaq; fide apprehenſum, efficax eſt, hominemq; in nouam commutat creaturā, & mentes consolatur afflitas, aduersus demonis iuſtus communiens, ardētiq; invocatione in Christi nomine inflam mans, exorante quæcunq; petuntur: non autem hoc p̄rſtat chartis illitum verbum, aut quicq; materiae impref-

*Rom. x.  
1. Cor. 4.  
Matth. 13.  
Marc. 4.  
Euc. 4.8.*

sum inſculptumue, uel collo alligatum, ſive ſuperliminari impositum, aut ſubtus liumen in terra ſepultum. Tantum enim abeft ut intuitu pictarum aut incifarum inſculptarumue Scripture ſacræ uocum aut ſententiarū, quacunq; ſint expreſſa forma, terreatur, fugetur aut uinciat diabolus, ut etiā ipſe eadē probē calleat, nec allegare erubeſcat, qud fallat cautiū: quemadmodum cum Christum tentatione impe-teret, feciſſe legitur. bona autem con-<sup>Match. 4.  
Marc. 1.</sup> ſcientia, uina fide, ex uera Dei agnitio-<sup>Luc. 4.  
Pſal. 90.</sup> ne & Spiritus ſancti inspiratione pro- gnata, atq; uerbi Dei potentia proſter nitur ille, proſfigaturq;. Hinc ligaturas omnes & remedia, quæ medicorum condemnat ſchola, iure optimo quo- que Auguſtinus reiicit.

## 20 FORMVL A CVRANDI MALEFI-

cij ſuperfluoſa, item alter modus ſutilis per-  
lendi demoniſ. Cap. XIIII.

**N**on incōuenientem curandi ma leficij modum merè ſuperſtitio ſum, quanquam myſterij loco habitum, hic aſſcribam, ut euidentius quorundam hominum eluceat impia credulitas. Hunc insignis doctri næ, integratit atque uetus vir D. Iohannes Echius, *laſtros θεραπεύει τάξις θεού,* medicus pro ſuo candore, communicauit: non quid eum approbaret, ſed riſui una mecum exponendum arbitratetur: à matre autē aegrotæ naetus erat, quæ studioſe religiole que omnibus obſeruat, filiam curatam, ſi dijs placet, af- firmabat. Historia, cui annexitur cura-<sup>10. Echius  
Superfluoſa  
demoniacæ  
virginis cau-  
rato.</sup> tio, ſic haber: Clarissimi jurisconsulti N. filia, annos nata circiter tredecim, monialis ( quam uocant) monasterij non procul à Sufato ſiti, maleficio la- borare credebatur. nam uenter tumidi or erat, ut hydropicam quis iudicas- ſet: & cū lotio calculos excernere uidebatur, qui uera erant fragmenta la- tericia inæqualia, magnitudinjs avel-

Lanæ nucis, & minoris, præcedere summo dolore. adhæc alterum crus habet batlaxatum. quo circa quum extrema metuerent moniales, & pueræ parentes, ea Coloniam deferebatur, acceſſe banturq; duo celeberrimi eius urbis medici, D. Ioannes Echtius, & Hubertus Faber: qui re ad exactâ artis trutinam uocata penſiculataq; dæmonis opus foueri iudicarūt. Ad puellæ itaq; 10 curationem adhibebatur quidam ariolus uetus, nomine Abrahamus, qui hanc sanâdi formulâ parentibus prescripsit. Omnim prîmō sacra administraſtetur synaxis. Deinde potionis sequentis cyathus parvus plenus, uel uitreus, matutina hora & uespertina puella maleſicio affec̄ta propinabitur. Rhabarbari Recip. Rhabarbari electi drach., raudem bilb. dices enulæ, artemisiâ rubram uulnaciat, sed quorūm hoc gō dictam, centaurium minus, menta cum reliquo aquatricam; hæc simul, præter artemisiâ plantis pellen siam, in olla noua indentur, & in hono re sanctorum triū nominum ebullient in uino albo: artemisia aut in aquæ pinta, quā hic uocamus, unciariū duodecim pondere equaliter decoquetur. Item pauperi alicui homini pio commédatibitur recitatio orationis Dominicæ & salutationis Angelicæ, quin- 30 quies separatim repetenda: prima, in nomine pueræ maleſicio læſe, quod Christus in horū diceretur: secunda, q. Christus aquâ & sanguinē sudarit: tertia, q. CHRISTVS IESVS condamnabatur: quarta, q. IESVS citra culpâ in crucem coniiebatur: quinta, ob Christi passionem, quod in cruce expiraret, ut sagam conuertere, & illatū malum amoliri dignetur IESVS. Præscripto modo hominem simplicem in genua prouolutum, attentione summa orare oportet: deinde octo diebus continuis Missam audire ægrotam, & confistere ubi recitat Euangelium: atque in cibo & potu aquam iuſtra-

lem, salemque expiatum miscere. Alia quædam puella exagitata aliquando in dæmonio, eius inspiratio ne ita liberabatur, ut itinere satis longo & recto singulis ferè passibus in genua procumberet Marco durum usq; nusquam è via communis trita deflexens, etiam si fouea, aquæ, latum uel excrementa effent obuia, in ijs quoq; genibus deuoli oportuit: at in ara facra D. Annæ (ad quam frequenter ibi religionis ergo concursus) missa celebrata, liberationis indicium iri ostensum pollicebatur dæmon. Proinde circa puellam sub missæ actione se confexisse umbram cädidam, ait sacrificus: quam quoq; puella se obseruasse tanquam certissimam liberationis notam afferuit. En dæmonis fūcum, quo cōdūctus a uixi stabiliat.

Domum à lemuribus turbatâ Théo phrasti Paracelſi affec̄la vindicant libe- 40 berantq; suspensi in quatuor domus angulis, mēbranis uirgineis, quas uocant, quibus inscriptum est: Omnis spi- ritus laudet Dominum uel Mosen ha- ben & prophetas: uel, Exurgat Deus & dispergit inimici eius. Si eodem modo suæ artis statuunt principia, quo hanc commentarii sunt curationem, dæmonesq; fugare conantur, non est quod ueterem medicinam euersum iri metuamus. Absurdè enim prima haec sacri Vatis sententia in chartulis suspensa, ad dæmones exturbandos usurpatur. Nam omnis spiritus, hoc est, quicquid spiritu & uita fruatur, auget Dominum: non autem ab impiis, multo minus a diabolo, laudem suam celebrari uult Deus. Quomodo etiam instituto respondeant illa uerba Abraham, diuini epuloni redditæ, Mosen habent & prophetas, ipsi iudicent. Si testimoniū urgeant sententiam, ad Caput nonum huius Libri, de Periaptorum uirtute, eos relego.

*Chirurgus  
secleratus.*

**A**D insignis malitiæ chirurgum, qui multos annos toleratur apud Geldros, quandoq; etiam Coloniæ, anno supra lesquimillesimum sexagesimo septimo in æstate apud im peditioris linguae nobilem in ducatu Montensi, quem quoque fecellit, promotum, quum forte poulis ibidem indulgeret, accessit eiusdem nobilis minister proximæ arcis prefectus, nomine Elbertus, calantica ægrotorum more testus, ut medica eius opera, sic persuasus, iteretur. Hic mox uittam linéâ ex capite abiici iubet medica ster, atq; ut secum cyathos exhaustiat, hortatur ægrum. Quod quum hic auersaretur, sibiq; à medicis, uino ut parcè ute retur, imperatum affereret: respondit 20 iste, sibi alias occultiores esse curandi rationes, quas nescirent reliqui medici. Id ideo tentatū, ut à bene poto, nec satis ob id prudente, liberaliorem curationis sua mercedem pacisceretur, eiusq; dimidiū, quod ei moris est, ante auferret. Hinc seorsum cum ægrotō secedit, morbi magnitudinem propo nit, causamq; esse maleficium, in un uersam deinde eius familiam atq; pe cora proscripturū faveissimè, nisi obuiā iretur, perficitissima fronte mendaci ter imperito homini persuadet. Tandem ubi de ampla curationis mercede trah actū esset, diligenter porrò industrieq; inquirit, num quem domi inter familiam aleret, cui fidi queat? respondit ægrotus, se famulum & filiam habere. Impostor, quot annorum esset filia, ro gat: ait pater, Viginti. inquit impostor: 40 Satis est, hæc erit nostro instituto & actionibus non inidonea. Inde iubet utrumq; parentem ad filiæ pedes pro cidere suppliciter, & obnoxie orare, ut in cunctis medico obsequeretur, di stoq; audientem se exhiberet, alioqui

non ritè consuli posse patris uale studi ni: cuius uterq; cupientissimus ad filiæ genua prouoluit, supplex q̄ue ex ne bulonis istius præscripto obsecrat & obtestatur. Tum mādat, ut pilum tam suū quām uxoris, item filiæ, necnon omniū quos domi aleret, hominū, ut & brutorū, abscessum, filiæ traderet, sibi in arcē, ubi ægrotus degeret, certa atq; 10 cōstituta hora deferendū. Hac fabulæ epithesi industriè ad hunc modum in stituta, ad reliquos aëtus progreditur. Nam quū illa ad præscriptā horam, dīcto obediens, ut patris sanitati cōsule ret, aduenisset, in cōclauze seorsum du citur: ubi longa simulanter habita oc culta oratione, librum qui in mensa erat, aperit, duo seq; cultros decussatum transuersos in eo ponit multo cū mur mure, diris item coniurationibus, fīctis his illisque characteribus: tandem & circulum in terra ducit, in quem & alterum cultrum à se adiurationibus execratum, à puella configi iubet: tum interpositis aliquot non intellectis fu surroq;ne prolatis uerbis, alterum cul trum, ut antè factum erat, defigēdum tradit: deinde puellæ metu consterna tæ offulam quādam offert edendam, illique refragati eam perfrigidam (sic enim illa narravit postea) in os inserit: qua accepta, ita perturbari uisa est, siue metu seu alia occasione, ut sibi non satis constaret. Hinc pectus nudati ius sit, sicque mammillis diu popisimo seu palpo tractatis, supinam inclinari detegto uentre uoluit. Qua in re ubi puella pudica se difficilem præberet, atque hic Tragicus comedus patris exitium certissimè subsequuntur, ipsamque in idem & grauius malum lapsuram, nisi morem gereret, minitaretur, necessarioq; que hic mutuam carnis conrectationem requiri persuaderet, in sinum prolapsus, pudoris mox zonam soluit, castitatisque munimen-

nimentum perrupit. Altero die eodem curationis modo obseruato, secundum fabulæ actum simul cum iuuecula absoluit. Tentauit idem & tertio, sed solum bis ipsum suam satiasse libidinem, illa fassa est postea. Interea & medicamenta ægroti exhibuit singulis diebus tam crudelia, ut præsentem hic præ nimio cruciatu timeret mortem, ob idq; lecto affigeretur contiuud, quū ante inceptam curationem, quasi nihil incommodi pateretur, obambularet. Nec quidem immetitò, q; mercurium præcipitatum huic fuisse propinatum, à prudentioribus & forte actionum medicastri conscijs iudicaretur. In ijs suis tormentis & carnifica hunc quandoque suppliciter, licet uenire detrectantem, aduocat, lenimenq; tortura querit: tandem & dilectissimam filiam rogat, quid ipsa animaduerterer consilij, & quem speraret successum ex curationis modo. Quam ubi pudore suffusam, ac in lachrymas pronam, uix quicquam respondere obseruaret, doloris causam extorquet. Illa rem omnem ordine patri explicat, & catastrophe dolum detegit, se etiam mestruam fluxionem ex eo congressu passam fuisse queritur, hymenis uenarum eiusmodi insul tu ruptarum imperita. Ex lamentibili patris relatu hec ad me peruenere. Ouerum maleficium: ð facinus horrendum, flagitium & scelus morte etiam crudelissima expiandum. Nec aliò à me teterimum hoc factum promulgari quis arbitretur, quām ut in similibus casibus, alieno damno quilibet cautor, non tam faciles aures & obuias manus præbeat cuiuscunque sanitatem tanta impudentia arrogantiaq; pollicitanti, & mercede iniqua stipulanti. Interim auctor his uos habet qui ipsum mirentur, prædident, promouentque, et si quoq; lippis & tonsori-

562

bus innotuerit, eum licet prouectioris ætatis, alteram duxisse uxorem, superstite etiamnum priore. Sed in eam mētis caliginem dilabi, proh dolor, hos qui aliò iniquius commisi gladij protestatorem torquent, est quod gemib; assiduis, quum peccatorum nostrorum amplitudo sic mereatur, conqueramur.

Cuidam nobili extremè decumbenti, contra febrem adhibuisse eundem chirurgū sequentem curationem, mihi referebatur, quum ad eundem deploratum postea accerseret. Tres ille radiculæ partes huic obtulerat, singulas semel mordendas, ad primam inquietus, Vtinam Christus non esset natus: ad alteram, Vtinam mortem non obiisset: ad tertiam, Vtinam non surrexit. Deinde illis collo appensis, iubet eum bono esse animo, si illæ perirent: qui enim eas tolleret, hunc simul febrem ablaturum pollicebatur. Sic non multo post, empyemate, meo quidem iudicio, interiit.

Vsurpatus & is modus, Iesus Christus † qui natus est, liberet te N. ab hac infirmitate †: Iesus Christus qui mortuus est † liberet te N. ab hac infirmitate †: Iesus Christus qui resurrexit † liberet te N. ab hac infirmitate. Inde quinques oratio Dominica & Salutatio Angelica recitentur quotidie.

Eiudem ordinis fuit is medicaster, qui apud Xantos Clivizæ, cuidam iuueni ex tympanite tumescenti nuper persuasit seniorem uiperam cum duabus rubris colli circulis, & duas iuuniores in uentre exundante foueri ex maleficio: & quum exactius obseruaretur, dum hunc curat, ne à uehementibus purgationibus, simul excrematis uiperas mortuas miscere fraudulenter posset, tandem ægrotum partus dolores passurum singit, ac proinde se oportere partibus pudibūdis occulere

cultè manus admoliri: cui responderet mater egroti admonita prius, luis manibus se effecturam, quicquid in eam rem desideraretur. Sic desit impostor, & post dies quatuordecim moritur æger, qui à quodam chirurgo eam ob causam fecabatur, ut cunis huius nebulonis innotesceret dolus, quem admodum & contigit: hinc incunctatior alio auolauit funesta hæc & infasta strix.

DAEMONES NON ALITER  
sanare morbos, quam à læsione ab illis in-  
uecta cessando. Cap. XLV.

*Fortalitium  
fidei lib. 5. de  
Bello dæmo-  
num.*

**S**i iam obijciatur felix curationum sharum magiarum successus: respondeo, In uita sancti Bartholomæi legi, dæmonem curasse morbos: atque hoc fecisse non sanando, sed à læsione, quam ipse inuexit, celando, ut tradit Abdias episcopus Babylonie libro octavo Certamin. apostol. in hæc uerba: In idolo Astaroth apud Indos dæmon erat, qui se curare languidos, & cæcos, quos ipse lædebat, illuminare fateretur. Erant enim sine Deo uero homines illi: & necesse erat ut à Deo faso ludificarentur, qui eiusmodi arte illudit, uerum Deum non agnoscentes. His concitat dolores, morbos, damna, pericula, datque responsa ut ipsi sacrificent: & quum à se inuestare remoueret, tanquam ab ipso sanentur, existimant omnes, nimisrum stolidi: ille autem non sanando subuenit, sed à læsione cessando. itaque cum lædere desinit, curasse putatur. Et pōst: Ipse diabolus arte reddit homines ægrotos, ijsq; suadet uenerari idola: & ut sibi eorum animas deuincent, ab eorum uexatione desistit, ubi lapidi aut metallo dixerint, Tu es Deus meus. Et pōst ex Bartholomæi mandato fatetur dæmon, prīmō carnem hominum à se lædi, uerū in animas nullam sibi concessam esse

potestatem, nisi sacrificauerint. Deinde subdit: At ubi pro corporis sui salute nobis sacra fecerint, ab afflictione desinimus, quod tum in illorum animabus dominari inchoamus. Cum itaq; à læsione quiescimus, eos curare uidemur, & uelut dij colimur, dæmones interim existentes. Pulchrè id à Tertulliano etiam docetur his ue-  
<sup>In Apolog.</sup>  
bis: Habet de incolatu aëris, & de ui-  
ciniis siderum, & de commercio nu-  
biuum, celestes sapere paraturas, ut &  
pluvias, quas iam sentiunt, repremit-  
tant dæmones, benefici plane & circa  
curas ualeitudinū: ledūc enim primō, de-  
hinc remedia præcipiūt ad miracu-  
lū nouis, siue contraria, postq; desinunt  
lædere, & curasse credūtur. Adiungam  
qd in hæc sententiā Tatianus Assyrius,  
Iustini discipulus, qui clavuit circiter  
annum centesimum septuagesimum, contra Græcos differat: Nullus affe-  
sus, inquiens, per occultā alterius rei  
dissensionem tollitur, nec egrotus ali-  
quis curatur amuletis, ut pelliculis ap-  
penſis. Dæmonum iste aggrediones  
sunt: & qui egrotat, uel amat, uel odi-  
t, uel appetit ultionē, istos sibi auxiliato-  
res asciscut. Utuntur autem dæmones  
hoc artificij modo. Quemadmodū fi-  
guarū literarum, & uerbi qui inde co-  
scribuntur, non per se possunt indica-  
re, quod scribitur: sed hæc sibi cogita-  
tionum suarum signa homines consti-  
tuerunt, ex certa ipsorum coniunctio-  
ne, ita ut ordo literarum definitus est,  
rem intelligentes: sic etiam uariæ ra-  
dices, & neruorum & ossium adhibi-  
tio, non sua natura aliiquid efficiunt,  
sed tanquam elemētaris institutio sunt  
improbitatis dæmonum, qui ad quid  
singula valere debeant, præscriptūt.  
Vbi uero ab hominibus usurpari uide-  
rint ministerium uel curationē ipsorum,  
superuenient, & eos ad seruitorem re-  
digunt. Et pōst: Non sanat dæmones,  
<sup>sed</sup>

LIBER. V.  
 sed dolo capiunt homines. & rectè lumen ille maxima dignus admiratio-  
 ne, dæmones latronib. similes esse do-  
 cuit. Siquidem ut illi uiros aliquos ea  
 pere solent, deinde pacta mercede fa-  
 miliaribus eos restituere: sic etiā qui  
 à uobis existimantur dij, quorundam  
 hominum membris se insinuātes, de-  
 inde per somnum suum in illis gloriā  
 fabricantes, in publicum prodire iu-  
 bent: & in conspectu omnium, post  
 quam desideratis ex mundo rebus se  
 expluerunt, ab egris atolant, & mor-  
 bum suo dolo productū obliterantes,  
 pristinæ ualeitudini homines reddūt.  
 Testatur & D. Hieronymus, licet uit-  
 tute magica possunt aliqua fieri mira-  
 cula, utilia qua pertinent ad curiosita-  
 tem tantum, & uanitatem (sicut Simo-  
 magus hingebat statuas ambulare, lo-  
 qui, ridere, & similia) ea tamen quæ  
 sunt salubria, ut existint curatio lan-  
 guidorum, illuminatio cætorum, &  
 huiusmodi, non posse artibus magicis  
 siue à dæmonibus effici. Eleganter bre-  
 uiterq; hoc dæmonis studium ac me-  
 delam expressit Cyprianus De idolo-  
 rum uanitate, ubi post longam de Au-  
 gurijs & Aruspicijs disputatione sub-  
 iungit: Hi spiritus maligni affluti suo  
 uatum pectora inspirant, extorum fi-  
 bras animant, autum uolatus guber-  
 nant, sortes regunt, oracula efficiunt,  
 falsa ueris semper inuoluunt. Nam &  
 falluntur & falluntur, uitam turbant, som-  
 nos inquietant, irrepentes etiam cor-  
 poribus occulta mentis terrent, mem-  
 bra distorquent, ualeitudine frangunt,  
 morbos lacessunt, ut ad cultum sui co-  
 gant. Et mox: Hæc est de illis medela,  
 cùm ipsorum cessat iniuria. Nec aliud  
 his studium est, quæm à Deo homines  
 auocare, & ad superstitionem sui ab  
 intellectu uera religionis auertere: &  
 quum ipsi sint penales, querere sibi  
 ad pœnam comites, quos ad crimen

566  
 suum fecerunt errore participes.

Hinc Augustinus, & legitur 26. q. ul-  
 tima, admoneant: Admoneant fideles  
 sacerdotes populos suos, ut nouerint,  
 magicas artes incantationesque qui-  
 buslibet infirmitatibus hominum ni-  
 hil remedij posse conferre, nō anima-  
 libus languentibus claudicantibusue,  
 uel etiam moribundis quicquam me-  
 derit: sed hæc sunt laqueus & insidiæ  
 antiqui hostis, quibus ille perfidus ge-  
 nus humanum decipere nititur. & si  
 quis hæc exercuerit clericus, degrado-  
 tur, laicus anathematizeretur. Idem fe-  
 rè in libro de Ciuitate Dei legitur: &  
 26. q. 2. qui sine. ubi mortem potius ef-  
 se dicendam eiusmodi curationem,  
 quam uitam, docetur. Idem: Valent de  
 mones affligere, quoscumq; Deus pro-  
 pter peccatum, eorum tyrrannidi subie-  
 cit. Isychius lib. 6. comment. in cap. 19.  
 Leuit. Pessimum est magis adhærere,  
 quia dæmonum inimicorum nobis &  
 pestilentium nomina dicunt. Qui etsi  
 ad breue tempus, ut in errorem mit-  
 tant, uidetur operari aliquid quod ad  
 corporalem sanitatem uile & paruum,  
 quale etiam imperiti medici operari  
 possunt: ueruntamen nec hoc ut boni,  
 neq; ut bene uolentes hominibus ope-  
 rantur, sed in seruitutem illos redige-  
 re, & à Deo separare cupientes.

Ad curationum harum dæmoniaca-  
 rum cognitionem facit, quod Sabelli-  
 cus scribit: Talis, inquiens, Circensium  
 ludorum fuit pompa, quos tum instau-  
 rati cotigit, quod quidam è plebe ho-  
 mo T. Latinus, siue Tyberius Atinius,  
 ut alij scribunt, à Ioue erat monitus, ut  
 consulibus nunciaret, non placuisse si-  
 bi proximorum Circensium præsul-  
 torem: instare urbi periculum ingens,  
 nisi darent operam, ut sibi Iudi ex in-  
 tegro fiant. Id ille imperium quum  
 forte detrectasset, ueritus ne, si fidem  
 non fecisset, pro ludibrio abiit in ora-

hominum: ita accidit, ut paucis diebus quibus species illa fuerat homini noctu oblata, filium nulla euidentiore morbi causa amiserit. At tum iterum simili oraculo interrogatus, a fatis magnam haberet spreti numinis mercedem! Cæterum quum rem adhuc in occulto haberet, subita est corporis debilitate afflictus. Tum demum propinquorum consilio usus, lectica primò in forum ad consules, mox per illos in curiam delatus, ubi quæ per quietem fuerat iussus dicebat, ordine exposuit. Miraculo accidisse aiunt, ut in pedes erectus, domum incolumis abierit. Sed malorum dæmonum aliquis Atinio in somnis affuit, qui futurū intelligēs, ut paucis diebus ille filiū amitteret, ipseque aliquanto brevius graui esset morbo defuncturus: ubi scilicet à se affligi desiderasset, hanc fallēdi ansam nactus, ut Romanum pop. in maiores adhuc tenebras cōsiceret, ridiculum illud ludorum schema oculis cœcæ multitudinis ossidit.

FICTAM ESSE DÆMONVM SANATIONEM, & eam quandoq; à Deo permitti ob imprudentium credulitatem, admodum sepe efficacem. Cap. XVII.

**I**Taque liquer, sicutam saltem simula tamq; curationem quandoque exhibere dæmonem, à cruciamento cuius ipse author exitit, desistendo libenter, cuius rei admiratione faciles hominum mentes illaqueat, sibiq; infidelitate subiuget spiritus in diffiden-  
*Ephes. 4:14* tia filii efficax: hoc unum, cum primis annitens, ut hi quos defraudant, eum diuino cultu & honore dignentur. Vel Deum, ob contumacem hominum incredulitatem, plerunque aliqua permittere credimus, ut uidentes non uideant, & audientes non audiānt, nec intelligent. Vel quo modo ex confidentia in medicum, medicamentis plus accrescere interdum ui-

rum conspicimus: sit ex fide superstitione adhibita eiusmodi incantationū uerbis, quanquam ex Scriptura frequenter furto satisq; inconciennè subtractis, aliquid singularis energiæ accedere, non temerè quis credit. quod nec Galenū latuit, illum plures cu- rare affirmantem, in quem plures con fidūt. Tantum habet ponderis, inten- fa sanationis imaginatio. Quare Pomponiatū dicere non ueretur, in sana- tione acquisita ex ueneratione osiu Diuīs ascriptorum, si essent ossa canis, & tanta & talis de eis haberetur ima- ginatio, non minus subsequeretur sa- nitas. Multa siquidem corpora uene- ratione dignamur sāpē in terris, quo- rum animæ patiuntur in inferno, au- thore Augustino.

Ex maiorum historijs recentijs; pa- trum nostrorum memoria repetitū ple- triq; exempla, asseruntq; non paucos ad sola uota sanctis nescio qua credulitate & religione facta, aut ex conta- ctu contuitūe ossium (nō dicam the- carum) qua de quorundam cadaueri- bus collecta ac reseruata ferebantur, recuperasse amissam uitriū integritatem, sanitatis restitutione stabiliter, uniuersi cultus impij autho- re unico diabolo. Imò inde natā per- ualisse in animos hominum opinio- nem, aut tamq; etate & robora tam in- ueterasse aiunt: ut plus ualere, longē- que validius obortas corpori ægritudi- nes euellere atq; extirpare sola no- ta statuis delata, quam remedia cense- rentur. Eam inoleuisse cōsuetudinem addunt, ut si quid aduersi accideret, non diuina desiderarentur auxilia, sed in subsidium illi inuocarentur sancti, quos talib. præsidere ac dominari ma- lis persuasum erat: neglectum ea ra- tione fuisse Deum, contemptuque & pro nihilo habitam medicorum ope- ram: preces quoq; Deo ad celestium manda-

*Lib. 1. Pro-  
gnost. cap. 24.  
Lib. de Incā.  
tamēt. cap. 12.  
Imaginatio  
int̄ ea sanati  
ossi officiæ*

mandatorum præscriptum deferendas, directas fuisse ad sanctos, aut ad statuas: uim item medicatricem, diuinitatis remedijs in natura ordinatis inditam, uotis fuisse tributam.

*Confessio cre-  
dulitatis po-  
tentia.*

Quantum autem ualeat constans credulitas apud uulgas, propè innotuit. Credulitatē requirit superstitione, quē admodum fidem uera religio. Tantū potest obfirmata credulitas, ut etiam miracula operari credatur in opinione & actionibus falsis. Quilibet enim in sua religione, etiam falsa, modò firmissime credat ueram, spiritum suum ea ipsa credulitatis ratione eleuat, donec assimiletur spiritibus illis qui eiusdem religionis duces sunt & principes: eaq; uideatur operari, quæ natura & ratio non discernunt. Hæsatio uero & diffidentia, institutum o-  
pus non modò in superstitione, sed etiam in uera religione infirmant: & effectum quæsiti, licet multo usu confirmatum, eneruāt. Quomodo autem superstitione imiretur religionem, exem-  
pla ostendunt, inquit Agrippa: uide-  
licet quando excommunicantur uer-  
mes & locustæ, ne frugibus noceant:  
quādo baptizantur campanæ & ima-  
gines, & eiusmodi plura. Sed quia pri-  
sci illi magi, & qui eius artis authores  
apud ueteres extiterunt, fuerunt Chal-  
daei, Ægyptij, Assyrij, Persæ & Arabes,  
quorū religio omnis peruersa erat, &  
idolorum cultu inquinata: cauendum  
nobis summo perere est, ne permitta-  
mus illorum errores supra nostræ re-  
ligionis Christianæ puram ueritatem  
dominari. Blasphemum enim hoc es-  
set, & blasphemus.

*De Occult.  
Philosoph. li-  
bro 3, cap. 4.*

HISTORIIS NON ILLEPIDIS ostenditur, quantum in magicis curationibus ualeat temeraria credulitas.

Cap. XVIII.

Cæterum quid temeraria illa ua-  
leat credulitas, exemplis osten-

dam ridiculis: & prius nō illepidum,

à uiro Ecclesiastico, non infimi nomi-

nis Theologo, accepi. Narrabat is, ad

*Idem ferè lea-*

*gitur in Li-*

*bro German-*

*no de lude-*

*cis & seriph-*

*cap. 427.*

mulierculam quandam oculorum lip-

pitudine aliquandiu laborantem, casu

nebulonem diuertisse, qui sanationē

oculorum certissimam pollicitus, su-

spensa in ipsius collo schedula, tam ca-

uit strictè, ne ea auferretur aut aperire.

tur aut legeretur, ut nihil hinc prorsus

expectandum iuuamenti assuerit, si

aliquo hic modo delinqueretur. Mu-

lier in multam erecta spem confidens,

à lacrymis se quoque continuit, qui-

bus antea oculorum accrebat ui-

tium: atque hac ratione paulatim co-

ualuit. Demum ob adeptā sanitatem

schedula negligenter habita decidit:

eiusq; cui haec tenus unicè fidebat, ani-

maudiuersa dein iactura, redeunt lacry-

mæ, malumque recrudescit. Schedu-

la interim ab alio inuentæ, referatæ

& lectæ, inscripta Germanico idioma

te hæc aiebat fuisse uerba: *Der Teuffel Schedula rü-*

*frage dir die augen auf / vnd schiffst dir in die*

*dicula collo*

*löcher. Quod si uerbū uerbo reddatur,*

*sonat: Diabolus eruat tibi oculos, ac*

*eorum foamina suo stercore impletat.*

*Si horum aliqua fuisset uirtus uerbo-*

*rum, euili perijissent oculi, cauitatib.*

*demonis excrementis rursum infartis.*

*Non omnino absimile, Plinio referen-*

*te, uidetur illud Marci Servilij Nouiani*

*principis ciuitatis, qui in metu lip-*

*pitudinis, priusquam eam ipsam nomi-*

*naret, aliisque ei prædicaret, chartam*

*duabus Græcis literis P & A inscriptā,*

*circuligatam lino, subnecetebat collo.*

Sic cuidam puellæ terrifico furore

*Chartula in a-*

*mis collo sub-*

*nexa.*

interdum à dæmonio agitatæ, chartu-

lam corio testam, anteua quidem in al-

tari Missæ recitatione sacratam scili-

cet, suspendit ecclesiastice professio-

nis uit, sanationem pollicitus: ea tamē

cautione adhibita, ut in officio & rei

fidiuia retineretur puella: si schedula

neglectū habita periret, eam ad pristīnum relapsuram. Idcirco de custodiēda uigilanter chartula, singulatis omnibus incumbebat cura & studiū. Tādem coniunx mea Iudith ad uillicum nostrum diuertit, ē quo ubi miserabilem puellæ casum cognouisset, illam continuo uoluit accerſiri. Atq; hic illa studiose pieq; admonita ab uxore, ac rectius inſtituta, ut nimirum fiducia in Deum affictorū patronum concepta, dæmonis negligat ludibria, sacrilegumq; sacrifici consilium contemnat, eam mensa apparaſta cibo quoq; refici iubet, ſimulq; à collo periapton auſert. Qua re perculti territiq; procul fugiūt ſpectatores, relicta cum puerilla in domo coniuge ſola, unā cum Sophia filia, ueriti, ne ob ſuę anchorae ſacræ iacturam, cui hucusq; nixa puerilla minus angebat, tanquā in portu uifitens, mox exiliret furore percita, iuſtuq; uiolento uifitentis ſuo impeteret mo re. Interea admonitioni acquiescens, appoſito fruitur uictu, citra ullam ani mi turbati notam, hilariſ: ac, ne unquam amplius transuersam à uiua in Deum fiducia ſe auocari fineret, eruditā, optimē inde, noſtra quidem ſententia, habuit. Corio autem concifo, implicata aliquoties chartula inerat ſublutea, plana, ſine characteribus: quam cōfēſtim Vulcano consecrauit, p̄ſente puerilla, uxor.

Huc accedat & aliud de obſefio quo dam exemplum. Is dum per ſacrificū mirè φιλαυτον, plerisque coniurationibus & exorcismorū fulminibus im peteretur, adeo ut iamiam proſuſ uideretur abigendus dæmon: eoq; cun ſtante, ſupra uerticem energumeni tādem adhibita fuisset particula S. Crucis in theca ſue loculo contecta, ut uulgaris opinabatur: ſic demum infu dantem uehementer exorciftam affa tur dæmon: Tameti non nesciam ua-

nam atq; impiam eſſe ueſtrā de uero crucis ligno, in quo peperit Chriſtus, confidentiam, quum reuera fragmentum ſit ē patibulo ſeſtum, nihi lominus pertinax iſta opinio ueſtra ac confirmata omnium fides facit, ut af feſtibus ueſtris obſequens, nunc hinc cedam, deſeramq; hoc hospitium.

Fallacem, captiolum & periculolum huiuſmodi eſſe ſanationem, nemo nō uidet. Ludit ſæpenerd ſub rerum harum ludicrarum ſpecie diabolus: & hoc exequitur, quod machinatores illi malefici perſequuntur, ut uidelicet omnis uis ab eiusmodi ſigmo proſificiſci credatur. Recte itaq; Rabbi Moſes ille Aegyptius, mendaces & ſtultos eſſe affirmat, qui ſoli figuræ, ſoli ſcripturæ, ſolis lineamētis, ſolis deniq; uocibus aere fracto natis, tantam miracu lorum uim & potestatem tribuat. Nec temerē Antoninum Caracallam impe ratorem eos condemnare ſtatuiffe, tra dit Aelius Spartianus, qui cōtra tertianas & quartanas febres periapta geſta rent: quæ quoq; à Luciano lepidē irri dentur. Similes quoq; curationū modos, ut ſuperstitiosos, reiicit Augustinus hi uerbiſ: Superstitiōſum eſt, quic quid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda & colenda idola, pertinens uel ad colendam, ſicut Deum, creaturam, partēmūe ullam creature: uel ad consultationes, uel paſta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita atq; foederata: qualia ſunt molimina magicarum artium, quæ quidem cōmemorare potius quām docere ſolent poētæ. Ex quo genere ſunt, ſed quaſi licentiore uanitate, harufiūm & augurum libri. Ad hoc genus perti nent omnes etiam ligaturæ, atq; remedia quæ medicorum quoq; disciplina condeſnat, ſue in praecantationibus, ſue in quibusdam notis quas chara cteres uocat, ſue in quibusdam rebus ſuſpen-

*Lib. 1. p. 111.  
xorni. cap. 7. 1.*

*In Dial. phr.  
loſoph.*

*Lia. de De  
Urin. Chriſt.  
54. 20. & 27.  
q. 1. illud.*

Iupendendis aut ligandis : in quibus omnibus ars dæmonum est, ex quādā pestifera societate hominum & angelorum malorū exorta. Vnde hæc cuncta uitanda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda atq; damnanda. Item Serm. de Temp. 215. Et si adhuc cuderis aliquos aut ad fontes, aut ad arbores uota reddendæ, fortilegos etiam & diuinos uel præcantatores inquirete, phylacteria etiam diabolica & characteres, aut herbas uel succos sibi aut suis appendere, durissimè tanta eorum peccata in crepantes dicite: Quia quicunq; fecerit hoc malum, perdit Baptismi sacramentum. Identidem Serm. 24. de Tempore.

*Indusium ne  
infestatii.  
Diothembd.*

Hic negligi minimè oportuit indu-  
suum illud necessitatis nuncupatum,  
Germanis Noithembd, tantoperè à pro-  
auis celebratum, quo inductebantur, ut  
in bellis à quocunq; telorum uel sphæ-  
rularum bombardicarum idū & armo-  
rū iniurijs liberi perduraret, & quod-  
uis aliud corporis incommodum de-  
clinarent securi. Eo quoque usq; sunt  
parturientes, ut citius tutiusq; factum  
deponeret. Hinc nomen fortitum est,  
q; in necessitate usurparetur, & suum  
præstaret auxilium. Hoc autem solem 30  
nī modo adornabatur. In una eadēq; noſte feriarum Natalis Christi, filum  
ex lino in nomine diaboli à iuniorib;  
notæ castitatis puellis neri texique, &  
indusium cōſui debuit. In pectore uero-  
rò duo assuebantur capita, in quorum  
dextro longa propendebat barba, &  
velut galea erat imposta: ſinistrum  
autem horridum & corona ornatum,  
regis illius magni Beelzebub fuiffe di-  
ceres: latus utriusq; muniebatur cruce.  
Longitudine à collo medium ho-  
minem contegit in dubium cum mani-  
cis. Id apud eximiae nobilitatis uirum  
uidi, qui à patruo milite strenuo cef-  
serat, qui eo muniti soleat, plurimū huic

574  
ſiſus: quemadmodum pleriq; etiam Cæſares, alijque principes & magnifici cōſueuere. Hæc autem plus quam superstitionaſathanæ doctrinam cras- fe nimis redolent.

Q Y O'D EXIMII MEDICI AL-  
ligationibus, characteribus, carminibusq; uſi  
ſint: & de Homerica medicatione, ac  
Veffasiani miraculo. Cap.

## XIX.

I nterim excellentissimos quosdam medicos, qui nō parum fidei his ap- posuere nugis, hic grauter impegiſ ſe non ignoro. Ex horum numero eft, doctissimus alioqui, Alexander Traſ- lianus, qui Herculis erecti leonē ſuffo- cantis, & in lapide medico inſculpti imaginem annulo aureo inſluſam & geſtatacholiciſ medeni affirmat: ſic & calculoſis, podagricis & febricitan- tibus conſultuſ nō ſolum alligationū, ſed & characterum & carminis uolum. Galenum quoq; ab ijs quæ euidenter apparēt, perſuaſum temporis proceſſu, adducit, uim ijs inſeſ ſentientem (in tractatu de Homerica medicatio- ne) quam tamen ante negauerat. In ſcriptionis autē ea extitit cauſa, quod Homerus ſuppreſſum uerbis ſanguinem, & mysteriis ſanatos morbos tra- diderit. Nec Aëtium, herentes in gula & tonsillis spinas & oſcula carmine ſuperſtitioſo excatare, puduit. Telum carmine ex thorace retractum, ſupra ex Beniuuenio commemorauit. Marcellus etiam paſſim inculcat carmina: hiſ quoque uifus eft Octauianus in Eupo- ristis: item Q. Serenus, qui uerbum, Abracadabra, chartæ figura à ſe tradi- ta in ſcriptum, appenſumq; ex collo, à febribus, maximeque ab hemitritæo liberare docet. Gordonius itidem, & plerique alij ſuperſtitioibus addicti- ores medici recentiores, licet primariaj, carmina habuere familiaria, ut e- tiam ad ſanguinis profluuiia, ad comi-

*Lib. 10. ca. 1.  
circa fin. l. 9.  
ca. 4. & li. 11.  
in fine, lib. 12.  
cap. 9. Hunc  
eo nomine ta-  
rat Joannes  
Gordon.*

*Annuloruſ,  
alligationis,  
characteris,  
& carminis  
uifus apud  
medicos.*

*Homerica  
medicatio.*

tales accesiones, ad partus difficultatem, ad febres intermittentes & erraticas, ad lumbricos, uulnera, fistulas, luxationes, hernias, & nescio ad quæ non, haud pauca inuenierint. Quorum

*Liber s. me. lib. thod. cap. ii. de Flomerica med.*

experientiam (inquit Augerius Ferre-  
rius) cum ob oculos positam, & tot il-  
lustrum uirorum autoritate confir-  
matam uideris, quid facies? Nam ijs  
quæ sensibus exposita sunt contraue-  
nire, sani hominis non est: doctorum  
uerò experimenta infirmare, temera-  
rium. Tu uerò (dices) qui hæc cincu-  
cas, quid sentis? Dicam liberè. Neq;  
enim supersticiosus homo sum, neque  
fabularum amans, sed ueritatis stu-  
diosus: in quam cùm toto animo ac  
studio omni incumberem, prodigio-  
fas quoque has curationes attingere  
uolu, ne qua parte in artis operibus  
deficerem. Deprehendi itaque, cura-  
tionis huius euentum non è charac-  
teribus, non ex carmine promanare: sed  
tanta est uis animi nostri, ut si quid ho-  
nesti sibi persuaserit, atque in ea per-  
suasione firmiter perseverarit, id ipsum  
quod concepit, agat, & potenter ope-  
retur: modo alterius, in quem agit, a-  
nimum non habeat repugnatem, ne-  
que diffidentem. Nam si etiam fidem  
tem & coadiuantem habuerit, citius  
quod intenditur, perficietur: si neque  
fidem neque diffidentem, nihil  
minus uis animi agentis operabitur.  
Id in dentium doloribus, in quibus  
frequentissima hæc est medicatio, a-  
perte uidere licet. Nam præcantor  
ita mouet non reluctantis ægroti ani-  
mum, ut dolor illo submurmurante,  
uel cum characteribus a gente, sensim  
extinguatur. Quod miraculo non ca-  
ret. At si forte æger diffidat, aut planè  
ridiculum existimet remediū, aut cir-  
cumstantes habeat qui fidem eleuent,  
& remedium coram illo contemnant,  
præcantanti nulla uis erit, quia persua-

576  
sionis suæ repugnantem habet alterius  
animum. Hic illud interseram, quod  
cuidam puellæ nobili dolorem den-  
tis à nobili uiro carmine lenitum me-  
minerim: sed illam redargutā ob im-  
pium curationis modum admissum,  
facti pœnituit: quare recurrit dolor,  
qui tamē postea euauit sponte. Qui  
uerò citra fidem ac persuasionem ad  
incantandum accesserit, operam suam  
ludet: nisi fortè tam stupidum alterius  
nanciscatur animum, qui simulatione  
se decipi non sentiat. Non sunt ergo  
carmina, non sunt characteres, qui ta-  
lia possunt: sed uis animi confidentis,  
& cum paciente concordis. Ut docti-  
simè à Poeta dictum sit:

*Nos habitat, non tartara, sed nec sidera cœli:  
Spiritus, in nobis qui uiget, illa facit.*

Verū confidentia illa ac firma per-  
suasio comparatur indoctis animis per  
opinionem, quam de characteribus &  
sacris uerbis conceperunt. Doctis &  
rerum intelligentiam habentibus, ni-  
hil opus est externis: sed cognita ui-  
animi, per eam miracula edere possunt.  
qualia de Apollonio refert Philostratus,  
cum ab externis mundanisq; ne-  
gociis in animi secessum se recepisset.  
Indoctis ergo animus, hoc est, siue po-  
testatis & naturæ inscius, per externa  
illa confirmatus, morbos curare poter-  
it. Doctus uerò, & sibi constans, solo  
uerbo sanabit: aut ut simul indoctum  
animum afficiat, externa quoq; assu-  
met, non solum quæ uulgè prolata di-  
citur, uerum etiam alia quoq; à se inuen-  
ta, uel quæcūq; illi ad manū aut in mé-  
tem promptè uenerint. Hactenus ille.  
Hanc aut Ferrerij sententiam, eiusmo-  
di nimirum effectus ex cōstanti & firma  
operatis persuasione cōsequi, mo-  
dò patientis animus nō reluetetur, eru-  
ditè cōfutat ornatissimus uir D. Thom-  
mas Erastus in parte prima disputatione  
de noua Paracelli medicina.

Vt por-

Vt porro intelligatur manifestius, in illis quæ præter nature ordinem adhibentur curationibus, dæmonium sæpe operari & colludere in hominum exitium, uerba Antonij Sabellici hic adferam: Mirum, inquit, quantū præstigiorum, ipsius principis & aliorum oculis offuderunt mali dæmones per id tempus, quo Vespasianus Alexandria fuerit. Nam & Basilides libertus, qui aberat, uisus est illi sacrificanti ministrare, ut regum nomen futuro imperio omen fecerit: & mox paulò illū pro tribunali sedentem, duo è plebe uiri adierunt, opem sibi orantes à Serapide demonstratam: hic oculus captus, ille debili crure, per quietem se monitos dicere, fore ut cæco dies illu celeret, si ipsius oculos spuso Vespasianus iuxnisset: alterq; firmior hebet, si calce contingenteret. Quum uix fides rei esset, nec es ullo modo successura crederetur, ne experiri quidē à principio Vespasianus ausus est. Cæterū amicis hortantibus, utrumque pro concione tentauit: nec defuit euuentus. Verebatur scilicet dæmon ille, quem sub Serapidis nomine colebat Ægyptus, errorū mater, ne piorū ecclesia recens ibi constituta, ex uetus illo ipsum exturbaret domicilio: præuiditq; futurum, ut duo ægri, uterque sua defunctorus esset clade: impulitq; proinde ambos, ut à Vespasiano opem implorarent, ut quum euentus fecerit esset, eius fauore qui erat rerū potitus, oracula maiestas augeretur, nec ex ipso Imperij fastigio ad ueræ lucis fulgorem animum intenderet.

Finiam hæc capita sententia hac memorabili, quæ 2. Decret. legitur: Semper diabolus sub uelaminibus latens, prodit se, dum ea confingit quæ hærent personis, per quas fallere nititur. Si aut quilibet opponit & dicit: Quomodo eueniū illa, quæ illi diuini p̄-

dicunt futura: aut quomodo possunt ægri præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem, si aliquid propriæ uirtutis aut potestatis non habeant: hoc à nobis accipiat responsum: Quod ideo quisquam non debet eis credere, quia aliquando eueniū quæ prædicunt, aut sanare uidetur languidos, aut lædere sanos: quia hoc per missu Dei fit, ut ipsi qui hæc audiunt uel uident, probetur, & appareat qua fide sint uel deuotione erga Deum. sicut in Deuteronomio legitur Moses *Deut. 18* ex diuino verbo Dei populo præcepisse: non esse credendum prophetæ aut somniatori, etiam si euenerit signū atque portentum quod loquutus est, si à uero Dei cultu is abducatur.

DE LIGATVRIS, PERIAPTIS,  
20 & amuletis physicis: item dæmones nullis plan-  
tis aut terrena materia allici aut fuga-

ri. Cap. XX.

**N** Villam tamen hic fidem ligatu- *Ligatura*  
ris, periaptis & amuletis physi- *physica*.  
cis substractam uolo. Pleraque enim substantiæ in earum generatio-  
ne specificæ aut individualis (ut sic di-  
cam) constitutionis ratione, cœlitus  
aliqua imbuuntur uirtute, quæ inge-  
nita & occulta antipathia aliarum qua-  
rūdam actiones inhibeat & liget: unde  
physicæ ligaturæ origo & nomen.  
Ita adamantis & allij præsentia, ma-  
gnetiæ operationes, ne ferrum trahat,  
impedit: oleum, à palearum attractu  
uim succino admittit ligatq; Oenotho-  
ra (authore Crateua) collo alligata uel  
iugo suspensa, prius uino aspersa, om-  
nium animalium feritatis domat.

Peripta adhæc & amuleta uerè phy- *De periaptis*  
sica, ratione quoque fulciri naturali, & *& amuletis*  
ab eorum substâlia uapores quosdam *physicis, vide*  
uelut ætros desfluere, quidam conten- *Theodoru Pre-*  
dunt medici: qui spicatione occulte *sciens med-*  
attracti, morbi causam uirtute sua alte- *cum ad Ense-*  
rare, corpusq; resuscitere possunt. Hac ra- *bium lib. 20.*  
tio-

*Cro. de  
Simp.* tione radicem paeoniae maris recentem, & anagallidem rubro flore contra epilepsie minas suspendimus: istercū item lupi & intestinum doloris colici cruciatibus afflito alligamus, non (ut opinatur Pamphilus medicus) ob incantationis uirtutem, sed causam naturalē (ut dixi) occultam, uel spiritus scilicet harmoniacos, ut Paracelsi se-

*Lia. Simp.* statores sentiunt. Quocirca Galenus eorum experientia doctus, per apertis sic considerare oportere admonet, ut substatia illorū, & nō incantationis magorum uerba, auxilietur. Eandē sustinuit sententiā Theophrastus: Potius, in quies, absurdā illa putentur, quae alligata & ueneficiorum aduersantia uocatur, & tum corporibus tum domibus unice opitulari creduntur: quae commenta hominū planè esse uidentur, qui suas artes magnificare celebrareq; cuperent. Vnde nullā contra malignos spiritus antipathiam inesse moly uel hypericon sentio, etiam si Fuga dæmonum à superstitione credulis nuncupetur: nec alia facultate quam celestium gratiarum, noxios malorum de monum vapores à nobis arcere putentur. Luporum item capitibus ianuis in eundem finem affixis tribuo nihil.

*Moly.  
Hypericon.  
Fuga demo-  
num.* Vix enim scio, an usquam laxior his spiritibus fenestra aperiatur, quam ubi portarum custodiā his capitibus demandatam conspicimus. Dictas uero herbas in ædibus suspensas, ab hominibus & pecore maleficia arcere & fugare, quemadmodū cnebisi car- dui (quem Cuus appellant Ægyptij) viribus dæmonem in colloquium allici, grauissimi pronunciant autho- res: quibus tamen, extra ueritatis me- ram nō est affectu danda fides, quum ijs multo citius imponat simulatis de monum aribus potuit, quam illis qui Christum induit, penitus satanæ lu- dibia cognorunt. Quare etiam re-

rum & uaticiniorum diabolicorum la- byrinthis, præclarissima illa ueterum ingenia implicita magis, irretitaq; fu- isle perhibet historias, quae Christi aduentu, multorum testimonio, proflus desiderare & obmutuere. Spiritus sunt dæmones, qui ut nullis alluciuntur plati uel terrena substantia, ita nec fugatur: etiam si plerunque apud suos cul- tores, se aliquarum rerum potentia inuictari, allici, trahi, cogi, uel etiam ambigi, ut in pia credulitate eos sibi magis obstringant, fraudulentem simulent. Hic D. Thomas docet (allegans *i. Part. q. 115. Augustinum 21. de Ciuitate Dei*) dæ- mones allici per uaria genera lapidū, herbarum, lignorum, animalium, car- minum, rituum, non ut animalia ci- bis, sed ut spiritus signis, si modo hæc eis exhibentur in signum diuini ho- noris, cuius ipsi sunt cupidi. His er- go rebus uititur maleficus instinctu de- monis, per pactum inuocationis ex- pressè uel tacite, uel ad infamandum creaturas Dei, quae de se bonæ sunt: uel ad maiorem credulitatem & dece- ptionem fidei animarum hominum perditorum, qui his & alijs uituntur ad inuocationem. Non igitur uititur ma- leficus, immo uerius dæmon, huius- modi tanquam rebus efficacioribus ad tale maleficiū, sed tanquam si- gnis pacti illius inter se & ipsum ma- leficiū, quem iam ut suum cultorem posidet tanquam hæreticum, & à si- de alienum. Hæc ille. Posse tamen quædam corpora, uelut melancholi- ca uel cholrica, non tam grauiter à dæmonio exagitata, quibusdam ad- habitis rebus uel harmonijs nonnihil immutari, & ab afflictione leuari, in- ficias ire nolo: quo modo Saulem mu- *1. Reg. 16.* fici per auditum demulcēte quie- tiorem redditum le- gimus.

QVIBVS MATERIIS DAE<sup>M</sup>O:  
nes & maleficia arceri credebat anti-  
quitatis, & ecclesia Romana.

Cap. XXI.

Sulphur.

**I**N eiusmodi religione suum habere  
locum credebat sulphur, ad expi-  
andū suffitū malos dæmones: quo  
in purificationibus sacerdotes uti soli  
tos, uelut & asphalto aut ablutione a-  
qua marina, scribit Proclus: quoniam  
purificat sulphur ob odoris acumen,  
aqua uero marina propter igneā por-  
tionem. Hinc Ouidius de Medea:

Terq[ue] senē flāma, ter aqua, ter sulphure lustrat.

Alphaliū.  
Aqua mari-  
na.  
Elementos et  
piasana.

Pentaphyl-  
lon.

Oliu.

Qua fascinū  
& maleficū  
auferre credi-  
tur.

Vitonica.

Holotha.

Expiare & pentaphylon herba pu-  
tabatur, proinde in hanc rem usurpant  
eam sacerdotes antiqui: quemadmo-  
dum & oliuæ ramos, quæ tantæ esse  
puritatis dicitur, ut ferant oliuum à  
meretrice plantatam, uel infra cno-  
sam perpetuò manere, uel omnino ex-  
arescere. Simili modo expiationi con-  
ferre arbitrantur thus, myrram, uer-  
benam, ualerianam, phu Arabibus di-  
ctam, palnam Christi portatam, antir-  
chinon, uel radicem bryoniae siccām,  
ac radicis aristologiae siccā suffitum,  
item benedictam, & gatiophylatam,  
scillam quoque in limine domus su-  
spensam.

Tantum gloriae tradiderūt quidam  
herba ueronicae, ut domus in qua sa-  
ta sit, existimetur tutā à piaculis omni-  
bus. Holitha herba in Moravia nasci-  
fertur rara, quæ spiritus malignos  
pellat.

Similiter fel canis nigri suffitū, uel  
eiusdem sanguis linitus per omnes pa-  
rietes, maximè præstare dicitur tam ad  
expiandū dæmones malos, quam ma-  
leficia, ubiq[ue] fuerint. Sunt & alia an-  
tiquis contra fascinationes commen-  
data, uelut palmarum lignū in ponio  
osseum dente limatu, radix satyrii Oc-  
chis cognominati, fœminea lichenet,  
quæ distinguitur internodijs & ramo-

fiore frutice. Rutā fascini amuletū ef-  
fe, tradit Aristoteles. Alissum in domo  
suspēsum, salutare amuletū existere  
cōtra hominū quadrupedūq[ue]; fascina-  
tiones; item rhamni tertij ramum ual-  
uis fenestrīte impositū, ueneficia om-  
nia depellere, tradit Dioscorides. Cō-  
tra hæc quoq[ue] ualere cynocephaliam,  
docet Appion Grammaticus. Baccha-  
rem herbam beneolentem, Virgilij te-  
stimonio freti, contra fascinum singu-  
lari pollere uirtutē putant: in Bucol.

—Bacchare frontem

Cingite, ne uati noceat mala lingua fuiuro.

Resistere & fascino, frontis hyænæ  
corium dicitur.

Huc etiā multi lapides tū ex alijs,  
Lapides ma-  
tum ex Alberto, ut mendacibus diabo  
leficium tol-  
lentes.

liundinis accedat authoritatis pon-  
dus, conferri queūt. Iaspideum empulit  
& alijs idolis aduersari, refert Diony-  
sius. Sardium à ueneficijs maleficijsq[ue];  
gestantem afferre, sti & chrysolutum  
& Carchedonium dæmones pellere  
fetur: adamātem quoq[ue] aduersus in-  
cantamēta ualere creditur. Corallum  
rubrum collo infantī appensum, aut  
armillis intertum, in brachioq[ue]; gesta-  
tum, uel etiam in domo retētum, præ-  
rogatiū habere aīnt contra fasci-  
num. Lycurius lapis præstigias ab o-  
culis auferre creditur: quo modo he-  
liotropius lapis uisum perstringere, &  
gestantem inuisibilem reddere: lippa-  
ris suffitū omnes bestias euocare, sy-  
nochitides umbras inferorum educe-  
re, anachitides diuorum imagines ap-  
patere facere: enectis somniantibus  
suppositus oracula reddere putatur.

Oleum adhæc ex gagate sacratum, Oleum ex gata  
dæmoniacis conferre, superfliosè gate.  
doct Melue. Dicuntur & penna upu Libro 3. de  
pæ suffitæ, phantasmaria fugare. O-  
uum quoque in iustificationibus acciri  
solet: hinc oua lustralia dicta sunt. un' Qua lufra-  
de Ouidius: lia.

*Ad seniat que lusret anus lectumq; locumq;*

*Deserat & tremula sulphur & oua manu.*

*Ligato scu-  
rantia.*

*Ligatum adhac sanare creditur pi-  
cus anis comesta: suffumigium ex dæ-  
te hominis mortui: si item corpus to-  
tum inugatur ex felle cornino & oleo  
sesamino, ex Cleopatra: uel si argen-  
tum uiuū in calamo uel auellanæ nu-  
cleo nacuo cū cera occulus, sub pul-  
vinari maleficio læsi collocetur, aut  
sub limine ostij, per quod si in domū  
uel cubiculum ingreditur.*

*Narrat & Eusebius Serapin, qui Græ-  
cis Pluto dicitur, apud Ægyptios sym-  
bola dedisse, quibus dæmones expel-  
lerentur: docuisse etiā supplices, quo-  
modo assumptis brutorum figuris in-  
sidentur hominibus dæmones: qui-  
bus maximè obnoxij fiant, qui cibis  
subinde distendantur laurioribus.*

*In sinum despere, aduersus fasci-  
nationes, ueteribus quoque in usu fu-  
isse legitur. Sic apud Theocritum:*

*ως μη βούνα δαχάρη, τρίς εἰς οὐδόν οὐ ποτε λόκον πορ-*

*Ouidius:*

*Despat in molles tam sibi quisq; finis.*

*Vehementiore adhęc strepitu & ma-  
leolentium graminum fumo dissolui-  
& sedari aëreorum dæmoniorum in-  
fultum, creditum est. Idcirco (ait Gau-  
dientius Merula) tanquam ex Acade-  
micorum officina fluxerint, etiam nūc  
Italæ mulieres tempestaibus immi-  
nentibus, diri odoris pabula sub dio  
comburunt: sacerdotes autem more  
Thracum (qui tempestate imminente,  
armati cum strictis ensibus & crotal-  
lis, horribilique clamore in nubes fre-  
mebant) ad obstrepera cymbala, quæ  
campanæ dicuntur, conuolant: magis*

*confidētes in boatib. illis apud Deum  
inanibus, quam orationib. & ieiunijs.  
De suis conterraneis fērē quid simile*

*Ebk. 3. cap. 8. scribit Olaus Gothus, qui concitato in-  
digni. Se nubib. fragore, sagittas ex arcibus in-  
p̄p̄ire.*

*aera excutientes, ostendebat se opem-*

*ferre dijs suis uelle, quos tunc ab alijs*

*oppugnari putabant. Nec ea temera-*

*ria superstitione contenti, inusitatū pō-*

*deris malleos, quos Iouiales vocabāt,*

*Mallei Iouē atq; ingenti ærc complexos, magnaq; re-*

*ligione cultos, ad eum usum habebāt,*

*ut per eos tāquam per Claudiana to-*

*nitra, & per usitatem rerum similitu-*

*dinem, cœli fragores, quos malleis cie-*

*ri credebant, exprimerent: tantiq; so-*

*nitus uim fabriliū specie imitantes,*

*deorum suorum bellis sic adesse, ad-*

*modum religiosum existimarent. Du-*

*rabat is Iouialū malleorum usus usq;*

*ad annum à Christo nato 1130. Eosdē*

*malleos Iouiales pagana supersticio-*

*ne Sueones colere, tradit Gothicā hi-*

*storia lib. 18. cap. 16.*

*Apud nostros quoq; proauos, non*

*sana parochorū doctrina inoleuit lon-*

*ga annorū serie persuasio, artemisiam*

*inferijs D. Ioanni baptistæ facris ante*

*domos suspensam, item alios frurices*

*& plantas, atq; etiā candelas, facesq;;*

*designatis quibsdam dieb. celebratio-*

*ribus aqua lustrali rigatas, uel nefcio*

*quo modo expiatas, & quando usus*

*postulat in censas, contra tempestates,*

*fulmina, tonitrua, & aduersus diaboli*

*potestatem, opera, & quæcunq; male-*

*ficia, uelut prærogativa quadam nale-*

*re. Hoc ipsum tradit & Martinus de*

*Arles. Quinimò aduersus illa etiam a-*

*gminatim euestigio ad omnium cam-*

*panarum violentum cōtinuumq; tra-*

*ctum atq; pulsū, ut præsentissimum*

*auxilium & anchoram sacram, con-*

*curritur.*

*Hic nostri in primis confugient ad*

*suffumentum prunæ, cui cor pescis &*

*iecur impositū erat à Tobia: ex cuius*

*Tobias.*

*odore in superiora Ægypti fugisse dæ-*

*monium legitur, ubi angelus illud li-*

*gauit. At nō tam suffumigio fugatum*

*hoc respondeo, quam Tobias iunioris*

*Tobias.*

*castitate, & attenta ipsius, eiusq; con-*

*iugis.*

*In tract. de  
superstitione  
mero 9.*

iugis ad Deum misericordem oratione, ex angeli institutione.

*Matt. 4.  
Marc. 1.  
Luc. 4.*

At ueritati minime oportet præscribere ueruatis obseruantiam. Fides est, spiritualis existens, quæ dæmonem exterminat: uerbum item Dei, spiritu efficax. Vetus rei testimonia & exempla, in ueritatis libris sacro-sanctis quam plurima arque irrefutabilia leguntur.

Sua adhæc religionis obseruatione in Apennino Italæ intra Bononiæ & Pisæ, exorta tempestate mulieres foras procurrunt, eam eleuatis manibus cōsignantes caseo in die ascensionis Domini presso, decussatim q̄ signato, crucis figura impresso fune, atque ita se fore illæsas arbitrantur. Eodem in Apennino ouum in Ascensionis festo excludum adseruant, summoq; illigant techo, atque hoc modo istas ædes à tempestatis iniuria tutas fore existimant. Alij strata mensa in medio cubiculi, imponunt inter duas cereas ardentibus cerauniam lapidem (cum conuertetur) is tum sudat, quod ipsis uidetur miraculum: cum tamen non minus natura id fiat, quām uitrearum fenestrarum sudatio aut tum temporis, aut in hypocausto calente.

In hanc insuper rem variè quibus-cunq; substantijs applicatur exorcismi, quibus & herbae ita consecrantur, ut sint uterib⁹ eis sanitas animæ & corporis: fitq; precatio, ut ex omnib⁹ hominib⁹ pecoribusq; quæ inde gasterunt, putredo & cuncta diabolophantasmat expellantur, &c. Ex agendis & obsequialibus hæc nota...

*Ex pontifici-  
tali.  
In Agenda  
ueteri.  
Aqua in  
stratis.*

Huc pertinet aqua in usum innu- 40 merum ab omnipotente creatore con-dita, quæ nouas scilicet uires induerit ijs uerbis, Exorciso te creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine IESU CHRISTI filij eius Domini nostri, & in uirtute Spiritus:

sancti, ut has aqua exorcisata ad effu-gandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & ex-plantare ualeas cum angelis suis apo-staticis. Alexander I. Romanus pon-tifex author fuit, ut huiusmodi lustraliis aqua cōsecraretur ad dæmones pel-lendos, & ut in templo domiq; con-serueretur. Regino item lib. I. de di-

scipl. Eccles. cap. 210. ideo benedicti a-quæ afferit, ut ea aspersi sanctificen-tur. Ea quoque domos, agros, uineas, pecora eorumque pabula, cibos item & potus, quibus homines uescuntur, aspergenda esse, ex cap. 5. Nannenensis conciliij probat: sed in Græcorum ecclesia, hæc aqua cōdemnatur ut su-perstitionis.

Habet item uirtutem suam peculia-  
rem sal. *Eo quoq; Elizæus ex Dei mā-*

*dato insalubre aquam Hierichutis reddidit salubrem: iam aurem absq;*  
*eo exorcismis redditus sanctior pre-*  
*stantiorq; contra satanam hoc modor;*  
*Exorciso te creatura salis per Deum t*  
*uivum, per Deum tuerum, per Deum t*  
*sancrum, per Deum quiete per Elizæ-*  
*um prophetam in aquam mitti iussi,*  
*ut sanaretur sterilitas aquæ, ut effici-*  
*ris sal exorcisatus in salutem creden-*  
*tium, ut sis omnibus te sumentibus,*  
*sanitas mentis & corporis: & effugiat*  
*atq; discedat ab eo loco, qui te asper-*  
*sus fuerit, omnisphantasia & nequitia*  
*uel uersutia diabolice fraudis, omnis-*  
*que spiritus immensus adiuratus, &c.*  
*Alexand. I. epist. Decretal. I. Idem te-*  
*xtu, ext. in c. aquam sale conspersam,*  
*de Consecr. distin. 3.*

Huc referatur & nobile illud balsa-  
mum uirtutis uariæ, præter insignem  
eius odorem: quo ut reges & sacerdo-  
tes Leuitici inungeretur, in uera ele-  
ctionis confirmationem constituit in  
sua politia Moses, donec hominem  
indueret æternus Rex & sacerdos IES-

In veteri svs Christus. In ecclesia autem Ro-  
Agenda: mana grauib. exorcismis & trina ex-  
piatione ad crucis modum facta lu-  
stratur, nouiesque cum multo mur-  
mure genu ter flexo salutatur, Ave  
sanctum oleum, ter Ave sanctum chris-  
tisma, ter Ave sanctum balsamum: atq;  
huius ope & præstantia non solum cre-  
ditur exturbari dæmonium, sed eius  
loco substitui Spiritum sanctum. Ni-  
hil autem hic minus adhiberi quām  
uerum balsamum, pium lectorum uo-  
lui admonitum.

N V L L A R A D I C E D A E M O-  
nem extrabi, contra iosephum, & de  
radice Baaras nuncupata.

Cap. XXI.

*Lib. 8. antiqu.  
Iud. cap. 1.  
Crimis lib.  
9. cap. 5.*

*Anulo in-  
clusa radice* Cæterum quod Josephus gloria-  
tur, se præsente Vespasiano im-  
peratore, uidisse quendā de gen 20  
te Hebraica Eleazarū, naribus cuius  
dam à dæmonे obfessi annulū, cuius  
dæmonem ex signaculo radix à Salomone reperta,  
trahentishi- erat subdita, applicuisse, & dæmonem  
fioria. è naribus odorantis extraxisse: qui cū  
in terram repente concidisset, Eleazarū  
coniurationis Salomonis catico  
dæmonium proscriptissimum: hic certè fa-  
tendum est, Iosephū Iudeum, ut & Ve-  
spasianum ethnicum, atq; Eleazarum 30  
Hebræum, diaboli præstigijs illusos  
fuisse, qui se radicis Salomoni asscri-  
ptæ potentia attrahi simulabat: cum  
non coacte, sed sponte, Dei assensu, ce-  
serit (simulat enim se cogi, ut alios cau-  
tus dementet) quod plus fidei annulo,  
uel figmento radicis, materiæ dæmo-  
ni exturbādo ineptæ, adhiberetur, nec  
ad Deum unicum satanae propulsorē  
legitimo cōfigeretur ordine. Proinde 40  
ut fabulæ exitus cōlimali initij com-  
mēto absoluerebatur, nimirū decoro te-  
geretur pallio actus hic per se impius:  
nec in doli quæstionē uocaretur, pon-  
dusq; acquireret, Salomoni ars asscri-  
bitur, cuius existimatione quascunq;

suas stabiliret sancirerq; fraudes dia-  
bolus. At hunc diuinum ueræ sapien-  
tiæ Antistitem, atq; à supersticio dæ-  
monum magia alienum fuisse cōstat:  
& secundum sacras Hebræorum histo-  
rias, disputare solitum de arboribus  
& herbis, à cedro Libani usque ad hy-  
popum: item de iumentis, uolucribus,  
reptilibus & piscibus, quæ omnia re-  
rum solum naturalium cognitionem,  
uel si mauis, naturalem magiam præ-  
se ferunt: nisi fortè idololatriæ postea  
in uxorum gratiam, eum curiosas an-  
nexuisse artes, quis obstinatus suspi-  
cari uelit.

Fortassis radix illa fuerit, quam idē  
Iosephus alio describit loco, cuius hi-  
storiā, ut dæmonis figmenta & im-  
posturæ magis elucent, non pige-  
bit adiungere: Vallis, inquit, qua Ma-  
cherus Iudeæ ciuitas à parte Septen-  
trionali cingitur, quidā locus Baaras  
appellatur: ubi radix eodem nomine  
gignitur, quæ flammæ quidē assimilis  
est colore, circa uesperam uero ueluti  
iubare fulgoras accendentibus, eamq;  
euellere cupientibus facilis nō est: sed  
tā diu refugit, nec prius manet, quām  
si quis urina muliebrem uel menstrū  
sanguinem super eam fuderit: quine-  
tiā tunc si quis eam tetigerit, mors cer-  
ta est, nisi fortè illam ipsam radicē fe-  
rat de manu pendentem. Capitur au-  
tē alio quoq; modo sine periculo, qui  
talis est. Totam eam circumfodiunt,  
ita ut minimum ex radice terra sit cō-  
ditum: deinde ab ea canem religat: il-  
loq; sequi eum à quo religatus est cu-  
piente, radix quidē facile euellitur, ca-  
nis uero continuo moritur, tanquam  
eius uice, à quo herba tollenda erat,  
traditus: nullus eam postea accipien-  
tibus metus est. Tantis autē periculis  
propter unam uim capi eam, operæ-  
precium est. Nam quæ uocantur dæ-  
monis, pessimorum hominum spiri-  
tus,

*Iud. 7. cap. 15.*

*Baaras*

*dīm.*

tus, uiuis immersa, eosq; nec antia quibus subuentum non fuerit, haec citd, etiam si tantum modo admoueat q- groatibus, abigit. Hucusq; Iosephus. At minus fidei dabitur radici, si eius colligendæ modus sereniore mentis oculo perspiciatur. Spiritum quoque terrestris materiæ potentia nec propelli, nec inuitari, supra ostensum est.

Eadem propè scribit Elianus lib.14.

*Cynospastus.* cap.27. de Cynospasto herba magica, quæ alio nomine Aglaophotis dicitur, & eadem cum baaras putatur. hæc per diem inter cæteras herbas (à quibus ne minimum quidem differt) delitescit, nec ullo modo agnoscitur, noste uero stellæ instar lucens, & igneo splendore coruscans, facile in conspectum uenit: itaque ligno ad radices eius desixo discidunt, absque eo neque colorem eius interdiu, neque speciem cognituri. Noste iam exacta aduentant, & herbæ ex signo agnoscunt: euellere uero, aut circumfodere tantum cauēt, primum enim qui eius naturæ imperitus, eam attigit, perisse ferunt. Canem igitur iuuenem adducunt, dici spacio famelicum, & funiculum ualidū arctissimè ad inferiorem herba stipitem uinctum cani etiam alligant, & carnes assas multas ei obijciunt, quam lögissimè interim possunt recedentes. Canis nitore motus, impetu ad carnes fertur, & herbam radicitus eruit: cuius radices si sol uiderit, canis mox expirat, & secretis quibusdam ceremonijs, utpote in ipsorum gratiam extinxetus, sepelitur. Plinius lib.4. cap.17. inter magicas herbas à Democrito proditas Aglaophotin commemorat (quæ ex admiratione hominum propter eximiū colorem accepit nomen) in marmoribus Arabiae nascientem Persico latere: qua de causa & marmarinū uocari: ac magos utiq; ea uti, cum uelint deos euocare, ait,

*Marmarin.*

At mirum nideri nō debet, eiusmodi nugas & ineptissimas superstitiones, impjissimæq; ceremonias in antiquissimorum auctorum libris subinde respersas reperiiri. fuerū siquidem non pauca, illorum seculis, multa uanitate ad ostentationem, uti Plinius uerè testatur, ab Ægyptijs & alijs præstigiatoribus efficta, quorum lectatorem olim quendam Andream medicum, præstigiaturas ac mendacia in materiam medicam inuexisse, assert Galenus, præcipitq; ab huius lectio- ne, ea de causa, & aliorum itidem mēdaciū, proflus cauendum.

Tale ferè commentum quoq; narratur de homunculo illo factio, ex exradice mā mandragoræ, harundinum, bryoniæ, aliarumq; plantarum radicibus con-

*Hominulus  
de agora.*

cinnato. Sculpit enim impostores in his adhuc uiréibus, tam uirorū quam mulierū formas, infixis hordei & milij granis, ijs in locis, ubi pilos enasci uolūt, deinde facta scrobe, tamdiu tenui arena obruunt, quoisque grana illa radices emittant: id quod uiginti dierum spacio ad summū fieri dicunt. Demum eas erunt, & ad natas è grana radices acutissimo cultello scindunt, aptantq; ita ut capillos, baibam, & ceteros corporis pilos referat. Vulgo autem ignaro & simplicibus persuadetur, has radices humanam effigiem repræsentantes, effodi handquam posse, nisi cum magno uitæ periculo: cane qui effodiatur, radicibus alligato, & auribus pice obturatis, ne radicis clamorem audiāt effodientes: quod audita uoce periclitentur, pereantque follores: idq; certum est. Mirum quantum uirium huic factio homuncioni, quasi ex urina furis suspensi enato sub patibulo, ex uulgi persuasione tribuatur contra tempestates & nescio quas non calamitates. Meræ autem sunt nugas.

**A**D hæc, ad eorum qui maleficio affecti creduntur, uel à satana obfidence presi, curationem inepti, temerarij & audaculi homines, professione Ecclesiastici, sed uitè spurcici nimis mundani (quales in hoc ministerium & scenam postulat fabulae actor) accurrunt suis præscriptis exorcismis & formula certarum ceremoniarum obseruata, ut morbum soluant, pellantq; dæmonium: quod interdum horū diris & deierationibus cedit uolens & colludens, ut impietatem corroboret. Næ incantatoribus iure optimo hi accensendi erunt exorcistæ. Hic ut quasdam eorum obserua tiones breuibus enarram, unde (ueluti ex ungue leonem) reliqua metari: post confessionem illius qui coniurationibus expiabitur, per singulos domus angulos, in lectisternijs & culicis, uel sub limine ostij, diligenti indagatione queritur, num aliqua maleficij materies possit inueniri, mox exurenda. Ab Apostolis sanè uel primiua Ecclesia, id promanauit minime. Si enim à diaboli malefico actu, exorcismis integrè quis curetur: quorū cæ quisquiliæ in angulis reconditæ, uel terra obrutæ, corpus nullo modo contingentes, aut halitu ferientes Oberunt? Inde candalam benedictam cōtinet manu genibus flexis maleficio læsus, qui aqua etiam aspergitur lustrali, & collum stola cingitur: ac prater orationes recitantur Litanie unigares, addendo ad sanctorum invocationem, Ora pro eo, uel Orate, & Propitius esto, Libera eum Domine. Et orationum loco adhibentur exorcismi, qui quoque ut minimum ter in septimana continuantur: ut multipli catis intercessionibus, gratia obtineantur sanitatis.

*Superstitiosa  
maleficio af-  
ficti curatio-*

*Exorcismo-  
rum abuiss.*

tur sanitatis. Hanc formam præscribit Mallei maleficarum authores Theologici, contra euidentem Christi doctrinam. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos: Ego sum uia, ueritas & uita: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. item: Orantes ne sitis multiloqui, sicut ethnici: putant enim fore, ut ob multiloquium suum exaudiantur, ne igitur efficiamini istis similes. nouit enim pater uester, quibus uobis opus sit, priusquam oratis ab illo. De ceremoniarum lenocinijs nihil aliud dicam, quam ea quidem pietatis præbere speciem: sed quoniam inania rerum existunt simulachra, non arcent impiorum spirituum assultum: at maioriis impietatis quandoq; sunt occa siones. Lucerna pedibus meis, inquit *Psalmus 20*: regius Vates, uerbum tuum, & lumen semitis meis. Ea lux in tenebrarū protestatibus abigendis efficax mirè: illā hæ longè auerfantur & odiant. Nec quæ lustralis asperginē formidat, qui Christum ipsum tentare ueritus non fuerit. Ab illis autem maximoperibilibi cauer, qui stolas in agni sanguine ablutas induti apparent.

Præterea extra ordinem exorcista procedere potest per orationes: & si legere nouit Scripturam (sicilli Theologici loquuntur: unde exorcistā quodq; nō nouisse legere, multò minus intelligere quæ legit, manifestum est) legit Euangelia quatuor prima Evangelistarum: item Euangeliū, Missus est angelus: & passionē Domini: quæ omnia magnam habent uirtutem ad expulsionem operum diaboli. Item, Euangeliū sancti Ioannis, In principio erat uerbum, scribatur, & ad collū suspendatur, & sic gratia sanitatis expectetur. Hæc eorum sunt uerba. Hic plura Scripturæ testimonij conuelli possent: quemadmodum, si exorcista quan-

*Sectio de pat-  
tis q. cap. 6.*

*Matth. 11.*

*Ioan. 14. 16.*

*Matth. 6.*

*Ceremonia-  
nana rerum  
simulachra.*

*Apocal. 7.*

*Fusca iten-  
tis in tristitia  
in deinde re-  
xorcizanda  
leficiat. No-  
menis exca-  
fusione paulo  
post.*

quandoq; nō intelligat quæ legit, solumq; lingua loquatur, quomodo uerè pronūciabitur Amen? uide Paulum i. Corinth. 14. sed breuis esse labore.

Officium adhac super energumenis, item coniuratio malignorum spirituum in hominum corporibus existentiū, prout sit in sancto Petro Rom. (sic scribitur) prius Romē excusa sunt, postea Auenionis anno decimo quinto supra sesquimillesimū: ubi inter orationes uarias, & exorcismos etiam insultos, eiusmodi interseritur oratio, quæ anatōmē corporis humani Christo proponit, qui alioqui nesciret, quā eius partem esset sanaturus. Ea ita habet: Obsecro te Domine 185 v Christe, ut extrahas omnes languores ab omnibus membris huius hominis, à capite, à capillis, à cerebro, à fronte, ab oculis, ab auribus, à naribus, ab ore, à lingua, à dentibus, à facibus, à gutture, à collo, à dorso, à pectore, ab uberibus, à corde, à stomacho, à lateribus, à carne, à sanguine, ab ossibus, à tibij, à pedibus, à digitis, à planta, à medulla, à neruis, à cute, & ab omni compagine membrorum eius, &c.

*Autome  
hominis.*

Ioannes Anglicus epileptici, lunatici, siue dæmoniaci curationem ex 30 Constantino, Gualterio, Bernardo, Gilberto, collegisse se assertit: ut scilicet & grotus cum parentibus post triū dierum ieunium, accedat ad ecclesiā die Veneris in ieunio quatuor temporum, audiatq; missam de die, & similiter die sabbathi & Dominico sequentibus. Vbi sacerdos bonus reli-giosus legat super caput patientis Euangeliū, quod legitur in Septem- 40 bre & tempore uindemiarum post festum Sanctæ crucis in diebus quatuor temporum, scilicet, Hoc genus dæmonij non ejicitur, nisi ieunio & oratione: deinde scribat illud idem denotē, & portet in collo, & curatur.

Commodè hic Augustinum in loannis Euangeliū me adducturū videor, qui ita habet: Fingūt sp̄it̄us mali umbras quasdam honoris libim et ipsis, ut sis decipient eos qui sequuntur Christum: usqueadē, fratres mei, ut illi qui seducunt per ligaturas, per precationes, per machinamēta inimici, suis præcātationib⁹ miscent no-

men Christi: quia nō possunt seducere Christianos, ut dent uenenum, adidunt mellis aliquantū: ut perid quod dulce est, lateat id quod amarum est, & bibatur ad perniciem, usqueadē, ut ego nouerim aliquo tempore illius Palleati sacerdotem solere dicere: Et

*Quare Christi nomē præcātationib⁹ & exorcismis inimicis seducere.*

20 ipse Palleatus Christianus est. Ut quid hoc, fratres, nisi quia aliter non possunt seduci Christiani? Ne queratis ergo alibi Christum, quām ubi se uoluit prædicari Christus. Et quomodo uoluit prædicari, sic illum tenete, sicut in cordib⁹ uestris scribite. Murus est aduersus omnes impetus, & aduersus omnes infidias inimici. Nolite timere: nec tentat ille nisi permisus fuerit, aut missus. Mittitur tanquam malus, à potestate dominante. Permittitur, quando aliiquid petit: & hoc, fratres, non fit nisi ut probentur iusti, puniatur iniusti. Quid ergo times? Ambula in Domino Deo tuo: certus esto, quod te non uult pati, non pateris: quod te permisit pati, flagellum corrigitis est, nō pœna damnantis. Ad hereditatem supernam erudimur, & flagellari dignamur? Hæc Augustinus. Audiatur & uerè aurea Ioannis Salisberiensis sententia lib. 2. Policrat. cap. 27. Hæc est fraudulenta malignorum spirituū, ut quod ultrò faciunt & distant hominibus faciendū, operosè dissimulent, ut hoc facere uideantur inuiti. Simulant se coactos, & quasi exorcismorū virtute extractos fingunt: & quo minus caueantur, exorcismos quasi in nomine

*Q. Domi-*

Domini aut in fide Trinitatis, aut incarnationis & passionis uirtute concessos componunt, eosdemq; hominibus tradunt, exercentibus eos obtemperant, donec eos secum crimine sacrilegij & poena damnationis inuoluant. Transfigurant enim se interdum in angelos lucis, honesta sola praecipiunt, illicita prohibent, mundiciam consequantur, uelitatisbus prouident, ut quasi boni & propiti familiatius admittantur, audiantur benignius, amantur arctius, facilius exaudiantur: habitum quoque induunt uenerabilium personarū, ut eis maior & promptius reuerentia impendatur.

*Verbi iustitia  
cofusio  
pus est in eli  
minando fa  
tana.*

Quomodo autem ad exturbandum dæmonem, uel opera eius euertenda, ualebit illa superior Euangeliorū recitatio, cū non sicut in situ huic, intellectu consona? & ubi dæmonia ejiceret Christus eiusque discipuli, & uiri postea sancti, uerbis huic negocio aptis consignatisq; loquebantur, & respondebant (ut fertur) ad formā. Si etenim in uerborū inconuenientiū pronuntiatione simplici virtus cōsistit desiderata, non minus, imo maius præstiterū quidam ē circumētibus Iudeis exorcisis, qui tentauerū super eos qui habebant spiritus malos, inuocare nomē

*Act. 19.*

Domini : b. v., dicentes: Adiuramus uos per Iesum, quem Paulus prædicat. Erant uero quidam filii Seeuæ Iudei, principis sacerdotum, septem, qui hoc faciebat. At respondens spiritus malus, dixit: Iesum noui, & Paulum scio, uos aut qui estis? Et in similiens in eos homo in quo erat dæmonium malum, & dominatus eis, inuauit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem innotuit omnibus Iudeis simul & Græcis, qui habitabat Ephesi, & timor incidit super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Ihesu. Multi uero ex ijs qui curiosas

exercuerāt artes, comportatos libros exuissent coram omnibus: & supparatiq; illorum precijs, pecuniae quinq;inta millia repererunt.

HISTORIAB MEMORABILES QUORUNDAM EXORCISTRARUM.

CAP. XXIIII.

Raram, sed memorandam historiam cuiusdam exorcistæ, ex eorum numero qui ad se solū spectare exorcismis dæmones expellendi officium, persuasum habent, negligere decuit minimè. Quidam pastor munere fungens in pago Durweiss, circa Elsweiler, puellam nomine Helenā diaboli obsidione pressam in Loen pago, prope Aldenhouium sito, in luce ducatu, suis execrationibus se libera rare uelle, elato supercilio promittebat, conuocatis ad huius miraculi spectaculū solenne aliquot ecclesiasticis uiciniis: quorum unus, pastor nimirum in Biecht Ioānes Vuindelius, qui aetio ni interfuit, rem omnem mihi recentuit ordine, atq; ex mea petitione scripti. Exorcistæ huic aliquādiu suis dererationibus frustis fucanti in exturbando dæmonem hic rādem ait, se manuturum propterea, quod circa uitrum loco illi illustrando, ut fieri solet, applicatum uersaretur multi eius collegæ, à quibus confirmaretur. Miser ille pastor mendaciorum authori cōfusus, ad eos per uitrum expellendos, quod hic scilicet commonstrarat, euertigio conuertitur: atque se operam ludere uidens, indignabūdus tandem in hac erupti uerba Latina, quæ nō intellectu rū dæmonem fortassis sperabat: Si ullam habes potestatem transmigrandi in Christianū sanguinem, transmigra ex illa in me. Cui in cūstanter Latinè, & quidem iuridicè respōdit diabolus: Quę pleno iure in postremo die possebo, quid opus est illum tentare? Postea dæmonis testimonium de Mi-

la CQ.

*Exorcista  
Latine respō  
det dæmonem.*

sa cognoscere cupiens Ioannes Sartorius parochus in Loen, materna lingua rogabat dæmonium, quare puerilla mox ad sonum campanæ, indicantem missæ actionem celebrandæ, semperab eo cogeretur ad templū: num Missa tam esset bona, aut mala? Ad hanc quæstionē se iam nō respödere, deliberatus tamē, inquit. Actus hic celebratus anno 1559. circiter 17 Augusti.

*Silb. Con-*  
*Fol. 34.* nitæ Francisci, non difficultem dæmonis fugandi modum inuenisset. Cum enim Franciscus in eo pellendo quan-  
doq; se aërem uerberare intelligeret,  
*Iuniperus* Iuniperum Christi nautam se missiu-  
*Christi nau-* rum minitabatur: quo nomine audi-  
to, fugam sine ulla mora atripiebat  
diabolus.

*Fol. 34. 155.* In eadem narrationum obscuratum historia legitur, Franciscanū suis exorcismis diabolum compulisse ad ueritatis cōfessionem quater alta uoce re-  
petitam, de uirtute indulgentiarum ad D. Virginem, ut dicunt, pro pena & culpa, tam efficacium, ut quiduis in ecclesia remitteretur, etiam si uniuersi mudi homines quis trucidasset. Que-  
rebaruit item, eorum potentia omnes subtrahi animas, quarum antea pote-  
statem obtinuerat: & prob dolor, non paucas ex purgatorio euolantes ani-  
mas sumnam indulgentiarum ener-  
giā mirè prædicare: mulierem quo-  
que ea ratione à se ob sideri, ut maxima-  
eum uis innotesceret. Facebatur insuper rogatus, carum contemporii consultius esse, ut a finum cauda tra-  
heret Rauenna Mediolanum.

*Micces 6.* Monachus dæmonem expulsurus, cum numerosa & solenni supplicatio-  
ne, quam Processionem uocant, ad obsecrum uenit. Quare huic cœtu il-  
ludens satan, Latinè ait: Popule mi,  
quid feci tibi?

Anno a dñeccc millesimo quingente-

simo sexagesimo tertio, quum apud Vuesaliā inferiorem nouercā primi-  
gnam annorū circiter duodecim, Ge-  
rardam nomine, tam premeret duri-  
ter uerbis, uerberibus & fame, utin

morbū illaberetur caducum: dēmo *Vuesaliā*

*exorcista.*

nūm ex ea pellere conatus est exor-  
cismis, & pixide cum pane missali gu-  
la admota, monachus quidā Vuinan-  
dus, ex Dominicanorum cœtu: qui &  
uaccæ exorcismos applicuit, stolæ qd  
Missalis portionē in pascuis iussit fo-  
di, ubi pascebatur uaccæ. Demirandū  
sancte, tam impunè ciuīm odi dæmoni  
mancipia tolerari à magistratu, & ger-  
rimè etiam hospitium cōcedente pijs  
quibusdam, uel certè pio zelo ductis,  
si propositæ cōfessionis formulæ sub-  
scribere granentur. Qua in re, uelut &

id genus reliquis, moderationem &  
iudicium præferre decet consulis in  
uenerando illo ordine clarissimi, D.  
TREBODORI GRONII, ob non uulga-  
rem doctrinam, pietatem, prudētiām  
achumanitatem, sua laude multa ci-  
tra controuersiam dignissimi.

Qui suis adiurationibus diabolo  
bellum Coloniae facit, pater est colle-  
gij Convenerarum, nomine Godhar-  
dus ab Hagen.

Simō Molitor ex Hassia siue nō p-  
cul à Moguntia oriūdus, exorcista bis  
cæsus & corpore & mente, quū diris  
exorcismis & nescio quibus suis fra-  
dulentis modis pellendi dæmonis ar-  
tē apud Vuestphalos & ditiones uici-  
nas annos aliquot exercuisset, tādem  
Osnaburgi (ubi de gerat iam triennū,  
sed ad monitus magistratus cum abi-  
gere decreuerat) cum uxore ob surre-  
ptam sibi pecuniām lites mouet, que  
die nono Februario anno sexagesimo-  
quarto supra sesquimillesimum hora  
uespertina in sublimius tabulatū eum  
uocans, ut simul pecuniām perditam  
inquiereret, inde eum precipitem p-

tabulati ualvas dedit: moxq; insegu-  
ta, caput & brachium sinistrum securi-  
amputat, ac in ignem coniicit, sic por-  
rò reliquas corporis partes flammis  
absumptura. Strepitum & nidoré gra-  
uem animaduertunt uicini, in qdies ir-  
ruunt, & tragicí spectaculi futias con-  
tuéntur. A magistratu in carcerem ab-  
ripitur fœmina hæc, & distracta prius  
ignitis forcipibus, rotæ imponit 12.  
Februarij. Attende iustis Dei iudicijs,  
pie Lector.

Coniuratio Magdeburgi familiaris  
cuidā mulieri Catharinæ nomine ad-  
uersus maritum militem, siquando i-  
psa uapulet: asseritq; hac ratione secu-  
ram à uerberibus se esse, quorum alio-  
qui frequēti impressione tantum nō  
pellum iuisset. A nobili fœmina se e-  
doctā fuisse fatebatur anno 1573. in Au-  
gusto, quum illà in Prüssiam comita-  
tu solenni illustrissimā Ducissam Ma-  
riam Leonorā deduceremus. Germanica  
exorcismi uerba ita sonant Latini-  
nè: Coniuro tuam insolentiam, ut cor  
tibi infingatur, nec os tuū loquatur,  
& brachium mutiletur: sic me iuuet  
Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus,  
Amen. Extrema uerba ter reiterantur.  
Ea insignem impietatem.

#### DE EXORCISMO ET MISSA ad gehennam condemnante.

Cap. XXV.

**O**biter hic inferendum occurrit,  
spud Theologos quodam ar-  
canam esse Exorcismi formam,  
sed execrabilem, quam uocant Con-  
demnationem ad gehennam. Hanc  
usurpant, quando anima corporeo sci-  
licet uestita aspectu per solitarias qdies 40  
noctu uagatur, & habitatoribus mole-  
sta est eiulatibus altisque suspicijs, ex-  
tormentis qua in Purgatorio miserè  
suffert, ob facultates male quæstas au-  
patrata: facinora, aut ministeria non  
riè administrata, aut quacnq; alia de-

causa, nec uel Missis uel exorcismis  
communibus alijs tue imprecationi-  
bus potest abigi, uel ad quietem cogi-  
tūc, inquam, exorcista, adhibitis prius  
ceremonijs, tumulum demortui cor-  
poris, quod hæc anima repræsentabat,  
conculcat pede, prolatis his uer-  
bis, Vade ad gehennam: ac ilico pa-  
rens dicto ad inferos delabitur ista a-  
nimæ in perpetuum condemnata. In-  
de nihil amplius animaduertitur no-  
sturni terroris: rorò tamen nec liben-  
ter ad hoc uenit remedium, quum  
habeatur periculorum, nisi alijs irri-  
tis. Non ignotus Confluentia ciuis  
est, quem monachi sunt hortati, ut in  
ciuiusmodi exorcismum, suum dare uo-  
tum non grauaretur.

Huc facit & Missa in gehennam de-  
turbás, nostratibus Theologis Seinck  
missis nuncupata: cuius celebrazione,  
uti decreto irreuocabili ad tartara in-  
cūctanter demergitur irquietus spi-  
ritus. De hac exemplum memorabi-  
le mihi nimis cognitum enarrare nō  
pigebit, si forte ulvi quandoq; in simili-  
um casuum dignotione esse posset.  
Circiter annum 1548. in ciuitate comi-  
tatus Montensis apud generosam do-  
minam in Vuiss, in cubiculo quodam  
(ubi & ego lecto fruebar eodem, si-  
quando uocabar, stipendiarius nimis  
rum huic matronæ medicus) uir qui-  
dam ecclesiasticus mihi non ignotus,  
dignitatē postea consequitus, quin  
dormiret, & per effractum vitri orbi-  
culum noctu felis insiliens exiliensq;  
eundem è somno excitasset inquietum  
que reddidisset, hic apud genero-  
sam Dominam, nimis ad tales sugge-  
siones facilem, hora matutina luas  
effundit querelas, scilicet in cubicu-  
lo illo inauspicato tota nocte à uaga-  
bundo spiritu terriculamentis in som-  
nem redditum, & uelut acerbū sibi  
impressum tormentum. Quid multis?

Missa ad gehennam de-  
turbans.  
Seinck missa.

Illa

Illa attonita pauidaq; quæ eiuscemo-  
di muliercularum est conditio, consil-  
lium mox rogat. Seinckmissa ad ge-  
hennam præcipitante opus fore, statim  
responder alter. Placet consilium.  
Conditione accepta, ad Collegium  
suum ille redit. Post septimanas pau-  
cas se Dominæ rursus silit, solutione  
Seinckmisse importunius iniquiusq;  
postulata; se quidem nihil petere, sub-  
iungens: sed miseric illis sacrificis, qui  
frequuntur talium Missarum celebrati-  
one non ignauam præstisissent operâ,  
indeq; uictum quererant, non pro  
gandam solutionem. Mercedem illa  
quererit: octodecim, si rectè memini, e-  
quites aureos Geldrienses inde deberi,  
asserit hic Ecclesiasticus. Illa quam  
Doesburgi apud Geldros esset, & tūc  
temporis pecunia careret, à Patre so-  
cietas Fratrum vicino, petit mutuū  
pecuniam, altero inscio: qui eadem  
accepta, ostium domus aperiens, præ-  
dam ablaturus, Patrem illū fortè ob-  
uium, quippe ad prandium à Domina  
uocatum, impudenter ita salutat allo-  
quiturque extensa manu, qua pecu-  
niā ostentabat: Pater, hoc mihi cef-  
fit, quid tu es consequutus? Euesrigid  
hic infert: Quum pecuniā illam po-  
strem dūiderem, mea erat. Sic cum  
Seinckmisse precio se surripit presby-  
ter ille, Plutonis spiritum usuram us-  
quædē liberalem refudisse ob ope-  
ram præstam, in finu ridens: mire aut  
celebris ob pecuniā auctupium. Cre-  
dulitatem hāc & passim fraudem po-  
stea Dominæ aliquādo corām expro-  
brasse me recordor.

CELEBRIS EXORCISMIS SPI-  
RITUS Aurelianensis historia.

Cap. XXVI.

Ficti exorcismi historiam aliam sa-  
nè lectu dignissimam hic subiunge-  
re placuit, ut aliæ eius generis  
actiones ex auctoritate penitus dijudi-

centur. Est autem ea ut mihi notissi-  
ma, ita & certissima. Nam eo ferè tem-  
pore Lutetia Auteliam ueni, ubi co-  
gnomine meo Latino, nimirum Pisci-  
nario, notior, Natalis Ramardi medi-  
ci regis Francisci & reginæ Nauarræ,  
filios duos, Natalem apud sanctum La-  
zarum in suburbis Priorem, & Ioan-  
nem, item Ioannem Vernetum nepo-  
tem, instituendos suscepit: quos etiam  
post paucos menses Parrhios redu-  
xi. Hic tum familiariter utebar multis  
nō obscuri nominis uiris, potissimum  
medicis, Gerardo Fabro Cadureano,  
Vitale Besumbæo, Ioaichimo quodam  
ex Prouincia oriundo, Michaele Vil-  
lanouano, & reliquis. Ibi tunc tem-  
poris quoque cum Ioanne Sturmio,  
multijugæ eruditio[n]is uiro, simul de-  
gebat doctissimus ille Iohannes Slei-  
danus, qui institutam tragœdiæ nar-  
rationem ea fide & ordine explicat,  
ut à me nihil debeat immutari.

Anno millesimo quingentesimo su-  
præ tricesimū quartum, Prætoris uxor  
Aurelia testamento cauerat, ut sine  
pompæ sepeliretur, atq; se repitu. Quā  
enim è uita quis excelsit in Gallijs,  
præcones funebres ad hoc conducti  
per urbis loca frequentiora circum-  
eunt, & cymbalis excitato sono mul-  
titudinem cōuocant, deinde nomen  
eius qui discessit, atq; titulos edunt &  
hortati populum, ut pro mortuo Deū  
precentur, quando sit & ubi sepeliendus,  
pronunciant. Cum autem funus  
defertur, adhiberi solent plerūq; mo-  
nachim mendicantes, & multa præferū-  
tūr luminaria, certatim ista sunt, &  
exultatione quadam: & quo magni-  
ficentior est apparatus, eo maior est  
populi cōcursus & admiratio, sed ea,  
quam dixi, foemina nihil eorum fibi  
hieriuoluit. Maritus ergo qui coniugis  
memoriam diligenter, morem ei  
gesit: & Franciscanis, quorū in tem-

*De Aurelia  
nenis spiritu  
historia me-  
morabilis.*

pol sepulta fuit iuxta patrem & auum, muneris loco dabat sex tantum aureos, quum illi sperasset multo maiorem prædam. Et cum deinde syluam cæderet atq; diuenderet, potentibus illis ligna dari sibi gratis, denegabat. Tulerunt hoc valde grauiter: & cum ante minus illum probarent, ulciscendi rationem hanc ex cogitabant, ut dicerent, ipius uxorem in sempiternum esse damnatam. Architecti erant huius tragœdiae Colimannus & Stephanus Atrebatensis, ambo Theologi doctores: & ille quidem erat exorcista, totumque suum apparatum in eiusmodi rebus adhiberi solitus, habebat in promptu, rem uero sic administrant. Nouitium quēdam adolescentem supra testudinem templi collocat: is intempesta nocte, cum ad demurruā das preces illi more cōsueto uenirent, magnum excitat strepitum. adhibentur adiutoriae & exorcismi: sed nihil ille proloquitur. iussus edere signū, quo declararet, num sit mutus spiritus, deuōd tumultuar & perstrepit: id erat loco signi. Eo iacto fundamento, ciues aliquot, & celebres quidem, ac ipsorum studiosos adeun: narrant sibi triste quiddam accidisse domine, ne que tamen quid rei sit exponunt: sed rogant ne grauentur adesse nocturnis precibus. Cum hi uenissent, & precatiōnū esset factū initium, ille de superiori loco turbam excitat, rogatus quid ueller, & quis esset, significat nō sibi licere loqui: iubetur ergo per signa respondere ad interrogata. Foramen autem erat factum, per quod admoris auribus exorcista uocem haurire poterat, & intelligere: deinde tabulā habebat ad manū, quam interrogatus feriebat, sic ut infra posset exaudiri.

*Eti monachi  
vimus iugis:  
aduentur in sit numero, qui ibi sunt sepulti: postea  
hac interrogā multis ordine recitatis nominatim,*

quorum ibi erat corpora condita, ue- dimō. Trā-  
natur tandem ad uxorem Prætoris: ibi flatum laco-  
dato signo, se spiritum eius esse demō bi de Chua  
strat. Ansit damnatus, & quoniam suo ordinius char-  
merito seu delicto non propter au- inf. S. Tholo  
xiam, aut libidinem, aut superbiam, gie professa  
aug nō præstam charitatem, an uero  
propter nuper natam hæresim & Lu-  
theranismum? Deinde quid sibi uelit  
illo strepitū & inquietudine? num ut  
corpus loco sacro sepultum effodiatur,  
alioque transportetur? Ad hæc om-  
nia sic, ut iussus erat, per signa respo-  
det, quibus aliquid uel affirmabat uel  
negabat, prout bis aut ter tabulā fe-  
tiret. Cum autem & damnationis suæ  
causam esse Lutheranam hæresim, &  
effodiendum esse corpus significaret:  
monachi petunt à ciuibus quos adhi-  
buerant, at ijs quæ coram uidissent,  
dent testimonium: & actis, quæ iam e-  
rant cōfesta superioribus diebus, sub-  
scriberent. Hi, re deliberata, ne Præto-  
rem offenderet, aut molestiā sibi cea-  
rēt, id facere recusant: illi nihilominus  
panem azymū, quem uocant hostiam  
& corpus Domini, cū reliquiis omnibus  
diuorū aliò transferunt, & Missas  
ibi suas peragunt: quod lege pontifi-  
cia fieri solet, quum locus aliquis pro-  
pter infamia & prophanationē est ex-  
piāndus. nā certa quædā eius rei capi-  
ta sunt, ipsorum comprehensa libris. Epi-  
scopi autē uicarius iudex, Officiale  
uocant, ea re cognita, ut proprius om-  
nia cognolceret, uenit eō, comitatus  
honoris aliquot uiris, & exorcismos  
fieri se præsente iubet: ac deligi non-  
nullos petit, qui supra testudinem a-  
scendant, & uideant num spectrum a-  
liquod appareat. Ibi Stephanus Atre-  
batensis ad modum repugnat, & ual-  
de dehortatus ne fieret, aiebat nō esse  
turbandum spiritum: & quanquam is,  
quem dixi, uicarius multum instabat  
ut adiutoriae fierent, tamien impe-  
trā-

trare nihil potuit. Interes P. etor, ubi reliquos iudices urbanos, quid fieri ueller, docuisset ad Regem profectus, rem omnem commemorat. Et quia suis priuilegijs ac immunitatibus freti, iudicium monachi declinabat, Rex è senatu Parisino deligit, qui de caufa cognoscant: ijsq; plenam potestatem attribuit. facit idem Cancellarius Antonius Pratenis, Cardinalis & legatus per Galliam pontificis. Itaque quum nullam haberent exceptionem rei, traducti Lutetiam, coacti sunt respondere: sed nulla potuit ab eis ex primi confessio. Positae singulis erant custodiae separatis, & nouitius quidem tenebatur in ædibus Fumæi senatoris, & saepe sollicitatus nihil uoluit fateri, metuens ne pôst interficeretur ab illis ob iniustam ordinis maleculam, & factam ignominia: sed quū iudices & impunitatem ei promitterent, & fore dicerent ut in iporum potestatem minimè rediret, totam actionem ordine recenseret: & adductus ad illos, idem adfirmat. Illi, quanquam erant conuicti, & in ipso propè maleficio deprehensi, recusabat tamen iudices, ac priuilegia sua iactabant uerum id frustra fuit, & de communi confilio lata sententia damnati sunt, ut Aurelija reducisti, & in carcерem conditi, publicè deinde producerentur ad primariū templum, & ad eum urbis locum ubi supplicia sumuntur de maleficiis, atq; ibi luum scelus ipsi profiterentur. Postea in prouectum abiisse memini, ubi figuramentū aliquod narraretur, C'est l'esprit d'Orleans, id sonat, Spiritus est Aurelianensis, dici solitum.

GALLICAE SUPERIORI SIMILES HISTORIE, HELVETICA, ITALICA, SCOTICA, BELGICA: ITEM DIABOLUM ESSE EXORCISTAM.

Cap. XXVII.

**Q** UAM autem Georgius Buchananus, noster certe Maro, non

modò hoc ipsum, sed etiam alia similia sat nota, quæ Berna & Senis contigere, in suo Franciscano attingat, & uero singularem de tentata infeliciter Purgatorij restauratione à fratre Langio in Scotia sua, ita eruditè, ut omnia sua, contextat, eam descriptionem hic minimè prætereundâ esse puto. Queritur ergo apud eum frater Eubulus ordinis Minorum:

illa tamè patrib seges olim uberrima nostris,  
Fingere nocturnos lemures, Mancisq; usgantes  
Lustrali compescere aqua, magiscq; susurris,  
Frigida nunc tota est: postquam nauta iuuetas  
Pectora crassorum malè credula ridet aurorum;  
Nec credit nisi que scriptura teste probaris:  
Consurata licet magnis Sorbona sigillis  
Figmenta affirmet. Verum melioribus annis  
Hec thalami clausis frangebat machina portas,  
Et testamenti tabulas mutabat, & ibat (chum  
Vir peregrin Romæ, aut Solymæ, dum tedia mœ-  
lam sibi permisæ caperent lexi: ast ubi diues  
Umbra oblitera sui paucis in funera Missas  
Legarat, potiusq; suis bona linquere natis  
Duceret excedens, quād nostros ungere caules,  
Non impunè nefas soliti id perferrre priores.

15 dolor arma dedit generosis fratribus undā  
Ad Ligeris, quā diues agri, quā diues lacchi  
Orientat longè formosa Aurelia turres.  
Et nisi cauta parum pietas in fraude paranda,  
Inter tot uigiles Argos depresa fuisset,  
Partus honor nostre foret & dignatio festa.

Saepè quā nobis facimus mala multa: uelut cā  
Alter in alterius damnum sece ordinis armat:  
Berna nouū sibi Franciscū iam finixerat, & iam  
Stigmata clara pedū, & manū cōfixa patebāt  
Ni uictima dolens augescere commoda liuor,  
Fista renudasset magno ludibria risu,  
Nec damno leuiore. Itala sapientia maior

40 Illa ore, quæ Senensis tacitè Catharine  
Vulnera disimulans pensat mendacia quæstiu,  
Barbaricumq; ad se his artibus attrahit aurā.  
Sed tanè hoc aeo temerè miracula fungi  
Noluerim, nisi monticolai inter crassosq;  
Pastores: nec pastores iam spernere tutum est,  
Quando etiam in solas migrat sapientia sylvas.

Quis rigidos Scotos gelidi sub uerice cœli  
Aut animū, aut aures, oculōsue habuisse putasset?  
Et tamen ille catus uetularum Langius aucep  
Cūm teter locus errori, & nox cœca saueret,  
Non potuit celare pie ludibria fraudis.

Campus erat late incultus, non floribus horti  
Arrident, non mesce agri, non frondibus arbos,  
Vix sterili scicis uestitur arena myricis:  
Et pecorum rara in solis uestigia terris:  
Vicini deserta uocant, ibi saxa subier  
Antra regunt nigras Vulcana semina cautes:  
Sulphureis paſim concepita incendia uenis  
Fumiferam uoluunt nebula, piceoq; uapore  
Semper anhelat humus, cecinq; inclusa cauernis  
Flamma furēs, dum lucidā peneirare sub auras  
Conatur, totis paſim spiracula campis  
Findit, & ingenti tellurem pandit biatu.  
Teter odor, irrisq; habitus, faciesq; locorum:  
Illiſe ſepe animas torqueri Langius, illiſe  
Šepe queri, & longas in flentum ducere uoces  
Audijt, aut uoluit credi audituisse frequenter,  
Et uitulabundoſ Cacodæmona, & per arenas  
Caudarum longos ſinuatim ducere tractus.  
Šepe etiam infernae (quoties ieiunus adibat  
Antra) ſibi uifus niđorem baurire culme.

His ubi iam uulgistolidas rumoribus aures  
Imbu'erat, parat Exorcismum: circulus ingens  
Ducitur, hanc intra ſpacio breuiore minores:  
In medio ſlabat palus, iuxtaq; catinus  
Plenus aquæ, ſed cui cimeremq; ſalemq; ſacerdos  
Addiderat multo cum murmure, nec ſine anhelis  
Flatibus, hoc poſquā ſcena eſt inſtructa paratu,  
Langius ipſe pater ſacra uenerandus amictu,  
Circum omnem iror at ſetosij aſpergime ſceptri,  
Verbaq; precipiti contortuplicata rotatu  
Conuolens, culum ac terras adiuverat, & undas,  
Et tremefacta imis Acheronita regna cauernis.

Et iam nox aderat ſecreti conſcia ſacri,  
Iamq; ē uicinis populus conuenerat agris,  
Matreſ atq; uiri, pueri innupteq; puellæ,  
Scire audii quo tanta cadant promiſa, niſi ille  
Conſcia ſecreti formidans lumina & aures  
Eſſe procul magna iuſiſſet uoce proſanos:  
Quie ſacerdoti non illa luce diſerte  
Cuncta ſuſurrat, & taciturna crimina in aurem,  
Laicæ ne trepidi fugiant commercia manes,

Néue inbiants prede uel ieiunus Cacodæmon  
Inuiolet, & laceret ſceleratorum unguibus artus.

Ducitur ad palum uelut hofſta Rusticus ipſe,  
Fida quidem gnarus cuncta, at formidine tanta  
Attonitus, quā ſi Stygia egressurus ab alio  
Aſpiciat nudas mandentem Cerberon umbras:  
Siue animo timor à puer conceptus, aniles  
Fab: ille haud modicus pueris plorantibus hor-  
Siue locus fumo, & cœca caligine opacus, (ror:  
10) Et uelut inferne terrebat imago culine.  
Cetera ſubmoto clam cuncta peracta popello:  
Sed tamen audiſ gemitus, uocesq; minantis  
Demoniſ, mixteq; preces, nulloq; rogate  
Interdum reſponſa dari: nunc tollere uultus  
In celum, nūc figere humili, nūc plangere pectas  
Langius, & ſacra templum cōſpergere lympha,  
Donec aui ſuci prenunzia ſpectra moneret  
Cedere, & in ueterem ſe deuō condere nidum.

Tum templo egressi, dicenda tacenda reſerre  
20 Langius, umbrarum poenas, flamme rapidā uim  
Luftralis, quoſ carnifices Cacodæmones ollas  
Admoueat, uerubus quoſ figant, fluctib. umbras  
Quoſ mersent gelidus, quoſ Miſis cuiq; leuetur  
Poena, uelut ciuiſ Stygio uixiſſet Auerno,  
Ordine cuncta recenſebat, neq; credula deerat  
Turba homini: purgariſ ſe rediuua fauille  
Gloria creſcebat multum indignante Lutherο:  
Et creuſſet adhuc, niſi uel formidine captus,  
Vel prelio uictus, uel uino rusticus ille  
Anormis comes, Exorcismi proditor eheu,  
Cuncta reueloſſet taciti mendacia ſacri.  
Ex illo fluere, & retrò ſublapsa reſerri  
Spes prede, & nimium uiuaci gloria ueri  
Cresceret. Quapropter moneo dehinc ſingite par  
Somnia, nocturnos lemuress, miracula, ni forſ (cē  
Aut apud extremos fieri dicantur Iberos,  
Americos, aut Aethiopas, calidōe ſub axe,  
Et caput ignotis ubi Nilus condit arenis,  
Vnde aderit nemo, qui teſti dicta refutet.

40 Forſitan externos ſolertia fugerit hofſtes  
Callida, ſed peſtem natam intra uifcera, & ipſis  
Herentem ueniſ hominum, uix illa cauebit  
Cura: niſi noſtros uis prouida numinis olim  
Reſpexiſſet auos, iam dudum Funiger ordo  
Prodiuit à proprijs misere perijſſet alumnus.

Non omnino abſümile eſt, quod ab  
Eraf-

Erasmus narratur. Cōuiuebat cūdam parocho neptis mulier bene nummata. In huius cubiculum profunda nocte solerū irrepere lineo in uolucro umbra mentiens. Emittebat uoces ambiguas, sperans fore ut mulier accerret exorcistā, aut ipsa loqueretur. Verū illa nimis masculo animo clam rogauit cognatum quendam, ut unam noctem secum esset in cubiculo. Ille uero fuste armatus pro exorcismis, & probè potus, quod minus expausceret, occulitur in lecto. Adest spectrum solito more, nescio quid triste mugens. Excitatur exorcista, proslit nondum sobrius, aggreditur. Ibi spectrum uoce gestuque deterre parat. At ebrius ille, Si tu es diabolus, ego sum mater illius: & corruptum impostorem fuste dolat, occisurus, ni mutata uoce clamasset: Parce, non sum anima, sed sum dominus Ioannes. Ad nocem agnitam mulier exilie è lecto, pugnamq; dirimit, &c.

Huc referenda est & alia historia, nostrum hoc argumentum spectans, nostrisibus satis cognita. Chirurgus illustrissimi ducis Cliviae, &c. Ioannis patris Guilielmi, nomine Euerhardus, quum uetulam in oppido Cliviae haberet coniugem, & ancillam uenusta forma iuuenem, huius in amplexus peruenit: ut autem maiori cautela in actu huius comœdia perseuerari posset, à spectro exagitari se miserè, queritur famula, quod aliquando ab Euerhardo erat abigendum. Hoc slute tempore longo uariè agitato, cœpit uulgus sinistri nonnihil suspicari de hoc spectro: quapropter ad Ecclesiasten 4<sup>o</sup> abit Euerhardus expostulatum de iniuria peruersæ opinionis sibi facta, cuipque apud populum in publica concione purgari, & spectrum defendi: quod & factum est. Tandem ex amicorum consilio ancilla rogat spiritum,

L I B R V .  
quónam pasto ab huiusmodi tormentis liberari possit. Respondisse ait illa, singulis septimanis bidui iejunium cum solo pane & aqua obseruandum esse, quod & à se religiosè fieri, apud heram suam simulabat: deinde & hoc subiunxit spiritum, religionis ergo cū duobus comitibus Aquisgranum esse peregrinandum. Hæc dicto parentis, in toto hoc itinere spiritum ubique læta facie aperuisse craticia quæcunque oslia obuia, arrisuisse quoque ipsi in lecto: atq; peregrinatione absolta, incuruione & terno nutu indicium gratitudinis ostendisse, asseruit, mysticè tamen. Enim uero Euerhardus erat spiritus ille, qui omne ministerium præstitit: ex quo etiam tellum fœminini generis spiritum, filiolam nimirum, dum peregrinationem mentitur, peperit, pallidissimam semper facie, ut spiritus appareret, quo nomine & ab omnibus appellabatur. Quum autem eodem tempore in Gallias duceretur exercitus, Euerhardus compositis huic suis negotijs, relicta uxore, cum illa sua amalia copijs ijs se adiungit, simulque in Gallias contendit, ubi uterque perijisse creditur, quod nunquam ad suos redierit.

De alijs sacerdotiibus, simulatū dæmonem exorcismis fallaciter expellentibus, item de simili dæmoniaca muliere sanata, uide capita 27 & 28 Libri quarti. At hoc hominum genus prærogatiuam hereditariam haud dubie hic prætendet: adiurabat enim Christum quoque per Deum uiuentem princeps sacerdotum.

Exorcismi modum nouit quoque diabolus, eoque adoriri Christum ipsum audet: Adiuro te, dicens, per Deum, nem torqueas. Sed sua potentia dæmoni uni uel pluribus imperauit Christus: Exi, Abite; & eue- Math. 17.  
Math. 8.

*Marcus 5.* siq; ad obedientiam sunt redacti.  
*Lucus 5.* ut restè Eusebius ille Cæsariensis in Panegyrico dixerit: Communis quidem omnium Seruator rebelles potestates, quæ circum hunc qui terris imminet aërem peruvolantes, humanis animis insinuantur sese, innubili ac diuina potestate, uelut feras agrestes, suorum ouium ceu pastor bonus, procul fugavit. In ipsius nomine egredi dæmones iusserrunt paucissimis uerbis Apostoli, & illius discipuli, totius naturæ dominium, & imperium omnis abstrusæ uirtutis in celo & in terra, & spiritum omnipotentiae ore suo gerentes.

Explosis itaq; exterminatisq; nostris diuinis, ariolis, magorum occultis antistitibus, & quibuscumque alijs superstitionum collegis vulgaribusq; exorcisis: abiijciamus Ægyptiacas disciplinas, feralia carminum arcana, tuanos furores, execrandas artes, & p̄hyltra uim factura dijs, & Colchicos succos, & dæmoniacas factiones: Plutonica denique uolumina, & umbrarum libros, Stygiasque coniurationes, atque Acheronteos ritus membrana chartaue contentos, Pyrphlegethonti, hoc est, igni focoque (ut 30 Capnion inquit) tradamus, & fidamus Deo: ac in c h r i s t o Dei filio, per quem uiuimus, mouemur & sumus, sinceriter simpliciterque spem omnem fixam habeamus. Quare & genuiuam maleficij curationem iam proponamus.

CURANDI MALEFICII  
methodus certissima. Cap.

XXVIII.

**N**Obis hic longè alia, quam inolita iam dudū consuetudine accepimus, in profigando satana, eiusq; sanandis maleficijs, ratio in eunda uidetur, de strinæ Christi & Apostolorum conformior. Omnia ue-

rò primùm, ubi malum aliquod præter naturæ ordinem in aliquo se prodit, ad eum ex Dei ordinatione consu giendum est, qui professione, doctrina atq; artis usu celebris, morbos, eorum differētias, signa & causas penitus di gnoscat: nimurum ad doctum exercitatum q; bonæ conscientiae medicum. Enim uero tā rara s̄a penumerò & gravia in morbis subortiuntur symptoma ta, quæ licet naturæ impetu exoriatur, tamen ad maleficij mox referunt rerum imperiti atq; exiguae fidei homines: quemadmodū in diuersis cōuulsionum speciebus, melancholia, epilepsia, uteri suffocatione, putrescente semine, & multis artijs uenenorum efficiis frequenter appetit. At inter hos affectus & accidentia discernens prudens & circumspectus medicus, ubi ea penicularit exacta trutina, adhibito etiam ad diligentem causarū naturaliū indagationē iusto, quoad fieri potest, perpendiculo, ubi naturæ limites malum exuperare egrediq; ac satane, qui spiritus est, morus actionesq; animaduertit, in spiritualem medicum, Ecclesiastem nempe, aut Ecclesiae ministru inculpatū, sanæ doctrinæ, tenente mysteriū fidei cū pura cōscientia, uitæ innocentia nostri, nō turpiter lucri cupidū, non uiolentū, cui etiam bonum à pījs perhibeat testimoniū, curatio nis onus transferet. Interim meminisse operæ preciū est, multa nō ex maleficio eueniēria, sed ex occulta naturæ occasione, medicos quandoq; latere. Vt enim rebus inest secreta iuuādi prietas, ita & no cendi: quam tamen non perpetuū agnoscit medicus.

Tantum tamen operæ à medico hic accedit, si forte æger natura, uel ex morbo, aut aliunde humore melan cholico (cui, uti aptæ suis operationib; materiæ nō illibenter se insinuare solet dæmoniū) aut alio succo ma-

ligne

*Curandi ma leficij methodus certa.*

*Timot. 3.  
21t. 3.*

ligno grauari uideatur, ut hic prius blandè expurgetur medicamēto. Tradit enim Pomponatius, priscos exorcistas, quos præcātatores uocant, ante coniurationem, obſefforū corpora ab atra bila expurgasse. Morbis siquidem geminis ut plurimū hī infestātur, corporis nempe, ex melancholico ſucco geniti: & animi, ut amētia, mōrōre, timore, uitæ odio, & desperatione, quibus nocte diuque eiusmodi homines macerat iuratus humani generis hostis, & ueluti lugubribus tentationib. ita uellitat, ut quasi aquila apud inferos Titij iecur arroderē uideatur. Obſeffos expulſo eo humore, non amplius mirabilia facere, experimento ſe uidisse, in expoſitione illius problematis dicit Conciliator. Vxorem quoque cuiusdam futoris à dēmonio agitata, uariaq; fonantem idiomata, eo modo perfectè curauit Galgarandus medicus, Mantua celeberrimus.

Puella quedam in Burgo melācholica, ſe Virgilij ſpiritu obſeffam eſſe fatēbatur, diu coniurata: quod creditum eſt facilius, quia puella limplex, admodum pia, & que ſemper domi latuerat, Hetrusca, affeſtaret exprimeretq; Mātuānum, hoc eſt, Longobardicum 30 idioma, ut ſubinde Latinum aliquid ſonaret. Cum nihil proficerent coniuratores, medicus ex arte adhibitis melanogogis primū, & deinde alijs roborantibus, illam optimē per Dei gratiam restituit. Exonerato itaq; corporē, promptius in reliquā ſanationis obſeruātiā, uelut à naturaliā impeditamento leuatus, ab Ecclesiæ ministro inducetur *Amenopōros*.

Ille tum de obſeffi uel maleſicio Iefi uita & moribus, item de eius in religione Christiana, institutione, & in principiis fidei noſtræ capitibus, & qua fuerit, uel etiamnum ſit in Doum confidentia, uigilanter inquiret. Quia de

re ubi penitus fuerit inſtructus, procluior, & propemodum ſtrata erit reſtitutionis via. Etenim satanæ in corruptorum mortu, ſpurcæ uitæ, itemq; diſſidentiæ filii effaciam & illuſionis potentiam permitte Deus, quorum ſenſus excœauit deus huic ſeculi, ne illuſceſcat illis lumen Euange- Epheſi, 12.  
lij gloriæ Christi, qui eſt imago Dei. 2. Thess. 24.  
Affectuum quædam requiritur *κύπελον*  
, ut ſit, quod dici ſoler, mali corui malum ouum.

Vbi ergo uigilati in quificatione & artificiō coieſtura, affectus cauſam aliquatenus cognouerit Ecclesiæ miniſter, conueniens huic medicamentum applicet: ut ſi eger fuerit antea diſſolutor, ex ſacræ Scripturæ libris admoneatur, corripiatur, exemplis auocetur, & ad emēdationem inuitetur, tādem reſipientia in ordinem redigatur. Apud præſtractæ in doli hominē inſtādum, urgendumq; tempeſtivæ & in tempeſtivæ: item redarguēdus hic, & iusto Dei iudicio in contumaces, ſubinde terrendus. Pusillanimis, & diſſidentiæ deieſtus, in ſpem certā & fiduciam in dubitata de ineffabili Dei bonitate & misericordia in comprehensibili erigendus, & undequaque conſirmandus erit: in quam ſententiam plena conſolationis testimonia extat quāplurima, que ſuo loco & tempore adducentur. Si quoq; peruerſa doctri na aut fanaticis opinionibus, uel ſuperiſtitioniſ ludibrijs quodam trāſuerſe raptos eſſe, uelut anſa eo modo dæmoni ſubministrata, comperiatur: ziania hæc erunt eruncanda, atque ſalubriora doctrinæ purioris ſubstituta, ſemina cum omni uigilatia ſedulo inſerenda. Nec cognitione recitationis Dominice orationis & ſymboli Apoſtoli ſecundum literam, contentum eſſe oportet ( tantum etiā poſſet qui uis malicioſus) uerū illud uiuū Dei

*uerbum ita in animis implantetur, ut apprehensum efficaciter sentiatur potestia esse Dei ad salutem omni credenti, contra quoscunq; dæmonū conatus: ut item uiuifica fide innucare Deum uerum, æternum, omnipotentem, & multa miserationis parentem, in nomine Filij pro nostris peccatis mortui, & ad nostram iustificationem per gloriam Patris, absorpta morte, ui & latana, debellato inferno, potenter exuscitati, ijdem ualeant.*

**QVOMODO DÆMONIS MALEFICIO AFFECTI, DE CIUS PRESTIGIJS & IMBECILLITATE DEINDE ERUNT INFELIXI.**

*Cap. XXXIX.*

*Diaboli infirmitas, qui nihil potest nisi permisus.*

*D*E diaboli item operibus & præstigijs eruditur, & quām eneruatus imbecillisq; sit, ut nihil etiam possit, nisi Dei permisus: nec Deū quæcunq; permittere, sed in re cōcessa illi limites, ultra quos ferri nequit, præfigi: quinimō Christum profectū in cœlum, sedere ad dexterā Dei, subiectis sibi angelis, potestatibus & virtutibus: cui li tanta fuit subiugadī potentia, multo magis satanam subegit coērciūdī: ut nihil omnino ualeat, nisi peculiariet illi concedatur. Quod itaque clémenter in nobis permittit Deus, nō potest esse malum. illi enim cura est de nobis: qui cūm omnis gratiæ sit Deus, nos ad æternā suam gloriam per IE SVM CHRISTVM uocatos, iam parumper afflictos instaurabit, fulciet, roborabit atq; stabiliet. Quis est qui nobis noceat, si boni æmulatores fuerimus? Quicquid enim fideli irrogatur, id illi bono commodoq; cedit, iuxta illud Pauli: Diligentibus Deum 40 omnia cooperantur in bonum. Precautionem ergo perpetuā esse decet, quod si uoluntas cœlestis Patris in nobis, Quicquid patimur, teste Hieronymo, nostris peccatis meremur. Non habet lib. 2. cap. 4. dæmones, inquit D. Ioan. Damasc. uirtutes aduersus aliquem, nisi à Deo dispensatè concedatur: sicuti in Iobo, & *Iob. ii. Matib. 3.* in porcis. Permissione uero Dei facta, & fortitudinem habent, & transmutantur & transfigurantur in quācunq; uolunt figuram secundum imaginem, id est phantasiam. Item Gregorius: Absque omnipotētis Dei cōcessione nullam habet potestatem contra hominem malignus spiritus: qui etiā in portos transire non potuit, nisi permisus. Reste quoque Chrysostomus: Homines non quantum uult, tentat diabolum: quoniam quantum ad se, nunquam cessaret à tentatione. neque enim habet alium actum: nō enim manducat, nec dormit, nec aliud operatur, nisi ut tentet, fallat & subuertat. Non magis itaq; timendam diaboli potestatem, quām Deum impediētem, docet Ambrosius super Lucā. Spiritus enim malus, etiam Dei uocantur spiritus, quod eius captivi sint: nec attingere, castigare, tentare quicquam auli, nisi à Deo concedatur. Iobo ne pilum quidē laderet potuit satanas, nisi imperata per missione, eaq; limitata. Quocirca non est formidandus diabolus: sed Deus, qui ursum hunc catenis alligauit caput, ut nihil omnino absq; eius singulari nutu ualeat. Hinc Christianus quæcunque aduersissima à Dei dedito excipiet, qui omnia in sua continet manu. Nec Christiani nomen merentur, qui malignæ alicui mulier aut diabole imputant malum inuectum, ad Dei uoluntatem id minus referentes. Iobus affligitur à dæmonie, at à Dei manu accipit dicens: Dominus dedit, Do minus abstulit: sicut illi placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictū perpetuō. Non cædantis uirgæ rationem ille habet, sed uolentis patris. Uirga punit filium: at non eam fecisse hic dicit, nisi mente nondum conster: sed patrem, qui uirgā in manu habet, eaq; uti-

*tutes aduersus aliquem, nisi à Deo dispensatè concedatur: sicuti in Iobo, & *Iob. ii. Matib. 3.**

*In Dialog.*

*Iob. 3.*

*Super Matib.*

*lib. 2.*

*Math. 10.* utitur. Sine eius uoluntate, ne pilus quidem capiti excidit, quin omnes pili numerati sunt: ipse uirgam usurpat, quam grauiter, & quam multum, & ubi uelit.

Q V O M O D O A D T O L E  
rantiam inuidam erunt excitandi de-  
monum maleficio laeti.

Cap. XXX.

*Qualisq; afflictio pa-*  
*tienter feren-*  
*da.* **P**ropterea a quo patientijs ferendis nobis erit animo, qui e quid afflictionum acciderit carni, siue id lege naturae, siue supra naturam contingat. Idem quoque faciendum, si animum immensus inuidat dolor, angor, mordor, tristitia, tentatio. Ob oculos uelut speculum semper reuocetur exemplum sanctissimi illius Iobi, qui tot exercitatus modis, & tantarum calamitatibus ac miseriae mole pressus, Deum laudibus extulit (quamquam malorum interim ponderi impar, in uerba animi parum patientis erupisse uideatur) ac licet nullius male occasionis sibi conscius esset, non demonem accusat tam, nec ab illo aut ullo homine tantas sibi inflictas aerumnas queritur: sed ex Dei aequissimi uoluntate sibi ista accidisse agnoscit: ut cum uxori ei exprobareret, Vbi nunc tuus est Deus, cui confusus es? non animum abiecit, sed respondit: Ut fata loqueris. Si bona a Deo accepterimus, quare mala non tolerabimus patienter. Sic nos quoque in afflictione nostra, ad Deum oculos mentemque dirigere decet, & iustissimae eius uoluntati nos nostraque placi-de summittere: quandoquidem ille nihil uult, nisi quod optimum, quamquam nobis interdum secus uidea-  
*Hebr. 11.*  
*Exch. 12.*  
*Cur diaboli & angelorum tui ministri te-*  
*Deu.*

ad rectam conuersio[n]is uiam reduc[t] Aug. form.  
cat: uel etiam sic temptat nos Dominus 24. de Temp.

Deus noster, quemadmodum Deuteronomij 13. legitur, ut palam fiat, utru[m] diligamus eum, an non, in toto corde

& in tota anima nostra. Pro summo gaudio itaque ducite fratres (inquit D.

Iacobus) quoties in tentationes incideritis uarias: illud scientes, quod ex

ploratio fidei parit patientiam. Ceterum patietia opus perfectum habeat,

ut sitis perfecti & integri, nullaque in parte immuniti. Beatum item praedicit virum, qui sustinet temptationem:

quamcum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam promisit Dominus his, a quibus fuerit dilectus. Hinc ad-

monet D. Petrus: Charismi, ne miremini, dum per ignem exploramini, quae

res ad experimentum uestrum fit: perinde

de quasi nouum aliquid uobis obtinetur: imo in hoc quod confortes estis

afflictionum Christi, gaudete, ut in reuelatione quoque gloria eiusdem gaudi

deatis exultates. Timotheum quoque

hortatur Paulus, ut afflictiones ferat tanquam bonus miles Iesu Christi.

Non enim quis coronatur, nisi legitime certauerit. Exemplum accipite, fra-

tres mei (monet Iacobus) afflictionis & patientiae, prophetas, qui loquuti

sunt in nomine Domini: Ecce beatos dicimus eos qui sustinent. Tolerantiam audistis Iobi, & finem Domini uidistis, quod ualde misericors sit Dominus, ac commiserans, qui pios est tentatione nouit eripere, Petro teste. Iobu-

totum (excepta illius anima, quam illa permanere uoluit Dominus)

etiam in suis substantijs & sobole du-

rissime, Deo annuente, affixit satan:

uerum post iniuolatam illius patientiam, cum multa eius usura, cuncta illi

uberrime reposuit Deus: cuius iam non

est decurtata manus, id ipsum potest,

& infinitis partibus maiora. Quorum

1. Petr. 4.

Timoth. 3.

Iacob. 5.

2. Pet. 2.

Iob. 12.

Iob. 42.

ergo alicuius hominis, aut etiā ipsius dæmonis, nos terrebit uolentia aut malignitas; cur ab horum iaculis usque ad expaescimus? quæ si in nos uibrentur figanturque, non tamen ad internacionem transfigent, si constanter in fide reuerberemus, retorqueā mūlque. Resistendum diabolo; & fugierā nobis: nec illi locus est dandus: sed Christi uerbo pellendus, Abi satana. 10

*Jacob. 4.* Fidelis est Deus, qui non sinit nos tentari ultra id quod possumus: imò faciet unā cum temptatione exitum, quōd *Ephes. 4.* sifferre queamus. Nouit ille, quibus nobis opus sit, priusquā petamus. Ne *Matth. 4.* exhorrescamus, hortatur David, à timore nocturno, temptatione scilicet occulta: nec à sagitta uolante in die, temptatione quippe manifesta: nec à negotio perambulante in tenebris, nempe à spectris in tenebris uersantibus: nec ab incursu & dæmonio meridiano, quod Paulo nūcupatur angelus lucis, in quem se transfigurat diabolus. 20

*a. Corint. 11.*

*Tolerantia.* Ad tolerantiam præterea iniictam contra dæmonum insultus, & cōstantem in Deum fiduciam, ita affliti sedulò excitāti sunt patrū quoq; exemplis: uelut Antonij Ægyptiaci, quem in tumulo latitantem tam grauitate lacrarunt dæmones, ut tanquam mortuum ad hospitiū reportarit illum minister: ubi nonnihil respirans & quasi reuiviscens, clam alijs ad tumulum se referri iubet: ibiq; ex priorum uulnorum dolore prostratus, cum ex animi fortitudine ad confitūtum dæmones prouocasset, nec illi cunctarentur, assumptisq; uariarum bestiarum & serpentum formis, Antonium dentibus, cornibus, unguisbusq; impeterent, & denuò lancinarent, subito lucis quidā radius dæmones & tenebras fugauit. statimq; sanatus Antonius, Christum præsentem esse intellexit, dicens: Vbi eras Iesu bone, ubi eras? quare à prin-

cipio non adfuisti, ut uulnera curares mea? Et uox ad eum facta: Antoni, inquit, hic eram: sed distuli ob tuum certamen, quod prius obseruare libuit: iam autem, quoniam strenuum te pugilem præsteris, in toto orbe celebre tuum erit nomen. Hæc in uita S. Antonij ab Athanasio descripta, & è Græco per Euagrium Presbyterum translata: ubi lucta cum diabolo uaria mireq; acerba, & insignis diuinij uiri patientia constantiaq; legitur.

Nullus certè, quod sciā, animosior fuit Hilarione (qui Antonio fuit contemporaneus, sed iunior) fortiusq; neglexit dæmonum fraudes, quippe qui in solitudine s̄ape infantium uoces intempesta nocte se audire existimauit, nunc balatus ouium, nunc multitus boum, plancitus mulierum, leonum rugitus, strepitum armorum, uariarumq; portenta uocum. Cæterum ausus aliquādo totum phasma explorare, Dominicæ crucis signo ad lunæ lumen tugurio egreditur, & sollicitè circumspiciens, ecce currum directis in se equis euentem conspicatus est: hic Christi Nazarenī nomine inuocato, in uestigio mansit, expectans rei euuentum, tum uero terrifica illa bigarrum species subito terra hiatu in conspicu absorpta est. Atqui licet à dæmonie excruciatetur mirè, oratione tam uincebat: à qua ubi alias paululum quiesceret, satan ferianti infidatus, repetrè eius dorso infilij calcib. latera quatiens, ceruicem flagro: Eia, inquit, dormitas? mox cachinno desuper increpitans: Hordeum iāmne, ait, an paleas fesso tuo asino offeres? Nam suam carnem nonnihil obstreperam, aliquando sic afflatus fuerat: Ego te a fine non hordeo, sed palea palcam, faximq; ne posthac recalcitres.

Hic uides Franciscum non satis no uisse hominis pij uites in toleranda quauis

*Anton. Sa-  
bell. libro 10.  
Exempl. c. 14.*

*In lib. Conf.  
fol. 42.*

quavis afflictione dæmonis. Legitur enim in eius uita, fratrem Egidium interrogasse Franciscum his uerbis: An diabolus sic sit terribilis, quod homo per unum Pater noster non posset sustinere? ipsum respondisse, Quid nullus possit sustinere diabolum per medium Pater noster, quin statim moretur. Huc referatur Cypriani sermo de Bono patientia, ubi & impatiens exempla proponuntur: item sermo quartus Chrysostomi.

COMMUNIVM PRECVVM  
in maleficio sanando efficacia.

Cap. XXXI.

Communes  
preca.

**V**T infuper maleficio læsorū fidē adaugeat, vulneraq; tortore dæmone eius iussu fugato, sanare dignetur misericordiarum pater, communibus ad eum ex animi penetralibus fusis confidenter precibus erunt iuuādi. Id ab authore epistolæ ad Hebreos disertè mandatur: Memores estote uincorum, tanquam unā cum illis uincti: eorum qui affliguntur, uelut ipsi quoq; uersantes in corpore. Orate pro uobis inuicem, ut sani sitis: piemonet D. Iacobus, multum enim ualidet deprecatione iusti efficax. Helias homo erat similiter obnoxius afflictionibus ut nos: & precatus est ne plueret, & non pluit super terram annos tres, & mensis sex: & rursum orauit, & cœlum dedit pluviam, & terra produxit fructum suum. Item: Infirmatur quis inter nos: accessat seniores Ecclesia, & orent super eum, ungētes eum oleo in nomine Domini: & obsecratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Hinc orationum fidei publice & seorsim à Christi fideli bus ad rem præsentem accommodatum respōdentiumq; energia, liquido constat. Ne Petri fides dicitur sancta in insultu, qui expetiuerat ut eum

uelut triticū cibraret, Christi oratione intercedente imperatum est. Contra diaboli astutias ut uigilent cum omnib; sanctis, Ephesios studiosè exhortatur Paulus. Admonet item Timotheum, ut ante omnia fiant deprecations, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Fidem quoq; Christi operari sibi augeri orant Apostoli. Per Missam orationem ad Dominum, soror illius Maria liberatur à lepra. Sic patris oratione, Christo genua flectentis, dicentisque, Domine miserere filii mei, quoniam lunaticus est, & miserè affligitur, &c. increpat dæmoniū, puerq; sanatur. Se autem credere testabatur hic uir in suis precibus, & orabat Christum, ut ipsis incredulitati succurret. Mulier quoque Græca, Syrophœnissa genere, ad pedes Christi prouoluta, rogabat eum, ut dæmoniū à quo filia miserè cruciabatur, exturbarer: & ob eius interpellationem, exonerabatur filia. Multum confidebat Judith in oratione fratrum, quando dixit: Ocate ut firmum faciat propositiū meū Deus, &c. Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominū Deum nostrum. Petrus & Ioannes orant pro Samaranis, ut acciperet Spiritum sanctum. Si quis inter nos affligitur, orare iubet Jacobus. D. Iacobus.

Chrysostomus de incomprehensibili Dei natura, homilia 3 testatur, obcessos in templum adductos à discōno tempore publici congressus, quū cœna dominica peragi soleret, iussosq; caputi inclinare, & sic pro ipsis orasse populum. Homines, inquit, à dæmons agitati, tanquam uinculis quibusdam retenti adducebantur, ut populo uniuersaq; ciuitate præsente, communes pro his fierent supplications, ut omnes iugi concordia dominū com-

munem orarent pro his, & quod miserentur, magno clamore contendenter. Recitat insuper Prosper Aquitanicus, in locum publici congressus ad altare, dum cena Dominicæ instituta actio celebraretur, adductam puerlam, & plebem pro ea ad Dominum orasse, ac de cena participem factam quoq; & sic liberatam. Idem lib. 6. de Prædictionibus & promissionib. trudit, suo tempore Carthagini puerlam quandam Christianam, quim in balneis quoddam Veneris simulachrum minus pudicè intuita esset, seq; eidem assimilasset, mox à diabolo obseßam fuisse, qui gutturis meatus occupari, ut circiter dies septuaginta noctesq; totidem fermè, nec cibum, nec potum traij cere potuerit. Parentes quum nul lam levatione animaduerterent, puerlam ad Ecclesiæ ministrum adducunt, eiq; rem ut acta erat, bona fide expoununt. Vnum hoc puella confessa addidit, Noctis medio uideri sibi auem quandam adesse, & nescio quid ori 20 ingerere. Tandem in templum deducitur, hunc preces: & cum ei cena Domini porrigeretur, quam ægrè accepit, caco dæmonem nimirum reluſtare, liberata est. Narrat Theodosius Lector 30 lib. 2. Episcopum Christianoru in Persia iussum esse, à rege dæmones profigate: qui collectis pijs preces fecit, & adiuratione eos abegit. Ioannem monachum quandam in Ægypto dæmones sola expulisse precatione, tradit Sozom. libro 6. cap. 28. Cœtus monachorum, inter quos Macarius & Isidorus, Lucij scelere sub Valente, in insulam exiguum, ubi nulli erant Christiani, relegauit, filiam ibi sacerdotis dæmonie correptam & humi præcipitatem, coniunctis precib. liberant, patriq; sanam restituunt. Marcellus Apameensis Episcopus, destructurus sub Theodosio imperio fanum Iouis Apameæ,

Theodosius.  
lib. 4. cap. 21.

Theodosius.  
lib. 5. cap. 21.

atrum dæmonis spectrum, vim ignis suppositi coercens, sic repulit. Iussit autem adferri in uasculo: qua supposta sacro altari, ipse in facie humi prostratus, Domino supplicauit, ne ultius progrederetur dæmonis tyrannidem fineret. Finita oratione, figura crucis aquam confignauit, atq; flammæ diaconum iussit inspergere: quo facto, dæmon aufugit.

Augustinus etiam commemorat, *Lib. 11. de Ci-  
rsum quendam tribunitium Hesperium, uitat. Do-  
in Fusalenzi territorio Africæ fundum cap. 8.*

habuisse, qui fuit infestatus à malignis spiritibus, ita ut animalia & seruos graviter afflixerint. Domestica igitur hac calamitate coactus, accessit Dominus fundi ad Ecclesiæ ministros, rogauitq; ut aliquis ibi preces facere dignaretur. Abiit igitur quidam ed. oravitque ardenter & ferid, imo etiam ibi cenam Domini distribuit: & protinus illa dæmonum uexatio cessauit. Ambrosius: Bonū scutū est oratio, ut quo omnia ignita spicula aduersarij repelluntur.

### I E I V N I I I I N O P E R I B U S diaboli uincendis energiæ.

*Cap. XX XIL*

Indicantur etiam ieunia, si forte ca-  
tro, nimis sui indulgentia proteruiens, lo cum dæmoni dederit ut hoc restricta freno, in ordinè redeat. Quare Porphyrius tradit, ieunium & castitatem maximè laudari, non quia ijs placatior in primis efficiatur Deus: sed ut retroagantur qui sanguine & immundicia gaudentes, quo perfui possint his, utentium corpora inuadunt. Est enim aliiquid dæmoniorum genitus, quod non nisi orationib. & ieuniis ejicitur, Christo authore, incredulitatis, propter quam illud expellere nequiuierunt, discipulos redarguent. Eleachim quoque sacerdos Domini magnus, sic omnem Israelem allouit: Scitote quoniam exaudiet dominus

*Math. 23.  
Marc. 9.  
Lxx 49.*

*Iud. 4.*

*Tib. n.* minus preces uestras, si manetes per-  
manseritis in iejunis & orationibus  
in conspectu Domini. Et Raphael To-  
biā docet, bonam esse orationem  
cum ieunio.

*Lib. 8. Histor. Secr.* Historiam in hanc rem mirè cōmo-  
dām narrat Hector Boethius, in Ga-  
reothē scilicet regionis uico quodam,  
quatuordecim uix paſſuum milibus  
ab Aberdonia diſito, eximie formæ  
adolescentem coram Aberdonēſi an-  
tistite queſum esse palām, ſeſe à dæ-  
mone ſuccuba (ut dicunt) gratissima  
omnium quas uidiffet forma, multos  
iam menses infeſtari, eandemque oc-  
cluſis fotibus noctu ad ſe ingredi, &  
blanditijs in ſuos compellere ample-  
xus: dubia luce eam penè ſine ſtrepitū  
abire, nec uollo ſe modo, cum plurifari-  
am tentat, à tanta tamq; turpi ue-  
ſania liberari. Iubet continuo circum-  
ſpectus & pius Epifcopus, adolescentem  
aliò le conferre: & ut secundum  
Christianam religionem magis lauda-  
tis iejunis & orationibus ſolito atten-  
tius accommodaret animam: hinc fo-  
re arbitrabatur, ut pijs operibus inten-  
to, uictus cacodæmon tandem terga-  
daret. Nec felix defuit ſuccelus ſalu-  
bri confilio: quod adolescentes religioſe 30  
exequutus, paucos poſt dies omnino  
ab illis uindicatur ludibrijs. Sic in-  
cubum dæmonem non amplius infeſtaſ-  
ſe Nauetis mulierem, poſt confefſio-  
nem & ſacram communionem, quæ  
iejunia & preces comitati ſolent, legi-  
tur in uita D. Bernhardi.

Hic iejunij, uti theriacæ p̄ſentissi-  
mæ, uires & encomium, oculis omniū  
ſemper opponendum hoc ſeculo diſ-  
ſolutissimo exulceratissimoq; ac ani-  
mi & corporis morbis dæmoniūque  
insultui apprimē obnoxio, ex Athana-  
ſio & Cypriano adducam: Iejunium  
morbos fanat, destillationes exiccat,  
dæmones fugat, malasq; cogitationes

expellit, & mētem nitidiorem reddit,  
& cor purgatiuſ, & corpus ſalubriuſ,  
& ad thronum Dei hominem fitit. Et  
pōſt: Quisquis igitur ab immido ſpi-  
ritu uexatur, certū habere debet, hoc  
pharmaco, iejunio inquam, ſtatiuſ ſpi-  
ritu malos afflictos abſcedere, uim ie-  
junij metuētes. Valde enim dæmones  
oblectantur crapula, & ocio corporis.  
Cyprianus de Iejunio & tentationib.  
Christi: Iejunium, inquit, ſi diſcretione  
regatur, omnem carnis rebellionem  
edomat, & tyranidem gulae ſpoliat &  
exarmat. Iejuniuſ extra ordinarios mo-  
tus in cippo claudie & arctat, & appe-  
titus uagos diſtringit & ligat. Iejuniuſ  
ſi humilitate ornetur, ſeruos Dei con-  
teptores mundi efficit. Iejunium cat-  
nes azyma mundat & solidat, & pu-  
tredines quæ ex adipe prodeunt, con-  
ſumit & ſiccāt. Iejunium Scripturā  
delicij paſcitur, contemplatione reſi-  
citetur, gratia ſtabilitur, cœleſti pane nu-  
tritur. Danieli interpretatio ſomniorū  
reuelatur iejunio, & tres pueri de Ba-  
bylonio illæſi egrediuntur incendio.  
Moses in monte quadraginta diebus  
iejunus cum Dominō perleuerans, &  
Dei familiaritatē colloquium, & le-  
gis ministerium promeretur. Helias  
quoque eodem dierum numero abſi-  
nens, in eremo conuersatur. Et pōſt:  
Efficax eſt oratio p̄ecedente iejunio,  
& ſacris ſtudijs antecedentib. non pa-  
titur poſtulatio deuota repulſam. Ori-  
genes in cap. 7. Matthæi, ubi Christus  
dicit, Apoſtolos propter incredulitatē  
nequiuiſſe ejercere dæmonium: Si ali-  
quando nos oportuerit circa curatio-  
nem tale quid patiētū permittēre,  
non adiuremus neque interrogemus,  
neque talia loquamur, quaſi audienti  
spiritui immundo: ſed permanētes in  
orationibus & iejunis, impetremus  
patienti ſalutem à Deo, & abigemus  
iejunis & orationibus ſpiritus mali-

S gnos.

gnos. De iejunij potētia insignes duo sermones Basiliij Magni, item unus Chryostomi 18.

ELEEMOSYNARVM VIR.  
tus. Cap. XX XIII.

*Eleemosyna.*

*Philip. 4.* *Roman. 12.* *Aetor. 10.* *Tobias 12.* *Tobias 4.* *Zacca. 11.* *Daniel. 4.*

**A**ccedat adhac, pro facultatu ratione, earum cōmunicatio, & in pauperes erogatio, oblatione: quem odorem bone fragrantie, hostiam acceptam gratāque Deo, appellat Paulus ad Philipp. qui Romanos etiam impensè adhortatur ad toleratiā in afflictione, & precationi ut instaret, necessitatibusque sanctorum cōmunicarent. Cornelius item centurio ex cohorte Italica, religiosus ac timens Deum, p̄stans eleemosynas plebi multas, deprecansq; Deum semper, quam audiuīt ab angelo uocem? Cornelii orationes tuae & eleemosynę tuę ascenderunt in memoriam coram Deo. Et Raphael angelus ad Tobias: Bona est, ait, eleemosyna magis quām thesauro auri recondere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est qua purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & uitam aeternā. Item Tobias pater ad filium, ante mortem: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam abullo 30 paupere: ita enim sit, ut nec à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue: si exiguum penes te fuerit, etiam exiguum libenter impertiſti stude. P̄mium enim bonū tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnib. facientibus eam.

*Zacca. 11.* Apud Lucā ipsa ueritas loquitur: Date eleemosynam, & ecce munda sunt Daniel. 4. uobis omnia. Nabuchodonozori Babylonis regi suauit Daniel, ut eleemo-

synis redimeret animam. Apud Eccles. 14. sisticum legitur: Ut aqua ignem ardentem extinguit, ita peccatum expiat eleemosyna: cuius Dominus gratiam redditurus, memor erit in postrem, ut author tempore casus sui adminiculum inueniat. Nam eleemosyna uiri, quasi sacculus cum ipso, & gratiā hominis quasi pupillam conferabit, & postea resurget & retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipsorum. Ergo conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Hic locum habebit Cypriani sermo de Eleemosyna, item Chryostomi homil. 32. 33. 34. 35. 36. 37.

CVM MVLTIFARIAM AF.  
flictis quām uariè agi debet, & imitanda  
diuersa sanationis exempla.

Cap. XXXIII.

**A** pudicum, lucida suarum exacerbationum habentem interualla, horum plurima, cum iudicio à prudente Ecclesiæ ministro proponi possunt. Apud hūc uero qui continuo torquetur, mente læsus, orationes (ut dixi) communes, & fidelium intercessiones necessitati præsenti cōsono sensu applicata, iejunia & egenorum subleuatio, suum habebunt pondus.

Cæteram si uno in loco maleficis *ybi plures* collidantur numero plures (quemadmodum in monasterijs, potissimum *maleficijs simili* uirginum, uelut organorum satanæ *uno in loco* dibrjs magis accommodatorum, frequenter uoluēnire cernimus) ante omnina huc cura propendeat, ut separantur, & unaquælibet ad parentes uel sanguine aut affinitate proximos auehatur, quo singulæ seorsim cōmodius fideliusq; institui & sanari queat. Restitutionis autē habeatur pro cuiusque necessitate delectus, ne uno (quod aiunt) calopodio (quorundam incepto rum,

rum, mendacium, impostorum, superstitionis impietatisq; antistitum more) quis calceare conetur omnes, & dissolutis præscriptorum uerborum minus conuenientium formulis, com mēticijsq; quibusdam ritibus & substantijs ad rem minimè facientibus, profligare pergit dæmonem, in ijs ridētatem illudētemq; , & fugam plerumq; simulātem egregiè, quasi compulsum, licet ultiò cedentem, ut nos incredulitatis labyrintho altius inuol uat, si ueritis eum medijs fugatū credamus: hac ratione è corporib. cedit sēpē numerō, & quidē libenter, ut anīmas minus impeditē possideat, eisq; dominetur. Quæ uero virgines arctius ocluse cohibētur, nec egredi permit tuntur, quod equidē in eiusmodi casu comprobare neque o: uel quæ in des ignato eo loco clementē Dei manum, patrisq; uirgam, cum uera sui abnega tione fortiter tolerare cum Iobō in a nimum induixerint, mutuam hic præstent in suorum cruciatuum interual lis operar, se mutuò consolantes, modumq; præscriptū, quoad fieri potest, obseruantes: nec ad huiusmodi specta culum admittantur iuniores, ne terri tate tormentorum raritate & uehementia, quid mali contrahant, cūm eis aui dē admodum insidietur diabolus.

Cum alias ad piam puellam in cœ nobio obseruatā literas dedissem, quibus virginum eo in loco olim incredi bili cruciam entorum genere à dæmo nio exercitarum (quarum superiori memini Libro, cap. 10.) historias mihi cupiebam describi, ea in hanc ferē sen tentiam respondit: Duas adhuc ex il lis superesse octogenarias propemo dum, à quibus sēpius audiuisser, ne magno quidem se uelle graui illa ca ruisse calamitatum, ex Dei uoluntate na ta, quod inde peculiare gratiæ diuinæ donum & illuminationem se conse-

630  
quatas sensissent: nec secus earum testari uitam. Quid Antonio nocuit, se ueros in suis ceruicibus tulisse magistros? cui eos ad Dei nutum perpello in maius cessit lucrum & gloriā. Scri bebat quoque, missos eo tempore fuisse undecunque viros doctos, qui tec rificorum eorum symptomatum lar uas contuiti, eas penitissimè scruta rentur, amolirenturque: sed quo in eiusmodi consilijs confidentius perstî tere, eo malum recrudiuit grauius, ut tandem Dei opus esse singulare fate rentur: à cuius manu cum id excipe rent, & se toto corde sub potentie eius brachio submitterent, semet integrè abnegantes, humilitatemque usque ad eo amplexæ, quo etiam cunctis suis affectibus restiterint, eosque uicerint: & breuiter, ad diuini uerbi normam toto animo uitam conformarint, tunc paulatim euauerūt uniuersæ illæ diræ. Piam epistolæ illius uirginis partē iustis de causis inferere uolu, quod id consiliū meo instituto prorsus respon deret: & ne eiusmodi virgines usque ad eo à piorum numero alienas esse, quis temerè in animum inducat, etiam si adhuc multa in ijs desiderari non diffitear, quæ inscia & non sana informatione prætermittuntur.

Porrò monasterium id ingressus, co rām cum altera contuli uetula, quæ id mali decem sustinuerat annos, eo no mine gratias Deo agens quām maxi mas: ac si ætas admireret, se liben ter denud iisdem uelle calamitatum fluctibus obijci asserebat. Hortata au tem me est maximopere, ut si in consiliū ad ita afflitas accerferer, ne exorcismos admitterem unquam. Quædam in eo tormentorum theatro consti tuta, à fratre uirgis ex quorundam cōsilio excarnificabatur: quemadmodum ab ineptis etiamnum hodie con sulitur, quali dæmonem profligent uir-

*Iuniores ad  
tale spectacu  
lum non ad  
mittendæ.*

*Memoranda  
historia cura  
tarum monia  
lii apud Ma  
ria arborem  
prope Xan  
tū.*

gæ, & non potius eo modo ille carni-  
ficiam procuret. ea rei indignatione  
& pudore illa perculsa, contabuit pe-  
detentim, & moritura cecinit. rogata  
uerò cantionis causam, respondit: eo  
quod de salute sua æterna minimè hę-  
sitaret. Altera quoq; iam diu à dæmo-  
nio excruciated, & morti proxima, se  
totam atëta oratione Deo offerebat,  
ut secum pro suo arbitrio quicquid  
uellet, in tempore & in æternum age-  
ret, dummodo ipsius glorificaretur no-  
men, obsecrás: rogabatq; reliquas vir-  
gines, ut post eius mortem nō ex mo-  
re. Misericere mei Deus, canerent: sed,  
Gloria patri. Memorabile abnegatio-  
nis uera exemplum.

Singularem insuper, & suo loco imi-  
tandam aliquando curationis eorum  
quos uexat diabolus, rationem, ex se-  
quenti colliges historia. Philippus  
*Curandi da-*  
*moniaci ex-*  
*plum in signe.*  
Vxellich Coloniensis, monachus ab-  
batiae Knechtenstein, integer & sim-  
plex, à spiritu referente abbatem ma-  
cilentum, ante multos annos mortuū,  
exagitabatur miserè & multifaria, cir-  
ca annum quinquagesimum supra mil-  
lesimum quingentesimum: interdum  
auehebatur sub testum, aliás per ligna  
transuersa coniunctiora supra campa-  
nam intrudebatur, plerunq; per mu-  
rum transferebatur in opinatō, inuen-  
tus quandoq; est corpore super pisci-  
nam proiecto, capite autem in terram  
reclinante. Tādem se prodit spiritus,  
diuinæ & multiplicis uexationis cau-  
sam explicans: se nimurum esse illum  
abbatem Matthiam Durensem, tot an-  
nis sepultum: ac eo torqueri, quod fu-  
spensam D. Virginis effigiem exquisi-  
te depingi curant: nec slatis fuisse factū  
pictoris Nouesiani laborib. & impen-  
dis, qui inde iacturam tenuerit, ac sibi  
ipsi uim fecerit. uerum id fuit. Subne-  
cebat hinc solutionis modum, cuius  
nomine hanc exorsus erat fabulā dia-

bolus: expiari scilicet hoc delictū non  
posse, aut ulla se liberari ratione, nisi  
religionis ergo Treueris & Aquisgra-  
ni peregrinaretur hic Philippus (quē  
ob simplicitatem accōmodatum suis  
ludibrijs organum ratus est diabolus)  
& tres Misla, de trinitate scilicet, de  
domina, & de tempore, in eius affer-  
tionem recitarentur. Vt hīc spiritus uo-  
to satisficeret, consuluerunt Theologi  
Colonenses: & capitulariter (ut illo-  
rum more loquar) id reliqui postula-  
bant quoq; monachi à suo superstite  
etiamnum abbatē D. Gerardo Strail-  
gen Morsensi. At hic seniori institu-  
tione atq; acri increpatione in aliam  
potius sententiam Philippum existi-  
mauit traducendum, ut uidelicet fide  
uiua omnis miserationis Deo patri, &  
Christo assertori nostro unico confi-  
sus, dæmonis imposturas animo negli-  
geret forti: rediuntq; spiritui obijce-  
ret, se non esse sui iuris, uerū sub a-  
liorū degere imperio, propterea nec  
posse ob rerum penitiam à se obediri  
eius uotis. Quo facto, spiritus respon-  
dit: Dic Suppriori, de eo enim confir-  
mandi sui instituti spem conceperat.  
Quare Abbas, ubi dæmonem perseue-  
re, nec monachum illius illusionib.  
fatis confidenter resistere animaduer-  
tit, ipsum denuò rectius instituit, stu-  
diosè hortatus ut resipisceret, nec tam  
pronas offerret satanæ technis aures:  
 si uero manes, uti haftenus, audire  
pergeret, se illum flagris, & quidem ca-  
pitulariter cæsurum, seuerissimè mini-  
tatus est. Hinc irritos suos spiritus ui-  
dens conatus ob abbatis constatiām,  
& animum Philippi magis erectum  
fiducia in Deum aduersus fraudulen-  
ta exitialiaque dæmonij studia, nun-  
quam rediit, alioq; migravit. Hanc cu-  
randi methodum, in eo fraudum dia-  
boliarum genere, quandoq; in usum  
reuocandam arbitrarer.

**M**uiercula Bartholomæa nomi-  
ne, quum in pago Vuell, preter  
morem sub Millæ actione hym-  
nus ille qui incipit, Gloria in excelsis Deo, Germanica lingua caneretur,  
mox uelut dæmonio correpta, in ex-  
taſin conijci uidebatur, cum maxima  
hominum perturbatione, in eo tor-  
mento perdurans, donec absoluere-  
tur cantio. Quum ad hunc actum ali-  
quandiu connueretur, nec tamen de-  
ſineret ſemella, tandem à pagi domi-  
na, Anna à Virmont, in arcem uocatur;  
quæ humaniter & amicè causam ro-  
gat, cur sub ea cantilena ſe ita uinci ſi-  
neret, quum eadem effent uerba Ger-  
manica quæ Latina, absque mutatio-  
ne; eiq; hymnum Germanicum præ-  
legit, & uerba interpretatur, quibus  
nihil abſonū, nihil impium, aut quod  
ullam offendit daret cauſam, inef-  
ſet. Iubet itaque eam forteſſe animo,  
ſe iam eundem hymnum Gérmanicè  
cantaturam in cubiculo, p̄m onens;  
& ſi illa deiſci ſe pateretur, adhibiturā  
ſe remedium, quod pellendo eiusce-  
modi dæmonio eſſe cumprimis uſui  
didicifet, minitabatur. Ita mox in ca-  
tionis initio, muiercula loco prius ob-  
ſeruato, quo ſe proſternere uellet, in  
terrā prouoluitur, cui incunctanter,  
ueſtitu prius leuatō, domina prudens  
& cordata matrona, ſimul cum filia,  
uirgas imprimatrices, eo quo decuit  
ſtudio: illa interim retracta manibus  
uete, earum conabatur arcere titilla-  
tionem. Extremis enim morbis, teste  
*Aphor. 6.* Hippocrate, extrema exquisitè reme-  
dia optima ſunt. Hoc propinatū phar-  
macum, contra huiusmodi dæmonis  
insultum exiftere antidotum incom-  
parabile, atque ſe à doctis uiris didi-  
cisse, muiercula denud persuadet do-

mina, hortaturque eam confidentiōi  
eſſe animo, neruum dæmonij hoc me-  
dicamento iam eſſe haud dubie infa-  
ctum: eamque ſimul con cinere iubet.  
Sic dulci modulamine ſimul repeti-  
tur cantilena, finiturque ſine ullo com-  
motionis in dicio. Hoc comediae aetu  
à famulis ante oſtium obſeruato, fe-  
minam illi egressam arripiunt, unaq;  
hymnum alta uoce canunt: & conſu-  
lium hoc uifſe exturbando huic ſata-  
na ut certiſſimum, ita & ſaluberrimū  
compertum eſt. Oportet autē habere  
delectū in usurpanda hac theriaca. nō  
enim omniū oculis uno medendū eſt  
collyrio: ſolū eius generis dæmonio  
profligando p̄fentissimum citra ul-  
lam morā aut hēſitationem erit ale-  
xipharmacū, quod hominem inuadit  
exercetq; pro iphius energumeni uo-  
lūtate, arbitrio & libidine. Se ea ratio-  
ne uifſe fanatā, à domina in arcē Vuell  
reuo cata Bartholomea, coram me co-  
fella eſt. Hic qualemq; ſortitus fuit  
effectum Cánon 60, de his qui ſe ſimu-  
lant dæmoniacos, qui ita habet: Eos  
qui ſe dæmon correptos eſſe ſimulār,  
& mortuū improbitate eorū figuram &c.  
habitum ſimulare p̄ſe ferunt, uifſum  
eſt omnimodo puniri, & eiusmodi af-  
flictionibus & laboribus eos ſubijci o-  
portere, quibus hi qui à dæmonie uere  
correpti ſunt, ut à dæmonis operatio-  
ne liberentur, uerè ſubijciuntur.

team 19.

Se uidiffe Romæ quēdam nomine  
Iuliū, narrat Rondeletius, qui catale-  
psī putabatur corripī, quories illa Pa-  
ſionis uerba audiret, Cōſummatum  
eſt. Voluit autē probare, uim uerè cor-  
riperetur, an fingeret. Quū itaq; ſimul  
efficiapud Alexandrum, linguae He-  
braica professorē, & huius uxor forte  
in alterius gratiam recitaret duo illa  
uerba, statim ſacrificus hic extraſiuide-  
baruſ affligi: eoq; uifo, alter baculum  
adſerii iuſſit, quo mortuum p̄ſligi-

ret: proinde sine mora ad se redijt. Auxit suspicionem, quod quum eo malo afficeretur, prius undiquaque spectaret, ubi suum tutum reponeret caput. Auditum postea est, illum ob hanc simulationem missum fuisse à Venetis in exilium cum quadam meretrice, quae simili morbo se prehendi simulabat.

*Catalepsis à melanholice sanguine.*

Porrò figmentum non erat, sed catalepsis, à langle melanocholico cerebro substantiam occupat, quam patiebatur puella in quodam pago non procul à Nemauso in Simeneis montibus. Hæc erat annorum uigintiquinque, nupta cuidam iuueni quem paruam abbat: uixitq; tatum dies octo cum eo, ubi hoc morbo ob animi ægritudinem corriperetur. Quam ob causam in parentu edes redijt, in quibus tamdiu à malo illæsa permanebat, quam mariti obliuio duraret: recrudecebat uero, quum de marito cogitaret, uel illius mentione audiret: aut etiam quando ad illam insciaciam maritus forte ueniret, priusquam eum uel uideret uel audiret. Quod si in via aquæ hydriam gestaret, eam quandoq; deponebat, aliquot horas in eodem loco sedes uel decumbens, oculis & ore apertis, sine sensu & motu, nisi quod uentris & costarum infernarum musculi multum mouerentur.

#### IN CONCVBITVS MALEFI cio quid faciundum. Cap.

XXXVI.

*In cap. Si per fort. 15; q. 4.*

Denaturalis congressus, satanæ opera præpediti, curationem ita scribit Igmarus Remensis archiepiscopus: Si per fortiorias atq; maleficas artes occulto, sed nunquam Dei iniusto iudicio permittente, & diabolo præparante, concubitus non sequitur: hortandi sunt quibus ista eueniunt, ut corde contrito & spiritu humilitatis, Deo & sacerdoti purè confiteantur, &c.

636 In contouersia, ubi maritus ad cō- Decretum in  
gressum ineptus esse ex maleficio ac- cōcubitus ma- leficio.

*In Trel. de tamq; & Pj thonici.*

tū fuisse scribit Ulicius Molitor, ut pri- mū à medicis ille, quem leges dicunt maleficatum uel frigidum, inspicere- tur, num alia illius impotentiae natu- ralis foueretur causa: deinde ut trien- nium adhuc uxor cum marito conui- ueret, qui suas interea temporis expe- riiretur uires: utq; eleemosynas libera- lius erogarent, & ieunis uacare, quod matrimonij institutor Deus eiusmodi malum amoliri dignaretur. Decretum sanè ad imitationem reuo candū. Huc accessantur etiā, quæ in legitima ma- lefici curatione haec tenus proposuit.

Noui & characteres in charta uirgi- nea scriptos, & aduersus id mali, uelut arcanum summum celebratos, super quos septies legitur Psalmus, Eripe *Pal. 14* me de inimicis meis: ligaturq; charta ad uiri coxam. at mysterium hoc apud Acheronta sepultum malo.

Cæterū ridiculam admodum, ni- misq; religiosam curationem pleriq; bona fide ne prodant, in autem exem- ple insinuare nolui. Mulier Katharina Loe nomine, cuius mihi nota sobo- les, uiro nupta, hunc in initio compe- ritim potentem. Quare à uario temere quæsito consilio, hæc in ara D. Anto- nio sacra Euerfeldi in ducatu Montensi, ubi degebat, ceream membris ui- rilis effigiem religionis ergo, ut à suo malo leuaretur maritus, suspendit of- fertq;. Sacrificus rei ignarus canone ad altare demissis oculis recitato, ut fieri solet, suspicit, priapumq; illum ce- reum inopinatò intuitus, tollatur dæ- monium illud, acerbè inquit.

#### EXORCISMI QVANDO, ET quomodo, & à quibus adhibendi.

Cap. XXXVII.

Porrò si dictis rationibus nōdum *Quandatas  
hibeatis exor-*  
cedit inficta calamitas, opusq; sa- *cifini, & quæ  
tanæ modo.*

*Qualem spora  
ter esse exor-  
cismam.*

*Ephes. 6.  
In circulo Car-  
thaginensis 4.  
23. diff. exor-  
cista. ca. 7. de-  
Conser. diff.  
s. t. amne die-  
nbi de energu-  
mentis, id est,  
obstatis agi-  
tatur, quibus  
manus impo-  
nebant exor-  
cista.*

*Iuxta ca. 79.  
Synodi An-  
guilliferae sub-  
Ludensis.*

*Pio, neque in  
Ecclesiis, neq;  
in dominis li-  
cebat q; exor-  
cizare, q; ut  
non erant ab  
Episcopis or-  
dinarii.*

*Matt. 17.  
Marc. 9.  
Lucas 9.  
Ioan. 14.  
Alanth. 22.  
Marcii 11.  
Lucas 10.*

*Philip. 2.  
Actor. 4.*

*Genit. 1.  
Iacob. 1.*

*Matt. 8.  
9. 12. 17.*

tanæ perdurat, eum increpare licet ex Christi doctrina Marci decimosexto, quod credentes per eius nomen dæmonia sunt electuri. Eapropter Apostolorum & primitiæ purioris Ecclesiæ exemplo, per Christi nomen expellat minister, uero ductus zelo, conscientiae bona testimonio fatus, habens peculiare illud Spiritus sancti donum, ejiciendi nimis dæmonia: gladio spiritus, quippe Dei uerbo accinctus, atque diuina panoplia circumquaque munitus, assumpto super omnia fidei scuto, quo omnia iacula mali illius ignita queat extinguere (qualem armaturā in huius Libri initio ex Paulo proposui) ne cum discipulis Christi dæmonium fugare nequeuntibz à Christo audiat: O' natio incredula & distorta, quousq; tandem ero uobiscum? quo usq; patiar uos? firmiter hinc infallibili nitatur promissio: Amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem uado. Et: Quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater per filium. Si quid petieritis per nomen meum, ego faciam. Scribitur

Lucas, septuaginta reuersos ad Christum cum gaudio discipulos, dicentes: Domine, etiæ dæmonia subiiciuntur nobis per nomen tuum. Ait autem illis: Videbam satanam sicut fulgor de cœlo cadentem. Ecce do uobis potestatem calcadi super serpentes & scorpones, & super omnem uirtutem ini- mici, & nihil uobis nocebit. Ita in Christi nomine flestantur genua celestiū, terrestrium, & infernorum. Nec aliud nomē sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Solo hoc Patris eterni uerbo creata sunt cœlum & terra, & quicquid in eis consi- stit. Eius ntu in præcipitu ruit illa immensa angelorum caterua. Ad Chri-

sti aduentum imperiumq; horruerūt & profugerunt, quotquot arctissimo

*Marci 13. 9.*

*Luce 4. 8. 9.*

vinculo in sua custodia miserros mor-

*11. 12.*

tales constrinxerant diaboli. In hoc nomine credentes discipuli, dæmonia exturbarunt. Pythonis spiritum in Macedonia, ex puella dæmoniaca ei- iecit Paulus his uerbis: Præcipio tibi in nomine i e s v Christi, exire ab ea. & exiit eadē hora. Sic à Petro iufsi sunt dæmones egredi, qui uel unicū diem hisp. Apo- sibi indulgeri, ut in subiugatis perma- nerent corporibus, rogabat: teste Cle

*Li. 4. Recog-*

*memente.*

Apud Hieronymum presbyterum in uita Hilarionis Palæstini eremita, legitur de quadam Constantij Imperatoris candidato, ex Francia Germania orto, quem à teneris unguiculis dæmon obfederat malignus. Ductus igitur ille Gazam ad Hilarionem, exponensq; tam Syra quam Græcali- gna (quastamen nusquam didicerat dæmoniacus) multiplicem oblidionis causam, ei respondit uir sanctus: Non curo quomodo intraueris, sed ut ex eas in nomine Domini nostri i e s v Christi impero. In hoc nomine Simō apostolus simulachrum Solis communiuit: & Iudas Lunæ, dæmonibus in de uisibiliter Æthiopum forma expulsi. Dæmonem ex Solis idolo fugavit D. Thomas: draconem sub mortis statua in Scythia exeuntem profligauit Philippus apostolus: septem dæmo- nes similitudine canum inter monu- menta commorantes fecerunt iam, pre- tereuntesq; grauiter lædentes, abegit D. Andreas. Sic in Capitolio draconem clausisse Syluestrem, & Philippum Le uiathan fugasse, traditur.

Ioannes Euangelista superato uene- no, dæmonem in Diana templo ducen- tos & quadragintanomem annos com- moratum, his uerbis loco expulit: In- terdicto tibi in nomine i e s v Christi

*Act. 13. 9.*

*Sap. Babyl.*

*lib. 6. Histor.*

*Apost. item*

*lib. 9. 10. 13.*

*Johnnes enan-*

*gelista in fu-*

*gando dæmo-*

*ne contra ma-*

*gå Cynopen-*

*miracula.*

Nazareni, ne ultrà hic habites, & confessim decessit Epheso. Quo circa iussu Domitiani in Pathmon insulam exul deportabatur vir sanctissimus. Hic cum Cynops magorum princeps in Phara oppido contra Ioannis doctrinam, & edita in Christi nomine miracula, ex falso sacerdotum Apollinis in Ioanne criminazione, maleficijs populum demarent auocaretq; mortuos etiam se excire iactabat: quo rū facie assumpta etiā dæmones apparuerūt, è mari emersi. Tandem Ioanni ait Cynops: Veni sodes ad portum, ut aspicias potentiam meam, & amplius admiraberis. Igitur Ioannes cum uniuersa multitudine redijt, præcipiens illis tribus dæmonibus, qui sub imagine hominū nuper resurgentium comitantur, ne discederent. Cōcūsis itaq; manibus, & terribili maris sonitu peracto, Cynops se, ut antea, demisit in mare, atq; sic ex oculis hominum euanuit: qui clamare non cessabant, laudando dicentes: Magnus es Cynops, & nemo præter te. Ioannes interim orabat Dominū, ut inter uiuos ultra nequaquā connumeraretur magus ille. Tum repente uehemens est pelagi murmur auditum: & procellis ingruentibus ei loco, ubi se præcipitauit, nusquam appauuit. Et dæmones qui sub humana figura stabant, quasi iampridem resuscitati à mortuis, adiurabantur ab Apostolo Dei, dicente: In nomine crucifixi Christi ex hac insula exite, nunquam reddituri. & statim ab universorum oculis dispersuerunt, frustra expectantium Cynopem, si forte ex fredo resurgeret.

*Cynops magus submersus in oratione D. Ioannis.*

Arsarius insignis confessor sub Licinio, uidit aliquando dæmoniacum quēdam gladio stricto per forum discurrere, & obuium quenque terrere ac fugare. Huic itaq; obuiam sese offerens Arsarius, Christum nominauit,

ac 640 uerbo dæmonium expulit, obselsumq; liberauit. Verbo adhæc dæmones fugauit Paphnutius, teste Russo lib. i. cap. 4. Sic apparet, quantum uerè Christianis magistri nomen profuerit, & imitatio inuenit.

Anno 1529, in turrem terriculamentis à multis annis inquietissimam Coloniæ Gallinaceam portam nuncupatā, religionis causa deductus est pius & doctus vir Adolphus Clarebach, ut die no[n] tuq; acerbius torqueretur. At lemuribus prima nocte ad ingenium consueto more redeuntibus, turbasq; & terrores citantibus, ad ardentes ille Adolphus Clarebach's efficax erat. conuersus orationes, eosdem ita uicit exturbauitq; ut talium umbrarum postea eo in loco fuerit obseruatum nihil, quum ille etiam in de eductus constanti Christianæ fidei cōfessione uitam finisset, corpore flammis absumpto. Tantarum est uirium contra diaconi machinamenta feruens pī hominis ad Deum oratio. Scriperat autem distichon in dealbato turris pariete, digito denigrato carbonis puluere & aqua mixtis (quod atramentum & pauprus illi fuissent in carcere denegata) in hanc ferè sentētiā: Vbi Emanuel, nullus terriculamenti satanicis relinquit locus.

Hæc est cōjuratio, hic uehemens fortisq; exorcismus, hic modus fugandi dæmonis certus, hæc breuis formula, hi sunt characteres, quibus inuocatur omnipotētia rebus supra communē uitæ rationē agendis: hæc doctrina uera, hoc fundamentum solidum: hic philosophorum lapis, longe quidem exuperans eum, de quo Alchimici halucinati contendunt: imò lapis angulatus, in quo omnis structura firmiter coagmentatur. Hæc sunt diuina testimonia, hæc sacrorum nostrorum monumenta, hæc ueri sacerdotis memoria, hæc purissima signa, hæc nostræ in ex-

in exturbandis dæmonib. ceremoniæ, paucis contentæ, facili usu, uili apparatu. Hæc a rō cœlo sublimior, tartaro profundior, libera periculis, umbratū hostis, contemptris laruarum, simulachrorum perosa, nec thuris nec meri indiga, uniuersis manibus, lemuriibus, laruis imperitans, omnis busta, omnia sepulchra & species mortuorum contemnens, & inania terriculamenta, & noctium occurſacula, & inferorum commeacula (ut Capnion inquit) exorrecta fronte fugans, fatum & naturam uincens, & quicquid unquam ritè optamus, si modus à magistro traditus obſeruetur, indeſinenter perficiens, & indeſicienter adimplens. Verbo languores uniueros sanauit, & dæmones expulit Christus. Si ergo ſecutore operari nōles, neceſſariō illud Pauli consilium ob oculos pone: Quodcunque facitis in uerbo & in opere, ut omne id in nomine Domini noſtri ē av Christi faciat. Hoc est ſalutiferum medicamentum: quin ipſa panacea, uel potius hæc ſalus noſtra & medela. Reſtē hinc Nazianzenus in Dēfensorio ait, Dæmones adhuc contrémiscere, quando Christi nomen inuocatur. Contra hunc nullæ ligaturarum præstigia, nulla maleſiciorum oſtentā, nec uilla dæmonij opera, momentum quidem perdurant, quin dicto ciuitiſ euaneſcent. Proinde à Laſtantio quām uerissimē dictum est: Dæmones iuſtos, id est, ueri Dei cultores metuere: cuius nomine adiurati, de corporibus excedunt: quorum uerbis uerberati, non modò ſe dæmones eſſe conſententur, ſed etiam ſua nomina edunt. Quia nec Deo, per quem adiurantur: nec iuſti, quorum uoce torquentur, mentiri poſſunt. Itaque maximis ſaſe ululatibus editis uerberati ſe ac ardere, & iam iamque exire proclamant. In hoc ordine curationis,

Matt. 8.

Coloffon.

Lib. 2, c. 16. de  
Orig. erroris.  
Idem apud  
Clem. di. 9. Re  
teg.

Scripturæ ſacré fundamento innixæ, nullā erroris ſuſpicionē, nihil idololatriæ, nullā blaſphemiae opinionē fouri, luce meridiana clarius coquemur.

D A B M O N I A E I I C I E N D I  
modus Ecclesiæ ueteris. Cap.

## XXXVIII.

Cæterū ne quis hoc noſtrum consilium uelut ab uifata noſtrorum hominum ecclesiastico rum ratione alienum calumnietur, & explodēdum decernat, bona fide hic beati Clementis uerba ſubiungam, quibus pellendi ſatanæ formam in Ecclesia ueteri & puriore familiarem, noſtroq; praefcripto conformem, pulchrit̄e deſcribit lib. 8. capite 32. de Conſtit. S. Apoſtol. Iacobus Alphæi: Exorcista non ordinatur: ſpontaneæ enim benevolentia eft hoc certamen, & gratia Dei per Christum ſuperuentione Spiritus sancti. Nam qui accipit chariſima curationum, per reuelationem à Deo declaratur, quum pateat omnibus gratia, quæ eft in ipſo. Et libro codem, capite 7. Postquam exiuerunt Catechumeni, dicat diaconus: Orate energumeni, hoc eft, uexati ab immundis ſpirituſbus: intentè omnes pro ipſis orate, ut benignus Deus per Christum increpet immundos & nequam spiritus, & eripiā feruos ſuos ab imperio inimici, qui increpauit legionem dæmonum, & principem maiorum diabolum, ipſe nunc increpet pietatis rebelleſ, & liberet figmenta ſua à uexatione iphiſus, & purget ea quæ ingenti ſapiencia cōdidit. Etia at-tetē oremus, Salua & excita illos Deus in uirtute tua. Incline uos Energumeni, ut benedictionem accipiat. Et Epifcopus oret dicens: Qui forteſ ar-matum ligasti, & omnia uasa eius diri puisti: qui dedisti nobis potestatem ambulandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem ini-

Energue  
mentis.

Cap. 8.

T mici;

mici: qui homicidam serpentem ligatum tradidisti nobis, tanquam passerem puerulis, quem cuncta paudent & horrerent à facie virtutis tuae: qui eum deieciisti, sicut fulgur è celo in terram, non lapsu locali, sed ab honore in ignominiam, ob uoluntariam nequitiam: cuius aspectus siccatur abyssos, & minæ liquefaciunt montes, & ueritas Domini manet in æternum: quem laudant infantes, & laetentes benedicunt: quæ celebrant & adorant angeli: qui aspicit super terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant: qui minatur mari, & siccatur illud, & omnia flumina deserta facit: cuius numerus puluis pedum eius: qui ambulat super mare sicut paumentum: unigenitus Deus magni patris filii, increpat ipsi ritus nequam, & libera opera manuum tuarum ab alieni spiritus uexatione: quoniam tibi gloria, honor & adoratio, & per te uero patri in sancto Spiritu in secula, Amen. Consentit his Augustinus, de utilitate credendi, cap. 22. Vera pietate homines Dei aetream protestatem inimicam contrariamusq; pietati, exorcizando ejiciunt, non placando: omnes tentationes aduersitatesq; vincunt orando, non ipsam, sed suum Deum aduersus ipsam. Non enim aliquem vincit aut subiugat, nisi sociate peccati. In eius ergo nomine uincitur, qui hominem assumpsit, egitq; si ne peccato, ut in ipso sacerdote atque sacrificio fieret remissio peccatorum, id est, per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum iesum, per quem facta peccatorum purgatione reconciliamur Deo.

IVDICIVM PHILIPPI MELAN-

chthonis de demoniacis, ex Epistolarum libris. Cap. XXXIX.

**E**T HU sunt interdum physicæ causæ furorum seu *wæpægorov* seu *marins*; tamen certissimum est, dia-

bolos in aliquorum hominum corda ingredi, & efficere furores & cruciatus in eis, uel cum physicis causis uel sine eis: quia manifestum est, tales homines interdum etiam sine physicis remedij liberari. Et saepè hæc diabolica spectacula sunt prodigia & significaciones rerum futurarum. Ante annos duodecim mulier erat in Saxonia, quæ nullas literas didicerat: tamen quum agitaretur à diabolo, post cruciatus loquebatur Graecè & Latinè de futuro bello Saxonico: Erit magna angustia in terra, & ira in populo, et ueray in eni⁹ yis, q̄ op̄y⁹ c̄ v̄ d̄ a⁹ w̄ r̄ w̄. Ante annos sedecim erat in Marchia puella, cui rapienti pilos à uestibus, uertebantur illi pilis in numeros Marchicos, quos deuorabat puella longo fragore dentium. Et figuræ illæ numerorum interdum ex manibus eius subito extortæ, erant ueri nummi, qui adhuc à nonnullis seruantur: ac subinde magnos cruciatus sentiebat puella: sed à toto illo morbo liberata est post aliquot menses, & adhuc uiuit sana. Sunt autem crebræ piorum precatio[n]es pro ea factæ, & consulto omisæ sunt aliæ ceremoniæ.

In Italia audio fuisse mulierem, quæ etiam nullas didicerat literas: quæ quum agitaretur à diabolo, interrogata, quis uersus Virgilij ut optimus respondit:

*Discite iustitiam moniti, et non temnere Diuos.*

De illis misericordiis uirginibus, quas Romanæ cruciari audio, eas à diabolis torqueri iudico, & significatur pœna Italie & aliarum gentium. Nec uero dubito uera pious precatio[n]e tolli id malum, & expelli diabolos posse. Relatè etiam facient, si qui homines non Epicurei, sed uerè inuocantes filium Dei Dominum nostrum iesum Christum, seruū præcipiant diabolis, ut ab illis misericordiis discedant: & deuentura iudicauit.

L I B E R V.  
iudicio filij Dei, in quo malicia diabolorum ostendetur, palam uniuersae ecclesiæ dicent, & de poenis diabolorū. Sed hæc fieri oportet serio, & omittendæ sunt ceremoniaæ <sup>et apotropaiae</sup> & lustralis aquæ & falsarum inuocationū Cornelij & similium. Scio plura exempla, in quibus profuisse piorum preicationem certum est.

INEPTVS MALEFICII BESTIA-  
rum curandi modus vulgaris, tempe-  
statis item sedatio impia.

Cap. XL.

C vius uero Scripturæ testimonio, aut quo exemplo fulciatur uulgaris illa & aliquandiu male inolita maleficij per quemcunque ineptum, & quandoq; bis cæcum, curadi, & dæmonis eliminandi ratio, me profecto latet. Nam præter inutilem cere moniarū congeriem, exorcismos iij homines adhibet diros, ne dicā blasphemos: Stentorea adhæc uociferatione, profusorūq; uerborū turbine, uolenter abigere da monē uelle uidetur, Euāgelia à proposito diffona, Symbolū Apostolorū, orationē Dominicā, salutationem Angelicam, & nescio quæ alia, iterū atq; iterū repente. Quorsum hæc ad satanæ expulsionem convergent: ubi mandatum, ubi exemplū, apud Christum, Apostolos, uel eius discipulos, siue etiam primitiæ Ecclesiæ ministros? Rei proposita non responder uerborum intellectus. Christus, eiusq; imitatores in fugando dia bolo cōuenientibus sunt ubi uerbis. Illam aut uerborum recitationem cum instituta actione minime cohædere, ne mo non uidet. At abominabile suum sacrilegium ponderent illi, qui eum modum nedum usurpare audent, uerū etiā bestijs & inanimatis rebus, præter subnascentis Ecclesiæ sinceroris exemplum, execrandas coniurations & frequētem tremendi nomi-

nis Dei nūcupationem solenniter applicare, item signum crucis cum oratione Dominicā & salutatione Angelica ter uel sæpius repetita ( sic Mallei <sup>2. scunda</sup> referunt authores ) uaccæ consecrare <sup>part. quart.</sup> <sub>2. cap. 7.</sub> non uerentur. Hoc ut minimum in secundi Præcepti transgressione haud leuiter delinquere, ne quid grauius addam, sentiunt alij.

Describit præterea Iacobus de Chufa Chartusianus, quomodo sal, panis & aqua exorcismis cōsecrantur, & quomodo panem cum aqua gustari oportat nouem diebus cōtinuè, quibus etiam recitabuntur tria Pater noster & Ave Maria in honore sancte Trinitatis, & sancti Huberti, &c. aduersus quæ cunq; morbum tam hominum quam pecudum, item insultū satanæ, & mortuum canis rabidi. At bonas horas huc nimis male cōlocasse sentio. Alibi eiusmodi sale asperguntur, & thure cōjurato suffuntur homines & bestiæ, & recitantur Letaniæ.

Consilium item cōtra maleficas, ne animalia, &c. ab eisdem inficiantur, sic describitur: Recipe tempore Paschali de candela Paschali benedicta uidelicet, stillas uel particulas à superiore parte collectas, ubi ardebat, & fac de illa cera candelam paruam: & tunc in die Dominicæ surge manū, & accende ceram, & accipe lumen illud, ut stillas aut particulae cadant super cornua & aures illius animalis, In nomine p. & f. & duplex ss: & combure illud animal modicum cum lumine illo benedicto infra cornua aut aures, &c. & quicquid residuum fuerit de cera aut candela, affige ad modum crucis circa stabulum supra ianuam aut sub ianua, ubi animalia solent intrare & exire: tunc illo anno animalia tua non inficiantur à maleficiis.

Benedictionem insuper hanc pecorum, quibus abstrahitur per incubos

lac, &c. ut hic scribitur, ita docet libel-  
lus. Recipe ramos palmarū, & fac cru-  
cem, deinde scribantur hæc nomina,  
Tetragramaton Adonai, Otheos, Ie-  
sus, Maria, Joannes: & ponatur in mo-  
dum crucis super crucem prefataam, &  
tegantur hæc de cera consecrata in ui-  
gilia Paschæ: aut scribantur predista  
nomina in cera benedicta ad modum  
crucis posita super lignū crucis de ra-  
mis palmarum prosternatis ante crucem  
in die Palmarum, & tuc super hoc  
ponatur in modum crucis parum de  
corporali & stola benedicta: & illud  
sui aut inuolui debet panno lineo, im-  
ponendo modicum de abrotano & fo-  
lijs palmarum, & istud ponatur in u-  
sculo, trans quod colari debet lac ex-  
tractum a bestijs: & debet bestia su-  
mere nouem uicibus de aqua cosecre-  
ta seu benedicta: & debent in quibus  
lac funditur, aspergi cum aqua bene-  
dicta, ut supra, &c. Item, Istud etiam  
ualet contra omnia maleficia, siue sint  
in braxatura & cultura, tintoribus &  
hominibus, bestijs: & sic de alijs, ut in-  
fra. Item, Praescripta nomina contra  
maleficia scribi debent in cera bene-  
dicta, ut praedictum est, & ponatur in  
ceruisia recenti antequam ascendat, & 30  
incipit laborare ad caput, &c.

Terris Nazarenus ter rex Iudæorū  
†. Non percuties eos qui signati sunt  
hoc signo thau. ter. Istud praescriptū ua-  
let pro hominibus & pecoribus, qui  
sunt per Pythonicam infecti, & debet  
dari in ferculis aut potibus eorum, ui-  
delicet in chartula scripta, ut supra.  
Haec tenus ille.

Idem adhæc hominum genus in fo-  
ramen cornu uaccini terebra impres-  
sum, contra incantamentum quando-  
que intrudere solet mixturam ex ce-  
reæ Paschalis, & eiusdem thuris ac sto-  
la momento.

Huc accedit laclis uaccini restitu-

tio per consecrationis modum in fre-  
quenti usu habitum apud ancillam  
Theodori Lopers, uicarij in nosodo-  
chio Kreueldiens, tres alentis uaccas:  
quae ubi domum reuersæ, non satis la-  
etis pro more red derent, ancilla Chri-  
stina nomine, uaccas in mille diabolo  
rum nomine egredi, atq; suum repe-  
tere lac iubebat: inde ad cuius dominica mu-  
lierculæ ob maleficium suspectæ quod  
progredi, consistereq; aliquâdiu cum  
valido & frequenti boatu illæ uidebâ-  
tur: deinde ad stabulum regressæ, lac  
refundere solitum dicebantur. Nugæ  
sunt, & mera ludibria.

Contra grandines uerò & tempesta-  
tes, ultra crucis signum, lapilli tres ex  
grandine in igne sub iuocatione san-  
ctissimæ Trinitatis coniunctur, ora-  
tio Dominica cum Angelica salutatio-  
ne bis aut ter recitat: adiungitur E-  
uangelij Ioannis. In principio erat uer-  
bum: atq; signum crucis undiq; con-  
tra tempestatem antè & retrò, & ex o-  
mini parte terræ subinfurit. Demum  
quum in fine ter repetierit exorcista,  
Verbum caro factum est: & roties annexu-  
erit, Per Euagelica dicta fugiat tempe-  
stas ista: subito tempestas, si eam ma-  
leficium excitari, cessabit. Hæc terri-  
fima experimenta, nec suspecta iudi-  
canda, dicunt Theologi illi. Qui sanè  
illud ipsum uitium committere uiden-  
tur, quod in alijs emendare cupiunt: &  
ut ille canit poëta Satyricus,  
Dum stulti uitant uitia, in contraria currunt.  
Quantum enim deest eiusmodi con-  
iuratoribus, ut non uerè exprimat ra-  
tionem præstigiatorum & incanimatorum?  
Et tamen ista & similia non in leuibus  
solùm experintur rebus, sed etiam in  
benedictis Dei creaturis, imò in myste-  
rijs & institutis Christi perhic abutu-  
tur. Sed absurdiora hæc sunt, quām ut  
longiori confutatione indigeant. In  
secundum Decalogi præceptum hic  
quo-

Ridicula con-  
fervatio

Gradiñis &  
malificio na-  
turalis & per-  
sistens.

Ab Augu-  
stino interdi-  
citur, & legi-  
tur 26.9.7.  
nō obseruit

quoq; haud dubiè impingitur, quam secus ab illis doceatur.

*Atqui si in nomine Dei & Christi pronunciato preces & exorcismos finiri, & exoptatum finem interdù consequi obijciant, Christi ueracis quæso*

*Math. 7.*

*uicissim uerba audiant: Multi dicent mihi in illo die, Domine Domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & tuo nomine dæmonia eieimus, & tuo nomine multas uirtutes præstimus? At cum cōfitebor illis: Nanquam noui uos. Discedite à me qui operamini iniquitatem. Impiorum itaq; exorcismi uirtute non cedit diabolus, sed sponte: ut impietatem confirmet, & ex roribus alios immerget altius.*

*Reste itaq; D. Thomas de potentia Dei, quest. 6. art. 10. in solutione 3, argumētāit: Si Salomon fecit exorcismo eo tempore, quando erat in statu salutis, potuit esse in illis exorcismis uis cogendi dæmones ex uirtute diuina. Si autem tēpore illo fecit, qui idola adorauit, ut intelligatur eū per magicas fecisse artes, non fuit in illis exorcismis uis dæmones compellendi.*

*S I V M E N T A P R A E T E R N A  
turam quid pati uideantur, item contra  
uenena, quid faciundum.*

*Cap. XLI.*

*S I uero præter naturam quid pati sumenta credantur (quod tamen cognitu difficultum, cum sēpe in pascuis uenena uel depascatur, uel spiritus attractu illiciant) primum omnium his pharmacum contra uenena uel similia uitia offerri potest, & reliqua administrari, quæ ex naturali coniectura & arte (quam docte copioseq; tradit) Vegetius de arte ueterinaria uel mulomedicina libris quatuor, item Columella, Cæsar Cōstantinus, & pleriq; alij ueteres & recentiores usui foris, re arbitramur, successum toleranter expectantes. Quæ si minus iauentint,*

*Columella de  
re Ruffi lib.  
C. 7.  
Cæsar Cōstantinus  
lib. 17. 18. 19.*

*sed morte armētum abripiatur: uelut speculum, mentis oculis opponenda erit Iobi patientia: & quicquid id est calamitatis ac damni, Deo h̄c uolenti (qui dedit & abstulit, idq; sicut illi placitum est, ita facit) ferendum erit acceptum: nec ad ariolos aut diuinos, aut Pythonis spiritu turgidos, contra euidentis Dei mādatum, impiè confugendum. Hinanque imitatione sacrilega probare uidetur M. Catonis idololatriam, q; i in agro lustrando certis utitur ceremonijs, solennibus sacrificijs, uerbis atque uotis Telluri dicitis, ut insuetas alat arbores ipsiis etiam arboribus exoratis ut transmigrent, & in alieno solo accrescat: rapis quoque obsecratis dum seruntur, ut sibi & familiæ uiciniq; benignè conferant: precibus Marti lūsis, ut ager pecoraq; seruentur.*

*Suffimentum autem animantium morbis prohibēdis utile, legitur apud Vegetium, qui licet id quoq; lustrare animalia, fascinum tollere, dæmones fugare, & grandines inhibere, ab alijs male perlaus scribit: tamen odore suo, causa quippe naturali, tam hominum quam animalium morbis resistere, & aërem defecare addit. ita habet:*

*Recip. sulphuris uiui lib. ii. bituminis Iudaici lib. j. opopanacis, achanti, galbani, castorei, irios crudi, an. unc. fex. salis Ammoniaci unc. ij. salis Capadoces, cornu ceruini, lapidis gaganis masculi, lapidis gagatis feminæ, an. unc. iii. lapidis hæmatitis, lapidis fideritis, lapidis argeritis, an. unc. j. equuleas, id est, caballiones marinos, caudas marinas, unguis marinos, an. numero septē. uiae marinæ unc. iij. medullæ ceruinae, cedrei, picis liquidæ, an. pondera ij. ossa sepiæ numero 7. auri semiunciam, ballucæ siliquæ. Hęc uniuersa cōmisceantur, & succendantur. Sed si memoratos lapides aut in-*

*T 3 uenire*

*Dere ruſi.  
cap. 141.*

*De Arte  
uete.lib. 1.  
cap. 20.*

uenire nequiuieris, aut enormitate pre-  
cij ab emptione cessaueris, reliqua ef-  
ficaciter prosum.

Pecora dole-  
fo maleficio  
attia.

Interea tamen studiosè inquirendum, num aliquid monstri alatur, aut fucus alicubi foueatur: quemadmodum à quodā latomo apud Batauos factum memini, qui stabula ingressus, lupi sterlus clām in præsepib. abscondebat: cuius odore, ut uoracis sui ho-  
stis præsentia, ob antipathiam, ueluti malefico actu, territe pecudes, ultrò citroq; exultare, & infolito concitari furore uidebantur, unde turbati ru-  
stici incantamētum esse coniicerent.  
Quocirca ad fabulæ astorem, uelut è specula hæc obseruantem, atq; sanan-  
di maleficij nomine celebrem concue-  
rebatur: qui testa fascini materia, lupi niimirum excremento, occultè ablata, 20  
oculus malum amoliebatur. Sublata enim causa, tollitur effectus. Sic rem qualemcunq; ex hac professione fa-  
ciebat: à uiris tamen bonis admone-  
batur, ut mature eiusmodi falsitati re-  
nunciaret, ne merita falsarium conse-  
queretur punitio.

Perrò contra quæcūq; uenena, ob- Contra uen-  
lata philtia aut cupidinis pocula, me- facium quid  
dicorū imploranda erit opera: ut post- faciundum.  
quam perspicaci indagine ex relatu, circumstantijs & symptomatibus ob-  
ortis, si non in ueneni essentia absolua-  
tam cognitionem, saltem ad eius qua-  
lemcunq; coniecturæ illi pertinenterint  
quæm ocyssimè (in mora enim hic se-  
pe periculū existit) tum pro eius qua-  
litate deleteria & uehementia, quæm  
poterunt artificiosa & exacta metho-  
do ad moliti euestigij manum, alexi-  
teria, & quæ ars dictabit, ordine admi-  
nistrent. Venena, eorumq; assumptio-  
rum uel aliæ insufficientium indicia, si-  
mul & propria antidota, medicorum  
nouit schola: nec ea hic explicare, no-  
stri est instituti. Si uero ita affectos, ad  
temerarios alterius schole homines  
aberrare contingat, mortis aleam pro-  
fectò hand rarò, etiamfi pestifera ue-  
neni uis sit lenta, uirulentia pedeten-  
tim accrescente, tandemq; cordis  
nitalem somitem ferente,  
experiuntur infe-  
lices.

## DE MAGORVM INFAM- IVM, LAMIARVM ET ueneficorum poenis.

Lib. VI.

QVO'D MAGIS INFAMI-  
bus varijs diuersa sit irroganda  
poena. Cap. I.

V' o'd meam hic senten-  
tiā à uulgari, & iā mul-  
tis annis inueterata opi-  
nione dissonā, uelut ap-  
pendicem, quinq; supe-  
rioribus Libris annexam: non mihi  
professione medico, uerti debet ui- 50



tio, quasi uocationis meæ sepes trans-  
filiam. Veritatem enim in profundo  
abstrusam inuestigare licet culibet,  
nec illi uetus statis autoritatem præ-  
ponderare oportet ullam. Negocium  
uerò illud dæmoniacum tam inextri-  
cabilibus cum sit inuolutum labyrinthi-  
this, ut non facile quis hinc se expli-  
cer, etiamfi ducem habeat emana-  
rum narium Thesem; inde si aliquis  
pro

pro ingenij modulo ueritatem elicere studeat, non is reprehensione coercendus: at potius iuandus, suamq; merebitur laudem, si uel bonæ operæ momentum præstiterit. Quare autem nō concedetur medico, rerum absconditarū ex professo indagatori, qui huic scholæ aliquandiu nauarit operam (quām uero felicem, erit penes alios iudicium) in forum prodire, & suam proponere opinionem, citra eorum quorum interesse agnoscō, præiudicium? Iurisperito uicissim, aut cuinis alij, nedum non inuidēbimus medici, sed eum cum fœnore honorem libenter etiam deferemus, si in re apud nos magis placitis aut lōgi usus obseruantia, quām rationum firmitati nixa, uel alioqui cōtrouersia, ingeniuè suam interponere uoleā sententiam: à nobis certè obuijs amplectendam ulnis, si in ueri cognitionem aliquo ducat modo: rei ciendā autem, si à ratione compriatur aliena.

Cum bona itaque Iurisconsultorum uenia dicam, magos infames uarios quum suprà multo discrimine à sagis & ueneficiis merito distinxerim, non eadem debet his simul confuse & indifferenter statui pena. Quotquot enim magorum nomine dignatus sum, ij non ignoranter, aut coacte, sed studiò sedulaque uigilantia, factis etiam graibis impensis, interdum & peregrinationibus huc institutis, curiosas has inquiruit artes, & blasphemiarum plausta, libros uidelicet execrabilis magno frequenter ære redimunt, è quibus satanicæ scientie mysteria, si dijs placet, exugant diaboli mancipia & nutricij. Tales post non uulgarem, sed eximiā suo doctori priuimario præstatam operam, merita donantur ut strenui discipuli laurea, qua is suos co honestare solet, quos sibi & animo & corpore mancipatos, in præcipitu-

*Magi omnibus non eadē debet instigi punita.*

rapit: nisi ex Dei gratia, conscientiae a culeo pungente adacti, satanæ nuncium remittant, ac maturè relipiscant. Eiusmodi magos olim capitali supplicio multævait Moses. Fuisse item postea punitos, ex Petri uerbis apud Clementem liquet. Iste, fratres, (inquit) quem ostendo uobis, paulo ante uenit ad me, de Simonis mihi malis artibus nuncians, quomodo ipsam sceleris sui officinā proiecerit in probandum, non quasi pœnitentia ductus, sed metuens ne deprehensus publicis legibus subiaceret. Propterea etiam in Iudæa Antiochiam fugit teritus, putans se à Cæsare quæri ad pœnam. Tradit quoque Cassiodorus, Lib. 9. ca. 14. Athalarici regis Gotthorum esse sententiam: Maleficos, uel eos qui ab eorum nefarijs artibus aliquid crediderint expetendum, legum seueritate puniri oportere. Quia impium est circa eos esse remissos, quos cœlestis pietas non patitur impunitos. Huc referatur Augustinus, qui ex Ciceronis sententia dicit, in xii Tabulis, antiquissimis Romanorum legibus conscriptum est: Ei qui has artes exercuerit, supplicium sit. Magus & ueneficus hic intelligitur, non illusa uetula, cunctarum expers artium. Illorum artem exterminant respublcae omnes bene constitutæ.

Sunt interim pleriq; magi non ita extremè cum aliorum iactura, flagitio scelerereq; exorbitantes, qui pro suo nutu ex occulta quadā, quam ex uoluntatis & studiorum consentu cum dæmonibus contraxerunt, societate, recitata superstitione uel impia coniurationis formula, uel submutmuratis secretò insultis uocibus, cuiuscunque formæ requisita imaginem aut spectrum, præstricto oculorum acumine, in urna uel speculo uel ære aut alibi ostentat. nihil autem uerè in rei essen-

*Lexit. 10.*

*Deut. 12.*

*Lib. 3. Recog.*

*Abdi. lib. 6.*

*Apoll.*

*Lib. 10.*

*Recog.*

*Lib. 9. ca. 14.*

*Recog.*

*Lib. 9. ca. 19.*

*de Cius. Del.*

tia, non phantasticum uel imaginariū, hac ratione præstare hi queūt: quemadmodum omnes Pharaonis magi.

*Exod. 7.8.*

*Magorum  
alios non ual  
de leditium  
pana.*

iusdē cum his hominibus profelisio-  
nis & potentiae, nihil præter rerū præ-  
stigiosam exhibuere faciem. Hoc ma-  
gorum genus non perinde alijs no-  
xiū, ut repudiata dæmonum cōmu-  
nione ad mentem redeat pœnitens,  
& admonendum & compellendum  
est. Idem in republica ritè composita  
circumforaneis illis præstigioribus  
& iocularijs *xylophos* meritū acci-  
dat, ne ea impunitate, curiosarum re-  
rum studiosæ plebis loculis caute in  
posterum insidentur.

Quicūq; uero diris execrationibus,  
exorcismis, precationibus, blasphemis  
nominis diuini cōtra secundum Præ-  
ceptum abusu, barbaris uocib. autho-  
rem prodentibus, quēcunq; effetūum  
præter naturæ ordinem, aduersus uer-  
bi diuini institutam à Deo rationem  
extorquere, in reb. seris uel ludicris  
satagunt: iij ut curiosarum artium ad  
propriam perniciem cultores, seniori  
doctrina piūmū instituti, stricta lege  
coercendi sunt, & ad resipiscētiā co-  
gendi. quōd si præfati perseuerent,  
arbitraria esto multa, qua cōstringan-  
tur, ne tandem in legem contra blasphe-  
mos à Mose latā deliquisse iudicetur.

Cæterū magorum plurimi pro-  
fessione sunt religiosi, quos uocant,  
qui occultam mentiti artem, malefi-  
cij dignotionem curationemq; iacta-  
re non ueretur. Nam si morbo aliquo  
cōtumaci, imperita plebi ignoto, nec  
uulgari quis confilctetur, atq; eorum  
sītæ confusus scientiæ, cōsilium quæ-  
rat, maleficium esse uel incitationem  
persuadent morbum ex naturali cau-  
sa ortum, medicisq; doctioribus non  
obscurum: additis etiam indicijs, qui-  
bus uelut digito commōstratur inno-  
cens sēpe femina. Morbum hac ratio-

ne comminiscuntur, & inuincibilem  
calumniam infonti impingunt, illuso-  
res utroque nomine non modū inter  
pernicioſissimas iniqui quæſtus *xylo-*  
*phos*, adulterinae monetae (quod pietatis  
prætextu alios inescit, & dæmo-  
nio deuoueant, offerantque) archite-  
tos & falsarios reputandi, uerū e-  
tiam illis qui libellos spargunt famo-  
ſos annumerādi, & uelut ciuilis, ne di-  
cam publicæ trāquillitatis turbatores  
censendi, si hoc controuersiarum & a-  
trociſimorum odiorum, quib. miser-  
rimè cōſtantur intonantq; uiciniæ,  
pagi & urbes, feracissimum semina-  
rium, ad iustum trutinetur bilancem.  
Suos tamē hi inueniunt patronos, ob  
religionis fortè titulū. Hos enim qui  
tangit christos, Dei configere pupillā  
clamatur. Hoc grande nefas, & morte  
piandum. Interim tamen, ut minimū,  
ab hoc instituto coercendi sunt, à bo-  
norū fruptione suspendendi, uel e-  
tiam exilio puniendi: at pro sceleris  
enormitate, ijs quorum interest, ne su-  
tor (quod dici solet) ultra crepidā, pœ-  
nam decernendi, augendi uel immu-  
tandi potestatem relinquo.

In horum magorum albo censendi  
suo quodam iure, quotquot contra di-  
uini uerbi maiestatem & genuinum  
uolum, in medicinæ, omnium artium  
& sacratissimæ & utilissimæ, non to-  
lerandum despectum, contra quoscunque  
tum hominum tum bestiarū  
morbos, salem coniurationibus uer-  
bisq; sacris huc contortis execratum,  
& aquam eadem potentia expiatam  
propinan. Huc accedunt qui exorcis-  
mis uerū uirtutis exortibus, aut incon-  
ditis incongruisque uerbis, sacro ali-  
quo nomine, uel diuinæ Scripturæ uo-  
cibus, scitè fucatis ut dolus lateat, te-  
ste Augustino: uel sacris aut alioqui  
horrisoni sine intellectu dictiōibus  
recitatis aut scriptis, & collo suspēsis,  
aut

*Zenit. 24.*

*Magorum  
religiōrum  
mnītū.*

*Magorum  
medicorum  
punitio.*

L I B E R   V I .  
aut alicubi alligatis utuntur. Superstitionis limites hos transilijſſe fatendum est, & propterea redarguendi a criter refrenandi que, ne in immane idolatriæ ſcelus & sacrilegium utrique, & auctores, & qui admittunt, in currentes, illius olim diras ſubire ſe pœnas, ſerò querantur.

Q U A M   P O E N A M   A R I O L I ,  
& qui in anno uel utro captiuum circumfe- 10  
runt dæmonem, mereantur, & quod magici libri ſint exurendi.

Cap. II.

Dinini &  
arioli ut Re-  
publica tur-  
batores &  
falsarij ha-  
bendi.

P Leriq; in ſuper magi Pythonis ſpi-  
ritu inflati, artem diuinandi pro-  
tentur: & res perditas quis ſuffu-  
ratus fuerit, aut ubi eæ reconditæ ſint,  
& alia abdita, uel etiam ancipitia, ſe  
manifestare poſſe iacent. Quim au-  
tem hi uel p̄iawit̄ ſumō induſti, ut 20  
aliquo habeantur ſaltem numero, ſibi  
artem uendicant occultam, & ſcien-  
tiam quam ignorantuel propria com-  
pulsi malicia, ut fraudent: ſive auari-  
cæ illeſti ſtudio, ut quæſtum fraudu-  
lenter faciant, etiamſi interdum per  
ſatana cooperationem nihil aut pa-  
rum nouerint, gloriētur nihilominus  
de diuinandi cognitione, ſive etiam  
aliqib; exorcismis, execrationibus, 30  
uotis & ceremonijs, quod pollicetur,  
peragant: utriq; mendacijs & men-  
dacionum authori, uelut teſti certiſſi-  
mo innixi confiſque, non ita impunè  
tolerari debent. Furti enim aut alte-  
rius ſceleris notam inurunt ijs qui hic  
ut innocenſi agnoscuntur, ita &  
illeſi no minis inter uicinos anteā ſem-  
per uixerūt pacificē; at hoc notati cau-  
terio præter meritum, calumniam in 40  
poſteritatē multam uſtinent, ut hac  
ratione graui ſimultate & odio diuel-  
lantur conturbenturq; numerosa fa-  
miliae, & celebres uiciniae antea con-  
tinuò pacatiſſimæ: diſcordiæ itaque  
huius exiſtialis & calumniarum exe-

crandarum authores, non alio haben-  
dos eſſe loco, quām ſeditiosos Reipu-  
blicę turbatores & falsarios, equidem  
ſentio. Quibus, ut minimum, cum pri-  
mis silentium à magistratu imponi  
decet: deinde arbitratiam pro delicti  
qualitate, pecuniæ irrogari mulctam:  
ac niſi a maleſicio deliſtant, exilio pu-  
niri: quemadmodum in quodam a-  
riolo Ioaſimō, ab ornatiſſimo Sena-  
tus Cæſarei ordine apud Geldros, o-  
lim prudenter factum memini. Enim  
uerò pœnam à Moſe, ex Dei uolunta- *Levit. 19.*  
te ſub lege ueteri, eius fatigæ homi-  
nibus coſtitutam, illis non imprefcor.  
Ea ita ſonat: Vir & mulier, in quibus *Pœna dei-*  
Pytho uel diuinationis fuerit ſpiritus, *nis, magis &*  
morte moriantur, lapidibus obruent *venefici a*  
eos, ſanguis eorum fit ſuper eos, uel *Moſe con-*  
capitali pœna digni ſunt. Item: Anima  
quæ declinauerit ad magos & ario-  
los, & fornicata fuerit cum eis, ponam  
faciem meam contra illam, & excin-  
dam eam de medio populi mei. Et  
Deut. 18: Non inueniatur diuinus qui  
diuinando futura prædict, nec ma-  
thematicus, nec ueneficus, nec male-  
ſicus, nec incantator, nec consulens  
Pythonem, nec magus, nec à mortuis  
ſciftans. Abominatur enim Domi-  
nus quicunq; iſta facit, & ob iſtas abo-  
minations excludit eos Deus tuus  
ante te. Sic interiit Ochosias rex Isra- *4. Reg. 1.*  
el, quia infirmus ſpreto Deo uero, &  
legitimis medijs, miſit ad consulendū  
Beelzebub deum Accaron. Qua  
propter populo Israelitico illos pu-  
blico edicto designata pœna exula-  
re uoluit rex Saul, qui magos & ario- *4. Reg. 2.*  
los abſtulit de terra, atque interfecit  
eos qui Pythones habebant in uen-  
tre. Nec pœnas idem ille euafit debi-  
tas, quod huius familiæ mulierculam  
in Endor consuluerit. Contra Manaf-  
ſem quoque, & Israelitas, Deus mirè  
excanduit: grauiterque puniti fuere,

quod diuinos sustinuerint, 4. Regum 17 & 21. horum etiam meminit Elias cap. 19. & 44.

*Forum qui  
in annulo uel  
uitro dæmo-  
num capi-  
uum circa-  
ferunt, pana.*

Suus hic locus quoque debetur ijs, qui, ut ipsis ipsorum q̄ uoluntati obe-  
diat, & ad nutum respondeat, mis-  
erum circumferunt dæmonem, in dedi-  
tionem extreme suffitibus & ceremo-  
nijs adactum, & iam annulo ab aur-  
fabro sane subtili artificio q̄; incar-  
ceratum: item qui eundem ostentant  
in duro, nec fragili scilicet crystallo,  
aut uitro (mirū est, id à diaboli, ex tar-  
taris continuo ardenti bus euolantis,  
calore non colliquescere) tam stricte  
& irremissē concatenatum, ut suis so-  
lū nunc dominis, uelut seruus ca-  
ptiuus & mancipium, suam diuinan-  
do, aut res abstrusas detegendo, stren-  
ue præstare operam. Sic ipse natu-  
ralis postulat ordo reciprocus, ut do-  
minus serui dominus, ita & seruus do-  
mini seruus. Hi quum animæ suæ con-  
fulant male, & alijs imponant, impie-  
tatisq; inquinamentum affrident, mi-  
nimè tolerandi sunt. Præclarum iu-  
sta pœna, imitatione q; dignissimum  
exemplum ante paucos annos in hu-  
ius profisionis hominem, Iacobum  
Iodoci de Rosa nomine, Cortricēsem, 30  
Arnhemī apud Geldros proposue-  
runt, promulgauuntq; Cæsaris autho-  
ritatis eximij uiri Senatorij: eius ordi-  
nis clauum, uigilanter gubernatē am-  
plissimo doctrina, existimatione &  
prudentia uiro D. Adriano Mario Ni-  
colai, cancellario mihi multis nomi-  
nibus obseruando. Annulum ille cir-  
cungestabat, in quo exorcismis colli-  
gatum putabat dæmonem, quem e-  
tiam singulis quinq; diebus, ut mini-  
mum, alioqui, & de rebus nouis alijs  
que consulere, ut ipse ait, oportuit: li-  
bros quoq; maleficas artes coniura-  
tionesq; impias continentibus habuit,  
qua occasione nō modo hominum &

*Adrianus  
Marius Ni-  
colai Geldri-  
cancellarii.*

bestiarum morbos ex maleficio ortos  
ab alijs discerneret, sed & curare uo-  
luit. Quapropter post suos carceres,  
heros ille publico loco ante aedes Se-  
natorias circa forum soleniter specta-  
torum corona cinctus, malleo simula-  
tum captiuū dæmonis carcerem, annu-  
lum uidelicet, posse impositum, sente-  
tia ritè lata aperire, atq; omnino per-  
fringere cogebatur, eoque modo cap-  
tum libertate donare: nisi forte uio-  
lento mallei impulsu contritus dæ-  
monē creditis, qui annuli solidō mu-  
nimento illum constringi posse ratus  
fuerit. Accessit quoq; ut libros in i-  
gnem idem ille coniiceret: astaretq;  
tantisper, donec flammæ eos absumpsi-  
sent. Exilio insuper puniebatur, post  
exolutas huius actionis causa factas  
impensas. Actum Arnhemī, 14. Iulij,  
Anno 1548. Eadem ratione erūt cry-  
stallus, uitra, & reliqua nefario usui  
consecrata organa, sententia solenni  
condemnanda, & palam infringenda.  
Horum artificibus & patronis pro de-  
lixi magnitudine, ex æquioris magi-  
stratus arbitrio irrogabitur pœna.

*Annulus,  
crystallus, u-  
itra, & reli-  
qua nefario  
usui consecra-  
ta, solenniter  
infringenda.*

Porrò de curiolaru harum artium,  
uel, potius præstigiorum libris quid  
decerni debeat, ne quidē in questio-  
nem uocādum: quum non modò Ro-  
manorum exemplo, qui licet Ethnici  
essent, tamen Mathematicos & incan-  
tatores Senatus consulto ex Italia pel-  
li, & eorum libros concremari uole-  
runt, abolerillo oportet: uerū etiā  
quod̄ memorabile & posteris omni-  
bus sine controuersia imitandum hic  
exemplum legamus in Apostolorum  
Actis, ubi Pauli apostoli prædicione  
Ephesi comburuntur cuncti eō com-  
portari execrationum libri, pecuniae  
quinquaginta millium precio aestima-  
ti. Hermogenes item magus libro-  
rum magicorum copiam magnam of-  
fert Iacobo apostolo, qui exurebatur.  
*Act. 19.*

*Adiatis lib.  
4. hisp. apote.*

Eos qui magiam admirati fuerant, uolumina combussisse, tradit Athanasius de Humanitat. uerbi. Imperatores item Honorius & Theodosius constituerunt, eiusmodi libros sub episcoporum oculis consumi flammis debere. Similes quoq; congestos tenebrarum libros uti damnabiles, improbatæ lectionis uocauit, prorsusque corrupti uoluit Vlpianus Iurisconsultus, io l. cæteræ. s. i. si. familia hercisc.

Huc uniuersum illud diuinatorum dæmoniacoru theatrum, secundo Libro inter infames magos relatum, accenseatur. Ob necromantia accusatus est L. Apuleius à Syconio Aemiliano, coram Claudio Maximo Africæ proconsule: &c, ut quidam uolunt, damna tus: licet pleriq; fecus arbitrentur. Carolus vii. Galliae rex Egidium regni 20 Marischalcum suspendit ob magiam. De pœna maleficorum apud Perlas, & Gyge, Plutarchus in Artaxerxe.

**QVID LEGES ET DECRETA  
de magis, & ariolis, eodemq; consulenti-  
bus statuant. Cap. III.**

**Q**Vid deinde leges & decreta de tota illa magori collutio proposita statuant, subijciendu du xi: potissimum uerd, quod ab ijs quo que obijcitur, qui Lamias in tempesta te cienda & grandine prouocando aliquid posse contendunt, illud est l. multi. C. de maleficiis & mathematicis: Multi magicis artibus usi elementa turbare, uitam insontium labefactare, non dubitant, & \* manibus acci- tis audent uentilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos: hos (quoniam naturæ peregrini sunt) fe- ralis pestis absumat. Data Non. De- cemb, Constantino Aug. i. x. & Iuliano 21 consulibus: quorum ille Con- stantinus se cùdus dictus, hic non mul to p̄d̄st Cæsar factus, & tandem Apo- stata cognominatus. Lamias autē no-

*August. de  
Civit. Dei  
lib. 8. cap. 19.*

*Fab. lib. 9.  
cap. 3.*

*Allias ma-  
net accedit.*

stris, ut indoctas, uetulas & deliras, ar tes exercere nullas, nec ulla ratione ei- lementa mouere aut uitare, quemad- *Videlib. 3.* modum nec ullum hominem, nec de cap. 16. mones cogere ut alijs noceant, posse, satis superq; demonstratum est. Quo- circa eas decretum hoc minimè con- cernit. Si quæ sunt, quæ uiræ hominū inuidiantur, eiq; uim faciunt, uene- no id fieri portet: proinde etiam ue- nescæ tales dicuntur, & sunt: ex hoc edicto puniantur.

Item lib. 9. Codicis, Imperator Con- *Contra dini-  
stant. A. ad Maximū: Nullus aruspex,* nos, magos, nullus fæcerdos (id est, ueritatem magiaæ *sacrilegos, &* docto) nullus eorū qui huic ritui af- folerū ministrare, ad limen alterius ac- cedat, nec ob alteram causam: sed hu- ismodi hominum amicitia, quamuis uetus, repellatur, concremando illo aruspice qui ad domum alienam ac- cesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem bonorū, qui eum aduocauerit suaitionibus uel præmijs. Idem Imp. ad populum: Nemo aruspice conculat, aut mathematicum, ne- mo atiolum: augurum & uatum pra- na confessio conticescat, Chaldaei ac *Chaldei, me-  
magi, & cæteri quos maleficos ob fa- 23 et malefici.*

30 cinorum magnitudinem uulgus ap- pellat, nec ad hanc partem aliquid mo- liantur: sileat omnibus perpetuo diu- nandi curiositas. Idem Imp. Constant. A. &c. ad Thaurum præfectum præto- rio: Etsi excepta tormentis sunt cor- pora honoribus præditorum, præter illa uidelicet crimina quæ legibus de- mōstratur: etsi homines magi, in qua- cunq; sint parte terrarum, humani ge- neris inimici credendi sunt: quoniam tam en qui in comitatu nostro sunt, i- psam propemodum pulsant maiestatem, si quis magus, uel magicis certa- minibus assuetus, qui maleficus uulgi cōsuetudine nūcupatur, aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur uel mathe-

maticus, aut narrandis somnijs occultans artem aliquam diuinādi, aut certè aliquid horum simile exercens in comitatu meo uel Cæsaris fuerit deprehensus; præsidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat. Si uerò convictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando, sit eculeo traditus, unguisque fulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore.

Nullus debet consulere diuinatorem, & quilibet à diuinādo debet celsare: & contrà faciens punitur, h.d. secundum Salicet.

Nullus debet consulere incantatorem de his quæ futura sunt, nec Chaldaeos, nec maleficos: & qui contrà fecerit, ultore gladio capitali pœnæ subiacebit. Viuianus.

Qui dæmones inuocant, uel imagines cereas incantant, puniuntur, h.d. Saliceret.

Facientes incantationes ad finem mali, sunt puniendi: de lure uerò Canonico, etiam si faciant ad finem boni, 26. q. 2. cap. illos. & c. ex tuarū. extrā, de Sortilegis. & c. fin. d. it. ubi Glossa. Bart. Saliceret.

Vlpianus in Iitem apud Labeonē, 30. §. si quis. ff. de Injur. dicit teneri constitutionibus principum eos, qui aliquā illicitam diuinationem pollicetur, iuxta l. nemo habet. C. de Mathemat.

Diuinatio diuinorumq; consulta in Toletano synodo, & in epistolis Decretalibus condemnantur. Gregorius 3. cap. 12. fuorum Decretorum. 26. q. 5. c. si quis: Si quis ariolos, aruspices, uel

*In Pannaria seu Decreto D. Iu-  
nuis Carnotie  
si episcopis.  
lib. 8. tit. de di-  
uinationibus  
& incantati-  
onibus, ca. 61.  
Phylacteria.*

40. incantatores obseruauerit, aut phylacterijs usus fuerit, anathema sit. Gloss. Phylacteria dicūtur hic chartæ, in quibus continentur incantationes. Idem, & hab. 26. q. 5. contra: Contra idolorum cultores uel aruspices atq; sortilegos fraternitatem tuam pastorali ue-

hementius hortamur inuigilari custodia: quod si emendare se à talibus nolle repereris, si serui sunt, uerberib. uolumus castigati: si uerò liberi, inclusione digni, districtamq; sunt in pœnam dirigendi.

Augustinus, & legitur 26. q. ultima, admoneant: Admoneant fideles sacerdotes populos suos ut nouerint, magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedij posse cōferre, &c. Et si quis hæc exercuerit clericus, degradetur, laicus anathematizetur.

Item ex concilio Ancyritano, can. 34. Qui diuinationes expertū, & mo- Qui diu- rem gentilium subsequuntur, uel in domos suas huiusmodi homines in- triducunt, exquirendi aliiquid arte

20. magica aut expiandi causa, sub regula quinquenniū iaceant secundum gradus pœnitentiae diffinitos. Gloss. Secundum legem isti concremantur: sed ille in cuius domo hæc sunt, post publicationē bonorum in exilium mittitur: ut C. de maleficis. l. nullus. In hac Synodo etiā generali decreto damnatur incantandi ars & sortilegium, ut à diabolo inuentum & perniciosum, & iubentur ecclesiastum administris, id genus mali ex ecclesiis eradicare penitus. Dānari adhæc præcipit illa maleficarū opinio, qua mulieres dæmonum illusionibus seductæ, putarent se se noctu cum Diana equitare in bestijs quibusdā, & multa terrarum spacia peroulitare: quum tamen nihil earum rerum uerè fiat, & tantum præstigijs diabolorum decipientur.

Item ex concilio Martini papæ: Si quis paganorum consuetudinem sequens, diuinos aut sortilegos in domū suam introduixerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inueniant, uel lustrationes paganorum faciant, quinq; annis pœnitentiam agant.

Item

*Cōtra nostros  
incantatores  
ecclesiasticos.  
26. q. 5. c. non  
oportet.*

Item ex cōcilio Laodicensi, can. 36: Nō oportet sacrī officijs deditos uel clericos, magos aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ animalium suarum vincula probātur: hos autem qui talibus rebus utuntur, prōiici ab ecclesia iussimus.

*26. q. 5. c. Si  
quis Episcop. 10*

Item ex concilio Toletano 4. ca. 30. Si quis episcopus, aut presbyter, uel diaconus, uel quilibet de ordinibus clericorum, haruspices, aut incantatores, aut harioles, aut certè augures uel sortilegos, uel qui profitantur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes, consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis sue suspensus, monasterij curam excipiat: ibique pœnitentiae perpetuae deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

Gregor. Hadriano notario: Peruenit ad nos, quod quodam incantatores atque sortilegos fueris in sequitus: & omnino nobis solicitudinem zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. studij enim tui sit, sollicitè quærere: & quo sunque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta ultione corrige.

Item ex concilio Aurelianensi: Si quis clericus, monachus, uel secularis, 30 diuinationes uel auguria crediderit obseruanda, uel sortes quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscumque putauerint intimandas, cum his qui cum eis crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur.

Item ex concilio Carthagin. ca. 89. Augurijs & incantationibus seruientem, similiter Iudaicis superstitionibus uel ferijs inharentem, à conuentu Ecclesiæ separandum præcipimus.

Ex concilio Acquirenbi, part. 2. caus. 26. quæst. 5. episcopi: Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, ut perniciosa & à Zabulo inuentam, sortilegam & magicam

artem ex parochijs suis penitus eradicent: & si aliquem uitrum aut mulierem huiuscmodi sceleris sectatorem inueniunt, turpiter de honestatum de parochijs suis deiçiant. Ait enim Apo 21.1. stolus: Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita, sciens quod subuersus est, & is etiam qui eiusmodi est. Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relatio creatore suo, diaboli suffragia querunt: & ideo à tali peste debet mundari sancta Ecclesia.

Canon 61. de sortilegij damnandis: Qui se uaribus tradiderunt, uel ijs qui Centuriones dicuntur, aut ijs similibus, ut ab illis discant, si quid sibi reuelari uelint, secundum ea quæ prius à patribus sunt sancta, Canoni qui est de sexennio subiçiantur. Eadem pœna subiçere oportet eos, qui ursas aut similes bestias ad lusum & pernicie simpliciorum circumferunt: & eos qui fortunam, fatum, genealogiā, aut similiū uerborum turbam ad nugas deceptorias obloquuntur: eosq; qui nubes fugare dicuntur, & imprecatores & amulerarios & uates. In his aut peruerterant, nec mutantes sententiam, nec fugientes haec pernicioſa & ethnica instituta, omnino deiçiendo ab Ecclesia dehincus, sicuti sacri Canones dicunt. Nam quæ luci cum tenebris communio? aut quæ concordia Christi & Belial?

Ex Concilio Agathensi, ca. 3. Perquirendum est, si aliqua femina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum immutare se posse dicat: item, ut de odio in amorem, uel de amore in odium convertat, ut bona hominum aut damnet aut surripiat: & si aliqua est, quæ dicat cum dæmonum turba in similitudinem mulieris transformatam, certis noctibus equitare super quasdam

*2. Corinth. 6.*

bestias, & in eorum consortio annumeratam esse, talis omnimodo scopis correcta, ex parochia ejiciatur.

Hic nulla in legib. aut decretis, Laminarum à nobis descriptarum, aut attributorum ijsdem scelerum sit mentio: quare nec eorundem poenis subijci illas oportet.

Quam cunq; item diuinatoriam atem cōdemnat lex Mahumerica, alle-  
ritq; Deum solū arcana & futura nos-  
se: quare à Mahumetanis Inquisitori-  
bus nonnunquam apprehenduntur,  
conisciunturq; in vincula illius disciplinæ sequaces.

Subiungam hic Isychij sententiam lib.2.comment.in 7.cap.Leuit. Qui-  
cunq; omina & diuinationes & pur-  
gationes, uel dies & tempora custo-  
diunt, multò autē magis magi & uene-  
fici, abominabiles sunt apud Deum.  
Et lib.6. comm.in 20.cap.Leuit. Non  
qualecunq; peccatum esse, declinare  
ad magos uel ueneficos, prædiximus:  
in utroque enim à Deo receditur, siue  
sensibiles Pythonicos & ueneficos, siue  
intelligibiles dicas, id est, eos qui  
nomine Christi falsa prophetant dece-  
ptores & adulatores, qui ueneficos ser-  
monibus auditus multorum corrumpunt,  
ut à ueritate quidem auditus au-  
ertant, ad fabulas & errorem cōuer-  
tuntur. Item: Pythonicum esse uel di-  
uinum siue incantatorem, nimiae ini-  
quitatis est. Qui enim talis est, & ipse  
corruptus est, & alios in sua iniuitate  
corrumpit. Cyprianus lib. de Duplici  
martyrio: Qui magicis artibus utun-  
tur, tacite Christum abnegant, dum cū  
dæmonibus habent fœdus.

DE MAGORVM INFAMIVM ET  
diuinorum poenis edita Imperialia Ger-  
manica. Cap. IIII.

**D**ecreta adhæc contra magos in-  
fames & diuinos promulgata  
inter statuta Imperij Germani-

ca de Actionibus criminalibus & tor-  
turiis, hocloco adiungam, paucis meā  
subiecturus explicationem.

Artic.17. Ex indicijs magi infamis  
uel cuiuscunque aliis diuinatoris artis,  
nullus carceri tradetur, aut quæsti-  
onibus subiicietur: magus autē ille &  
accusator poenas propterea dabit. Si  
quoq; iudex ex eiusmodi accusatione  
magi processerit, is puniti hominis im-  
penias, cruciatus, iniuriā & iacturam  
præstare repperderet, tenebitur.

Artic.35. Si quis aliquem docere ar-  
tem magicam uoluerit, siue eadem ali-  
cui fuerit minitatus, & in commodum  
sequatur: uel idem incātatoribus aut  
incantatricibus familiariter usus fue-  
rit: uel suspectas eiusmodi res, mo-  
dos aut uerba in cantationes spestan-  
tia usurpauerit: atque idem ille talis  
magi nomen sustinuerit, indicia hæc  
uidetur rationi satis consentanea suf-  
ficiantiaq;, ut quæstiōnibus subdatnr.

Via autem qua iam proceditur, mul-  
tò est alia, dum solū ex malicioſa ac-  
cusatione, uel falsa aut imperita suspi-  
cionē inepta rūdisq; plebis, uetulæ à  
diabolo delusa & obſessæ, quinimq; maleſicio à dæmonio læſæ in terribili-  
les latronum speluncas, & cacodæmo-  
num antra à præfectis coniiciuntur, &  
mox crudelibus tortoribus excarnifi-  
candæ traduntur, ex cogitatibus multifa-  
rijs ineffabilium tormentorum modis  
tyrannide non toleranda. Nam uel int  
nolint, sint & innocentissimæ, non tam  
a cruenta hac carnificina prius de-  
sistunt, quam delictum illæ confiteantur.  
Sic fit, ut temporis momēto semel  
intersanguinarios eiusmodi homines  
in innocentia semel Deo suam offerre  
malint animam inter flamas, quam  
tragicorum truciumq; tyrannorum pha-  
larides & equuleos continuè sustine-  
re. Si uero torturari acerbitate uictæ  
inter carnificum manus expirent, uel  
spi-

spiritu vitali viribusq; eousq; fuerint tormentis inter umbras exhaustæ, ut in lucem productæ, mox exoluantur, animamque reddant, eho cum iubilo exclamatur, eas nimirum sibi nūm fessile (quod & ex cruciatu uehementia & carcerum squallore fieri posset) aut dæmonem ijs collum infregisse.

*Notatur ini-  
qui iudices,  
ne illi modo  
a quibus magi-  
stratus.*

Sed ubi tandem is apparuerit, quem nihil later, scrutator cordium & renū, ipius abstrusissimæ etiā ueritatis cognitor & iudex, uestri aetus palam hent, ò uos præfaci tyrranni, ò iudices sanguinarij, hominem exuti, & cæcitate ab omni misericordia procul remoti: ad ipsius extremiti iudicis tribunal iustissimum uos prouoco, qui inter uos & me decernet, ubi sepulta & cōculata ueritas resurget, uobisq; in faciem refliter, latrociniorum ultionem exactura. Tum palam siet uestra Euangelicæ ueritatis cognition, quam tantopere quidam uestrū erudiant: tum experiemini quanti apud uos uerum Dei uerbum fuerit: tum remetetur uobis eadem mensura, qua emēsi estis. Exemplis manifestissimis mihi passim in Imperio Romano, ubi hoc promulgatum edictum, obuijs, hæc demonstrauero haud difficulter: sed 30 unico iam definam, reliqua præter ea qua sparim in toto hoc Opere leguntur, mundo tempore suo ostensurus, nisi ab ea incredibili & plusquam Turcica tyrannide cesseretur.

Comes quidam mihi non ignotus, intra biennium ob maleficij suspicio-nem mulierculas duas torturis distraetas exussit, quarum altera cruciatu acerbitate, priusquam in lucem producta esset, expirauit. Ex unius con-fessione, quæ nobilem uirum suo maleficio ad insaniam adactū fuisse subli-dio cuiuldam puellæ nobili matronæ famulantis, prætormitorum magnitudine fatebatur, hæc eadem puella in

carcerem quoq; incunctanter abripitur cum uiro quodam, atq; ea crudeli-tate excarnificatur uterq; à tortore, ut ipse quæstor à Comite ad me missus, quod priorum fœminarū exustarum confessionem petijssim, suo ore mihi fassus sit, se nihil æque mirari, quād quod incredibilem cruciatum saui-tiam sustinere quierit. Experimento adhæc in puella hac tentatum fuerat, num aquæ iniecta supernataret: quod & accidit, ut etiam hac nota pronun-ciaretur Lamia. Falsitatem hoc unico argumento ostendi, quod nobilis nul-lo maleficio Iæsus deprehenderetur, sed à dæmons obsessus: quapropter quum sacrificus quidā & monachus in eo abigendo frustra laborassent, nostrum fuit requisitum consilium. Ora-  
ui insuper Comitem per eius quæstorum & literas ea causa scriptas, ut in domus meæ ministerium ob innocen-tiæ eius certitudinem destinaretur puella dimissa. post menses uero multos ea cum uiro à tanta carnificina soluta est. Antea tamen etiam in Comitiæ familiam, & (nisi memoria fallar) in fratrem eius nothum grassatus fuerat suis ludibrijs præstigijsque caco-dæmon. Affigitur & iam lesto ipse Comes menses plures mutilus in ætate nondum decrecente.

Nunc ad articulum 42. Constitut. Imperial. Si quis maleficij se reum statuat, inquiretur causa & circumstatiæ (ut prædictum est) quibus uidelicet organis, quomodo & quando, quibus uerbis & quali operatione id perpetratum sit. Si cōfessioni addat, à se ali-quid sepultum esse uel conseruatum, incantationi perficiendæ idoneum, hoc ut inueniatur, curadum erit: si au-tem uerbis aut alio opere designatum id intelligatur, similiter attendendum erit, num maleficia sint, aut eō spectet: quærendū adhæc, à quo incantamen-

ta edoctus sit, & quomodo huc deueniritan in alijs quoq; eiusmodi maleficio usus fuerit, & in quo, & quod cōsequutum inde fuerit in commodum.

Cum primis hic iubetur, ut prius investigatione prudenti inquiratur, qua materia, quibus modis, quo loco & tempore maleficium sit commissum: an ueneficium sit uel ars & ludibriū diabolicum: an etiam in rerum natura existat, & perfici queat: an quoque talibus organis aut medijs: an hæc etiam rei proposiæ conueniant: quapropter ab ijs rogandum consilium, qui substantias earundemq; vires penitus intelligent: quid adhæc detrimenti harum ope inuexere, uel inferre potuerunt, quum ea plurimū res nihil & inefficas, imò quisquiliæ comperiantur, ut postea Capite septimo & octavo fuisus docebitur.

Artic. 98. Si quis per incantamenta alicui damnū fecerit, punitor hic mortis supplicio, & quidem flammis.

Qui uero incantamentis citra aliquius iacturam usus fuerit, pœnas luet pro delicti magnitudine: atq; ea in re cōsilium inquiret iudex, quemadmodum de eo quærēdo suprà scriptū est.

Hic in dubium uenire omnino non debet, quin incantatorum uicis aliquis iacturam senserit: quod si factum sit, ueneficium fuisse necesse est, alioqui non: quum intuitu, verbis, imprecatione, aut inepta quauis materia sub ostijs uestibulo aut alibi abstrusa, nulla induci possit læsio, quemadmodum in his Libris multifariam demonstratur.

MAGIS RES IN PISCENTIBVS 40  
proponitur Sylvestris secundi pape  
historia. Cap. V.

*Sylvestris 1.  
magi histo-  
riæ, in 2. re-  
spicitur.*  
**R**Espicentibus autem, pontificis Romani 81. Sylvestris secundi famosum exemplum ex Platina, Nauclero, Petro Præmonstratenſi, Ben-

none cardinali, Chronico fratris Martini ordinis Prædicatorum, & alijs, proponere uolui. Hic Gilbertus antea uocatus, natione Gallus, malis artibus (ut aiunt) Pontificatum adeptus est. Adolescens enim, in Floriacensi cœnobio diœcesi Aurelianæ inaugurus fuit monachus: relictoque monasterio, diabolum securus, cui se totum mancipauerat, Hispaniæ civitatem Hispaniæ bonarum artium causa profectus est, ubi se philosopho Saraceno magiæ perito insinuauit. Apud magum uero hospitem uiderat librum necromanticum, quem ille claram surreptum cupiit. Cum autem religiosus cautiusque custodiretur, per hospitiam filiam, cum qua illi domestica intercesserat familiaritas, tandem secretè ademptum ut perlegeret, impetravit Gilbertus: qui eo bona fide accepto, meditatur abitionem, periculum tam ex furto sibi metuens. Gilbertus igitur ambitione & diabolica dominandi cupiditate impulsus, largitione primò quidem archiepiscopatum Remensem, inde Rauennatem nactus: pontificatum postremò, anno millesimo (ut tradit Petrus Præmonstraten sis: ut alij uero, anno 997) maiore conatu, adiuuante diabolo consecutus est: ea tamen lege, ut post mortem totus illius esset, cuius fraudibus ad illud dignitatis fastigium cōscendisset. Quanquam interim artes magicas in Papatu dissimularet, caput tamen æneum in abdito conseruabat loco, à quo responsa accepit, si quando à spiritu maligno quicquā postularet. Deum cum Gilbertus regnandi cupidus, diabolum sciscitaretur, quamdiu in pontificatu uicturus esset? respondit humani generis hostis ambiguè, ut solet: Si non atrigeris Hierusalem, diu uiues. Dum itaq; Pontificatus sui anno quarto, mense uno, die decimo in baf-

basilica sanctæ crucis in Hierusalem Rome sacrificaret, graui statim corruptus febre, fato se moritum cognovit ex dæmonum strepitu (teste Petro Præmonstratenſi) qui penſum ſibi ſoluerunt existimarentur. At penitentia ductus Pontifex, & ſcelus magici erroris ſui coram populo fassus deplo rat: omnesque primò poſthabita ambitione & diabolicis fraudibus, ad beneſancteque uiuendum adhortatus eſt: deinde unumquenq; rogauit, ut post mortem trunca corporis ſuila ceri & diueſti, quemadmodum me rebatur, bigæ ſuperimponerent, eoq; loci ſepelirent, quo ſponte ab equis uectum foret. Inter ipſas uerd mortis angustias ſupplicat (inquit Benno) ſibi manus & lingua abſcindi, per quas Deum blaſphemasset, dæmonibus ſacrificans. Ferutigetur Dei nutu & prouidentia (ut ait Platina) equos ipſos ſpontē ad Lateranensem perueniſſe basilicam, eoq; in loco ſepultum eius fuiffe corpus: ut ſceleratſciant, apud Deum ueniae locum ſibi relictum eſſe, ſi in uita aliquando poenituerint. Ceterum ab huius funeris tempore circa annum millesimum primum, ſepulchrom hoc collisione oſſium & ſudo re emiſſo, ſemper Pontificum mortem prædiſiſſe fertur: teſte Mario Marco Fryſchio Latibano in Catalogo prodigiiorum.

RESIPISCENTIS ET REMIſſIONEM conſequente maleficia Magdalena Cruci cie, uel à Cruce, Hispanæ, hiſtoria admira bilis. Cap. VI.

**A**ccidit circa annū Domini quadragesimum quintum ſupra mil leſimum quingentesimū, in urbe Corduba Bethica Hispaniæ prouinciæ, res non minus stuþore quam admiratione digna. Puerla obſcuris ora parentibus, quū uix quintum age ret annum, à parentibus aut illis qui

Magdalena  
de Crucem  
leſifica.

eiudem curam gerebant, monachorum contubernio adiungebatur, pietatis ne, an paupertatis cauſa, incertū. In tantula ætate & peccati adhuc neficia (quæ abſtrusa ſunt Dei iudicia) pueram aggressum eſſe dæmonē ſpecie humana tēterimi Aethiopis traditur. Qua licet primo intuitu nonnihil abhorreſeret, tamen blanditijs & pollicitationibus earum rertim, quibus illam ætatem affici nouerat ueterator ille, eam tandem in familiare colloquiū pellexit induxitq; cautione ſem per ſtrictè iniuncta, ne huicmodi ſocietatem proderet meticuloſa adhuc. Apparuit aut̄ toto hoc tempore praecox in puerilla ingenium ac in doles rara, quæ cæteris uirginib; atq; etiā prouectioris etatis monialibus mirè com mendaretur. Hoc etenim cum primis malo genio fruſſe studio uidetur, ut iuuenclam, qua uniuersæ Hispaniæ illudere uoluit, ſuo iſtituto idoneam conſequeretur, quam ad religionis & fanitimoniac speciem ita conformatu, ut ea ratione quæ ad fallēdos mortales unica ſemper eſt habita, uoti demum compoſ reddeſetur. Hinc ad annum etatis duodecimum ferè progredia, de coiugio ſollicitatur à dæmonio, ſe fakturum promittente, ut per triga ta uel nescio quot annos amplius, ea fanitatis exiſtimatione per uniuersam fruueretur Hispaniam, qua omnes facilè uel ſuperaret, uel certè equaret, qui eo laudis genere unquam fuere celeberrimi. Ab illiusmodi contractus opinione, ſi quandoque Magdalena uoluptuarijs ludibrijs in cellula indul geret, alter dæmon huius ſponsi famulus, interea temporis in uera Magdalena forma eiudem uices gefiſiſfe in choro, clauſtro, templo, in omnibus demum conuentualibus (quos uocant) congreſſibus magno pietatis ſtudio, ſcribitur; Magdalena item

denunciasse, ubi ab Ecclesiastico ser-  
uitio liber esset, quicquid rerum in or-  
be terrarum tractaretur: quod quum  
ipsa ijs apud quos in summo erat pre-  
cio, significaret, eximia sanctitatis de-  
se extirpationem mirè augebat, ua-  
risque sibi nomen comparabat. Qua-  
ratione præter etatis morem in Abba-  
tissam tandem communis fraterculorum & monachorum suffragio electa  
est. Vulgatissimum hoc est, quoties  
moniales conuentis suis diebus com-  
municabant, sacrificium ex numerati-  
bus panis orbiculis, unum semper de-  
siderasse, qui talium scilicet angelorum  
ministerio ad Magdalena inter moniales in choro consistentem,  
clam perferebatur, & quem ore accep-  
tum circumstantibus in miraculi tes-  
timonium illa ostendebat. Fertur ad  
hæc, quod quum inter missæ celebra-  
tionem Magdalena non procul abes-  
set, interpolito tamen pariete, hic ad  
hostiæ missalis eleuationem dehisce-  
ret, conspectaque eadem sacra ciba-  
retur. Haud minus notum habetur,  
quoties in aliqua solenni feria sacra,  
hæc abbatis à monialibus esset du-  
tenda, ipsam insigni atque prodigio-  
so quopiam miraculo, edito in omniū  
stantium conspectu, nunc è solo elat-  
tam ad tres aut amplius cubitos in al-  
tum, nunc ferentem parvuli 155 v re-  
cens natū idolum nudum, ad lachry-  
mosas suas preces (lachrymis etenim  
ualebat multū) crescēt ad imos usq;  
talos capillatio, quod mox ad iustum  
pristinamque formam rursus contra-  
heretur, cum nudo idolo cooperatam:  
atque id genus alijs præstigijs diem  
festum actionemque ipsam reddidisse  
sanctoriem. Quanquam uero eam  
summæ pietatis famam ad tot annos  
duraturam, in contractus initio Ma-  
gdalenæ promisserunt mille castifex, id  
tamen in utilibus factū miraculis. Ne-

que enim ulli mortalium ægrotanti  
contulisse sanitatem, auditum unquā.

Interim à pontificibus, Cæsare & His-  
paniarum proceribus accipiebat lite-  
ras, qui se quoque & sua negotia ar-  
dua lanctissimis iphius precibus com-  
mendabant, quinimò de rebus etiam  
grauiissimis eam uelut diuam aut fati-  
dicam quandam Oldam consulebat:  
quemadmodum & postea detecto i-  
niquitatis mysterio, docuerunt literæ  
summorum Christiani orbis magna-  
tum, in ipsius repertæ scrinio. Erant  
adhuc sc̄emina nō ignobiles, quæ pro-  
lem recens natam nō alijs inuoluebat  
fascijs, quām prius sacris Magdalena  
Crucis manibus contrectatis cōfeca-  
tisq; Neq; leui hic sibi applausu place-  
bat uniuersus ille monialiū ordo, quic  
20 quid illud sanctitatis erat, sanctissimæ  
suae Regulæ acceptum ferens. Interea  
in tanto insignium doctorum q; homi-  
num cœtu, qui eas dæmonum impo-  
sturas agnosceret, fuit nemo: tam den-  
ſe fuerunt tenebræ, tanta hominum  
caligo & cæcitas. Tandem tamen pro-  
incepsib; sua bonitate sceleratam hāc  
hypocrisi & satanicam fraudem ma-  
nifestatam uoluit ipse unicus ueritatis  
Parens. Annis itaque ad minus trigin-  
ta in dæmoniaca illa familiaritate ex-  
actis (duodecim uero monialibus præ-  
fuerat) Magdalena anteactæ uitæ  
cepit pénitentie. Quocirca diabolicas  
deterstata artes & nefandam societa-  
tem, Visitatoribus Ordinis quos uo-  
cant, qui circa id tempus forte ade-  
rant, præter omnium opinionem, sce-  
lus illud insigne ultrò faretur. Sunt  
autem Hispani non male fidei & insi-  
gniter docti, qui mihi narrarunt, Ma-  
gdalenam animaduertisse conuentu-  
ales suas fraudem suspicari, & ea cau-  
sa se accusandam, ac proprieatæ scelus  
spontè fassam fuisse: cum primis quod  
apud Hispanos moris sit, si quis cri-  
men

*Eius memori  
ni quoq; Euse-  
bius Ben-  
zo Mediolan-  
ensis in hisfor-  
ia noua ora-  
bis.*

men ultrò confiteatur, eiusdem remis-  
sionem consequi reum.

Mirari ac stupescere tum omnes rei  
nouitate, uisumq; negocium exactissi-  
ma inquisitione dignum. Ea ut com-  
modius & legitimo administraretur  
ordine, in eodem monasterio in car-  
cerem includi iubetur Magdalena. In-  
quiritur demum: illa faretur singula:  
interim à suis artibus non desistit. <sup>10</sup>  
Ethiopicus ille dæmon. Enim uero quū  
ipsa detineretur captiuā, carceres for-  
tis obseruātibus uigilanter ministris,  
dum acta illius examinantur, monia-  
libus hora noctis duodecima ad ma-  
tutinas preces, quas uocant, chorum  
ex more ingressis, en Magdalena spe-  
ctrum, quo illa assulet loco, in prima-  
ria quippe chori sede, conspicitur fle-  
xis genibus oranti simile, aliasq; mo-  
niales ad consuetas preces & concio-  
nes expectans, quarum nulla fuit quin  
ipsam esse Magdalenanam crederet. Pu-  
tabatur uero ea libertate communes  
obseruandi preces & conuentus, à Vi-  
sitoribus donata esse ob insignem  
quam præ se ferebat resipiscientiam.  
Sic nocturnis his orationibus solum  
præfuit spectrum: quibus finitis, ad  
suam quælibet monacha rediit cel-  
lulam, ausa minime Magdalena al-  
loqui ob pristinæ existimationis ho-  
norem. In sequenti autem die, quum  
ipsam adhuc carcere coerceri intel-  
lexissent moniales, proxima nocte in  
choro conspectam, Vistoribus indi-  
cant: qui inquisitione penitus facta,  
ipsam ē carcere non fuisse egressam  
compererunt. Atq; in illam instituta,  
ac iuris processus tandem missus <sup>40</sup>  
Romam, & ob spontaneam maleficij  
confessionem, ueniam & plenariam  
absolutionem consequuta fuit Ma-  
gdalena malefica. De qua teriora  
quædam habet historia, à me studio  
omissa, quod solū insigni magistra-

tus tanti exemplo, ueniam resipisen-  
tibus deberi, nec diris flammis tam  
atrociter absumendos, ostendere uo-  
luerim.

FIGMENTVM MISERABILIS  
finis cuiusdam maleficæ mulie-  
rit. Cap. VII.

**T**ristiorem maleficæ Anglicanæ  
finē describit ex Guillerino Vin-  
centius, licet figmentum esse *cre* <sup>In Spec. hist.</sup>  
dam: tamen ut misceantur seria io- <sup>li. 26. cap. 16.</sup>  
cis, Lectorē iuuabit fabula, uel historia  
fabula non absimilis. Mulier, inquit, <sup>Malefica &</sup>  
eodē tempore apud Bertheliā Angliae <sup>duinatrices</sup>  
uillam, malefica & diuinatrix, cū quo-<sup>quid à mor-  
te acciderit.</sup>  
dam die cōuiuaretur, cornicula quam  
in delicijs habebat, uocalius solito ne-  
scio quid cornicata est. Quo audito,  
dominæ cultellus de manu excidit, si-  
mul & uultus expalluit: eaq; diutissi-  
mè ingemiscens, in hæc prorumpit tā-  
dem uerba: Hodie ad ultimū sulcum  
peruenit aratum meū, hodie incom-  
modum grande & audiam & patiar.  
Adhuc ea loquente, aduenit nuncius,  
eodem die eius filium & totam fami-  
liam subita interisse morte narrās. Ea  
re intellecta, continuo fauia dolore  
decubuit: iusitq; acciri superstites li-  
beros, monachum & monacham, qui-  
bus cū gemitu ait: Ego miserabilis meo  
quodam fato dæmoniacis artibus ha-  
genus operam nauauit, uitiorum om-  
nium sentina, & illecebrarum magi-  
stra, spe tantum uestræ religioni inni-  
xa, quum à me ipsa desperarem. nunc  
itaque, quādoquidem me dæmones  
habitaram exactores penæ scio, quos  
habui scelerum suafores, per materna-  
uos rogo uiscera, ut mea tentatis leua-  
re tormenta: erit enim de animæ per-  
ditione sententia irreuocabilis. Cor-  
pus ergo meum, in corio ceruino in-  
surum includite in theca lapidea, oper-  
culum deinde ferro plumboq; con-  
stringite, & lapidem ipsum tribus ma-

gnis circundate catenis. Si tribus noctibus ita securè iacuero, quarto die me sepelietis, quamquam terram corpus non admissuram ob mea maleficia uerear. Cantentur pro me Psalmi quinquaginta noctibus, & Missæ celebrentur rotidem diebus. Matri uolutatem exequuntur liberi, at nihil promouerunt. Primis enim duabus noctibus, cum clericorum chori Psalmos canerent circa corpus, dæmones ostium templi immenso obice clausum, leui negotio confringentes, duas extremas thecae funeralis diruperunt catenas, media autem operosis permanescent illæsa. Tertia nocte circa galliciniū, strepitu eorum qui ostio appropinquarebant, totius monasterij fundamenta uidebantur succuti. Vnus autem ceteris uultu terribilior, & statura celior, ianuas maiori uirtute collisas in frusta deiecit, arrogantisq; funus petit: inclamatoq; mortuæ nomine, ut surgeret imperauit. ea mox respoden te. Nequœ ob uincula: Soluérìs, inquit, & malo tuo. Statim q; catenam, quæ reliquorū ferociam eluserat, nullo conamine ueluti stupam infregit, thecaque funeralis operculum pede detruxit, & apprehensis manu palam omnibus eam ad templi fores protractit, ubi in procinctu stabat equus niger superbè hinniens, undiquaque prominentibus uncis ferreis: quibus imposita misera, ab intuentium oculis cum uniuerso comitatu euanuit. Suppetias tamen orantis clamores miserabiles per quatuor ferè audiebantur militaria.

LAMIAS HAERETICIS NON  
esse annumerandæ: item de custodia

& carcere discrimine.

Cap. VIII.

**Q**uoniam uero Lamiæ, quas ita nuncupat, sunt sexu mulierculæ, ut plurimum uetus natura-

ra melancholicæ, mentis impotes, animum temerè despondentes, exiguae in Deum fiduciae: ijs uelut idoneis organis libentius se diabolus adiungit, ac promptius insinuat, ut earum mentes uarijs conturbet formis: quarum ludibrijs effascinatæ, se fecisse existimant, fatenturq; id quod ab ipsis fuit alienissimum. Enim uero si perspicaci

ciori mentis acie rem omnem ad normam exigas eorum quæ à dæmone & agi possunt, & aguntur, ac quæ ab hominibus, illius opera ac instrumentis propositis perfici creduntur: à dæmonio, quicquid id est, designatū esse comperies. Vix itaq; inducor, ut eas *Hereticas* in hereticorum numero collocare au quisi.

deam: quum hoc nomen nemo, nisi semel atque iterum admonitus, & ta Tit. 3.

men fanaticis imbutus opinionibus, constanter & præfractè perduret, mereatur. Error in mente nō facit haeticum, sed uoluntatis pertinacia. Quare hæc mēre profus à latana corruptæ, & falsis imaginationibus distractæ, si nihil aliud ipso actu in alium commiserint, erunt examinadæ, & restius in præcipuis nostris fidei Christianæ capitibus instituendæ, ut quod in suæ huius religionis inchoate primordijs spoponderint, diabolo renunciantes, atque eius tamen clandestino fraudulentioq; industu (quod primæ parenti Euæ quoq; contigisse scimus) postea declinarint incautæ, id iam relipscientes, ex salubriori institutione præstare per Dei gratiam, omnibus suis viribus fatagant. Quid hic dæmonio minus poterit, fusione contraria fidelis

Christi ministeri qui ouem satanæ suggestione perditam requiret, atque ad ouile Christi reducit. Facile uero, facto attentè periculo in ipso articuloru Fidei examine, si forte alicubi aberravit male persuasa, elucescat: & num sa

miori doctrinæ pertinacius reluetut

*Postea edidit*

*Quomodo Læmia delusa  
dæmonis opera  
ra putent effe  
sude*

melius docta, mereaturque hærescos notam: an conuerla, & à seductionis uiatatæque mentis ueterno excitata, in Ecclesiae membrum denud recipi, & pro se orari ex toto pectore cupiat, obsecræque. Propterea non tam proclives esse decet Christianos, ut fide & mœte propter sexum ac ætatem imbecilles uetulas, ex sinistra alicuius maleuoli opinione, fugillationeq; in tetro illos, squalidos, hominum custodiæ non designandos carceres, horrida cacodæmonum captos torquentium domicilia, præcipites agant, atq; crudelissimo cuius tortori immainter excruciantas quoquis etiam atrocissimo tormentorum genere, uelut in Phalaridis tauro conclusas, in carnificinam, humanitatis profecto afflatum omnem exuti tradant: quemadmodum multis in locis non tam prudenter quam seuerè fieri constat.

Præter exorbitantium cruciatuum dolores iniquè inflitos, animaduentum etiam, inter carcerem & custodiæ multum discriminis constitui à Iurisperitorum schola: quæ, eorum qui postea plectentur uita, custodiæ nequitiam vult esse pœnam: quam à carcere horrido ditam irrogari etiam insontibus senserunt, qui præter meritum quandoq; in illum fuere detruſi. Verum ut æquitatis commiserationisq; ratio labefactata negligitur, contemniturq; sic & custodiæ nomē cum usu apud plerosq; propemodum euauuit. Ita fit, ut solitudine diutina, carcerū squalore, caligine tetra, uarijsq; dæmonum spectris exhorrescētes miscellæ Dei creature, ante non nihil dia boli assidua suggestione, fascino & delusione, mētis lensu luxatæ, & iam denud torturis uarijs excarnificatæ, dum questionibus atrociter subiiciuntur, cum morte semel momento acerbissimam eiusmodi uitam commuta-

Diffrimen  
custodiæ &  
carceris.

Cod.lib.9.de  
custodia reo-  
rum,l.1.

682  
re malint, quæcumq; proposita flagitia libéter cōfessæ, quam ferocius in easdem putidissimorū carcerum speluncas & equuleos præcipites retrudi.

Hoc modo factum est, quid haud ita pridem aniculam tormētis èd adegerint, ut iam Vulcano litanda, fateetur se hyemis proximæ anni sexage simi quinti supra sesquimillesimum, asperitatem incredibilem, frigus extremum, & durantissimam glaciem genuisse. Nec defuēre uiri graues, qui ueris ueriora hæc crederent, quum in uniuersa rerum natura nihil extet insulsius, quemadmodum ad me scripsit D. Antonius Houæus, uir doctri na, pietate, atque existimatione amplissimus, abbas Echternacensis.

Ad truculētæ huius tragediæ actus egregiè perficiendos, ne quid interim delideretur, ut plurimū accersuntur sanguinari spiculatores, qui flagitiorum inauditorum, & sepe in rerum na tura non existentium confessionem potionibus elicāt: quæ profecto non ex alijs possunt apparari substantijs, quam quæ uel inebrient, uel demen tent. Ab ijs ita q; quibus mens eiusmodi potionum ui læſa elt, quomo do ueritatem, cui in re criminali fidem, inquisieris?

#### EXPERIMENTA IN DIGNO- scendis Lamijs fallaciſima.

Cap. IX.

**A** T heu tanquam ad sacram anchoram in Lamijs citra hæsitationem cognoscendis, & uelut digito commostrandis, ad aquas con fugitur, ubi manibus pedibusq; colligatis, uel pollice manus dextræ, magno digito finistri pedis, & uicissim pollice finistræ, digito magno dextræ pedis transuersè uinculo alticis, Lamias maleficij reas, aquæ iniectas num quam submergi, at supernatare, uelut certum experientum, nec fallax in-

dicum esse, apud magistratum & car-  
nifices in plerisq; ditionibus obserua-  
tur. Næ illud nimis est ridiculum, mi-  
rumq; huic insulæ persuasioni ullum  
hominem, uel leuiter rationis sensu  
prædictum, fidei tantillum apponere.  
Quandoquidem maleficium siquod  
est, cum primis è mente emergit, dum  
cum diabolo confederatas Lamias,  
Deo renunciasset, creditur. Quid hic  
cause communiceris, quo minus in  
aquis sub sidere, quæm aliae, debeat?  
*Natationis causa.*  
Natationis siquidem causas, ut leui-  
tatem, raritatem, spiritus sustinens  
conclusionem, corporis uiuī habilita-  
tem, idque genus reliquas naturales  
occasions, non magis inesse his cor-  
poribus, etiam sotibus, ut quidem fa-  
teor: ita afferere audeo, si quid eius-  
modi præter natura ordinem uidea-  
tur, id fieri sufficiēt feminas, de qui-  
bus etiam falsa est suspicio, diabolo,  
ne submergantur (cōniuere Deo ob  
incredulitatē magistratus, fallax hoc  
experimentum admittentis) quo in  
sentētiā iniquam iudicem tandem  
inducat hac fraude impostor ille, ab  
initio sanguinarius. Corpus nullo pa-  
sto immutat, ut rariū leuisue &  
natationi conuenientius reddatur, fidei  
abnegatio, uoluntas mala, uel corrup-  
ta phantasia. Hic profectò credi magis  
oportet naturali rationi, quæm e-  
mentitæ experitiae, stultæ & ineptæ,  
nulli etiam nixæ rationis basi, &  
obseruatæ sæpenumerò falsæ, propterea  
quoque à diabolo inuentæ, & ab ho-  
mīne Christiano profligandæ. Mulie-  
rem quoq; rariore carne prædictam, &  
teneriore esse, quæm uirum, docet  
*L. i. de Mor-  
bi mulier.  
in initio.  
Plin. lib. 7.  
cap. 2.*  
Hippocrates. Tradit uerò Philarchus,  
in Ponto genus Thibiorū esse, & mul-  
toz alios, quorum notas in altero ocu-  
lo duplēm pupillam, in altero equi  
effigiem assignat: nec eosdem posse  
mergi, ne quidē ueste degrauatos. Id

si uerum est, connatum esse oportet.

Similis temeritatis & superstitionis  
dæmoniacæque falsitatis experimen-  
tum est, quod in Malleo legitur: Die  
Dominico sotularia iuuenum axun-  
gia seu pinguedine porci, ut moris est  
pro restauratione fieri, perungunt: &  
sicubi ecclesiam intrant, tamdiu male-  
ficæ ecclesiam egredi nequibunt, do-  
nec exploratores aut exeat, aut illis  
exundilicentia expresse concedant.  
Nec absimile erit, quod in hæc digno-  
tionem plerisque in locis obseruantur  
admodum impie, ubi ex terra quam-  
ter spatia primū in sepultura iniij cū  
pastores, portiuncula Missa sacrificio  
scilicet sanctificata, calcando templi  
limini supponitur: nec sagā, si in tem-  
plo sit, tum posse egredi putatur. Item  
assulas sume ligni querinci, in quo ali-  
quis sit suspensus, uel se strangulat:  
inspergantur illa aqua lustrali, collo-  
centurq; in templi ingressu: nec egre-  
di ea poterit, nisi assulas summoueris.

In libello Coniurationum Romæ  
& Auenioni impresso sic legitur: Ad  
correndum & norificandum male-  
ficam, accipe mulieram nouam, & for-  
mulam casealem nouam, & stāneam  
nouam, & mulge de omnibus uaccis,  
quas habes, tantum lactis, quod possis  
formare uel facere unum caseum  
in nomine illius maleficæ, & forma  
per prædicta uasa unum caseū: & cum  
factus est caseus, perfora cum armilla  
acuta totum caseum: & per hoc denu-  
dabitur ipsa malefica in facie, &c. Cō-  
sidera item maleficam in fronte illius,  
quia diabolus abradit eam cum ungu-  
la post consensem ad delendā sacram  
unctionem baptismatis, ita ut stigma  
in fronte gerat: id quod tamen semper,  
quantum potest, cum peplo uela-  
re nititur. An hoc uerè ita contingat,  
uide lib. 3. cap. 3.

Præterea regulus apū à Lamijs do-  
uoratus,

uoratus, creditur has, ne delictum in tormentis fateantur, confirmare. At eadem hic est ratio, quae in alijs, superstitionis nimirum credulitas. Contrà, Achemenidon plantam colore electri sine folio nasci in Tardistyris Indiae, meminit Democritus, cuius radice in pastillos digesta, in diemque ex uino pota, noxij per cruciatuſ nocte conſteantur omnia per uanas numinum imaginationes. Experimentis illiusmodi haud abſimile, quod olim in Noruegia & alijs multis in locis, cum quæſtio ageretur de homicidio aut adulterio, candens ferrum ſucepto in manum dabatur: quæ ſi illæſa maneret, abſolutebatur ſuceptus: at ſi laedebatur, uti reus condemnabatur. Huc pertinet exploratio, quæ alicubi ſiebat per feruentem & bullientem aquam.

Innocens ſine ulla noxa manum in aquam immittere credebatur, nocens uero laſionem ſentire. De utraq; exploratione, nimirum, per candens ferrum & feruentem aquam, cenſendum profecto neutrām eſſe approbadam. Duo etenim non leua hic cōcurrunt peccata, temeraria ſcilicet Dei tentatio, & ordinis diuini peruerſio. Hinc recte in Decreto dicitur c. 2. q. 4. ca. 30 Consuluiti: Nam ferri candens uel aquæ feruentis examinatione confefſione exorqueri à quolibet, ſacri non cenant canones. Et quod sanctorum patrum documēto ſancitum non eſt, ſuperstitionis adiumentione prelumen dum non eſt. Spontanea enim confeſſione, uel teſtium approbatione, publicata delicta ſunt punienda: occulta uero & incognita, illi ſunt relinqua, qui ſolus nouit corda filiorum hominum.

Finiam porro hoc argumentū puluere Sufati loco arcani habitu, & tanquam infallibili experientia comprobato, communicatoq; uidam, qui aſ-

fiduè torturis ex officio præterat, qui & me prius consuluit in exploranda eius uirtute, ne in exhibendo ledederet, quam alicui propinaret. Cōficitur au- tem ex feminis hyperici (fugam dæmonum uocant) olibani, & feminis cardibenedicti, unius cuiusque drachma una, quæ eſt uncia pars octaua. Si- mul cum aliquo liquore ante torturā offertur. Ad cuius uis flagitijs confefſionem hoc aſſumpto incitari impelliq; reum, putatur, quod nimirum dæmo- nem confefſionem criminis impedien tem, hyperici, ut arbitror, uſu fugari credatur. Vide & Caput II. libri huius nostri Quinti.

QVAE IN MALEFICII PER- petrati inquiftione ſunt facienda, & confeſſioni ſoli non eſſe standum.

Cap. X.

**R**egulam autem hanc minimè fal- decuit, ut de ſingulis illis flagitijs iam confefſis, accurate cum indi- cito inquiratur, quas alios paſſos di- cunt, fatenturq; ærumnas & calamiti- tates à ſe illatas lamiae, num ita ſe ha- beant, uel in terū ſint natura: & ſi com- periat quodam ita laſeos, uel mor- bos aut dæmūn perpeſſos eſſe, ut iam ab alijs hæc confefſis, designata hu- iuſmodi mala putentur: inde quibus medijs, materiebus aut organis per- petrata ſint, penitus inueſtitgetur: & num illa media, materies aut instru- mēta iſtiusmodi effectibus producen- dis ſint apta, conſonaq;. Vbi natura- lium terum & uirtutū cognitione ce- lebrium medicorum iudicia in conſi- lium accerſantur, quemadmodum in alijs quoq; caſibus eos ſpectantibus fieri uolunt leges. Ut enim non eſt ali confefſioni cuius melancholici, aut mente uitati <sup>mēte laſi non</sup> standum confefſioni: ita etiam ex il- larum confefſione non eſt inſligenda temere punitio, niſi ex certis circum-

X 4 Stanis,

*In actione cri-  
minali ope-  
rat probationes  
luce me-  
ridiana esse  
clariores.*

stantijs, & demonstrationibus evidentiis, indubitatum cōstet ueneficium uel uenenatio, pharmaco uidelicet propinato aut illito: aut eo loci, unde halitu certō ferire potuit, deposito. Oportet siquidē probationes luce meridiana esse clariores, maximē in actione quam uocat criminali, quæ iurisconsultorum laudabilis est lenta-  
tia. Nā in hoc maleficij negocio, multa turbulentē, uel ex sinistra opinione aut suspicione, uel malitiose ex maligno affectu, uel ob morborum difficultatem, aut rerum iacturam, ex incredulitate, quod non satis Dei iustæ uoluntati ex animo se toto quidem tradant, subiiciantq; dicuntur. Multa insuper confusè de alijs sparguntur, confessione item illusarum à dæmo-  
ne uerularum sanctiuntur, diabolo fri-  
gidam hic suffudente, & machinationis clauum fideliter dirigente: ut si quis aurem applicet facile, accusatio-  
nem & confessionē ratas existimans, ita se tādem delusum sentiet, quo tan-  
quam in labyrintho inexplicabili in-  
uolutus, nunquam sit exitum inueni-  
tur, si ad legum normam & iuris ri-  
gorem cuncta ex auditis exequi sta-  
tuat. Ea satanæ ars est, res usqueadē 30  
tricis subtilissimis implicare, confundere que, ut nec ulla Thesei sagacitate extricari, nec Oedipi prudentia expli-  
cari queant. Sic uel in principijs om-  
nino substitisse, & intra metas se con-  
tinuisse, aut mature retrogressum esse  
præstare, ne diabolo ab initio homi-  
cidæ, ob aperta mendacia aut uerita-  
tem dolo falsitateq; uitiatam, aperia-  
tur fenestra, per quam se in actiones 40  
nostras insinuet, ipsa re & usus obser-  
uatione comperi. Nec omnem longius  
grassandi occasionē satanæ præ-  
cidendi, compendiosior unquam erit  
uia: alioqui mendaciorum, calumniarum  
falsarum, ueritatis momento in-

terdum mixto ut dolus lateat, crimi-  
nationum atq; accusationum nullus  
uidebitur modus aut finis. Proinde  
hic suum habere neruum sententiam  
uerè auream Iuris pontificij optarim,  
30. q. 5. ca. Nec illud: & sunt uerba Vi-  
ctoris ad Theophilum: Incerta nulla-  
tenus iudicemus, quoq; ueniat Dei  
minus, qui latetia producit in lucem,  
& illuminabit abscondita tenebrarum,  
& manifestabit consilia cordium.  
Quamvis enim uera sint, non tamen  
credenda sunt, nisi quæ manifestis iudi-  
cij comprobantur, nisi quæ mani-  
festo iudicio conuincuntur, nisi quæ  
iudicario ordine publicantur, &c.

Huc Cardani sententiam adduxiſ. *De Varietate  
15. cap. 80.*  
se iuuabit. Constat has sāpē meritū  
plecti, inquit, quod sint maleficæ, aut  
etiam ob impietatem: ceterū ple-  
runque stultas solū sunt, nec confes-  
sio integrā, nec iudicium, uelut de la-  
tronibus ac furibus, reliquisq; scele-  
ratis hominibus, ad mortis pœna tra-  
hi posset. Sed omnia plena uanitati-  
bus, mendacijs, repugnantia, incon-  
stantiaq; nam illud quod dicitur, con-  
uenire & contestari absentes, omnino  
falsum est: nec nisi de die congrega-  
tionis conueniunt, cùm vulgata sit  
quānam sit. Id uero argumentum si  
recte & diligenter examinetur, ostendit  
hanc artem esse prorsus falsam, &  
illas non uerè in unum coire: nam u-  
na centum aut etiam plures detegere  
posset, cùm illarum muliercularum  
opinione tot intersint. Verū non  
nisi fama agnitas, aut uisu, accusant,  
quas non ex ludo (sic enim uisionem  
illam uocant) sed ex auditu & collo-  
quijs agnoscunt: utrum uero uigilan-  
tes, an dormientes, certum est quod  
in ueroque tempore. Eadem autem  
uident atque audiunt, ob fixam con-  
templationem, fidemque illius rei: ue-  
luti Ratis enarrat de illo qui se gallum  
ob stul-

ob stulticiam existimabat, statis horis gallorum more ad canendum surgens annis pluribus. Hæc autem opinio ac visio mutuis inter se colloqujs multum confirmatur. Neq; adeo frequenter ad hunc abeunt ludum, quædam enim uix ter in anno accedere sibi uidentur, nec quidem uolentes: quamuis & hoc persæpe contingere putetur, maximè unguentorum auxilio. <sup>10</sup> Hæc ille.

TRIVM MVLIERCVLARVM  
ob maleficij opinionem exustarum confessiones  
proponuntur, penitusq; excutiuntur.

Cap. XI.

**P**orr̄d ut exemplis lucidior euadates per se obscura, tenebrisq; inuoluta, duarum muliercularū in ciuitate Imperiali paucis abhinc annis captarum, exustarumq; confessiones, à me requisitas, Consulisq; assensu ex codicillis iudicialibus communicatas, hic proponere uolui, quibus subiunxi tertiam.

Prima mu-  
lierculæ uita  
Lamia con-  
fessio.

Primum una quidem fatetur, se à Deo omnipotente descuuisse, & diabolο maleficio adhæsse, ac amasium suum appellari Bernardum: deinde effecisse singulis uicibus pomo, ut matrona quædam N. sexies partum ediderit mortuum. Confitetur item, se cuiusdam uiri N. filiam, cereuisiæ haustu per maleficium enecasse: identidem & N. uxorem ita iam lecto tanquam ex morbo affixam, maleficio læsse. Propter hanc confessionem, tradendam igni misellam decreuit magistratus: & quidem non immerito, si uerè compertum fuisset, illa scelerata ea fuisse designata.

Amabo autē tribus excutiatur confessio verbis. Quid à Deo descuuisse se fateatur, & dæmonio adhæsse, id in foro ciuili non erit criminale. Quotquisq; etenim nostrum est, qui id ipsum non facit? Siquidem omnis qui

facit peccatum, seruus est docente Christo) peccati. Qui cōmittit peccatum, <sup>1. Io. viii. 4.</sup> ex diabolo est, quoniam ab initio dia**bolus peccat.** In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non

*Ex diabolo  
est, qui pecca-  
tum comittit  
ut.*

facit iusticiam, non est ex Deo: & qui non diligit fratrem suum. Qui non est <sup>Matth. x. 24.</sup> mecum, ait Christus, contra me est: &

qui nō colligit mecum, dispergit. Sed admoniti reprehescere possumus, & pœnitentia locus est. Quid ergo uetat,

quo minus & illa redarguta, rectiusq; instituta, ad sui cognitionem ualuerit

reducit: Sortiatur hic locum apud libri Conformatum patronos, ubi legi-

tur, uxorem ambijſc quendam monachum, ac ut eam adduceret, diabolum orasse, se illius fore pollicitū, tra-

dito chirographo, propria manu, & sanguine confignato. Postea pœnitudine

ductus, animi morbum fratribus fidis explicitur, qui Missarum pluriū turba

dæmonio schedulam excusserunt.

Quid se cōcubitus dæmonis Bernardi passam dixerit, phantasticum & <sup>Cum demone  
imaginariu.</sup>

imaginarium prouersus fuisse, ex superioribus liquet: ubi ex professo diluitur illud phantasma, ut minus fidei uel

hoc saltē nomine confessioni eius

30 fuerit adhibēdum, quæ ex mente halucinante, erronea quoque censenda est.

Quis alius rogo huic proco Bernardi nomine indidit, quam ipsus sibi:

id corrupto auditus sensu uel ui imaginatiæ ingerēs, ut edito nomine inter

Christianos usurpatō, in maiorem confidentiam, mente titubantem mulierculā illiceret, sibiq; deuinciret: nec

ob hanc satanæ illusionem, mentisq;

mulierculæ laisionem, mortis pœna ir-

rogari debuit.

Nec pomo interimi potuit fœtus, nisi accesserit uenenū, quod solertiū

indagandum erat: quemadmodum quoq; num ea fuisset illius uenenī ef-

ficiacia fœtui enecando peculiaris, ut

Y matii

matri hinc nihil aliud inferri poterit  
incōmodi: & unicum illud uenenum  
semel tātummodō exhibitum toties  
diuersis annis fœtum excuteret: nec  
solum inualidæ eius confessioni stand-  
dum erat. Quod etenim ex Dei uolun-  
tate & arcane consilio contingit, uel  
diabolo diuinitus permittitur, id ui-  
tiato feminæ cerebro dēmon s̄epe in-  
gerit, quasi ab illa designatū sit: cuius 10  
tamen scleris illam planè insontem  
esse compere, is, qui singula ad ratio-  
nis perpendiculum non somnolēter  
expendit. Idipsum de filia N. cere-  
uisiae haustu sublata per maleficiū,  
dicendum est. Quid enim cereuisiae  
immisum fuerat, quod interimendi  
uile deleteriam obtineret, adhibitis  
in consilium medicis, in earum rerum  
cognitione insignibus, uigilantiū e- 20  
rat inuestigandum. Nec minori studio  
inquirendum, quibus organis aut me-  
diis coniugi N. morbum consciasset.  
Nec uulgatae & odiosa carminis aut  
maleficij uoci pronas adeo offerre  
deceit aures. Enim uero ubi sola in-  
cantatione infortunium quodcumq;  
à se procreatū narrant amentes &  
inconstantes hæ uerulæ, peruerso dæ-  
monis inflantu id fieri, easq; falsum 30  
contra semet dicere testimonium, &  
à uera morbi ciuscemodi inuestigatione  
tam esse liberas, quām quēuis alium,  
deierare non uereretur. Vnde cuius se-  
criminis reos faciant, qui tam incon-  
sideratē immaturas effundunt inter-  
dum sententias, ipsi uiderint.

*Alterius  
exulta  
confessio.* Iam alterius quoq; eodem in loco  
igui adiudicatæ cōfessionem editam  
audiamus, leuiq; inuestigatione excu- 40  
tiamus. Confitetur hæc, quum ante  
sexennium ferè, hora quadam matu-  
tina, p̄animi desperatione, de uī sibi  
infernda cogitaret, ad se accessisse ui-  
rum quendam proceræ statuæ, & for-  
mæ non inuenuste, pallio nigro, & re-

liquo eiusdē coloris uestitu ornatum.  
Hic eius dolorē solatus, inter alia ius-  
tit eam non abiecto, sed confidenti es-  
se animo, suum pollicitus patrocinii,  
sc̄q; semper illi res necessarias & pecu-  
nianas abundē prospecturum, si modō  
uicissim iphius consilio & voluntati se  
deuoueret: inde & magnū auri cumul-  
lum illi ostentabat hic uir. Ea uero in  
iphius assensu consiliū, abnegans Deū  
omnipotentē, Mariam matrem I e s v  
Christi, & omnes sanctos. Hinc chris-  
ma ei ex fronte exemit, atq; se perpe-  
tuum fore concubinum spopōdit, no-  
men sibi esse Alexander, inquiens. Fa-  
tetur adhæc, cōcubinum quater domi-  
sū in lecto opus uenereum secū per-  
ficiisse: item, se cuidā cereuisiae cocto-  
ri N. felicem rerum fortunam carmi-  
na subtraxisse, resinæ uulgaris pauxil  
lo, uasi mancipato huic coctioni, subdi-  
to: item, se uestoris N. coniugē ualetu-  
dine bona per incantamenta priuasse,  
quād alicuius rei donationē ipsi dene-  
gasset: & puerum N. maleficio moibī-  
dum reddidisse ac mutilasse.

Punienda certè flagitia, si uera sunt. *Confusatia  
confessio.* Atqui uides eam non lana mētis mu-  
lierculam ad testim propemodum ue-  
nisse, atq; cōtrictum iniſſe uel imagi-  
nariū, uel nullius certè momēti, ut ter-  
tio Libro amplissimè ostendit, cū ama-  
lio phantastico, qui ea imaginaria ue-  
stitus forma apparuit, quum solū spi-  
ritus esset uestium & coloris expers:  
speciem aurī præstigiosè hic protulit,  
qua illam delusit, nō aurum: quemad-  
modum quoq; concubitu eam exer-  
cuit ludibrio. Chrisma præterea e-  
ximere simulabat, cuius uirtus qualis  
qualis sit, si in externa dyntaxa appli-  
catione consistit, uel consimili exem-  
ptione perit, iam dudu aqua, qua frōs  
& reliqua toties mūdatur facies, eam  
omniō absterisset. Baptismi autem  
uis seculis nos docet, eam minimè in  
carnis

<sup>1. Pet. 3.</sup> carnis ablutione consistere, ut sordes  
abluatur: sed ut bona apud Deum con-  
scientia bene respondeat. Fusiorem  
omnium refutationem Libro 3. cap. 3.  
4. & reliquis inuenies.

Non plus habebit ponderis, huius  
mulierculæ in fraudulentu contractu  
abnegatio: quin si admonita, fidelitatis  
que instituta, eas diaboli cognovisset  
artes, resipiscēs, erroremq; confessas, in  
Ecclesiæ finum rursus debuerit admit-  
<sup>10</sup>ti. Petrus à Christo præmonitus, ip-  
sum ter, sana mente & corpore, contra  
animi testimonium, abnegauit, etiam  
præstito iuramento: quem tamen clem-  
entia suæ oculis Christus usque eō  
non est designatus, ut ipsum etiam  
Ecclesiæ caput constituerit. Quid fre-  
quentius impunitiusque (apud Italos  
maximè, si quid illis ex uoto minus  
cedat, præsertim in illico aleæ lusu)  
quam blasphemis horrendisq; vocis  
bus, pollice etiam inter indicem & di-  
gitum medium tenso, ac facie cœlum  
uersus erecta, Deum & Christum, in  
eorum despectum, abnegare?

Num insuper resinæ modicum, usi  
suppositum, habeat eam potestatem  
uitiandi cereuism, in questionem  
exactiore uocari oportuit. aliam e-  
tenim corruptæ cereuissæ causam ne-  
cessariò fuisse afferent, qui rerum na-  
turaliñ fontes uera ratione feruntur  
& intelligunt. Nec sanitate frandari  
potuit uectoris uxor, nec puer mutila-  
ri per carmen, nisi accesserit uenena-  
tio, cuius hic nulla sit mentio.

Tertia ita habet. Apud Hollandos  
in oppidis maritimis, Roterodamo  
& Scheidamo, ex piscium capture ma-  
xime uiuitur. Horum incolæ quum  
haleces piscaturi enauigassent, & pi-  
scium copia onustas reducerent na-  
tives Roterodami, retia lapidibus one-  
rata Scheidami retraxerunt. Quod  
insperatū infortunium maleficio con-

<sup>Math. 16.</sup>  
<sup>Matr. 14.</sup>  
<sup>Luc. 22.</sup>  
<sup>Ioan. 8.</sup>

festim imputabatur. Quo circa mulie-  
ri iniicitur manus, quæ incunctanter  
fatetur maleficiis suis artibus id acci-  
disse, & se per uitri foramen (quod o-  
stendebat eius magnitudinis, ægrè ut  
digitum transmitteret) dum pilibus  
illi infidarentur, trâsuolasse, & in my-  
tuli testa (mossel scolp nostratibus di-  
citur) se mari commisso, illudq; tra-  
iecisse usque ad halecum stationem,  
& ibi incantamentis haleces fugasse,  
& eatum loco subiecisse lapides. Lata  
hinc potissimum sententia, flammis il-  
la deuoranda traditur.

In hac confessione expendendum  
erat, num in rerum natura sit, operan-  
te diabolo quomodounque pro suo  
arbitrio & uiribus, per arctissimam ui-  
tri rimam, ne digiti quidem capacem,  
adultum transferri posse hominem,  
non ex solo spiritu flabilem, aut ex  
substantia ductili liquabiliter concre-  
tum: sed ex solidis ossibus, tenacibus  
cartilaginibus, siccis tendonibus, liga-  
mentis, neruis, membranisque præter  
musculosam carnem, cōpactum: qui  
si etiam in flatu resoluti potuissent, eo-  
rum tamen simul perrumpente ui il-  
lud uitrum infringi debuit. Ad ratio-  
nis item normā oportuit uocari, quo-  
modo in mytuli testula prouectæ exta-  
tis femina cum tanto lapidum acer-  
uo, fretum potuerit sulcare uariū  
turbulentumq;. Sed nec traiectu hoc  
in testula opus fuit ei, quæ mox per  
uitri angustissimum foramen perni-  
cissimè uolarit. Tam uero omnis hæc  
confessio est insulsa, futile, diffusa,  
absurda & mendax, ut mulierculam  
hanc uel delirasse, uel melancholia  
fuisse agitatum, uel alioqui depravata  
phantasia duclam, uel à dæmone ob-  
fessam, qui uel huius linguam rexe-  
rit, uel ex ea uocem ediderit, quilibet  
non omnino mentis impos dijudicaf-  
fe ualuerit. Glossas comminiscantur

quasunque uolent eiusmodi iudices, sententiam ita sanguinariam ritè pronunciari posse in re uel incognita, siue extra rationem & rerum naturā posita, nullis unquam conuincēt rationibus. Quare autē non citius priusq; credam, ex Dei permisso propter hominum incredulitatē, ut iij punirentur, aut etiam probarentur, si adfint, fidèles, diabolum qui potuit, eos inuexisse lapides ut deciperet, quod illi péculiare est: quād admittam, mulierculam, quae omnino non potuit, ea perpetrasse? Si cum dæmonis subficio, illā fecisse oclamatur, & id quidem constanter nego: si etenim diabolus uel milies hoc uellet & conaretur, per exiguum rimam posset neutram transferre mulierem: quod tam accidisse, illa confessa est. Si hoc meūm esse delirium, nugas & mendacium obtinuerō, mi patres conscripti, quae reliquias eius farinæ nænijs debebitur fides?

Eodem modo infinitæ possent recenseri confessionum formulæ ex publicis magistratum diplomatis, quas si penitus expenderis, adiuvaria vel impossibilitatē (si ita loqui licet,) inconstantiam, uanitatem, mendacia uestritate fucata rectaq; uarietatem, labyrinthum, imd fabulas compcrieris.

**ALIA CONFESSIO EXPLICA-**  
**TA:** Et uerbis aut imprecatione neminem posse ledit: item Lamias esse amentes.

Cap. XII.

**H**AUDITA pridem quædam in uinculis detenta, se plurimas uirgines religiosas in cœnobio uarijs tetani cruciati exercuisse, inedita oleribus mixtura ex aspide, bufo ne & sanguine menstruo simul confusa, fatebatur. His omnium primum diligenter inquirendum erat, num ex horum uenenorum cōmixtione, eiusmodi resultant effectus, uel morbi, uel

*Integram bi-*  
*storiom lege*  
*lib. 4. cap. vi.*

symptomata. Tandem illa publico iudicio flammis tradenda, in hoc extremitate perficit constanter, illam calamitatem à se atq; matre ægrotis illis uirginibus irrogatam quidem, mortemque perpetui uelle: hoc autem se palam confiteri, ne tantillum unquam à se illic per os illatum fuisse. Quo igitur modo diram hanc induxit letortem, rogata: se mente & imprecatione eam inuexisse fassa est. Quibus uero mendis tolli posit illatum malum, deinde interrogata, respōdit: Mātre & me prius ē medio sublati.

Vnicum hoc dæmonis ab initio homicidæ studium est & machinatio, ut quād plurimus fundatur sanguis. Vtraque enim exusta, nondum desit horrendum spectaculum: sed à priore sacrifico secundus demum exorcista accessit cæcus, qui ex omnium fermè ægrotatum corporibus dæmonia fugam simulantia abegisse putabatur, à quibus tā atrociter antea fuerat quibusvis conuulsionum specieb, excruciate: necdum propterea remisit hæc pestis, at lōgius hinc in proxima proserpit oppida. Hic post muliercularum exustionem, se produnt morborum autores: num uero illæ uirginū corporibus dæmones cogitatu imprecatione immittere ualuerint Libro quarto decisum est. Ejusmodi hominum impotentiam penitus nouerat Imperator Fridericus primus, Barbarossa nuncupatus, in cuius exercitum contra Mediolanenses ductum, hic metatorum Arabem ablegantur, qui Fridericum ueneno tolleret: qua re cognita, Arabem cepit Imperator, puniqt;: Ac licet Arabs magus grauit Friderico minitaretur, se illum uerbis enecare, nisi dimitteretur, uelle: nullo tamen modo commouebatur Imperator, uerbis tantam non inesse uim sciens, propterea & acerbias alter de-

*Mente & im-  
precatione in  
fortunū aut  
demonem al-  
teri non posse  
inueni, demo-  
stratum est  
Li. 4. cap. 18.*

*Lib. 3. de P. flor. animal. cap. 14.*  
Aristoteles, i[n]cantamenta esse mulier  
culturum figura.

*De Variega-*  
*te lib. 16.*  
*Lamia melâ*  
*choice, ame-*  
*re, à dæmoni-*  
*acis parvus difi-*  
*ferentes, op-*  
*nionum tenu-*  
*eu.*

Cardani uerbis & historiæ suus hic erit locus, qui de Lamijis sic scribit: Sunt deformes, pallidæ & subfuscæ, atrâ bilem ipso intuitu præ se ferentes. Sunt taciturnæ, amètesq[ue]; ac parum ab his

qua dæmonio teneri creduntur, differunt: fixæ in suis opinionibus, atq[ue] 10 ad eò firmæ, ut si solum ad illarū uerba respicias, quām intrepidè, qua constanter ea referunt, quæ neq[ue] unquam fuerunt, neq[ue] esse possunt, tamen uera illa esse existimes. Vnde nil mirum ab his moribus, ijs qui philosophiæ expertes sunt, egregie imponi. Laborare autem eas atræ bilis morbo, tum uitius ratio, tum aëris qualitas, tum forma atque effigies ipsa uultus & corporis, tum uerba ipsa stulticiæ, &c (ut ita dicere licet) impossibilitatis plena, ipseq[ue] toruus in dicendo aspectus, tum casus quidam qui Philippi uicecomitis Mediolani principis ètate contigit, declarant. Res uero ita gesta est, ut pater meus retulit. Damnatus erat profanæ huius artis uillicus quidam nomine Bernardus: alioqui uir simplex & frugi, ob idque domino percharus. 30 Sed quia nec minis nec persuasionibus adduci poterat, ut pœnitere uellet, ad ignis pœnam poscebat à iudicibus. Dominus, cuius pigebat, quiq[ue] principi gratus erat, obtinuit, ut fidei iuisione data, quanquam illis reluctâ tibus, licet hominem apud se uiginati diebus habere. Cœpit ergo illum a-lere non ut medicus, sed ut rusticum nobilis amicus, quatuor oua recentia 40 manè, totidem uesperi, tum uinu dulce atque iucundum suppetebat, carnes quoque & iura pinguis. Postmodum ubi uidit hominem ex longo ueterno respicere, horratus est, ut omissis falsis atq[ue] absurdis periculisq[ue] persuas-

sionibus, Ecclesiæ adhætere nolle. Sed paucis opus fuit, resipuit: optimusq[ue] Christianus factus, usque ad mortem absque aliorum querela perseverauit: quem atrocitas iudicu[m] immerito crudeli supplicio affecisset.

CONFESSIO EORVM QVI SE  
in lupos fuisse transmutatos credide-  
runt. Cap. XIII.

**H**oc loco subiungam eorum cōfessionem, qui se in lupos aliquoties fuisse conuersos, arbitrati sunt: quam in hoc meo instituto sepius obiecere uiri alioqui cordati & magnæ existimationis, eamq[ue] uelut ex Tripode prolatam cum summa religione & singulari fiducia, tanquā ueracem obseruant, quibus forte coram à me non esse factum sati uidebitur. Ut itaque illis, & quibuscumq[ue] alij, mentis oculi nitidius contra eiusmodi præstigias abstergantur, nec ualeat q[uod] temere illudi se, oculisq[ue] nebulas offundi sinant, neque uelut cæcae talpæ, in foribus à dænone obtrusis perdurent, sed ab oculorum pupilla nubeculas, quinimodo & unguis permittant sanari à medico, qui præfens hoc collyrium gratis offert cuiuscumque lucidos & à præstringente spiritu liberos oculos cupienti: historiam hanc raram uagamque, nec minus admittibilem, ex Sabauidia finitimus que ditionibus in Flandriam, Brabatiā, Geldriā & regiones alias translata, atque à me in qualemcumq[ue] ordinem breuiter ea fide ex Gallico scripto cōtractam, ut iure nihil quod alicuius est momenti, desiderari debeat: deinde excussam, & uelut ueritatis lapide Lydio exploratam, proponere uolui.

Ad quæstiones M. Ioannis Bon, doctoris Theologiae, Prioris Prædicatorum in Poligni, & generalis inquisitoris fidei, ordinati in diœcesi Besanconensi, confessio Petri Bourgoti, nun-

*Quidam à su-  
dicti igni de-  
natus ob mu-  
lescum ges-  
piscit ab ame-  
tiu[m] meliori u-  
stu.*

DE MAG. INFAM. POENIS  
cupati Magni Petri, & Michaëlis Verdung, captorum ob maleficij hæresin, varijs diebus in Decébre extorta, Anno millesimo quingentesimo uicesimo primō, sed maximē coram multis & spectabilibus testibus reperita postremo eiusdem mensis die.

Confessus est Petrus, ante annos citer nouendecim, ipso die nundinarum Polignensium tam validam procellosamq; defluxisse pluuiam, ut non solum nundinæ disturbarentur, sed & armenta quibus ille custodiendis tūc præserat, ita disjicerentur, ut ubi requiri possent, planè ignoraretur. Quum igitur cum reliquis agricolis pecudes uariè quæsitus collectumq; abiret, & solus alicubi aberraret, tres equites nigris, atrumque indutis uestitum habuit obuios, quorum postremus rogabat: Amice, quod abis? uideris esse turbatior. Verum est, respondit Petrus, id autem euenit ob pecora ex sauo tempestuoso quo nymbo dissipata, & perdita: & cum nullam ea recuperâdi rationem uideam, animū equidem pro fus despondeo. Bono hunc animo esse iussit eques ille, pollicitus, si modò fidem ipsi daret, magistrum le donatum, à quo insitueretur, ne in posterū ipsius armentū à lupo uel quavis alia bestia impeteretur, aut ullum sentiret damnum, aut etiam ullum periret pecus: ut item ipsum redderet confidencem, perditas reperturum pecudes addicebat, nec desideratum iri illas: pecuniam adhæcse daturum spopondit. Conditionem hic acceptat, se in eundem locū post quatuor aut quinq; dies reuersurum promittens. Hinc cū millicorum comitatu indagatum pergit, armentumq; querendum inuestigat, & post quadriduum eodem ad equitem mox agnatum reddit. Qoꝝ itilie, num operam suam ipsi locare de- creuisset Petrus? quo uicissim interro-

gante, quisnam esset? respondit: Seruus sum magni inferorum diaboli: sed ne metuas. Tum ea lege suam dæmoni operam addixit Petrus, si promissis ille in conferuando pecore & beneficijs conferendis staret. Inde Deo, D.

uirginis Mariæ, omnibus sanctis & paradiſi incolis, baptismo & chrismati te- nūciare iubetur: quo factō, illi exoscu-

landam manum porrigit sinistram, ni-

Spiritu caro  
nem & offa  
non habet.

gram, uelut mortuā, frigidamq; hinc in genua prouolutus alter, aperto ca-

pite honorem satanæ desert, eum ap- pellans dominum. Ne quoque fidei

symbolum recitaret, inhibebatur. Per- stitit itaq; in diaboli ministerio circi- ter biennum, non prius templum in-

grediens, quām in fine Miiſæ, uel fal- tem post aquæ lustralis consecratio-

nem, qua illum noluit aspergi: sic quo- que mandarat ipsius præceptor, cuius

etiam nomen tum adhuc latuit, sed po- stea se Moyset appellari significauit.

Interim non erudiebatur Petrus, quo- modo iumentum tutari posset: sed hoc

officium conseruandi pecoris solum præstare uidebatur diabolus, si quan-

do conspicerentur lupi, qui tum nihil iniurie inferebant. Post uero pascendi

pecoris cura exonerata, facile diab- olim neglexit, frequentans templa, si-

deique confessionem recitans, annos circiter octo uel nouem: donec à Mi-

chaële Verdung denuò in lui magistri

obedientiam dicto in loco excitatus,

ea assenserit conditione, si pecuniam ex promisso suppeditarer præceptor.

Ita simul in partibus Chastel char- 3

lon uespere quodam cōuenit in ne- more, ubi ab alijs ignotis choreas du- ci concurritq; uisum est. Cernebat au- tem Petrus in cuiuslibet manu candela- lam uiridem, flammam cyaneam sub- obscuram euomenter.

Alias illi à Michaële proponebatur,

si modò fidem adhiberet, effecturum

se, ut quantacunq; uellet lenitate pro-  
curreret. Confessit Petrus, modò ser-  
uarentut promissa, pecunia q; donare-  
tur: alioqui se fraudem uerterat. Pe-  
cuniam se curaturum abundè, pollici-  
tur Michaël: qui exutum Petrum nu-  
dum linimento inungit, quod secum  
ferebat, unde hic se mox in lupum ue-  
rè mutatum autumabat, & quatuor  
suos pedes lupinos ac pilos intuitus  
exhorruit: sed tam celestiter, quām uē-  
ti fatus prouolat, se concurresse ase-  
ruit: nec id fieri potuisse, nisi uehementis  
ipsum magistri opera, qui continuè in  
eiusmodi excursionum uolatu aderat:  
quamuis eum nō prius uideret, quām  
humanae restitutus formæ. Michaël  
itidem inunctus, unā tam pernici fere-  
batur cursu, quām optaret, celeritate  
etiam uisum preuerterens. Vbi eam fuis-  
sent passi metamorphosin horam unā  
aut alteram, rursum à Michaële illiti,  
opinione citius in pristinam redire  
figuram. Vnguentum utriq; donaba-  
tur à magistris, Guillemin scilicet Mi-  
chaëlis magistro, & Moyset Petri.

12 Vbi de sua lassitudine post eiusmo-  
di cursum, ut se difficeretur quandoq;  
erigeret, apud magistrum quereretur  
Petrus: nihil id esse, respondit ille, &  
mox curatum iri.

Contigit quoq; Petrum ex Michaë-  
lis institutione inungi, & conuersum  
in lupum, sex uel septem annorū pue-  
rum masculum dentibus comprehen-  
sum occidere: quē tamē ob clamorem  
& eiulatū relinquare coactus, ad suas  
uestes cōfugit, ubi se herbis ex Michae-  
lis doctrina fricans, in humanam re-  
uertebatur faciem. Simile quiddā Mi-  
chaëlem cum ipso alias tentasse fate-  
batur, & quodam die in luporum ima-  
gine enecasse feminam pīla colligen-  
tem: superuenisse autē dominum de  
Chusnee, cui etiam nocere uolentes,  
aliquoties insultabant frustra.

Confessus item est uterq; se in ea 7  
lycanthropia trucidasse puellam cir-  
citer annos quatuor natam, eamq; to-  
tam deuorasse, excepto brachio: ac Mi-  
chaëlis palato placuisse carnem, licet  
parum comedisset: non tamen ad Pe-  
tri identidem uoratis stomachum ita  
fecisse. Quandam item puellam se in-  
gulasse, eiusdemque exuxisse sanguini-  
nem, & collum uorasse, falsi sunt: simi-  
liter tertiam perdidisse, eiusq; orisiciū  
uentriculi comedisse ob famelicas Pe-  
tri fauces. Alias etiā se ait in horto pu-  
ellam interemisse oīto uel nouem an-  
norum, cui dentibus collum infrege-  
rat Petrus, quod rogatae ibi elemosy-  
næ repulsam aliquando fuisset passus:  
& hoc perpetrato facinore, euestigid  
eleemosynam in Dei honorem ibi- 8  
dem orasse. Hic insuper confessus est,  
se capram iugulasse prope agrum ma- 9  
gistri Petri Bongre: eam scilicet mo-  
rdisse, & guttū secuisse cultro.

Michaël in lupum transfigurabatur 10  
uestitus, Petrus uero exutus: qui etiā  
se ignorare quod pili deuenirent, quan- 13  
do deuineret esse lupus, retulit.

Lupas etiam se iniisse, & cum tanta 11  
uoluptate quasi cū uxoribus cōgredie-  
scent, confessioni addidere.

Aliquādo transmutationis tempus 6  
designatum, opinione & uoto bre-  
uius erat.

Confessioni tandem subiunxit, 14  
puluerem quoq; coloris uelut cinerei  
ibi traditum fuisse, quo confricatum  
brachium sinistrum, & manus, quod e-  
cunq; animal contingent, interiret.

Hos autem interrogatos, diuersè in 15  
eodem facto, & controversè nonnun-  
quam respondisse, operæ precium est  
meminisse.

#### CONFESSIO SIGILLATIM EX- plicata, & confitata, Cap. XIIII.

Iam conuellendæ huius confessio-  
nis usqueadè hastenus celebrata;

periculum pro uitium nostrarum imbecillitate facere aggrediamur.

In hoc rei cardo uertitur, num tota illa cōfessio sit uera. Spero autem me, suffragante ope diuina, ostensurū manifestē, eam in p̄cipuis capitib⁹ ueritati claræ aduersari: & proinde non modis erroneam, sed & falsam prorsus existere, imaginesq; retum per insomia tantūm cognitarum, uel p̄fugiosē oculis obiectarum, pro ipsis rebus proponi: sic ei nullum deberi locum in concilio sano, sed exhibilari potius oportere, ut ueterosi uel cataleptici fabulam, liberè fatebor.

Primum de facta mutua manu stipulationis uanitatem, nihil dicam: nec anxiè contendam de promissa toties pecunia, & nūquam soluta: ut nec de custodiendi illæsē pecoris arte ex pacto non tradita: cum tamē fedus fuerit initum illis legibus, ut pecuniam subministraret, & armenti à bestijs defendendi artem doceret dæmon. Illā ut non habet nisi imaginariam, sic nec hanec tradere ita potuit aut uoluit, quū lupo rum simulachris, quæ p̄ suo arbitratu offundere quiuit, Petrum solū modis territum circumuenire, & in officio contñere, sagacius conatur: à quibus tamen, licet rebus nihil, euānidis, nec ullam relinquentibus noxam, ille dæmonij studio & industria pecudes seruatas esse consideret.

Quanquam etiam de fidei abnegatione & födere fulneo, in tertio <sup>Cap. 3.</sup> Opus libro, ubi sagarū histoniam describo, copiosius differuerim: id tamen adhuc leuiter hoc loco asperge-  
re placuit, föderis compedes tam omni-  
nino fuisse inualidos & exigui momenti, ut quam Petrus à sua pascendi pecoris functione desisteret, contra-  
dumq; dæmoniacum negligeret, octo aut nouem continuis ferè annis in ue-  
teri religione p̄ie uixerit, unde citius

delusi phantasticq; hominis stultam fuisse persuasionem dixerim. Dum enim pastorem ageret, & in campis solitudinibusq; seorsim uersaretur, ubi diabolo promptior erat p̄stigij il ludendi occasio, ciuismodi exercebatu idolis, non adeò renunciationis ratione, quā solitudinis. Proinde & luporum species quandoque euocabat dæmon, quæ nihil damni faciebant, quod nec poterant, ut nudæ rerum formæ: uel si neros demus extitisse lupos, illos ed & egisse & abegisse satanam credibile est, fabula in eum finem ab eo instituta, ut deliris suis inductionibus sibi Petrum arctius deuincret. quod postea cū hic non amplius ea frequentaret loca, reliquo pastoris munere, non ita potuit commode.

<sup>Iob. Finet. II  
bro 2. Mirat.</sup> Sic anno quadragesimo secundo su  
pra millefim quingentesimū, appa  
ruit Constantinopoli luporum inges  
turba, in colis usqueadē infesta no  
xiaq; ut iniuiti domos egredierentur.  
Turca itaq; prius muros ciuitatis pre  
sidio munitis, postridie cum magno  
comitatu equestri pedestriisque urbem  
circuivit, tandemq; lupos circiter cen  
tum quinquaginta ad muri eius angu  
lum offendit: qui incunctanter impe  
tit, per murum euestigio simul tran  
silire uidebantur, nec ullus postea in  
urbe aut uicinia apparuit.

Chorearum item & cādelarum lu  
dicras effigies à dæmonie fabricatas  
fuisse, & solum sicut oculis apparuisse,  
uel in somno tantūm fuisse cognitas,  
ex Augustino, Decretis, atq; ipsis ra  
tionum fontibus, Libro tertio, & alibi  
satis superq; demonstrauit: ubi quoq;  
uniuersam illam ἀναπονίας fabula,  
mera extitisse somnia ostenditur.

Cæterū admirari satis nequeo, ul  
lum mortalium saltem leuiter mentis  
sensu tinctum inueniri, qui eō demen  
tie sit dilapsus, ut kominem ad Dei i  
magi-

<sup>Lib. 3. cap. 9.  
10. lib. 4. cap. 9.  
22. 23.</sup>

Florent.

*Gens. i.  
1. Thess. 5.  
1. Cor. 3. 6.  
Eclatant. lib.  
Acta 12. Inst.  
dis. & de op-  
ficio Dei nel  
formatione  
hominis cap.  
2.8.*

*Seneca ad  
Lucilium e.  
pist. 77.  
Cic. de Leg.  
Or. i. offic.  
Ariost. 1.  
Metaphys.  
& lib. 2. Phy  
sica.*

*Psal. 8.  
Chrysost. san  
per Matthei.*

maginem & similitudinem creatum, conformatumq; ex corpore, anima & spiritu, Dei & Spiritus sancti templū, rationis hospitium, cupidum scientiarum organum, sublimem, erectum, & ad celi quasi cognitionis domiciliijq; pristini conspectum, excitatum, imō *μηγόνοσσον*, cui Deus omnia subiecit, oves, bous, campi pecora, uolucres celi, & pisces maris, eaq; propter solum hominem condidit: hunc inquam, in lupum, bestiam irrationalib; pestilentissimum animalium gurgitem uoraginemq;, siue in ullam aliam creaturam, rei ullius potentia uel uirtute manifesta, occulta aut specifica, uerè transmutari credat. Ordinis enim diuini prouidentia non admittit, oclamat Sacrae literæ, contradicunt decreta, ipsa rerum natura atq; ratio minimè patiuntur. Si itaq; obtinero, illam metamorphosin non reuera fuisse factam, quod etiam nemo mentis sanæ inficiari poterit, & propterea imaginariam esse confessionem, atq; hanc in parte falsam: quam fidem quæso merebuntur reliqua, quæ confessi sunt, flagitia & homicidia? quæ in ea transformatione & larva lupina solū fuisse designata, nec aliter eo modo fieri posuisse, iam in confessum uenit. At mera profectio sunt deliria, & plusquā nugæ, immo insania. Dolorum sanè, prudentium uirorum oculos hastenus tam déla caligine fuisse obductos, ut sibi uel fidei momentum in his ludibrijs extorqueri permiserint. Sed ea fuit superioris potissimum seculi labes & cæcitas, quo pro libidine cum hominibus crassi nimis, ridicule & nocetissimè collusit ueterator ille. Vtinā animo cuiuslibet hoc obstricti fascino, etiamnum ex immēsa Dei misericordia insonet dulcissima illa vox Ephphata, ut quemadmodum ea ex Christi ore potenter prolatæ, surdo au-

res aperiebat, ueritati inde cōuertendas: & linguae vinculum soluebatur, qua porrè ueritatem prædicaret: ita & ex hac gratia luminis diuini radius effulgeat, quo ossulis tam impotenter à diabolo tenebris, semel tandem cœlesti luce discussis, profligatisque, in clarissimæ ueritatis cōspectum & cognitionem citra præstigiarium impedimentum restà perueniri possit. Ne uero quis à me eludi obiectiones criminetur, paucis reliquū huius fabulæ commentum excutiā.

Linimentum quo ungebantur lumen in daturi, haud dubiè somniferū erat: quale etiam Libro tertio, capite decimo septimo descripsi: quod suam sortiebatur uim, quum nudis partibus corporis illinitret, illicereturq; à nativo calore in actum: inde somno oppressis alto, simulachra conuersio eorum in lupos uagabundos, alijs insilientes, puellas iugulantes uorantesque, cum lupis item coeuentes, & quecumque id genus alia idola ingerebat millet artifex: hinc & pernix ea subsequebatur uelocitas, qualis imaginatione, cogitatu uel somno haud difficeretur perficitur. Vbi deinde post horam, uel longius, unguenti soporiferi uitris clangueret, periretque, tunc uelut ex graui ueterno expurgefacti, se homines esse uidebant, qui antea fuerant. Simile quid leges apud Augustinum de Præstantijs patre, libro huīus Operis quarto, capite uicesimo secundo & uicesimo tertio: ubi ex professo argumentum id fuisus agitatur, explicaturque, *λυναυθρωπια* etiam moribus describitur.

Aliud autem linimentum, quo in hominem reddituri se inun gebant, uel phantasticum fuit, & in somno usurpari usum, uel contra unguenti somniferi monumenta facere potuit, uel etiam nihil efficere, ut eo tantum suos

clientes illuserit dæmon, quasi id peculiare quipiam in ea metamorphosi ualeret.

Quod etiam citius quandoq; in hominum formam redirent, quam tempus erat constitutum, id euenit, quod minus linimenti soporiferi illitum fuisset, uel id ipsum nō satis penetrasset; ac propterea celerius uis fatisceret, somnium q; redderetur breuius.

Quomodo insuper hæc cohærent, quod se horam unam aut alteram, uel eo amplius in lupos conuersos, in fine puellam cum olsibus deuorasse fassi sunt, & mox hominum conditioni restitutos fuisse? in quo sinu amabo, aut uentre, ipsis tam subito in homines reuersis delituere illa puellæ caro & ossa? Adhæc, si integrum puellæ dempto brachio deglutiuerint, quomodo 20 se parum comedisse, eidem confessio- nis articulo adiungunt? Superuixisse præterea eas adhuc, quas à se iugulatas facebantur, compertum forsan fuisset, si uigilanter fuisset inquisitum: uel si quæ mortem opperijssent, eam circa controuersiam quacunque alia occasione naturali accidisse, fuisset de- 30 prehendimus. Deinde quomodo in Dei honorem eleemosynam orare potuit diaboli mancipium, suo hero, Dei iuratissimo hosti ex fædere obligatum? Si item uere in lupum conueritus erat Petrus, quarum rogo manuum ope in teſecanda capre gula ulus fuit?

Licet quoq; Michaël uestitus locaueneno somnifero in actiones perducendo commoda, ut temporis & manuum arterias, illinire valuerit, non minus quam Petrus nudus: quomodo in suis uestibus oberrare, homines mordicūs apprehendere, morsuq; trucidare potuit ut uerus lupus?

Però de uenereli congressus cū lupa uoluptate, hoc tantum subijciam, nam imagines somnorinas in illa som-

ni profundioris ex linimento somni- fico, illusione, admodum temerè ciere: quemadmodum etiam quotidie uolu- uire in sanis obseruamus, quibus ex eiusmodi idolis uoluptas tāta pro ob- iecta in somno specie delectabili gi- gnitur, ut cum multa tiuillatione semi- nis subsequatur quandoq; effusio. In- finitis partibus citius faciliusq; in his hominibus id euenire potest, quorum phantasiam procluem seruilemque, quibuscumque uult imaginibus, im- buit soporis spiritus.

Ad fatigationem à metamorphosi reliquam, qua memoria propemodū exciderat, respondeo, ab eo facile in- telligi, quā latitudinem pariat gratis & inquietus somnus, maximè phar- maco uiolēter cum tētēris insom- nijs impressus, qui incubum in solo inuadente somno nouit. Eo detentes difficultis comitatur motus, torpidus in somno sensus, suffocationis imagi- natio, & uelut ingruentis alicuius de- tentio: uox etiam supprimitur, aut incerta indiscretaque editur: plerique tam inanibus afficiuntur imaginibus, ut se opprimentes audire credat. Laſ- sos certè reddit tāta facultatis anima- lis exagitario.

Laruarum rursus somnorinarū uenitatem amplius ostendit, quod ubi pi- li post humanæ formæ restitutionem manserint, se dixerit ignorare Petrus.

Num quoque puluerem illum de- mon uere exhibuerit, uel acceptus ille tantæ etiam fuerit uirtutis, dubium est: quum illos eo fuisset usos, nō posset conuinci. In ea etenim lyanthro- pia nullum animal præter capram se morsu & cultro iugulasse cōfessus fuit Petrus, nec alijs interempti meminit. Deinde si tantæ etiam ueneno istatis pul- uis, ut si uel manus eo conficta, quan- docunque animal etiam pelle crassa- densaque, & pilis longis compactisq;

communitū solo tactu enecaret, quomodo à tam effera pharmaci præsentissimi malicia tuti esse potuerunt hiderentati viri, afflictionem pulueris in brachio sinistro, arteria & manu, unde ad cor proximè celerrimeque penetrare ualuit, tam innoxie tolerantes?

15 His ad extreum adde, auditam in confessione Gallica fuisse inconstantiam controuersiamque, ut quod aliquando hic affirmabat, negaret alter.

Si eiusmodi æquilibrio expendentur singulæ cōfessiones, tormentis crudelissimis frequenter extortæ, uel etiam, si uoles, sponte à captiuis editæ, grauiorem profectò indies tyrannidis suæ iacturam sentiret funetissimus ille homicida: Christi autem, qui ueritas & uita est, gloria plurimū accresceret: suam item functionem ex Dei uolūtate prouidentius obiret magistratus: in meliore quoque usum conuerterentur ligneorū fasciū acerui, quibus infantes crebri exturnuntur, & parceretur sumptibus in carnificum mercede soluenda iniquè faciendis.

**EXEMPLA MULIERCVLARVM** 30  
innocenter ob maleficij opinionem puni-  
tarum. Caput XV.

**A**d his, celebre apud nostrates existere, prætorem quēdam ex arioli indicio, delusa id genus mulierculas cōprehendisse quam plurimas, easq; incendio puniuisse: tandem ariolum uel Pythium huncuate, cui haec tenus ille fidè apposuerat, prætori seorsum pollicitum, adhuc unam maleficij ream se indicaturum, nisi inique ferret. Prætore haud difficulter annuente, eius uxorem quoq; insimulat index: ac ne quid hac in re hæsaret, palam se id demonstratum ad-  
dicit: horamq; præfigit, qua eam reli-

Prætoris n-  
maleficij accu-  
tae

710  
quarum sagarum cōuentu & choreis interesse, suis ipse maritus testaretur oculis. Consentit prætor: qui statuta hora quosdam amicos & consanguineos in eadem mensa secum & cum coniuge cēnare uoluit, suppressa interim cōuocatæ societatis causa. Hinc designata ab ariolo hora, è mensa surgit, iubetque omnes simul cum uxore permanere: nec prius loco dimoueri, quām ipse rediret. Deductus porro ab ariolo quòd is uoluit, lamiarum cētum, chores, & nescio quas alias uoluptatum illecebras, quibus ipsius intererat coniunct, reliquarū delicias seata, non obscurè uidebatur spectare. Mox domum reuersus, amicos uocatos eo quo reliquerat ordine, unā cū sua uxore, letos mensæ assidere comperit. Et cū studiōse, num stationē deferisset coniūx, percūstaretur: eā eidem affixā suislo loco in ipsis absenti, uno ab omnibus affirmabatur ore. Itaq; rem omnem aperuit prætor, ob inflictā innocentib. poenam serd pœnitudine duxus: & si recte memini, Pythium accusatorem morte multabat.

Sic in arce Mindenfis ditionis Raed nūcupata, de quibusdam fœminis ob maleficij, paucis abhinc annis extreum fuit sumptum supplicium, ex accusatione mulieris Margarita Mindensis nomine, quæ alijs in carcera fuerat in castro Huisberch, circa Visurgim sito. Eadem postea in oram & ciuitatem Verdensem uocata, quādam denud accusauit ea lege, ut nisi illa uinculis tradita maleficium confiteretur, se ream fore uoyerit: nec certe felix defuit successus. Nam altera constanter in carcere flagitium negante, & ex grauiissimis tortis tormentis eodem in loco expirante, attrahi in uincula iubetur accusatrix, quæ furibunda tanquam uenenum & ignem euomens, tortorem & quoscunque alios exter-

*Maleficia ac-  
cusa tristis ful-  
fapania.*

ruit, abegitque: donec quidam ratio-  
num præfectus, cui penitus innotu-  
erant eius technæ, manus inijceret, a-  
liosque ad eam apprehendendam ex-  
citaret. Sic illa tandem quæstionibus  
subiecta, crimen quo d' alteri confiden-  
ter inficiati impegerat, ipsa luit. Hanc  
etenim falsa criminatione detulisse al-  
teram in carcere defunctam, atque a-  
lias antea flammis absumptas, consta-  
ti spargebatur rumore.

Nostra memoria Marcoduri, ubi hor-  
torum olera ex grandine dissipata fo-  
rent, illæsis proximi horti cuiusdam  
uetulæ plantis, qui sæpius esse solet  
tempestatum tractus, uetula maleficij  
accusata in carcerem pertrahitur: de-  
inde maxima tyranide dirissimis sub-  
iecta torturis, ad nullius criminis con-  
fessionem impelli potuit sed penes se  
non esse, tempestatem cire uel aërem  
conturbare, Deiq; solius id opus esse,  
ualde dixit prudenter. Quapropter per  
trabem suspensam, & onerosis ponde-  
ribus utrinque pensilibus distractam,  
iamq; animam agentem, reliturus in  
illis cruciamentis præses, carnificem  
ut secum simul abiaret potatum horta-  
tur: uetulam, ubi redirent, alia fassurā  
inquiens. Tum illa miserabiliter ex-  
carnificata, ut prius accerteretur con-  
fessionarius, quām ille pocula seque-  
retur, præsidem suppliciter orat: qui  
irridens discessit. Postea autem reuer-  
sus, eam ita adhuc suspensam offendit  
mortuam, mentitus eam sibi manus  
interea dum abesse intulisse. Nec mul-  
to post tempore tyrannus hic in eius-  
modi incidentiam, ut ipse laceran-  
dis uestibus, & excrementis faciei suæ  
illuminendis, uim sibi faceret.

*Iniqui iudei.  
cu' panis.*

Necita procul hinc in alio oppidu-  
lo, ubi illa carnificina ad sceleris ali-  
cuius confessionem adigi nequiret ca-  
pta ob maleficij opinionem muliercu-  
la, hanc blandis adoritur uerbis sacri-

712

ficulus, ut se non amplius torturis ita  
distrahi sineret hortatus: at leuiter so-  
lummodo confiteretur delictum, in-  
de se eam aqua lustrali à maleficis ex-  
piatam, & uelut sartam testam Deo re-  
stituere uelle promittebat. Hæc ita à  
sacerdote inducta, circumuentaque  
blanditijs, se fortè quædam huiusmo-  
di mala designasse fassa est, ea ratione  
10 quemadmodum persuaserat sacrifici-  
cus, se sperans euasuram. Ob eiusmo-  
di confessionem fallaciter & dolose  
ebladitam, ut Vulcano ea litaretur, la-  
ta fuit sententia. Qua præter expecta-  
tionem auditia, Videte quomodo me  
interficiatis, præmonuit furdos mi-  
ra fœmina.

Prope Elten pagum, miliare mediū  
ab Embrica, in ducatu Clivensi dissi-  
tum, circa viam regiam loco ericeo an  
te annos circiter quadraginta duos, dæmonium uiatores miris uarijs que  
exercebat modis, cedens, ab equis de-  
iciens, uehicle subuertens: nec aliud  
unquam videbatur, quām manus effi-  
gies. Eckerken huic nomē indebatur. *Eckerken*  
Vicini increduli, nec satis hoc dæmo-  
nij ludibriū exercitium q; dignoscen-  
tes, ad Lamia maleficū referunt id fa-  
30 cinus: quare manus mulieri Sibyllæ *Sibylla Dñi*  
Duiscops nomine, seruitutis iure Co-  
miti Montensi mācipatae inijicitur: eā-  
que tandē exusta, dehj; texatio. Non  
aut id euenit ea causa, quod illa preſti-  
gioſi a ctus fuerit rea: licet quoque ob  
crudelem carnificinam, uel etiam in-  
credulitatem à dæmonio illusione in-  
facti cōfessionem induci potuerit: ue-  
rum ab eiusmodi diuexatione à dia-  
bolo solūm inuesta, hic destitit ultrō,  
& quidem libenter, ut homines al-  
tius incredulitatis barathro immerge-  
ret, & reos sanguinaria sententia red-  
deret, quam cumprimis in insontibus  
auidè appetit, ut ab initio homicida.  
Si etenim industrie obseruatum, in-  
qui-

quisitumque solerter fuisset eiusdem horis, quibus manus imagine hoc cerneretur ludibriū, Sibylla domi dormiens ut plurimū, uel aliud agens fuisset proculdubio deprehēta. Si confessionem urgeas: eam fuisse à lictorē extortam, uel à uitiate phantasmā muliercula editam, respondeo. Quo autem modo illa à diabolo corrumpatur, toties dictum est, ut crebrā repetitionis tēdeat.

Septemuiri iudices cuiusdam ciuitatis ad Mosellam eodem tempore, quo mulierem glutinosi dūstilisque lactis nomine captam, à me examinatā insontemq; pronunciata, & postea à Reuerendissimo dimissam, subiçere exanimi uellent, cōmuni decreto aliam iubent etiam adduci ciuem maleficij suspectam à multis annis, nulla habita ratione hydropis, qua tantum non agonizaret tantopere, ut paucos antedies animam, quam Deo reddere cūpiebat, confuetis in Ecclesia Romana sacris & ceremonijs expiarat. Quid sit? Asportatur in sedili, & ad aream arcis, en magnitudine morbi uestigio oppressa, expirat. Nihilominus perleuerat plebeiōrum iudicium tyrannis: denegatur sepultura in communī cōmītē, quæ tandem adhuc ex gratia conceditur. Hinc fit, ut iustus Deus etiam quandoque magistratus finistras sententias & inanem plebeiōrum credulitatem, plerunq; & tyrannidem ulcisci uelit: quemadmodum circiter idem tempus, nimirum 9. Septemb. anni millesimi quingentesimi septuagesimi quarti, non lōgē ab hoc oppido prope Linsam accidit, ubi ex 40 ijs qui holocausti Lamiarum inspectione afficiebantur, mox circiter quadraginta nauigio in Rheino submersi sunt in reditu.

Plebeiōrum  
iudicium fini-  
stra decreta.

**P**orrō ut eiusmodi Syrtes & perpetua animarum naufragia prouidentius declinetur, memoria & imitatione dignissimā sententiam, quam haud ita pridem circa quadragesimam anni sexagesimierti supra lesquimilesimum, pronuncianit illustrissimus Princeps noster D. Guilielmus dux Cliviae, Iuliæ, &c. cū cōtōrum oculis uelut speculum proponere uolu. Agricola quidam ex Marchiæ comitatu, armento numeroso locuples, cuius uaccæ solito minus lactis aliquantis per redditissent, ad ariolum confugit, capturus cōsiliū: qui protinus le Lamiam eius iacturæ genitricem ostensurum pollicetur. Hinc ad uillici huius èdēs comitatus, filiam ex priori eius coniuge adhuc uirginem apprehendit, huic lactis maleficio imminuti crimen impingens. Hæc mox à dæmonē illusa, malè persuasa & inducta, verum esse fatetur: sed se non satis esse maleficij peritam subiungit, simul fœminas sedecim accusans, quas ea in arte absolutè doctas esse affirmavit. Illustrissimo principi hæc illico significantur à satrapa, qui eas omnes carceribus incunctanter mancipari oportere consuluit. Ne tamen alicui hic manus iniiceret, grauiter inhibuit Princeps: stricte etiam mandans, ut quocunq; modo aut infidijs in uincula petraheretur ariolus ille. Puellam uero ab ecclesijs ministro ac cōfessore eius Cels. & in p̄cipuis fideli Christianæ articulis examinari, deinde ab hac dæmonis illusione doctrina saniori ad mentē reduci: eamq; cautiorem ea ratione à satanæ strophis redditam, fideiussoribus constitutis, si modò eos consequi posset (ut in Imperial. cōfess. de action. criminal. artic. II.)

magis in officio contineretur) fin minus, tum propria fide interposita, cum bona gratia dimitti. Alias autem matronas, hoc falsae criminationis cautatio à corrupta mentis uirgine inustas, ulla omnino re grauari minimè permisum est. Ac prudētissimo hoc consilio desijt hic fabulæ astus, & lacuacarum qua solet copia fluxit. Utinam hoc salubri exemplo moniti alij, principijs harum tragediarum quibuscunque legitimis pīsq; rationibus irent obuiam deliberatores: non profectò in re, ubi parum certi posset statui, ue-  
lunt inextricabili labyrinto implicati, ex simplici errore in mille ita pro-laberentur cauti minus, unde tandem nullus uidetur euadendi aut finiendi modus. Eiusmodi telæ genus solerter contexere nouit, consuevitq; ue-  
terarius ille textor.

Sed maximoperè dolendum est, in ijs qui principibus sunt à consilijs, uel magistratum gerunt, aut tempubli-  
cam gubernant, desiderari quandoque maturam deliberationem, discre-  
tionem, & absolutam rerum intelli-  
gentiam: unde fit, ut præcipites nimis plerunque ferantur ad sanguinis effu-  
sionem tum in hoc negocio dæmo-  
niaco, tum in causis quibusdam alijs non ita diffinitis. Quanta autem consiliiorū maturitate ac prouidentia con-  
tra has dæmoniorum artes, sine innocentium carnificina, cuncta admini-  
strerunt in amplissimo regno electoris Palatini D. Friderici, principis (quod citra palpum dictum uolo) sapientiae insignis, memoradæ pietatis, & mode-  
stiae incoparabilis, præterquam quod res ipsa non obscurè docet, & testan-  
tur insignia edita iam promulgata: accedit id quoq; in primis, quod D. Christophorus Probus, Ll. doctor con-  
sultissimus, & cancellarius uigilantis-  
simus, nuper in proximo Bingæ desi-

*Palatini ele-  
ctora Frideri-  
ci prudentia.*

*Christopho-  
rus Probus  
cancellarius  
Palatini.*

gnato cōuentu principum electorum Rheni, ubi huius mei operis fortè in-  
cideret mentio, palam disertè ac pru-  
denter suam de harum officiarum &  
dæmoniacæ tragœdię cōtrouersia sen-  
tentiam explicuerit.

Optimo iure in hunc referendus erit catalogum generosus & illustris Co-  
mes à Nieuwenar D. Hermannus, vir  
profectò linguarum peritisimus, do-  
ctrinæ multijugæ, memoriae fidelissi-  
mæ, & ingenij rati: qui haud ita pridē  
industriè admodum Lamiam, quæ-  
cunque flagitia fatuo huic hominum  
generi assueta, sed imaginariè solùm  
nota confessam, exilio puniit, quod  
huius mulierculæ uicinos hoc incre-  
dulitatis fascino adhuc detentos, eam  
minimè toleraturos uideret. Confes-  
sionem mihi ab eius clementia com-  
municatam ipse legi.

Suam quoq; hic laudem meretur  
generosus comes Montensis Guiliel-  
mus, qui quum haud ita pridē in uinculis  
detineret uetulam octogenariā ob  
incantatorum suspicionem, ad illā ingressus, studiosè singula per-  
quirro, licet mendacijs eam onerari,  
narib. minimè obstrutis odorarem.

Quum uero obiectum esset, filium ma-  
tri captæ, curruiq; ut aueheretur, infi-  
denti globum terreum, cuius poten-  
tia se à uinculis liberaret, porrexisse:  
eundem quoq; matrem promisi ad-  
monuisse: quod sinistre etiam torque-  
bant accusatores, quasi effecturam se,  
ne ea ratione finem uitæ faceret, pol-  
licita fuisset mater. Hos articulos tam  
acriter apud Comitem urgebant alij,  
ut nisi ualidiore rationis neruo, atque  
adeò ipsa rei ueritate seriò restitism, eam  
flammae post dies non multos  
deuorassent. Inter colloquendum in  
animi deliquium quandoque incide-  
re uidebatur: quare à me eius os ape-  
riebatur, contrebabant & manus,

& arteriæ motus peniculabatur: inspiciebam item linguam: donabam postrem pecuniolam, quod vulgo feratur, Lamias virus suum ciaculari posse in eum, à quo beneficium fuit consequitæ.

Cæterum huiusmodi responso obiectiōnē priorē sc̄ritissimē diluit, à filio scilicet non globum terreum, sed in eam formam inuoluta linteā matri 10 fuisse suppeditata, quibus exulceratas grauitate tibias curaret, easq; mihi ostendit tantopere descedatas crudelitate tormentorum aliás ob eandem suspicionem in carnificina toleratorum, quum oleum quippe feruidum in tibias, ut extorqueretur falsa confessio, infunderetur. En accusatiōnis impudentiam, qua calamitatis huius extremae facies deformatur. Huius c̄tiā mater ea ratione inter tortoris manus anteā interijs perhibebatur.

Alteram partem, quod nimur pollicitationis recordaretur mater, ita explicuit, quod filiis suis in assidua illa uulgi fugillatione ob maleficij famam, addixisset, si forte ad supplicium eapropter abriperetur, se mortis suæ authorem ad aequissimum Christi iudicis iusti tribunal prouocaturam, ut tricesimo die à suo interitu se ibidem fisteret, sententiæ latræ rationem redditurus. Si itaq; effectus consequeretur, argumentum fore non obscurum innocentia, filiosq; matrem extra culam esse intellecturos, quū infontū preces exaudiat Deus iusticiæ nindex unicus, qui ad fieras alioqui orationes obsurdebat. Proinde Comes à me admonitus, & rectius in eo delusionem 40 diaboliarum genere institutus, paupercula causa prius uigilanter discussa dimisit. Nec prætermittendus hic eius leuit insignis, Dominus Adolphus, comes à Nassau, qui studijs multū impedit apud Danos in bello con-

tra Suecum Anno 1564, ut ab his præstigijs heroum oculos vindicaret.

Pia & laudabilis omnibus seculis *Sententia* sententia, suum apud hos principes & *pia.* amplissimos uiros pondus & locum habet. Cōsultius nimurum esse decem nocentes dimittere, quām infontem unum punire.

DE SEDVCTIS ERRORE, ET  
hæreticis non interficiendis *Sententia*

Patrum. Cap. XVII.

**Q**uem uero horū plurimos mentes corruptos esse, erroreq; à satana seductos, iam sauis demōstratum sit, citius hæreticorū penam, quām uoraces merētur flamas: qui rectius instituti, si conuertantur, corporali punitione minimè afficiendi sunt: quod summorum patrum sententijs probare conabor.

Augustinus ad Donatum proconsul Epist. 117. lem Aphrica: Ex occasione, inquit, ter De seduclis ribilium iudicatum ac legum, ne æterni errore, & hæretici penas incident, corrigi inimicos cupimus, non necari: nec disciplina Patrum, nam circa eos negligi uolumus, nec supplicijs quibus digni sunt exerceri. Sic ergo eorum peccata compesce, ut sint quos peniteat peccauisse. Quæsumus 30 igitur, ut cum Ecclesiæ causas audis, quamlibet nefarijs iniurijs appetitam uel afflictā esse cognoveris, potestatem occidendi te habere obliuiscaris, & petitionem nostram non obliuiscaris. Non tibi uile sit, neq; contemptile, fili honorabiliter dilectissime, quod uos rogamus, ne occidatur, pro quibus Dominū rogamus, ut corriganter. Idem ad Marcellinum: Pœna illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te, ut præter supplicium mortis sit, & propter cōscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commendādam. Ad eundem Epist. 159. Imple iudex Christiane, pīj patris officium: sic successore

Adolphus,  
comes à  
Nassau,

iniquitatibus, ut cōsulere humanitati memineris. Nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum uulneribus curandi adhibeas uoluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione seruasti: quando tantorum scelerum confessionē non extenderente ecclœo, non fulcātibus ungulis, non urentibus flammis, sed uirgarum uerberibus eruisti. Et contra epistolā Fundamenti capite 1. Dominus per seruos suos regna subuertit erroris ipsos uerò homines, in quantū homines sunt, emēdandos esse potius quām perden dos iubet. Nec est quōd de conuersione fratris in hérēsim prolapsi despemus. Nisi enim qui eiusmodi est, per gratiam Domini posset conuerti, prorsus inanis esset Iacobi admonitio. Sciebat hoc Augustinus, ideoq; se totum conuertendis hæreticis mancipabat, atq; id iuxta Apostoli monita cū magna lenitate ac māsuetudine spiritus, nec absq; pīj laboris fructu. Sic enim in Epist. 48. ad Vincentium scribit: De multorū iam corrēctione gaudemus, qui tam ueraciter unitatē catholicam tenent atque defendunt, & à pristino errore se liberatos esse lætatur, ut eos 30 cum magna gratulatione miremur. Cum primis autem Christianum magistratum hæc decet moderatio, ut à fœuitia & crudelitate abstineat. Omnino citra dissimulationem me inter eos esse fateor, quibus admodum displiceret, quōd ubi interficiendi sunt eriores, interficiuntur homines. Nullis bonis, inquit idem noster Augustinus, in catholica Ecclesia hoc placet, si usq; 40 ad mortem in quenquam, licet hæreticum, fœuiatur. Et libro primo cōtra literas Petilianī, capite uigesim ono: Diligite homines, interficie errores, sine fœuitia pro ueritate certate. Iterum contra epistolam Fundamen-

ti: Illi in uos fœuiant, qui nesciūt cum quo labore uerū inueniatur, & quām difficile caueantur errores. Illi in uos fœuiant, qui nesciunt quām rarū & arduū sit carnalia phantasmatā pię mentis serenitatem superare. Illi in uos fœuiant, qui nesciunt cum quanta difficultate sanetur oculus interioris hominis, ut possit intueri solē suum: non istum quē colitis cœlesti corpore oculis carnis & hominum & pecorū fulgentem atq; radiantem: sed illum de quo scriptum est per prophetā, Ortu est mihi iusticia sol: & de quo dictum est in Euangelio, Erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundum. Illi in uos fœuiant, qui nesciunt quibus suspirijs & gemitibus fiat, ut ex qualicunque parte possit intelligi Deus. Postrem in uos illi fœuiant, qui nullo tali errore decepti sunt, quali uos deceptos uident: & cetera. Ergo fœuire in hæreticos, etiam admodū detestabiles, quales erant Manichæi, quibus Augustinus ita scribit, nō uidetur esse piorum hominum, qui sciunt quanto cum labore uerum inueniatur, & quām errores difficulter caueantur, quibusq; suspirijs & gemitibus fiat ut ex qualicunque parte possit intelligi Deus. Ex libro Quæstionum Euangelij secundum Matth. cap. 12. Hinc est quod servi dicunt: Vis imus, & colligimus ea? Marc. 4.  
Luc. 11. Quibus Veritas ipsa respōdet: Non ita hominem constitutum esse in hac uita, ut certus esse possit, qualis quisque futurus sit postea, cuius in præsentia cernit errorem: uel etiam quid error eius cōferat ad profectum bonorum: non esse tales auferendos de hac uita, ne cum malos conatur interficere, bonus interficiat, quod fortè futuri sunt: aut bonis oblit, quibus & inuiti fortè utiles sunt: sed tunc opportunè fieri, cum iam in fine nō restat uel tempus compu-

computandæ uitæ, uel proficiendi ad ueritatem, ex occasione atq; comparatione alieni erroris. Ibidem quæst. II. Nectamen consequens, ut omnis hæreticus uel schismaticus corporaliter ab Ecclesia separetur. Multos enim tales portat Ecclesia, quia non ita defendunt falsitatem sententiae suæ, ut intentam multitudinem faciant: quod si fecerint, tunc pellantur. Idem de Vera religione, cap. 8. Vt amur igitur etiam hæreticis, non uteorum approbemus errores, sed ut catholicam disciplinam aduersus eorum insidias afferentes, uigilantes & cautores simus, etiam si eos ad salutem reuocare non possumus. Idem, & habet 24. q. 3. dixit: Dixit Apostolus, Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem devita, quia subuersus est huiusmodi, & peccat in semetipso dñatus. Sed qui sententiam suam, quamvis falsam atq; peruersam, nulla pertinaci animo sitate defendunt, præsertim quam nō audacia suæ præsumptionis pepererint, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt: querunt autem cauta sollicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenient, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

Chrysostomus homilia quadragesima seprima, in caput Matthæi 13. Vis igitur abeuntes colligimus ea: Dominus autem prohibet, ne forte simul cum zizanijs herbam etiam triticum euellat: quod dicebat, ut bella & effusionem sanguinis prohiberet. Nam si trucidantur hæretici, absq; fædere pacis atque inducijs bellum orbi inferretur. Duabus igitur rationib. prohibuit: altera, quia frumentis parum noceret: altera, quia nisi sanarentur, extrema superflicia non euaderent. Quare si puniri eos uultis, & frumentis nequaquam officere, opportunitas temporis congrua expectanda uobis est. Quid autem

est, quod eradicabitis simul cum ipsis etiama frumenta? Certè aut, quia si arma capietis, inquit, necesse est quum hæreticos trucidatis, multos sanctorum simul interimere: aut quia ab ipsis zizanijs multa commutata, in frumenti conditionem se ipsa conuerterent. Si ergo præuenientes euellatis, ea frumenta deperibunt, quæ à commutatio zizanijs prouenirent. Non prohibet autem conciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi concidere: ueram interficere & trucidare. Ex Homilia ostaua, in caput Genesios 1. Hæretici simili modo affecti sunt, sicut hi qui morbo laborat, & corporalibus oculis cæcutiunt. Illi enim ob oculorum suorum infirmitatem solis luci aduersantur, & ob aduersam corporis ualitudinem etiam optimos saluberrimosq; cibos aspernantur: ita & hi anima ægrotantes, & mentis oculis capti, ad lumen ueritatis respicere non possunt. Idcirco nostro fungentes munere, manus eis porrigitamus, magna eis mansuetudine loquamus. Nam & beatus Paulus ita nos admonuit, dicens: Ut in mansuetudine erudiatur aduersarij, si forte det eis Deus penitentiam in agnitionem ueritatis, & emergant è laqueo diaboli, capti ab ipso in illius uoluntatem. Vides quomodo uerbis declarauit, quod quasi ebrietate obruti sint? Eriturum: Capti, inquit, à diabolo, quasi laqueis irretiti sunt. Vnde & nobis genera opus est mansuetudine & longanimitate, ut possimus eos eripere & educere ex laqueis diaboli. Dicamus igitur eis: Emergit & resipiscite paulisper, aspice lumen iusticie, &c. Idem in sermone de anathemate: Dogmata impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet: hominibus autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum.

Hæreticorum  
conciliabula  
dissipare  
prouenire

2. Timoth. 2.

Athanasius ad Antiochenenses tomo 12. Omnes qui uobis cum pacifice age-re uolunt, in primis autem illos qui in ueteris ecclesiæ cōmunione fuerunt, deinde qui ab Arrianis redierunt, elici-te ad uos, eosque ut patres assumite, & ut magistri & tutores recipite, coa-piātes uos interim dilecto nostro Pau-lino, eiusq; socijs: nihilq; amplius ab illis exigatis, quām ut execrentur Ar-rianorum hæresim, confiteanturq; sanctorum patrum in Nicæa fidem.

Seuerus Sulpitius quoq; D. Marti-num noluisse hæreticos puniri, scribit in eius uita, Libro 3. his uerbis: Maximus Imperator pridie ex episcoporu-s sententia decreuerat, tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquireret, de-prehensis uitam & bona adimerent. 20 Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopulatura esset. Sed Martino illa p̄cipua erat cura, ne tribuni cum iure gladiorum ad Hispanias mitte-rentur. Pia enim erat sollicitudo ipsi, ut non solum Christianos, qui sub illa occasione erant uexandi, sed iplos etiam hæreticos liberaret.

QVOMODO CVM HAERE-TICIS AGENDUM, SENTENTIA ERASTI.

Cap. XVIII.

IN Apologia aduersus articulos aliquot per monachos quos dā in His-panijs, exhibitos, haec scribit Eras-mus ad Alfonsum Mavricum archie-piscopum Hispalensem, titulo quartto sic à monachis distinto, contra san-ctam Hæreticorum inquisitionem. In Paraphrasi Matth. 13: Serui qui uolunt ante tempus colligere zizaniam, sunt qui Pseudapostolos & hæretarchas gladijs ac mortibus existimant ē me-dio tollēdos, quum paterfamilias no-lit eos extingui, sed tolerari, si forte resipiscant, & ē zizanijs uertantur in

triticum. Quid si non resipiscant, ser-uentur suo iudici, cui poenas dabunt aliquando. Haec ille.

Ad hunc articulum abundè respon-sum arbitror in suppurationibus ad Bedæ propositionem 32. respondi & Latomo, qui nonnullis uisus est obli-quit me fuggillare, ut superuacaneum sit hic eadem reperere. Quoties me-cum reputo, quām execranda res sit hæresis & schisma, non possum dam-nare legis licet durum cauterium: rur-sus ubi considero qua mansuetudine Christus plantatit, aluerit, prouexerit, stabilieritque suam Ecclesiam multis seculis, uix reperio quomodo tuear exemplum quod hodie uidemus in nonnullis, qui opiniones scholasticas illico pertrahunt ad carceres & incen-dium: ueluti nunc exuri uidemus sa-cerdotes, qui puellam quiccum habet consuetudinem, malunt appellare uxorem, quām concubinam. Evidem talibus mederi soleo, non patrocina-ri: nec in hoc hæc mihi dicuntur, quod tales uelim esse impunitos: tantum il-lud admiror, quomodo tanta seueri-tas conueniat cum ecclesiastica man-fuetudine. Non est meum probare aut improbare principum mundanorum leges: habent suum ius, habēt sua con-silia, habent suum iudicem, cui redditi-ri sunt rationem. Mea paraphrasis Euangelicæ p̄rabolæ sensum expla-nat: qui si uerus est, si Christo dignus, si probatis orthodoxis interpretibus placuit, si multis seculis usu ecclesiæ comprobatus est, quur reprehendi-tur? aut si reprehendendus est, quur non pariter in ius uocentur & illi? Vl-que ad ætatem Augustini, hoc est plus quām quadringtonitis post Christum natum annis, nūquam legitimis ortho-doxyos implorasse Cælaris præ-diū aduersus hæreticos, quum id frequentissime factum esset ab ipsis hæreticis.

hæreticis. Nunquam tamē hoc exemplum imitari uisum est orthodoxis, donec Donatistarum & Circumcellionum huc perpelleret peruicax & insanabilis insania, nimium diu tolerata. Nam præter schisma, quo non aliud exitiabilius si processisset, agitabant, uulnerabāt, infecta in oculos calce aceto temperata exoculabat orthodoxos, alios occidentes, alios ad homicidium metu mortis adigentes. Nec mitiores erāt in scipios quām in alios, ultrō sibi uel gladio: uel si gladiorum nō esset copia, præcipito necem accerentes. Quid multis? tanta erat rabies, ut nec ab ethnici principibus tolerari debuerint: nec à Christianis, etiā nulla fuisset hæresis, aut schismatis crimen. Per hos quum nulli liceret esse quietū, nec ullus esset insaniendi modus aut finis, tandem inter episcopos agitatum de implorando Cæsaris praesidio aduersus Donatistarum intolerabilem improbitatō. Mansuetioribus, inter quos fuit D. Augustinus, non placuit imploratio prophanæ potestatis ad negocium Ecclesiasticum, existimantibus non decere episcopos alijs armis uti, quām uerbo Dei, precibus: & si malum foret insanabile, anathemate, hoc est, separatio ne à communione. Hoc erat tum extrellum ecclesiæ supplicium: & sicut apud Iureconsultos, ciuilis mors dicitur exilium: ita apud Apostolos & horum successores, pena capitis erat, ab ecclesiæ consortio submouisse. Ad hanc sententiam non solum inuitabant exempla Christi, apostolorū & martyrum: uerū etiam metus propellebat, considerantes fore periculum, ut si ageretur terroribus, pro hæreticis factos haberent Christianos, maiore Christiani gregis pernicie. Verū ubi uicisset aliorum sententia, resq; bene cessisset multis hac severitate corre-

Anathema.

ctis, qui uel iniusti manferant in ea factione, uel ambigui, uel errore modo seducti, fortiter probauit Augustinus, quod prius improbauerat. Sed tamen aduersus tam furiosos latrones ac fierios ueriss quām hæreticos, lex meo iudicio nimium mitis lata est, quae pri mū nec corpus cuiusquam attingeret, nec quenquam facultatibus excuteretur: sed tantum ecclesiarum hæreticarum facultates ad orthodoxorum ecclesias transferret: ad quas qui transire uellet, & ijs quas prius habuerat, & ijs quas inueniebat, uti frui posset, tanta mansuetudine, ut nec clericis & episcopis respicientibus suus honos adimeretur, tandem & multa cæteris indicta non admodum graui: qui quām essent pauci, nolle resipiscere. & adeò nihil tentatum est de occiden dis tam immanibus beluis, ut quum prius edictum Macedonij (ni fallor) presidis sic ambiguis uerbis esset propositum, ut hæreticis uideretur minari necem, ni resipiscerent, Augustinus illum diligenter admonuerit, ne quenquam interficeret, quū hoc ius ex constitutionibus Cæstrei haberet, laudetq; quōd editio posteriore uerborum ambiguitatem explicuisse. Idem admonet præter alias Dulcicum tribunum, ne quē capite plēctat. Ex his satis liquet, quantum illorum animus abhoruerit ab hac cōfiscationum, carcerum, suppliciorum, incēdiorum sauitia, quæ nunc quibusdā & nimium & sola placet, præsertim ex eorum numero, qui perfectionē Christianæ pietatis profitentur, quorum omne studiū esse decebat mederi potius quām interimere, & legum sinceritatē sua intercessione mitigare. Nunc etiā ultra principum editum sequitur ab istis clementiæ magistris. Cæstrei editum habet, Legitime convictis: quām hoc interdū sit legitimè, mea nihil refert:

tamen multus in cognitū non est. Nam hoc hominum genus ferè nullis legibus parer, nec ecclesiasticis nec prophanicis: sed quicquid uolunt, sanctum est. Mihi nulla placuit unquam hæresis, nec ulli unquam faui, faueo, fauturius sum hæretico, nisi spē medicandi, ne quis me suspicetur hæc mea causa dicere. Nullum abstractum ab ecclesiæ caulis adiunxi mihi: sed ipse constantissimè persistens in ecclesiæ confortio, nonnullos ad illius societatem reuocauit. Tantum loquor de quorundam sauitia, quos oportebat esse militissimos, etiā principes terrenarū gladio, si qui episcopi pro sua autoritate potestatem ad improborū terrorē exererent. Nunc contrā sit, ut illorum sauitiæ monarcharū ac præfulum: autoritas cogatur frenū imponere. Eo q; huius negotiū principatus summis ecclesiæ procerib; delegari solet; ne istis licet, quicquid liber. Quid autē quoniam seditiosis apud populum uicerationibus, sauitia que profectum sit, res ipsa loquitur. Fortassis è lōginq; regione nonnunquam scribunt principi quod uolunt: ille rescribit, Si sīchaber res, sumatur suppliciū. Hoc rescripto non liberantur, sed onerantur illorū conscientię. Præterea quum index laicus pronunciat ex illorum relatione, non ex cognitione causæ, totum iudicij pondus in ipsis recidit. Iam mihi confer episcopos ecclesiæ processos cum monachis, confer sacerdos. Donatistas cum his qui fortè dixerunt monachorum ordines non esse necessarios ecclesiæ, aut in concionib; Christi spiritū inuocari decētius, 40 quām uirinem matrem, aut se dubitare, an horum temporum confessio sit instituta ab ipso Christo, & an sacerdotium cœlibatus sit iuris diuinis: confer lenitatem Cæsareae constitutionis uix imperata à Theodosio, & confer

atrocitatem suppliciorum, quib; nunc agitur cum idiotis, etiam in qualem cunque induit; errorem, desiderabis plane in nonnullis exemplum ecclesiastica mansuetudinis. Sed postea, inquiunt, lex non sine causa lata est severior. Non damno cauterium, tantum doleo tam asperum remedium Christianorum peccata meruisse: & particidarum supplicijs indolesto, tamen hunc dolorem publicæ tranquilitatis respectu consolor. Eodem modo sum affectus erga illos, quē quoniā sanari non possunt, necessariā tolluntur, ne plures trahant in luem. Quicquid agit legum fortalē necessaria seruitas, certè sacerdotum & monachorum est studere sanandis potius, quām extinguendis. Principum constitutiones nunquā improbauit, quamquam & ipsos oportet legum rigorē ad Christianæ moderationis lenitatem, quatenus licet, deflectere.

Multum enim interesse debet inter principem ethicum & Christianum: ruris plurimum interest inter prophanicum principem & ecclesiasticum. Postrem & nonnihil interest inter præfulem: autoritate publica præditum, & monachum aut theologū, quorum est cum omni mansuetudine docere. Quale est autem, olim nullis theologiae scholis institutis, solo Dei uerbo feliciter pugnatum esse cum hæreticis: nunc quum orbis celestrib; Academij sit plenus, articulis & fasciculis agitatur contra eorū, qui dicuntur hæretici, à monachis.

*Articulis et  
fasciculis agi-  
tur contra eorū,  
qui dicuntur  
hæretici, à mo-  
nachis.*

non meminerit de Constitutione monacharum posteriorib; annis inueniāti non licuit eo quod illi Euangelistam facio loquentem, qui constitutionem illam non nouerat: nisi debuī sic illum inducere loquentem: Usque ad annos octingentes Christus neminem hæreticum uult occidi, sed post illud

illud tempus exorietur alia lex, ut exurantur. Ineptè nimirum imaginatur, sermonem hunc à me dici his temporibus, quum dicatur ab Euangelista priscis ecclesiæ temporibus. Neq; Christus illuc agit de gladio principū, quū ecclesia tot à Christo passo seculis egerit sub principibus ethniciis: sed de studio loquitur Apostolico cum māsuetudine per trahendi omnes ad salutē, exemplo summi pastoris, qui uenerat non ad perdendas animas, sed ad seruandas. Ita sit, ut hæc mea interpretatio non officiat principum constitutioni. Nam illa docet māsuetudinem euangelicam, non admittit principi ius gladii: illa prescribit quid illi congruet tempori, non quid in fine seculorum exactura esset hominum improbitas. Nonnullæ principum leges ad terrorem eduntur verius quam ad exemplū. Atq; ut profani iudicis est extimere gladium interdum, quo unius interitu feruer multos: ita quoties error, aut casus, aut etas excusat crimen, & spes est correctionis, debet meminisse Christianæ clementiæ. Quin & illud inspiciendum, an monarchæ ius habeant, ob quo quis delictum, capitum poenam indicere. Tum illud etiam uidendum, an principes uoluerint ob quemvis errorem, qui uideri potest hæreticus, hominem tradiri flammis. Etenim si certus est error, nihil hic opus est theologis, quum tantum sit cognitio facta: si dubius est, nō est cuiuscunus theologi, sed Romanæ sedis potissimum, de Articulis fidei dubijs iudicare. Multo durius est ob articulos nō solum dubios & controversos, uerū etiam leuiculos hominē flammis tradere. Sed multo durissimum ob titulos, quos ipsi suo arbitrio configunt: subinde nouos, hoc est contra doctores scholasticos, hoc est suspiciti, hoc scandalodes, hoc contra laudabilem

consuetudinem, hoc male sonans ut iacet, hoc impertinenter dictum, & huiusmodi innumeros, ut nihil sit, quod non aliquā pateat calumniæ, si malevolus accesserit animus: & inter rim tamen disputant, an ecclesia possit condere nouum articulum fidei, quum isti quoties commodum est, dignant eos in ipsa cognitione, non nunquam & post editam sententiam. Res agitur per relatores, deputatos, ac Profeſſorū iudices monachos, nec sincerè, nec leſi nego- gitima iuriis forma, pronunciant in carcere tres priores, monachis duobus testibus, & apparatur rogus. Hæc ne- scit princeps, cuius lex prætextitur, pri uato quorūdam odio seruens, quum in publicam utilitatem sit edita. Hæc quoniam fieri compertum est, admonitiō erant principes: quæ tamen admonitiō nec hæreticos ueros, & insa- nibles subleuare, nec sinceros inqui- sitores grauare debet. Constitutio que in Cod. libro primo. tit. de Hæreticis. Manichæis & Samaritanis, fertur o- ctaua, solo libros & chartas iubet exi- ri: doctores tātū capite plebi, disci- pulis decem librarum auri multa di- citur: eos uero qui non solum audiūt: illos, uerū etiam contemptis prin- cipum legibus, libros illorum apud se seruant, manifestum hæreſeos fan- rem præferentes, in exilium depor- tari iubet. Nec hæc tantum constitutio ferit quoslibet hæreticos, sed nomina- tim Manichæos, Apollinaristas, & Sa- maritanos, qui manifestam docebant blasphemiam. Huiusmodi ferè sunt: quæ præcedunt eodem titulō, quæ iu- bent inquisitionem etiam usq; ad ca- pitis poenam extendi: sed exprimunt: certas hæreses. Similiter eodem libro, titulo de summa Trinitate, &c. Aria- nos exprimit: At his poliabant Dei fi- llum, & multò magis Spiritum sanctū ueritate diuinæ naturæ. Quemadmo-

*Apollina-* 731 dum Apollinaristæ uerum hominem  
negabant, detrahentes illi meliorem  
hominis portionem, nimurum anima-

*Donatiani-* humanam: Donatiani furiosi latro-  
nes erant, non solum pestilentissimi  
schismatici. Non hic agebatur, an hæc  
confessio sit instituta à Christo, an  
constitutio hominis pura obliget ad  
crimen, an symbolum sit frustulatum  
editum ab Apostolis, an Apostoli cal-  
luerint linguam Græcam: sed de ma-  
iestate Christi, deq; summa Christiani-  
tatis. Iam per Pontificum constituti-  
ones, quæ sunt in Decretalibus libro  
5. titulo de Hæreticis, & in sexto eo-  
dem numero ac titulo, conuicti, & in  
errore persistentes, aut in hæresim ab-  
iurata relapsi, tantum iubentur tra-  
di curiæ seculari: quāquam hic Glo-  
sematographi de suo adiecerunt. Aut 20  
comburantur: quando Pelagianis aut  
Iouianianis ex Cæsarum editis dista-  
est mulcta. Nunc ad ignem pertra-  
hitur, qui dubitet, an Romanus pon-  
tifex ius habeat in purgatorium. Et  
olim in synodo episcoporum hære-  
ticici citati reddebat suæ doctrinæ ra-  
tionem: conuictis libera erat optio,  
utrum mallent ipsi in suum dogma  
pronunciare anathema, an simul cum 30  
dogmate feriri anathemate: hoc est, à  
communione separari. Nam hæc tum  
erat pœna ecclesiæ grauissima. Beren-  
gario, qui non de confessionis origi-  
ne, neque de purgatorio postulatus e-  
rat, sed de ueritate corporis Christi, ne-  
tum quidem uis est adhibita, quum  
semel dimissus in eūdem errorem es-  
set relapsus. Nunc interdum mona-  
chi uanum spargunt rumorem, mox 40  
ueluti suspectum pertrahunt in carce-  
rem: ibi disputant suo more, notan-  
tur articuli, & parantur fasciculi.

*Euseb. 41.* Linum fumigans nō extinxit Chri-  
stus, nec arundinem quassatum con-  
fregit. Ouiculum ab initio persegu-

tus est lupus, illa autem semper tole-  
rantia uicit.

CENSURA INSIGNIVM IVRIS  
consulorum de Lamijs, quæ pœnitentes, pœnas  
euitant corporales: nec in criminalibus soli  
standum esse confessioni.

## Cap. XIX.

Lamia pauci  
tentia evitare  
pœnas corpora-  
rales. **A**T in sagarum patrocinium an-  
necnam censuram eximij Iuris  
consulti Pauli Grillandi de Sor-  
tilegi. 10. volumine Tractatum, quæst.  
7. fol. 44. pag. 235. Nota, ait, unum ual-  
de singulare, quod istorum apostata-  
rum duæ sunt species. una est, quæ sim-  
pliciter retrocedit à fide, & sequitur  
cultum & obedientiam dæmonis: al-  
tera est, quæ postquam Christi fidem  
abnegando reliquit, & deiecit ex cor-  
de suo, iterum se baptizat expresse in  
nomine diaboli, & aliud nomen sibi  
superimponit, licet utraque species  
sit damnata: prior tamen, si pecca-  
tum suum reuocat, admittitur ad pœ-  
nitentiam, & euitat pœnas corpora-  
les: sicut hæretici. nr. 1. Manichæos. C.  
de hæreticis. Identidem theologi au-  
tores Mallei, in tertiae partis initio,  
quæstione 35. his uerbis docent: Ex  
corde uero apostatae si nolunt resilire,  
ut hæretici impœnitentes, tradentur  
curiæ seculari. Si autem uelint, recipi-  
untur prout hæretici pœnitentes. iux-  
ta c. ad abolendam. §. pœnitenti. de  
hæreticis lib. 6. Concordat Raymun-  
tit. de apostolica. c. reuertentes. ubi di-  
cit: Quod reuertentes ab apostatae  
perfida, cum fuerint hæretici, tan-  
quam reuertentes ab hæreti sunt reci-  
piendi: & hic sumitur unum pro alio.  
Et in 2. parte Decretorum, caus. 26.  
quæst. 5. episcopi: Ex pœnitentia autho-  
ritatibus colligitur, quod arioli, aru-  
spices, incantatores & sortilegi, atque  
cæteri huiusmodi sestatores ab Eccle-  
sia sunt eliminandi: & nisi respuerint,  
perpetuo excommunicandi. Sed quod  
in ul-

in ultimo Acquirensi ca. ea quae sunt per incantatores, non in corpore, sed in spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de Ciuitate Dei idem uideretur asserere, ita dicens: Quia magorum prefigis sunt, non uera, sed phantastica esse probantur. Quare criminali actioni hic nullus erit locus.

*Et lido. cap.  
9. li. 8. Etym.  
26. q. 5. ca. nec  
vurum.*

Si urgeatur hic denuò propria earū confessio: cum D. Ioanne Francisco Ponziuibio Placentino, Tractatuum volumine decimo, de Lamijs, respondere audeo: Cum tales personæ sint illusæ, ut dictum est, ergo debere dici, earum confessionem etiam esse erro- neam, nec admittendam. I. error. & I. cum post. C. de Iuris & fact. ignor. No. in l. de ætate. s. fin. ff. ad Interroga- tion. Confessio enim debet confine- re uerum & possibile: ut per gl. Bald. 20 & alios in l. i. C. de confess. per gloss. in c. fi. de confess. in 6. ff. ad leg. Aquil. Linde Neratius. s. fin. Sed ista respūt ius & naturam: ergo nō sequitur: Istæ mulieres sic confitentur, ergo sic est. Nam confessio longè distat ab actu (uel actus possibilitate) & quicquid est contra naturam, deficit in suis prin- cipijs, ergo naturaliter est impossibi- le. Præterea in criminalibus regulari- 30 ter non statut soli confessioni rei, ut per Bald. & Ang. in l. i. C. de confess. & dicam infra in 2. no. Nec obstat, quod dicit Bald. in d. l. si quis non dicam ra- pere: quia eius dictum procedit in hæ- resi, in quantum perficitur in sola mé- te & cogitatione: quo casu bene, ut in- quipse: quia cogitatio mentis, quam solus Deus nouit, nō potest aliter pro- bari, quam per cōfessionem; ideo sta- 40 tur soli confessioni. sed confessio, de qua in casu nostro, continent actum ab extra, & minus possibilem de iure & natura, ac etiam minus uerisimilem: & ideo potest dici, quod licet, quoad ea quæ credunt, sit stādum confessio-

*In criminali-  
bus nō est fia-  
dum soli con-  
fessioni.*

*Ex sola con-  
fessione nō in-  
dicatur, nisi  
in heresia.*

734  
ni earum, quoad punitionem: quia ta- lis credulitas pendet ab animo & uo- luntate: nō tamē quo ad hoc, ut quia sic sit, uel sic fiat, sicut asserunt. Haste- nus ille. Nec est quod hic lex Corne- lia de fiscarijs & ueneficijs mihi obtru- datur, quæ suum paulo pōst sortietur locum, ubi de ueneficiorum pēnis a- getur.

PRAECLARA EXIMII IURIS-  
consulti Alciati sententia, & ex Grillando  
historia de Lamiarum innocen-  
tia. Caput XX.

**N**arrat item D. And. Alciatus, hæ-  
reticæ prauitatis (ut uocant) in-  
quisitorem in subalpinis ualli-  
bus, aduersus hæreticas mulieres, quas  
ueteres Lamias, nos Striges uocamus,  
inquisuisse, & supra centum flammis  
consumptæ: quotidieq; ceu noua ho-  
locausta, alias super alias Vulcano ob-  
tulisse, è quibus non paucæ helleboro  
potius quam igne purgandæ uideban-  
tur: donec rustici arreptis armis uim il-  
lam inhiberent, & negotiū ad episco-  
pi iudicium deferrent. Et pōst: Et quā-  
uis aliqui ex maritis, magnæ fidei ho-  
mines, asseuerarēt eo potissimum tē-  
pore, quo illæ in ludo & choreis sub  
Tellina arbore fuisse dicebātur, se ex-  
ploratum habere, in lecto potius secū  
fuisse: tamen respondebat, nō illas,  
sed cacoēmonem potius, uxoris for-  
ma assumpta marito illusisse. Atqui e-  
go replicabam: Cur non potius caco-  
dæmonem cum suis dæmonibus, il-  
lam uero cum marito fuisse, presumis?  
Cur uerum corpus in ficto lusu, phan-  
taſticum in uero lecto comminisceris?  
Quid hic opus est usqueadē augere  
miracula, & nō tam Theologū quam  
agere, satioremq; partem  
in pēnis eligere? Constatbat ex illis a-  
ctis, semel in eo ludicro per quandam  
mulierculam nomine tessu appellato,  
omnem illum apparatum, omnes fal-

tatrices cum amasijs suis repente evanuisse: qui fieri id potuit, si uera fuissent corpora, & non phantasmata, & Tantali horti? quod apud Philostratum libro quarto, etiam Apollonius Tyaneus censuit: & apud Plutarchum in Brutu ita C. Casius. Nam & medicis maximis effectus corrupte menti, imaginariæq; ludificationi tribuunt: unde Ephialtici, astati, superstitionis, in cubitati, amore furentes, imaginosi, Lycaones, Cynanthropi, qui tamen medicamentis curantur: uidenturque haec esse quæ Plinius & alij ueteres Faunorum Indubia appellant, pœniaq; herba emendari censuerunt: ut etiam harum plerasq; curari posse sit uerissimum, nisi quodd pauperes & formellæ omnes sunt, quibus talis facultas non suppetit. Ego certè magis iuri Pótificio, communiq; nostratum doctorum interpretationi hacin questio ne, quam Theologis istis tribuerim, maximè in re à synodo decisâ in concilio Anquiren. ca. 1. ubi talia phantasmata mētibus à maligno spiritu irrogari ait. & rursus: Infidelis, inquit, non in animo, sed in corpore euenire opinatur: quis enim in somnijs & nocturnis imaginibus non extra seipsum deducitur? Quæ etiam uidetur fuisse Augustini sententia libro 18. de Civitate Dei, cap. 18. ubi: Verum, inquit, corpus nulla arte dæmonum conuerti potest, sed phantasticum: quod etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilia genera variatur: & cum corpus non sit, corporum tamen formam capit, sopia aut oppressis corporeis sensibus, ita ut uera corpora alibi iaceant, sensibus obseratis. Nec refert quodd ibi Herodiadi aut Diana honor exhibetur. Hactenus Alciatus.

Paulus Grillandus de Sororil. 10. uolum. Tract. Quidam maritus ex oppido agri Sabinensi habebat uxorem ma-

leficam siue strigam, ut uulgò dicunt. De crimine autem solùm erat suspicio, non certa noticia. Nam quum aliquoties à marito rogaretur, num eius esset professionis, negabat constanter. Crescente porro rumore, & uiris fide digna apud maritum eius flagitijs uxorem insimulatibus, quod ea familiariter ueteretur alijs mulierib; huic criminis ratione cognitis, cum quibus etiam se turpibus miscere sceleribus, & nocturnos agere cœtus videbatur: decreuit maritus ipsam in eiusmodi operibus obseruare & apprehendere: & cœpit pluribus noctibus diligenter & attente inuigilare: noctesq; ciciter duodecim egerat insomnes, attendens studiosè, num illa aliquod ad dæmonum lusum uel aliud maleficium noctu euagaretur, num & penes se in lecto permaneret nocte tota, quando lectum conscindisset nihilq; unquam fraudis comperit, sed manibus illam semper in lecto contrectauit. Quum uero post dies paucos unà cum quibusdam alijs de eodem crimen accusatis in carcerem coniceretur, subdereturq; quæstionibus, confessâ est demum, se tali interfuisse lusui unà cum alijs mulierculis in carcерatis, flagitijs; huius reis, tali die, undecimo mensis, &c. tali nocte, hora tali, &c. Idem factabantur & alia. Maritus uero in coniugis patrocinium afferbat præstito iuramento grauissimo, eam illa nocte designata, & maximè illa hora, secum de cubuisse in eodem lecto: & se eam tum studiosè non semel tantum tetigisse, sed pluries, ac cum calo quatum fuisse.

POENA, QVA LAMIAS AFFICE  
re solent Bononienses. Cap. XXI.

Solent Bononiae maleficos utriusque sexus, quorum damnatae incantationes generi humano, uel uitæ bestiarū minus nocuissent (quos mulie-

muliebri in sexu lingua vulgaris stri-  
ge Itali appellant) nudos ad umbili-  
cum usque ueteri ex palatio educere,  
asino impositos inuerso corpore, ita ut  
ligatis manibus caudam asini, quem  
lento ductu præibat lictoris minister,  
retinerent. Capiti imponebatur mitra  
chartacea, in qua terrifici cacodæmo-  
nes, qui forcipibus suis ignes inferna-  
les mouerent, depicti erant. Inter ea  
dum solenni hoc progressu circum du-  
cuntur, à lictore comitâte uirgis egre-  
giè in pectora & dorso ceduntur. Cum  
uerò è foro publico peruentum esset  
in cœmiterium ædis Dominicanæ ce-  
lebris sepultura gentis Germanicæ,  
deponebantur ex asino, & à catinice  
in conclaue quoddam superum dedu-  
cebantur, cuius pergula firmata can-  
cellis ferreis, ijsque raris, cœmiterium  
uersus spectaret: quæ destinata penæ  
hæreticorum à monachis monasterij  
illius, inquisitoribus hæreticæ prauita-  
tis, perhibetur. Hinc capite galeato se-  
di curuli, quæ rotis quatuor fereba-  
tur, impositi, ter in pergulam promi-  
nentem detrucebantur, ubi & per hor-  
ræ quadrantem consistebant. Interim  
à spectante foris turba, ridente, clamâ-  
teq; lapidibus impetrabantur: frustra  
tamen ferè, ob interpositos cancellos  
ferreos. Tandem uinculis soluti, &  
pro delicti qualitate puniti, ablegabâ-  
tur in exilium.

Infinitis certè modis præferri decet  
hanc moderationem magistratus Bononiensis, qua non nihil adhuc ue-  
tustatis Italicae prudentiam sapere ui-  
detur, præ aliorum quorundam tyran-  
nide, qui ad igneum illud holocau-  
stum præcipites nimis feruntur: eó-  
que non minus affici, quam innocen-  
tis sanguinis effusi sumo dæmones, ui-  
dentur:

O' cæcas hominum mentes, o' pectora cæca.

**D**icit soler, mulieres in eodem de-  
listi genero minus peccare, mi-  
nusq; puniendas esse uiris, cæ-  
teris tamen per omnia paribus: nem-  
pe ob imbecillitatem animi, mentis &  
ingenij. I. sacrilegij poenam, in prin. D.  
ad legem Iul. pecul. & I. si adulterium,  
ſ. stuprum, & ſ. fratres, & ſ. inceſtam.  
D. ad legem Iul. de adul. &c. sicut di-  
gnum, in prin. extrâ de homicid. &c.  
indignantur. 32. q. 6. ubi scribitur: tan-  
to grauius uiros puniri oportere, quâ-  
to magis ad eos pertinet & uirtute  
uincere, & exemplo regere foeminas.  
Et facit text. in l. quisquis. ſ. ad filias.  
C. ad leg. Iul. mai. ibi: Mitior enim cir-  
ca eas debet esse sententia, quas pro  
infirmitate sexus, &c. Et quod uoluit  
Bald. in l. quicunque. col. 3. uersic. sed  
pone statuto. & uersic. & in summa. C.  
de ser. fug. In quam sententiam apud  
Saxonem historiæ Danicæ libro 6, E-  
ricus vir quidam multæ prudètiæ cō-  
tendit, muliebribus erratis sæpius i-  
gnoscendum esse, nec penam infligē-  
dam, nisi correctio culpam corrigere  
nō potuisset. Et illud Aeneas apud Vir-  
gil. lib. 2. Aeneidos:

— Nullam memorabile nomen.

Fœminea in pena est.

Plinius libro 8. Natur. hist. scribit, leo-  
nem, ubi sœvit, in uiros plns quam in  
fœminas fremeret: ueluti natura eū do-  
cuerit, mulieres mitius quam uiros,  
esse tractandas. Aristotel. lib. Proble-  
mat. 2. 9. capite 11. Cur, ait, mulierem  
interficere iniquius sit, quam uirum,  
quoniam naturæ ratione mas fœmi-  
na præstantior est: an quia mulier im-  
becillior est, minusque proinde initia-  
riam facere potest? etenim eniti ad-  
uersus id quod longè infirmius est, oī-  
hil uirile, imò stolidum arq; iniquissi-  
mum est. Hæc ille, quæ tam ad ani-

mum quād ad corpus referri possunt. Tradit Vopiscus, Aurelianum imperatorem, cūm Zenobia ad pœnam uocatur à militibus, quōd sibi imperium usurpat, illam uitam donasse: quōd indiguum existimaret, mulierem interimere. In quam sententiam Euripides in Hecuba, *τί δένεις τούτην τὴν γυναῖκα;* Quād oquidem, ut idē in Hercule furētē scribit, mulieres quodammodo sunt masculis miserabiliores:

*τὸῦ δὲν γένει τούτης μάναροπ αἰτεῖσθαι αρσενικόν.*

Cui a stipulatur Bald. consil. 96. factum tale est: Carolus lib. 2. quōd mulier miserabilior est viro. Nunc porr̄ filium orationis eō ducatur, ut quo punitio-  
nis modo in hoc hominū genere casti-  
gando utendū censem, intelligatur.

**QVOMODO LAMIAE MENTIS** 20  
errore à diabolo efficiet, nec ulli noxiæ, sint reducendæ, & que ei statuenda pœna: ucc om-  
nem uoluntatem esse puniendam.

## Cap. XXIII.

**Q**Væ ergo Lamiae errore & phä-  
tafia delusa, & satanae peruersa  
institutione seductæ cognoscantur: nec alicui ab ijs malum reuerā, at  
solum imaginatione illatum esse, certò sciatur: fanioii doctrina informan-  
dæ erunt, ut repudiatis dæmonij ludibrijs, Christo sacramentū rufus præ-  
sentent, atq; ut luxata ex corporis compage membra, debita ligatura restitu-  
*Suprata-  
bus.* antur pœnitentes. Quantopere hic si-  
delem mysteriorū Dei dispensatorem  
enī deceret, ut ad Chisti ouile redu-  
cereur quis perditæ, nemo non nouit.  
Suum quoq; hic habebunt locum pu-  
blicæ & communes preces ex animo  
susæ. Admodū piè hic D. Iacobus ad-  
monet: Fratres, si quis inter uos errauerit à ueritate, & conuerterit quis eū,  
sciat q; qui conuerterit fecerit peccatore ab errore uiæ suæ, saluam faciet ani-  
mam à morte, & operiet multitudinē

peccatorum. Nec hæresis solum in er-  
tore, quōd quis dæmoniorum doctrinæ adhæret, figitur: sed in sui confidē-  
tia quoq; concepto fastu & præfraccta  
pertinacia, ubi nulla admittitur admo-  
nitio: errorem etenim seductionemq;  
mentis confessus hæreticus, semper re-  
missionem ueniamq; ex Patrum con-  
fensu & Christiana maledicione me-  
retur. Nam, teste Seneca, quem pœni-  
tet peccasse, penè est innocens. & apud Ecclesiasticum legitur: Pœnitenti-  
bus dedit uiam iusticiæ. Eiusmodi i-  
taq; male à dæmonio persuasæ, & resi-  
pisceti fœminæ, rectiusq; iam in Chris-  
tianæ fidei sanctissima basi confirma-  
tæ, pecuniarum quoq; (si eius res fe-  
rant) mulcta in pauperum subsidiū im-  
poni potest, & quæcunq; alia arbitra-  
ria, non tamen uitæ pœna, pro delicti  
ratione & magnitudine. Vel si iniungere  
uoles multam eiusmodi fœminæ irrogatam à Romanis pontificibus  
in taxa lacræ pœnitentiariæ, ut ipsi no-  
cant, per me licet. Ibi legitur: Mulier  
incantatricem, postquā superstitiones  
abiurauit, in quolibet supradictorum  
casum taxari, Turon. 6. duc. 1. Si etiā  
ex usu ob reipublicæ tranquillitatem  
conseruandam uidebitur, ut exilio ad  
certum tempus puniat, donec uitæ  
innocentia uerè se conuersam esse, &  
si delem, persistereque comproberet, ac  
deinde libertate hospitij pristina rur-  
sus donetur, nō contrariebam. Eiusmo-  
di esto pœna temeritatis, quōd dæmo-  
niacæ suggestioni & ludibrijs non sa-  
tis constanter resistenter, immo etiam  
consenserit fatua.

Quōd si quis contentiosè uolunta-  
tem seuierius puniendam defendat, is  
primum distinguat inter uoluntatem  
hominis sani perfectam, quæ in actu  
uerè dirigi coepit: & inter uitiatæ mé-  
tis sensum, uel (si uoles) corruptam a-  
métis uoluntatem; cui suo opere, quasi  
*Non emittit  
voluntas pu-  
nienda.*  
*Vide & pœ-  
nitentia  
in spiritu pœ-  
nitentia  
ad Brema-*  
*altes*

alterius esset, colludit diabolus, ne calius insulsè uolétem subsequitur effe-  
ctus. Tale uoluntatis uitium impingi  
etia posuit melâholicis, fatuis & pue-  
ris, qui facilè inducuntur, ut uel hæc uel  
alia se designasse mala falso imaginé-  
tur fateanturq; : qui tamè à Deo renes-  
& corda scrutante, nō quæ plæsi per-  
mituntur, ac alij mētis compotes: mul-  
to certè minus ab hominibus id fieri  
oportuit. De ijs quid sentiam, qui ele-  
menta commouisse, aërem turbasse,  
grandinem acciuisse calamitosum in  
frumenti & uinearū perniciem, & re-  
rum aliarum stragem, creduntur, Lib.  
3.cap.16.explicui: ubi argumētum ea  
de re prosequi, ut cōtinuum filum, ad  
certiorem intelligētiā malui, quām  
eo diuulso Lectorem suspendere.

ADVERVS CAPVT PRABCE-  
dens obiectionum quarundam produciārum  
confutatio. Cap. XXIIII.

**H**ic Mosis edictum grauitur con-  
tra me ueretur, Exod. 22. at φερ-  
μαντος in ινδιοντι, alias μεγλιο-  
ντι, legis huini uoluntatem explicue-  
runt septuaginta seniores, Veneficos  
nō patieris uiuere, aut si mauis, uene-  
ficas (genere feminino) ut uolūt He-  
braeorum interpres, quæ nimirum  
pharmacis malis, hoc est, ueneno-  
terimunt. Necaliae profecto hic intel-  
ligi debent, quām quas Moses, & ea  
nouit ætas. Lamias autem uulgè di-  
etas, & à me descriptas, ne quidē Chri-  
sti temporibus apparuisse, multò mi-  
nus Mosis, inde colligi potest, quod  
nulla earum uel ab iphs lētorum men-  
tio fiat in Sacris literis, quum tamen  
Christus eō in mundū uenerit, ut dia-  
boli conatus & opera manifestaret ac  
perderet. quorū uero in cantatorū me-  
minit Scriptura, magi infames sunt,  
suis notis antea à nobis depicti. Qua-  
propter illud Mosis decretum ad hu-  
iis Libri caput sequens 23. de uenefi-

Exod. 7.  
Levit. 19.20.  
Deuter. 18.  
Esa 8.29.47.  
Psalms. 57.

carum pœnis referendū putauī. Quād 1. Paralip.  
uerò inueniantur, quibus eiusmodi  
explicatione legis nondum satisfactū  
sit, qui & omnibus contendunt ner-  
uis, ut sub ea nostras cōstringe que-  
ant Lamias, illis sic quoq; responsum  
uolo, decretum nullum promulgari  
contra id, quod rerum natura, ut dixi,  
nondum agnouit. Adhæc non decet,  
ut translationis septuaginta interpre-  
tum fidem temerè mihi sinam eripi a  
leuarique, qui sine dubio peritissimi  
fuere uernaculi patrijque sui idioma-  
tis Hebraici, tum & lingua Græcæ:  
quos senos ex singulis tribubus singu-  
lari religione delectos, Spiritus sancti  
procudiblè inspiratione & ductu, E-  
leazarus Pontifex Alexandriam Pto-  
lomæo Philadelpho misit, ut Mosis le-  
gem extremo studio & indubitate fi-  
de in Græcā commutarent linguam.

Quod opus piū sanctumque diuini  
numinis auxilio feliciter ab solutum,  
& à patribus tam longo tempore reli-  
giōsè habitum, non oportet insolent-  
er in dubium uocare, errorisque no-  
ta conspurcare, cum primis ob inter-  
pretum numerosam multitudinem & Tertull. ad-  
unanimem consensem: quibus pro. uersus geneti-  
cō festo & sanctior debetur fides, quām  
Eliæ Leuitæ, aut quibusdam recentio-  
ribus. Hic si in cōcepto semel opinio-  
nis defensionem de uoce φερμαντος cō-  
tendere quis perget, nomen φερμαντος, φερμαντος  
quādo in malā accipitur partem, ferē  
apud Dioscoridem, Galenum & totā  
Græcorum antiquitatem sumi pro ue-  
neno, aut medicamento uenenofo: &  
qui eiusmodi medicamētis nocere stu-  
dent, φερμαντος uel φερμαντος uocari  
meminerit. At hic parenthesin ad-  
mittat beneuolus Lector breuem, qua  
leuiter aduersario respondeam, à quo  
mox Dioscorides, uelit nolit, cap. de  
Zhamno obtruditur: Fertur, ramos e-  
ius, si pro foribus aut fenestris ponan-  
tur,

Eliæ Leuitæ.  
fat, fecunda in  
Paralip.  
Phile Sud. de  
uita Adof.

tur, & exsuperat tunc ratiōne quādūcūlūrū lūxūrū dī-  
x. quod aduersarius uertit, Maleficia  
pharmacorum seu incantamentorum  
pellere. Quur huic uestioni citius cre-  
dam, non video, & non potius, Malici-  
am uenenorum aut rerum uenena-  
tarum, halitus scilicet malignos expi-  
rantium, quemadmodum aēr quoq;  
in peste infestus agnoscitur. alioqui  
quorum opus fuit coniungere han-  
yūt, quum per solam uocem p̄cipuam  
potuisse exprimi, si incantamenta so-  
nent. Veneficia interpretantur alij. Vim  
ficcantem & refrigerantem (qua aē-  
ris putredini & infectioni resistit) illi  
Galenus tribuit. Nec contra nos facit,  
quod ex sexto lib. Galeni de Simpl.  
pharmac. facult adducitur de uoce  
Pharmaco: quemadmodum nec omni-  
nino liquet ex Galeni uestib, quod 20  
non candidē obiectur, ubi lib. 2. hanc  
rōte, de Archigenis amuletis loqui-  
tur, ad capitū dolorem ea se relieturū,  
uenullam medicam rationem haben-  
tiā, ait: uerūm quae ab ipso iuxta me-  
dicam rationem sunt tradita, selecta  
tantūm relaturum iuxta ipsius dictio-  
nēm, quomodo hoc tenus de pharma-  
cis facere. consuevit. Hac Galeni uesti-  
ba, ubi prorsus se iūgit Pharmacā, hoc 30  
est medicamēta naturalia, ab alijs me-  
dicam rationem non habentibus, quae  
à Galeno Pharmacā illis locis appella-  
ri non comperio: sed medicinas natu-  
rales prop̄ semper, & sicutē citra nume-  
rum in illis libris ipse Pharmacā nun-  
cupat: Nec profectō satis intelligo,  
quorum sententia, ex initio li-  
bri 10. de Simplici aduersus me torque-  
atur, ubi se basiliscorum aut elephan-  
torum & equorum Nileorum, neq; al-  
terius cuiusquā, cuius ipse periculum  
non fecerit, mentionem se facere nol-  
le afficerit: nec etiam uelle meminisse  
p̄culorum amatoriorum, dīxīt, &  
exāgōtūm p̄tē & m̄sonōp̄tē, etiam si abun-

L. b. 3. Sim.  
pl.

dē illa expertus esset, sicuti nec lethā-  
lium medicamentorum, aut, ut ipsi uo-  
cant, m̄bōneū. Nam illa sanē ridicu-  
la sunt, constringere ac uincere alios,  
ut in iudicio nihil eloqui possint, aut  
gravidæ abortum afferre, aut ut ne un-  
quam concipiāt efficere, & quæcunq;  
eius sunt generis. Sanē horum plera-  
que, uel ante quam facias periculum,  
scire licet esse impossibilia: quædam  
uerō possibilia, cæterū uitiae homi-  
num noxia. Itaque ego per deos ad-  
miror, qua cogitatione, quōdē confi-  
lio ad ea scribenda quidā accesserint.  
Hactenus Galenus. Hic uox p̄cipuam  
ab interpretibus & medicis affectu mi-  
nus præoccupatis non secus intelligi-  
tur, quām pro medicamento. Quod i-  
tem Hippocrates libro de Morbo fa-  
cro in auxilium accersatur, fit potius  
calumniæ exaggerandæ cauſa, quām  
ueritatis defendendæ, uelut & alijs lo-  
cis. siquidem p̄cipuam uocē nō aīp̄tām  
uocare uidetur incantatos seu incan-  
tationē lēlos, cum ibi de curationibus  
magicis agat: ita scribit aduersarius.  
Verius autem à Cornario uestiti intox-  
icatos apparēt, hoc est, ueneno ab ho-  
minibus lēlos. Necibi de curationi-  
bus magicis secus agitur, quām quod  
in naturalibus morbis, cuiusmodi est  
epilepsia, magicas adhiberi curatio-  
nes grauiter incuset. Sed ad nostrum  
institutum. p̄cipuam Iesabelis, uene-  
ficia uestit D. Hieronymus, 4. Reg. 9.  
Quod in hac sententiam libertius in-  
clinem, facit quoq; Flavius Iosephus, Iosephus,  
ex regio & sacerdotali sanguine or-  
tus, Mathathiae sacerdotis filius, nati-  
one Hebreus, patria Hierosolymita-  
nus, genere sacerdos: qui decimūm <sup>tu uita Iosephus</sup>  
quartum agens annum, eam cōsequi-  
tus est laudem ob intellectus & erudi-  
tionis famam, ut de penitiori legum  
senſu à Pontificibus & Ecclesiæ Hiero-  
solymitanæ primoribus consulereetur.  
Nec.

Nec modū patriarum linguarum nemini suæ gentis secundus, sed & externe literatūrę, nimirum Greca studio uel cum Philone conferendus. Proinde & à D. Hieronymo Græcus Liuins appellatur, à recētioribus uero Iudæis Joseph Berengari. Eudem Hieronymus in Catalogo Ecclesiasticorum scriptorum digna cum laude recensuit. Hic quum animaduertisset solos 10 quinq; libros Moyis apud Græcos extare, opera Ptolomei regis Ægypti trāslatos, ut dixi, decreuit Epaphroditu ui ri doctissimi adhortationibus incitatus, uniuersam veteris Testamenti historiam Græcis auribus tradere: quod & effecit, conscriptis primum Hebraic平ingua, deinde & Greca, De antiquitatibus libris uiginti, in quib. seruatim simul & sanctorum Scripturarum 20 ueritate, & historię legibus, quandam ueluti paraphrasim in omnes fermè veteris Testamenti libros accommodauit. Hic cum septuaginta senioribus quoq; conuenit, nudè & simpli citer Mōsis mētem, & presbyterorum p̄cipuus his explicans uerbis, Antiquit. Iudaic. lib. 4. cap. 8. φεριανος μάτε βασισμον, μότε ταῦ οὐ δύναται βλάβης πεποι μάνον ιερουλήσιν, ἵκεν μηδέ εἰς, ικνον γένεται. 30 μότε φυγαδεύον τιβράτος, τότο μάζω διεθηνηγινέντεναν δε τὸ φεριανον αὐτονομοσύνεντιδιν εστι, uenenum neq; letale, neq; in alios noxios usus preparatum, Israelitarū aliquis habeat: quod si habere deprehensis sit, morte multetur, & patiatur id, quod facturus erat illis, aduersus quos uenenum parauerat. Idēm ferè sōnat lēx Cornelia desicarijs & ueneficiis: Qui uenenum 40 malum necandi hominis causa fecerit, uel intendiderit, uel habuerit, plectetur. Nec ullam legem de ueneno prohibito, aut ueneficiis puniendis inter reliqua Mōsis edicta cōperies, quam coloco apud Iosephum, qui cum alijs

decretis Mōsis Exodi 21. & 22. promulgatis conformis est. Adhac uoces il las, magos infames, ariolos & diuinos spectantes, quæ Exodi 7. 8. 9. Leuit. 19. Deuter. 18. atq; alijs locis leguntur, distincta q̄z à nobis sunt cap. 1. lib. 2. ab ijs qui crudelius citra ullam commisera tionis notā, Lamias excarnificari uolunt, minime confundi oporteret:

Vigetur præterea sub homicidij le ge comprehendēda esse ueneficia, ut & alias occisionis species. Hic affectus seponi optarim, inspiciq; uicelimum primum Exodi caput, ubi Moses pri mū de feriendo qui hominem occiderit, sententiam pronunciat gene ralem: inde ad species progreditur, ut qui seruum interemerit uirga, mortis supplicio mulctetur, sic & qui mulcitem uerum gerentem inter lites internectioni dederit: & post capite sequenti, qui ueneno uel exhibito, uel artibus maleficis, aut quomodo cum que apparato occidit siue occidere sta tut, aut aliter nocumentum dare uel morbum inuehere conatus fuit, puniatur. Proinde etiam hos qui uenena usurpant, non semper homicidēno men mereri constat. Sunt & aliæ homicidij species explicatae Deuter. 19. Nēt locum hic habet, quod de talionis lēge opponitur. Prolixius tamen ad hoc argumentum respondet in libello nostro peculiari de Lamijs.

Si insuper uetus Testamentum ad nouum applicare uelimus, comperie mus in Apocalypses Iohannis cap. 9. ubi Homicidia tanquā generalis uox cædis prius ponitur, mox φεριανα φεριανα subiugi, hoc est, maleficia quæ per uenena sunt: idem inde uocabulum usurpat & cap. 18. 21. 22. Item D. Paulus ueneficia & cædes separat cap. 5. ad Galatas, ubi inter carnis opera re censemunt φεριανα & φέρον. Hic φερια να traduxerunt nostre Testeberes, in

quo ab Italib⁹ uincuntur, qui auuelena  
mento conuerterunt restiū. Si Paul⁹  
lus aliud maleficij genus intellexisset,  
alia uoce potuisset uti, aut reperere  
verbū *βανανίδαι & βανανίειν*, quod  
*Bananisay.* significato Theocritus, Dioscorides &  
ueteres utuntur, quinimō & ipse Paul⁹  
lus in eadem epist. cap. 3. O amentes  
Galatæ, *τι πάς ἀλανόν,* quis uos fasci-  
nauit, ut non obediatis ueritati? ubi  
Germani recte transtulerunt, mer habet  
euch bejauert?

*Mechassephim.* Non interim ignoro, mechassepha,  
& mechassephim, uti & *φαγμανον &*  
*φαγμανίου* quandoq; liberius usurpa-  
& ad magicas extendi artes, quem-  
admodum ex cap. 1. libri huius nostri  
secundi liquet: at non ad alias, quam  
ea nouera secula. Lamiarum autem à  
me descriptarum conatus ab aëtibus  
illorum magorum, quorum Moses &  
sacrosancta meminit Scriptura, penitus  
sunt diuersi. Nihil hic firmi exhi-  
storijs ueris illo aëuo conscriptis, ad  
rem attuleris. Quæ postea de illis poë-  
tae scripsérunt, uanissima utplurimum  
sunt commenta, & meræ fabulæ, uel  
potius mendacia.

Florat. de ar — Pilloribus atq; poëtis

te poetica.  
*Vide lib. 2. cap. 8.* Quidlibet audendi semper fuit aqua potestas.  
Testimonia sunt Virgilius 4. Æneid.  
& in Pharmaceutria, Ouid. 7. Meta-  
morph. Horat. Epod. 5. Tibull. libro 1.  
Eleg. 2. item & alii, quos uidere licet  
supr̄ lib. 3. cap. 1. quemadmodum &  
legem duodecim tabularum de incan-  
tatis frugibus confutatam cap. 16. Per  
mechassephim Exodi 7. uersu 13. desi-  
guari præstigiatores, ipsa res docet, q  
carminibus uel nefarijs artibus apud  
Ægyptios familiaribus, quædam in-  
credulorum oculis apparenter obij-  
ciebant, quæ reuera non erant. id ue-  
ro nequaquā nostræ possent Lamiæ,  
quum etiam maximè uelint: ad ex-

perimentum prouoco. Reliquis locis.  
(legitur enim ea uerbi positio in sacris  
Biblijs tredecim omnino locis) nimi-  
rum in Exod. cap. 22. uersu 17. in Deut.  
cap. 18. uersu 10. in 4. Reg. cap. 9. uersu  
22. in 2. Paralipom. cap. 33. uersu 6. in  
Isaia cap. 47. uersu 9. & uersu 12. in Le-  
remia cap. 27. uersu 8. in Daniele cap.  
2. uersu 2. in Michea cap. 5. uersu 12. in  
 Nahum cap. 3. uersu 4. bis, denique in  
Malachia cap. 3. uersu 5. à D. Hieronymo  
conuersa ea uox Malefici uel Ma-  
leficia, pro uerbi inflexione scilicet:  
magos infames eorumq; actus intel-  
ligo. De loco Exodi cap. 22. conrouer-  
sia est. Veneficia Iesabelis reddidit ille  
quarto Regum, Maleficia alij: quum  
tamen magicas artes nusquam lega-  
tur illa exercuisse, sed cædibus in pro-  
phetas sœuijisse, Nabothum insontem  
ob denegaram sui agri uenditionem  
obrui lapidibus iussisse, Achabum ma-  
ritum Israelitarū regem ad idolorum  
cultum perduxisse, quæ simulachris  
immolabantur comedisse, artibusque  
fulli uslam fornicarijs. Hinc dilucidè  
uides, mechassephim ad diuersa in Bi-  
blijs usurpari flagitia. Adhac cæteris  
locis supr̄ citatis utplurimum cum

30 coniectoribus & somniiorum interpre-  
tibus atque auguribus, & hoc genus  
hominibus anumerari, unde quan-  
dam actionum communionem licet  
colligere, deprehendes. Omnes uero  
tales diuinationum ueritarum mo-  
dos ignorant nostræ Lamiæ. Quocir-  
ca si uocem illam spectare nolles ue-  
neficos, ad magos quos dixi inauspi-  
catos, & quidem secundum leges pu-  
niendos, si hoc malis, referre perme-  
lit. Similiter in distinctius licentiusq;  
Germanis nomes Zemberer torquetur,  
ad quod exhorrescit, fascesq; apparat  
fec̄ quilibet, citra exactam circum-  
stantiarū totius causæ inquisitionem,  
multo minus notionem,

Atqui

*Maleficia  
Iesabelis.*

*Apocal.*

*Reg. 18. 24.*

Atqui eō adhuc confugitur, quod scilicet Magicæ artes sint capitales: & quia sub illarum complexu cōtineantur Lamiarum conatus, eas pari supplicio afficiendas. Antecedens à me non negatur, quinimō in libris meis constantissimè defenditur: uerū ap plicatam consequitionē nequam admitto: magnum siquidem discrimē est inter Magos & Lamias, uti suprà explicui. Adhac Magi à seip̄is initiu dīscendi artem uetitam habent, con quisitis praeceptoribus & libris, ac ad eam impelluntur propria natura cu riosa inclinatione: Lamiae uero extin secus: siquidem non petūt instrui, nec praeceptorem habēt aut querunt: sed quomodo illis diabolus se insinuet, uti organis suæ delusioni aptis, suprà satis monstratum est.

Tandem, quod aduersarij adferūt, sclera ad mores pertinentia, quæcum que Moses capitalia fecit, ultimo quoque supplicio hodie à magistratu puniri debere: quanquam isthę questio non ueretur circa puniū nostre con trouersiæ, tamen non tam facile mihi, ut credam, persuaderi potest. Nam apud Moſen fallsum testimonium mor tis uindicta eluitur: sponsa, si non com periat virgo, lapidaturis qui furem interdiu in aedes irrumptem occiderit, morte punitur: & multa iniuriuntur eiusdem seueritatis exempla, quæ tamen nunc tēporis mitigantur.

*Iohann. 8.* Quare etiam quum scribæ & pharisei mulierem in adulterio deprehensam iuxta Moſis edictum, lapidibus obruere uellent, quodnam ex Christi seruato ris nostri ore decretum audiebatur? Qui sine peccato est uestrum, primus in illam iaciat lapidem. Ita eam non solum in foro Mosaico defendit, sed sua etiam beatitudinem misericordia, commi ferationis documentum relinquens. Alias de his fusius,

750  
 Alterum aduersæ partis argumen tum, cui cum primis nititur, est, quod fœdus Lamiae cum satana inēant, uerūq; Deum abiurent. Hoc licet su prā lib. 3. cap. 3. & 4. satis sit confuta tum: ut tamen nonnihil præterea ad dam, quæro unde hoc, quod pæctum cōdæmone conflant, ibi constet. Profecto hoc mihi donabis, quod nec uideris, nec à fide dignis qui uiderint, habeas. Ergo ex propriis stupidarum delusarumq; anicularum confessio ne. At quæ fatentur, uel faciunt coa Etæ, uel sponte: si coa Etæ, confessio est mutila & nullius ponderis, quia cruciatibus torturæ intolerabilibus exp ressa. Quid autē periculosis, quam in diabolicis negotijs sine maleficij patrati testibus, pēdere saltem ex confessione anus dementat, per uim ex torta: Sileres haud dubie, si uidisses oleum illarum tibijs infundi feruens, candelis ardentijs torrei axillas, & infinita summa barbariei & immanitatis tormenta in decrepitas exerceri uetus, sicuti nos in infontibus, partim etiam dimissis ob innocentiam ex nostro patrocinio, spectauimus. Si sponte, aut impossibilia sunt, quæ fatentur, uti grandines prouocasse, per aërem uolasse, in bestias se fuisse transmutatas, cum dæmonibus uenereos expuluisse actus, & id genus similia: aut fatentur quę factu sunt possibilia, ut uenenum exhibuisse alicui, sed tamen non est factum: aut fatentur quę facta sunt, & uerè acciderunt, sicuti eo in loco aliquem morbo correptū, infantem interiisse, segetes aut vineas tempestib. damnum perpeccas. Confessio primi generis non potest puniri, quia uersatur circa abducōt, & propter omnia est erronea: legitima enim debet continere uerum & possibile. Secunda multo minus: quia caset effectu, tertia manca est: quoniam

Fœdus eum  
satana inē-  
tum est ima-  
guarium.

Confessio Le  
marum er-  
ronea.

diabolus ex euentu rei statim inculcat miserarum muliercularum phantasie, ipsas fecisse, quod naturaliter factum, aut ipse fecit. Et haec est rupe, ad quam sua offendunt capita ple- rique nimis præcipites & sanguinarii iudices, ut animaduertere nequeant dæmonis Dialeticum sophisma, non cauſſæ pro cauſſa, ut cum barbaris balbutiam. Profectò hoc satis euincit illarum phantasiam uana persuasione imbutam, quod sponte & uoluntate agnoscant ſæpe fœdus & mirabilia quæ faciunt: si etenim ſaperent, non tam promptè aliquando faterentur, quum de earum uita agatur. Neq; etiā uerū est quod obijcitur, Lamias ſummo ſtudio ſcelera ſua tegere ſemper, tantaq; constantia negare facta, ut ne quæſtionibus quidem ſubditæ conſteantur, quantisper tortuera ferre poſſunt. Contrariū ego ſæpius deprehen- di, quum citra quæſtionum rigorem ultrò fateantur à ſe facta, quæ nec facta fuere, imò ne quidē natura rerum paſſa fuilſet, proprietea & impoſſibilia. Vnde mihi non inanis ſuspicio mo- uetur, aduersarios uel res ignotas proponere, uel quorum admodū tenuem habent experientiam. Si nanq; ipſarum ſenſus non forēt effaſcinati, certe talis non conſequeretur confeſſio: at multò magis ipum ſupprimerent fa- cinis, nec de illo gloriarentur. Quod autem ram atrocia ſæpius uifinet for- riter tormenta, fit quod eiusmodi fla- gitiorum confeſſio expouletertur, que in illarum phantasiam nunquam peruenere. Sed antequam hinc abeamus, proprio aduersariū gladio confodere 40 conabor, ut agnoscar ſœdus eſte ima- ginarium & præstigiosum. Fatetur ſe per aetē uolare, in bruta transformari, tempeſtates excitare, morbos immi- lisse imprecaſione. Et haec quidem omnia affirmare uidentur ranta cū ſen-

ſuum integritate, ut uix poſſis de ijs dubitare. Attamen & ego demonstrauī, & tu mecum fateris, omnia illa eſte uana & commentitia, diabolicisq; tincta figmētis. Si illa uana, quorū reliqua quæ fatetur, debent eſſe uera, nempe apostasia à Deo, ſœdus cum diabolo, homicidia, & id genus ſcelera, tum & deliria. Posteriora enim si fatetur ſen- ſibus integris, quorū in fatendis prioribus ſenſus erūt corrupti: aut ſi in prioribus conſitendis uiciata errauit phan- tasia, quid eſt quod minus in posterio- ribus etiam aberrauerit? Cuncta ſiqui dem haec dicunt agnoscuntq; in una hora coniunctim, leparatim eadē con- ſtantia, ijsdē moribus. Quid hic philo- ſophum decipiāt, non ignoro. Illa o- mina uider fieri non poſſe, & propte- rea mecum falſa & inania pronūciāt: haec autem quia fieri poſſunt, & ipsæ Striges fatentur fieri, putat hic etiam facta: an non animaduerit nouā dia- boli fallaciā, quod ex poſſibili con- cludere uelit impossibile? Aſt nō opus eſt multis ad refellendū, noſti à poſſe ad eſſe non procedere argumentum: decebat in defenſionib; posteriora cohærere cum antecedentibus.

Ad aliud procedamus argumentū. Quum ad ſupplicium pertrahūtur La- miæ, aut in ſœdore diabolico perue- rant, non implorata Dei misericordia: tunc dicerē dico, non eſſe mox occi- dendas, alioquin nō ſolum corporis, ſed etiam animæ interfectores erunt iudices, aut à Deo ueniam poſcūt, nec alicuius uitæ nocuerunt: tum multò magis dignæ commiſſeratione & ar- bitratia pœna. Omnes autē ferēt Stri- ges, antequam exiuntur, inuocant eternum Deum, iſiſusque implorant miſericordiam, & ſæpenumerō etiam teſtem ſuæ innocentiae appellant, ſan- guinariis præſidiibus ad coeleſte tribu- nal citatis. Iam rogo, quum ſe iuxta uelutrum

uelstrum decretum satanæ mancipant, unde ulla resipiscientia: non à diabolō: astutior enim est, quām ut secū pugnet: ergo à Deo. Si itaq; Deus agnoscit & recipit animā, quut tu Prætor usque ad eō inclemeter agis, quum nulli iniuriam fecerint, ut corpus repudies, maximē quum in tuo non deliquerit foro, & tibi nullum in diuino iudicio relinquitur tribunal? quin ex me audi sapientissimum Theologī recentioris consilium, cuius nomen ob quorundam morositatem, prætereo. Is studiosum quendam, qui uatijs desperationis ex paupertate insidijs adactus, animam suam scienter tradidisset satanę, ad præscriptum diem ab eo possidendum, deduxit in templum, & cum pijs aliquot uiris pro ipso Deum orauit, sanauitque affliti hominis animam. Ita etiam, si nostræ uetulæ à uera fide defecissent, non oportuit eas in illa defectione encari, sed sanis admonitionibus, ut dixi, in uiam reduci: at in carceribus Deum æternum profertur & inuocant, & multō magis in agone. Non diu est, quod quædam animam suam Deo commendabat iusto iudici & misericordi, quia se putabat submersum iri, quum in Rhenum præcipitaretur iuxta plebeiu falsumq; experimentum, num Lamia esset. Si enim supernatet, nec subsidat, illa criminis ream, ~~reum~~ creditur esse. Verū supra cap. 9. experientiae uanitatem demonstrauit.

Præterea, nec est ad hoc conniendum, ut quis difficiliora loca prætergrediatur, & circa faciliora non nihil uelitare conetur. Quare te uelim fistere, donec paulò limatus expendamus. D. Petri exemplum, non solum abnegantis, sed etiam licet mox præmoniti, Christum Dominum suum præsentem abiurantis. Non etenim Petrum infirmitate lapsum dicere sufficit, Ec-

*Matth. 26.  
Marc. 14.  
Luc. 22.  
Ioh. 18.  
Petri abnegatio.*

754  
quæ illa est infirmitas? non carnis (ut sic opinari liceat) imd ex eius nimia uastitate & potentia peccamus: ergo spiritus. Sic & Lamiæ nostras excubabo. At ut Petri transgressionem non prouersus fuisse leuiorem intelligas, elat gieris mihi peccata esse inæqualia, u- *Peccata in-*  
*equalia.*

eademq; specie, primum rogo, annon illud grauius, quod homo excelsus & illuminatus committit, quām quod uulgaris & infimus peccator? Enim uero qud altius quis ascendit, ed decliviorē & periculosiore patitur ex casu ruinam, quām is passurus sit, qui pauciores absoluit gradus. Secundū qud quero, annon ille magis suum abneget principem, qud iph uicinior est, & ornatus ab eo tum spectabiliori dignitate, tum plurib. beneficijs? Annō abominabilius, si legatus deficiat à suo Imperatore, quām si in defectio- nis crimen impegerit gregarius ali- quis miles? Tertiō sciscitor, an reli- quis paribus pastor non delinquat in- excusabilis tum ob representatio- nem sublimioris personæ, tum ob scā- dum, quām aliquis ex gregi? Quar- tō, annon peccatum ed censembitur in- dignius, qud plures & uehementio- res conspirant illecebræ, quām ubi mi- nores? Quintō, annon turpior sit no- ra peccati in eo qui haud ita dudum antea præmonitus, non tamen sibi à delinquendo cauerit. Postremō, annon ad simplicem ancillarum ac ministro- rum interrogationem ter negare cum iuramento herum, sit peccatum maius, quām si quis flexuolis satanæ persua- sionibus excæcatus, simile commit- tatur? Eiusmodi propositionibus te sub- scripturum arbitror: concludas ergo ipius. At nemo ista à me adducta existimet ad D. Petri apostoli exaggeran- dam abnegationem, sed ad castigan- dum eos qui proprijs uiribus tantum

Cc asscri-

at scribunt, & non diuinæ soli gratiæ, quod minus in singulas horas, in dō mo-  
menta nomen Christi abiuremus: de-  
inde etiam, quod sicuti Petrus sua pœ-  
nitentia interuentu consequutus est  
grauissimi lapsus sui, abnegationisq;  
ueniam & misericordiam, ita & La-  
miae & nos omnes mortales à Deo  
remissionem delistorum impetrare  
queamus, quamvis semel atque ite-  
rum defecerimus.

*Character.* Character, de quo non parum clari-  
mitatur, difficulter ostendetur à dæ-  
mone impressus. Quod si saga fatean-  
tur, ad mendaciorum è delusa mente  
ortorum cumulum erit referendū, uel  
ostendant: nunquam enim in exami-  
ne cōfessas scio, quibus equidem ad-  
fui. At cedd, quid mali extremo sup-  
plicio digni ex characteris impressio-  
ne conuincere potest? Id quod circa a-  
liorum iniuriam impreßum est, absq;  
aliorum lāsione rursus eximi potest.  
At abnegationem fidei eo confirma-  
tam dicis. Quæso unde fidei renūciati-  
tæ persuasio? Ex diaboline instinctu?  
Proclue consilium adest: saniori rur-  
sus, & Christiana institutione addu-  
catur saga, ut repudij libello satanæ  
missio, uera & orthodoxam ample-  
statur religionem, ac in matris Eccle-  
siæ gremium supplicie se insinuet de-  
mittatq;: hinc & exempto characteris  
dæmoniaci, si appareat, uestigio, eiūs-  
que loco crucis uel Tau signo, aut cru-  
ciformi cauterio firmius infixo, si ita  
uidebitur, publicam agere & ostende-  
re iubeatur pœnitentiam, iniuncta &  
arbitraria pro delicti qualitate, ut di-  
xi, multa. Hæc eo modo sanitati inte-  
gra restituta assumatur, & pro ea con-  
tinuè ore tur, nec usque adeò temere  
flamis crudeliter obiciatur deuoranda,  
si nullo insigni flagitio, aut damno  
dato alios laſerit, unde illiusmodi exi-  
tium sit merita. Nec semper cōtractus

inter Deum & homines sanctus, &  
postea uiolatus, si in alterius detrimē-  
tum non transferit, mox in foro ciuili  
erit criminalis. Omnis etenim qui pec-  
catum committit, ex diabolo est, ut  
D. Ioannes ait, & prop̄rēa à pacto cū  
diuina maiestate inito desciscit.

Cæterū phantasiam in illis corru-  
ptam esse, tam multis argumētis, item  
ex Augustino & Decretis atque alijs,  
ad nauicam usque demonstratum est  
libro 3. cap. 8. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 22. 26.  
27. 30. 34. & passim per reliquos li-  
bros, ut in media luce cæcutire malit,  
quād nudam amplecti ueritatem, qui  
contradicit.

Ne quid hinc ad Lamiarum carnifi-  
cinam requiratur, easdem & idolola-  
trarum pœnæ subijciendas esse, con-  
quisitis hinc inde nescio quibus do-  
cumentis, obijicitur. Tales autem esse, *Lamia non  
nemo mihi facile persuaserit. Nullum  
sunt idolo-  
latria.*  
*Idololatria.*

Tales autem esse, *Lamia non  
nemo mihi facile persuaserit. Nullum  
sunt idolo-  
latria.*  
*Idololatria.*

qui aliud sibi in animo præsumat cer-  
ta fiducia, unde suam speret confidat-  
que salutem, quād à Deo: quemad-  
modum infinita idola tum apud Eth-  
nicos, tu Christians passim sunt ob-  
via, quibus reliquo Deo uero fiditnr.  
item, si quis pecunia, aut alicui crea-  
ture tam firmiter animo agglutinetur,  
ut Dei omnipotentis patrocinio  
neglectum habito, aut contemptu, in-  
de idolum uel numen suum efficiat.  
Lamiae uero ex diabolo nihil saluus  
querunt, aut credunt: solum ab illo,  
phantastici spiritus organis uitiatis de-  
liduntur, ut admiranda uel mala, uel  
ludicra efficiere eius operā se opinen-  
tur, quæ uel rerum natura non pati-  
tur, siue ad quæ perficiēda ipsæ etiam  
inidoneæ sunt, quamvis constanter  
fateantur illa se fecisse, ita à diabolo  
infatuatæ. Si idololatria sit dicenda  
eiūsmodi delusio, non satis equidem  
intelligo. Sin uero instes, sagas esse  
idole-

idololatras, & tales mortis pena afficiédos: quomodo eos cedò, qui mente sana ad aurum, argentum, saxa, ligna, & ad nescio quæ simulachra, resque ueritas & abominandas, necesse tatis tempore confluunt, salutem & temporalem & æternam querantes, credentesq; à tam acerbo uindicaueris supplicios.

Vt insuper criminali actioni hic pōdus accedit, apostasis crimen in subfudio accitur. Ea autem nemini merito impingit, quām qui ab agnitione ueritatis mysterio sensu integrō desciuit, mordicusq; assumptam impietatem pro ipsa ueritate non modō tutatur, sed & hanc præfracte oppugnat. Nostræ autem insipientes nulliq; noxia Lamiæ, quas mirius clementiusq; tractandas ratus sum, tantum abest ut impietatem defendere conentur, quod etiam resipiscere, & publicam agere pœnitentiā uelint, admonitæ, reclusiū institutæ, & ab errore reuocatæ. nec talib; sinum præcludit Ecclesia, quam potissimum etiam spectat defensio nis censura.

Homicidij præterea insimulantur nostræ Lamiæ. Fateor, si homicidij contiuncuntur, interficiendas iuxta legem Mosaicam & ius commune. At qui agnoscis eas exhibere res innoxias: ergo quum ille ne hilum profus noceant, multò minus periment: non igitur criminis reæ sunt. Proinde nec hac ratione de ijs capitîs supplicium sumi debet. Si dixeris, in eis necandi esse animum & voluntatem, quamuis non respondeat successus: eti; hic responsum abundè putarim in fine proximi capitîs, tamen hoc tibi adhuc obijciam, uoluntatis delictum à Deo puniri, non, nisi in actum ceperit dirigi, à magistratu, cui exteriora saltē commissa sunt: alioquin quotidianum eorum qui necem aliorum desi-

derarunt & uoluerunt, ad carnificinam traherentur aliquot myriades.

Inde etiam defenditur, dæmones cum Lamijs reuera carnalem explore libidinem, & inter fœdos amplexus in familiari colloquio eas interrogare dæmones quæ uolunt, & responsa querere. Hoc eti; satis superq; sit confutatum suprà, ut non tam uanam illarum cōfessionem, quām stultam aduersariorum credulitatem mirer: de nudū tamen tribus hic respondeo uerbis, diabolum spiritum, nec carnem, *Luc. 14.* nec ossa habere, quæ ad hoc opus perficiendū desiderantur: organa defuncti, *Imaginarium* nimirum penis testiculiq; & materia, *diaboli con cubitu* semen scilicet, ex sanguine & idoneo spiritu genitum. Scitè hoc ipsum D. Augustinus comprobat, dæmonem nihil posse, quod per instrumenta naturæ effici nequeat. Hunc actum ludibriofum esse demonstraui, qui tam è quibusdam uerè & realiter peractus esse contenditur, quemadmodum & choreæ, comedationes cum dæmonibus, & nescio quæ rerum ludibria, copiosè multis documentis tertio libro confutata: quapropter & ea repeterem, que in reū natura non sunt, longioremq; disputationis telam contexere, profectò piget. Nihilominus illius quod imaginatione uel in somno contingit, ut Icelus exaggeretur, & supplicij crudelitas aggrauetur, collatio sit cum enormi flagitio uerè perpetrato: nimirum, quod si is qui cum iumento rōcubuerit, morte sit plesten dus ex Mosis decreto, quāto acerbio- *Exod. 21.* ri pœna erit tollendus, qui opus illud carnale cum diabolo exercuerit à minori scilicet ad maius producto argu mento. ego autem illud inueterim iustius, uidelicet à crimine imaginariorum, uel per somnum ex dæmonis artificio subdolè impresso, ad fœdissimam spurcitatem indubitate peractam,

*40*

Cc 2 æquis.

*Huc facit Pe tri exemplum  
Paulo ante  
propositum.*

*Lamia non  
sunt homi  
tida.*

æquissimo iudicio seueriter puniendam. Nec minus absurdum est, quod inter fodos amplexus (qui reuera nulli sunt) in familiari colloquio dæmones rogent quæ uolunt, & responsa quærant lamiæ, id quod aduersarius inter cetera urget. At meræ sunt imaginationes, quibus ueri nihil ineſt. Quod etiam ſæpumerò dæmon in ſpecie canis, hirci, alijsue bruti animalis, ſive ſpeciem eorum aſſumperit tantum, ſive reuera inuaferit & obſederit, ad Lamias accedere, à plerisque feratur, inter ueras Luciani narrationes recenſeat. Absurdis relationibus actiones criminales exagge-  
rare, decet minimè prudentes, sed potius demonstrationibus ſole meridia no clarioribus uti.

Quum adhæc in lipos linimeti uirtute, uel ſi uoles, diabolica arte momento ſe reuera mutatas, & alia inuincione denud in homines trāſformatas constantiſſimè fateantur edentulae anus, qua fronte aut impudentia quis realē metamorphofin defendet? Si docuero, profundū ſomnum unguenti potentia inductum, & à diabolo ſomnorina eiusmodi ſimulachra interim impressa, quomodo phantasiam hic illæſam esse quis pertinaciter reclamat? Similia à me conſutata paſſim in his libris obuia, ſi hoc ſi inſanire, quid ſapere ſit, non ſatis capio. Quorū ea quæ natura non patitur, nunquam fuere, uel elle poſſunt, temere admittam?

Nec certè prætermittenda silentio illa oppoſitio, quod alios ſeducant Lamias. Quū phantasia ſint deluſæ, quomodo alios ſeducere queūt nū phantasma ſibi falſò à dæmone impressa pro ueris actionibus, tanquam res geſtas narrare, appelles ſeduceſte: quod etiam ſi fit, elle quām rariffimum, ne-  
mo dubitet: ſecus licet fateantur, quæ-

*Ailes non  
ſeducere.  
Lamias.*

admodum & multa alia, quæ per ſomnia ſolūm iplis apparuere, & tamen pro ueris defendant. Quotquot uero hoc uocatio ſunt diuexatæ, nullum uiuersæ huius deluſionis agnoscunt alium magiſtrum quām dæmonem, ſuis illis technis deludentem. Quan-  
tum adhæc uirium in ſeducendo illis fit tribuendum, atteſtantur & iners ſe-  
xus & stupidæ ætas. Si etiam apud il-  
las quæ ſeducere & ſeduci dicuntur,  
diligenti attendatur animaduſionē eorum quæ in hanc rem fatentur, tam inſulſa intelligeſt, uaria nec coherētia, ut utrasq; in ea inſtitutione fuilſe deli-  
ras, nec mentis compotes, & à dæmo-  
ne agitatas obſeffasq; imò ipſum ſata-  
nam in eisdem loquutum, facile agno-  
ſcas, ſi ueritatis æquilibrium ſpectes  
ſolūm, ſepofiti affectibus, peruerſe  
opinionis iam dudum imbibitæ præ-  
iudicio obfirmatis. At lamias, in ſe-  
deris cōtractu pollicita eſſe, quod in  
hanc ſocietate alios quoq; traducere  
ſatagent, dices. Nimis profecto mul-  
tiſi diuerſisq; ſuprā docui testimonij, pactionem illam eſſe phāſticam, &  
uaria ſimil in ea agitari tum de uetul-  
larum uolatu, tum de coitione dæmo-  
niaca, tum de transformatione mox  
dicta, tum de reliquis ad nauſeam nō  
repetendis, quæ ipſe uelis nolis, falsa  
& imaginaria eſſe fateberis.

Mirum eſt quoque hic ad actus cri-  
minales agglutinari, quod ueritas mó-  
ſtroſasq; edificant artes Lamiae: quum  
nullas certe norint. Sunt enim indo-  
ſtæ, uetulæ, deliræ, mentisq; nimis  
quām stupidæ: unde & à ſatana citius  
deluſæ, quibusdam apparitionibus,  
umbris, præſtigijs & inanibus imagi-  
nationibus firme, uelut bis pueri ſenes,  
quæcunq; ludibria pro ueris ample-  
ſtunt. Eò autem pertinacius hoc ut-  
getur argumentum, ut cautiui noſtræ  
Strigæ poſſent illaqueari damnaq;  
decreto

*Suprà lib. 6.  
cap. 3.  
In libro A.  
polog.*

decreto promulgato, L. multi. C. de malefis & mathematicis. uerūm hoc illas non concernere, ostendi tum alibi, tum in epistola priori ad Brentium. Qui uero artes curiosas magicasque exercuēre, magi fuerūt prophani, qui & libros habebāt, flammis postea traditos iure, ex Pauli doctrina, Actor. 19. Quoscumque huius factionis homines condemnat Moses, & lex Imperatoria.

Hucitem pertinet, aliquem occidi posse diris imprecationibus, infandis carminibus, dæmonum invocationibus, & exorcismis, non citra rationes multas me fortiter pernegare: quemadmodū & stupidas nostras Lamias nunquam ijs friuolè inutiliter quæ uti, sed magos quos descripsi infames, ipsosque diuinatores iijdem esse celebres famososq; citra magistratus castigationem, etiam si alios in peruersas ducant opiniones, lites accumulent, & cædes struant, uicissim affueranter concedo.

Præter hæc, qui Lamiarum phakrides diriter costruere satagunt, spiritus immundos quoq; ab illis in alia corpora immitti contendunt: quod fieri omnino nō posse, lib. 4. cap. 18. factis conuictum arbitror.

De rebus incantatis, quod etiam obiicitur, liberè dictum uolo, eas nullum dare damnum, nisi naturali uirtute uenena sint, nec quicquam operari extra uim in rerum primordijs à Deo inditam.

Vt criminis adhuc magis onerentur sagæ, subnestitur, dæmones sæpe non cogitatueros, quæ incitati & exorati à Lamijs tentant, & Deo permittente perficiunt. Quasi uero illi non propria malicia ineffabili cōtinuò aduigilent, nocte diuq; nos circumeuntes, uelut rugientes leones, querentesq; quibus noceant, & quos deuorent. Sed & nō

modò quæ infatuatæ anus desiderant forte, nequeunt illi: uerum etiam multa quæ ipsi uelint, naturali impotentiæ, uel inabilitate, non possunt, ueluti res nouas creare, uel creatas uerè im mutare, aut cum hominibus concubere, & id genus reliqua: & quæ quidem possunt, non semper permittuntur. Quinimò ipse subtilissimus spiritus stupidarum muliercularumphantasie ingerit, ab ipsis non se excitatum talia effecisse, sed illas ipsas perpetrasse, quæ uel ipse præsticit, uel aliunde acciderunt: unde pati eas, & non agere, dicendum esset. Nec sanè credendum, iustissimum & misericordissimum Deum aliquid ex malefanæ annusphantasia, aut uoluntate (si ita uoles) concessurum, & non iusto suo iudicio, & decreto in eternæ consilio trinitatis pronunciato. Quocirca calamitatū satanicarū authores esse stripes nostras, uel instrumenta, nondum est conuictum. Neque hic locum habet: Non innocens est, qui iubente alio interficit hominem.

Hic ad obiectiones quasdam, ut obuiæ fuerunt, obiter nonnihil dictum: si quid desiderabitur, suis locis passim per hos libros dilutum comperies, ueluti & quod in redarguendis huius argumenti uanis Paracelsi & Ioannis Campani opinionibus requiretur.

Si quos adhuc immodetius aduersus me suas eructare calumnias lubet, ad æqui Lectoris censurā prouoco.

Quod maleficas mulieres non magis pœna dignas me existimare dicatur, quam ex melancholico, uel alio quodam morbo despicientes, fit mihi iniuria, & à calumnia me liberabit præcedentis capituli initium, ubi de illis loquor, quæ mentis errore à diabolo affectæ, nec ulli fuerunt noxiæ, quomodo sint reducendæ, & quæ eis statuerint a pœna. Dohis quæ alijs damnū de-

*Yr. de suprà hi  
bro 1. cap. 25.*

DE MAG. INFAM. POENIS  
dilse compriuntur, ut pro criminis  
qualitate & magnitudine ex legum  
decreto supplicium sumeretur, perpe-  
tuò mea fuit sententia. Si quis inte-  
rim sanguinis insontis sitientior om-  
nes neruos viresque in hoc extendat,  
quibuscumque conquisitrationibus,  
ut circa ullum commiserationis mo-  
mentum nostras Lamias à dæmone  
illusas, phantasia uitiatas, nec ulli no-  
xias, & quæ ex Mosis & Imperatoris e-  
dictis non modò puniri debere, sed &  
diriter torqueri perdiqe, contentio-  
sius urgere pergit, & magistrati in  
hoc negocio nimis saepe inhumano  
fasces flammæque; subministrare mor-  
dicis uelit, is ut in suo abundet sensu,  
scimusque expletat, per me sanè licet:  
quorum multa cōtentione opus est?  
Sufficit mihi ingenuè sententiam pro-  
posuisse meam, qua à consueta puniti-  
onis atrocitate, qua citra iustum uer-  
tatis inquisitionem, & exactam circu-  
stantiarum trutinam, hactenus indi-  
scriminatim exercita nimis, aliquam  
commonstrare viam conatus fui: te-  
stis ille quem nihil latet. Si operæpre-  
cium fuerit præstatum, cum iudicio  
admittant prudentiores & pii: si min-  
us, bene uolenti ignoscat. Medicum  
me esse agnosco, non causarum foren-  
sium iudicem. Proinde neque; hic, quin  
à me plerique dissentiat, recusare aut  
possum, aut uolo. Verum à discepta-  
tionibus & continuis litigij naturæ  
duo abhorreo, quæ illis qui ipsidem  
afficiuntur, reliquo libera. Si qui ita-  
que eiusmodi altercationibus dele-  
ctati, aduersus me quicquam adhuc  
olim molientur, responsi nihil se post-  
hac à me expectatus sciunt, ne  
ex meo silentio uistoriæ tro-  
phæa sibi pollice-  
antur.

DILVITVR SENTENTIA GE-  
ORGII PICTORIJ, QUA LAMIAS ILLE CRUDELI MOR-  
TE PUNIENDAS ESSÆ DEFENDIT.

## Caput XXV.

**A**rgumēta, quibus Georgius Pi-  
ctorius medicus, in libello de  
Sublunaribus dæmonibus, de-  
fendit, Lamias inclementer uel igne  
uel alio quoquis tormento esse tollen-  
das, sparsum in his nostris libris tam so-  
lidè confutata esse arbitror, ut superius  
caneū certè iudicem, illi uel paucis re-  
spōdere, uel plura his adiudicere. Enim  
uerò earumphantasiā à dæmone ui-  
tiatam esse, ut neminem nisi opinione  
læserint, satis superque; demonstratum  
est. quemadmodum etiam manifestè  
ostendi, dæmonem, uti spiritum, ossi-  
bus, carne & halituoso humore, que  
in actum uenerum requiruntur, caren-  
tem, cum foemina cōgredi nequitquam  
posse. Quod tamen Pictorius hic ne-  
gat, & se Augustini & Cōciliatoris sen-  
tentiae preferre ait cuiusdam Marci te-  
stimoniū, qui insignis satanæ cultor,  
in Cherfoneso uitam egit solitariam,  
Michaëli Psello familiaris: atque demo-  
nes genitalia habere, & fecundos esse  
femine, docuerit: quod hi salaces istis  
deformissimis pecoribus (sic Lam-  
ias appellat) generandi studio in locel-  
los infundunt, & proles excitant, sed  
nostris dissimiles, & nanos fermè si-  
miss referentes. Vnde hęc Marcus no-  
uisse potuit, nisi quod, dum familiariter  
dæmonum consortio uteretur, in  
ea forma ab ipso descripta, oculos il-  
lius deluferint, & præstigij usque brā pro-  
re obiecerint, aut eiusphantasiā, ut  
& Lamiarum, huiusmodi suggestione  
uitiarint? Debuit adhæc, ut philoso-  
phus, considerasse, omne semen gene-  
rare suum simile. Quorsum ergo nani  
ex dæmonum, qui spiritus sunt, semi-  
ne gignentur? quæ eorum similitudo?  
in quibus conueniunt? in qua-  
tita-

L I B R   V L  
titatē, aut in substātia? simiāsne iti-  
dem referunt in generādo dæmones,  
qui formam norunt mentiri quamcū-  
que, etiam angelorum lucis? Si pro-  
creandi his potētiām tribuere uoles,  
malos gignēt genios uel spiritus. ana-  
logiam etenim rerum hic statuere o-  
portet. Accedet quoq; immortalitas,  
qua ratione à creationis primordijs in  
tam numerosam excreuerint sobolē  
ad huc usque sēculum, ut nihil præ-  
ter has larvas nostris sedulō obuersari  
oculis, nec usquam hominē ab ha-  
rum infinitis myriadibus securum fo-  
re, non mirum sit. Hanc sententiam  
qui conuellere uolet, rationes addu-  
cat, quibus, ut nūgis his, imd̄ aperiſſi-  
mis mēdacijs credam compellar. De-  
miror sāne, doctum uirum hic sibi illu-  
di, sensusq; perstringi sinere.

Aliam insuper punitionis occasio-  
nem nimis fruolam adiūgit, quod ha-  
rum Erynnarum numerus in tam im-  
mēsum excresceret pelagus, ut ab ea-  
rum incantationib. tutus degeret ne-  
mo, nisi comburerentur. Imō nusquā  
ab harum lēsione securius uiuitur,  
quām ubi hēc uictima locum habet  
nullum, nec ea igni mandātur: nimi-  
rum ubi diaboli dolus, artes & præsti-  
giæ, quibus nocte diuq; in suam illi-  
cere nastam homines incredulos, uel  
modicæ fidei satagit, innotuere: ubi  
in cunctis afflictionibus Deus omni-  
potens, iustus & misericors cognosci-  
tur imploraturq;: ubi ad Christum u-  
nicum diaboli supplantatorem, eius-  
demq; regni strenuum euerforem cō-  
fugitur: ubi ordinata à Deo media nō  
negliguntur: ubi quod solius diuinæ  
maiestatis est, satanæ aut maleuolæ a-  
nui non attribuitur.

Ad Ludowici Milichij censuram de  
Lamiarum pœnis, uti quoq; ad Jacobi  
domini in Lichtenburch iudicium.a-  
bundē toto hoc Libro responsum esse

existimauī, ut frequentiori repetitio-  
ne minimè opus esse sentiam.

## VENEFICARVM POENAE.

## Caput XXVI.

**N**On aliò torquenda erit lex Cor-  
nelia, quām in ueneficas. Quæ-  
cunque enim fœminæ morbos,  
sive mortem, aut iacturam, alicuius ue-  
neni potentia cuiquā induxerunt, Ve-  
neficarum nomen & punitionem me-  
rentur: atq; his pro criminis qualita-  
te pœnam uel aggrauant, uel mode-  
rantur leges. Quemadmodum si quæ  
philtro uel amatorio poculo apud p-  
cos, amasios, aut alios, amorem extor-  
quere contendunt, eosq; interim uel  
dementāt, uel morbis excruciant, nō  
tamen uita orbant: ijs noxæ magni-  
tudinem & uolūtatis studium, pœna  
20 grauitatem uel moderationē præcri-  
bere iustum est. quod de quo cunque  
illato rerum dispendio dictum semel  
uolo. Lex Cornelia de sicarijs & uene-  
ficiis s̄i habet: Qui uenenum malum Lex Corne-  
lia, ff. lib. 46.  
necādi hominis causa fecerit, uel uen-  
diderit, uel habuerit, plebitur. Eius-  
dem legis pœna afficitur, qui in publi-  
cum mala medicamenta uendiderit,  
uel hominis necādi causa habuerit.  
30 Et ex Senatus consulo relegari ea est  
iussa, quæ non quidem malo animo,  
sed malo exemplo, medicamentum  
ad cōceptionem dedit, ex quo ea quæ  
conceperat decessit. Alio Senatus cō-  
sulto effectum est, ut pigmentarij te-  
merē cicutam, salamandram, aconi-  
tum, pityocampas, mandragoram,  
cantharidas, aut quid lustramenti cau-  
sa dantes, pœna teneantur eiusdem  
40 legis. Ante Q. Fabium Maximum æ-  
dilem Curulem in nullam de uenefi-  
cio fuisse inquisitum, suprà ostendili-  
bro 3. cap. 3. ubi & ueneficarum pœ-  
næ exemplum.

Porrò fœminas ab initio ad uenefi-  
cium fuisse procliuiores uiris, grauiſſi-  
mitio ad ueneficium pre-  
cliuores.

mi testantur authores. Refert Diodorus libro quinto de Antiquorum gestis, Hecatē fœminā omnium primum aconitum inuenisse, & ad uenena mortifera confienda summū studiū operamq; impendisse. Quin apud Romanos fœminæ ueneficijs primum usq; sunt, ut testantur Liuius libro 8. & Valerius lib. 2. tit. de Institutis antiquis: & nonnihil D. Augustinus libro de Ciuitate Dei 3. cap. 17. Plinius aut libro uigimoquinto, capite secundo scribit, sc̄iētiam fœminarum in ueneficijs prualere. Quid enim (ut subdit) nō repleuēre fabulis Colchis Medea, aliæq; in primisq; Italica Circe, dijs etiam ascripta, quemadmodum & Thracia apud Thrases, quorum regioni & nomen dedit? Sed & præter istas, apud Horatium nunquam non uidebis magas & ueneficas mulieres memoratas: Gratidiā, quam & Cannidiam appellat, Saganamq; & Veiam Neapolitanas, Foliam Ariminensem, & alias: viros aut neutiquam. Quin & apud alios scriptores, plures etiam alias reperies: Mycalen scilicet, Erichthonen, Dypsaladem, Eriphiam, Guthrenem, Gygen illā Parytatis matris Cyri famulam, Martinam quādam Cornelio Tacito memoratam libro secundo Annalium, & Locustam apud eūdem, ad finem propemodum lib. duodecimi, & alias ferè infinitas. Vetus est pro uerbium de mulierū ueneficijs, θισσανή γυνή, id est, Theſſala mulier, Suidæ memoratum, quo scilicet utimur in ueneficas mulieres: quoniam ea gens, & præsterrit fœminæ, præ ceteris hoc nomine sunt notatae. Quintilianus libro 5. Orator. instit. tit. de Argumentis: Latrocinium, inquit, facilius in viro, ueneficiū in fœmina credam.

In Perside ueneficos plecti, ut in ampio lapide caput impingeret, rursusq; alio superinducto lapide illud effrin-

*Valer. lib. 2.  
cap. 16.*

*Quid. in epi.  
Sappho.*

gerent, fertur. Quid aut hic statui debet de ijs, qui uenena in hominum uel pecorum perniciem appararint, uue mares siue fœminæ sint, prudentis Magistratus æQUITATI & iUDICIO RELINQUENDUM CENSUI: ne sibi extra profelctionis mea limites quicquam praeditari queratur ille, cuius ordinacionem à Deo esse testantur literæ Sacrae. Sententiam tamē incomparabilis prudenter Atheniensium Areopagitarum raram, consilioq; certè maturo pronūciatam aduersa ueneficiam, tanquam iudicij deliberati discretiō, exemplū, colophonis loco ex Aulo Gellio subiungere uolui: cuius hæc sunt uerba. Ad Cn. Dolabellam, proconsulari imperio prouinciam Asiam obtinentem, deducta mulier Smyrnæa est. Ead em mulier uirum & filium, eodem tempore, uenenis clām datis, uita interfecrat. Atque id fecisse confitebatur: dicebatque se habuisse faciendi causam, quoniam ille idem maritus & filius, alterum filium mulieris ex viro priore genitum, adolescētem optimum & innocentissimum, insidijs exceptum occidissent. Idq; ita factum esse, controuersia non erat. Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex cōfilio sententiam ferre in causa tam anticipati audebat, quod & confessum ueneficiū, quo maritus & filius necati forent, non admittēdum impunitum uidebatur: & digna tamen poena in homines sceleratos uindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad Areopagitas, ut ad iudices grauiores exercitatoresq; reiecit. Areopagitæ cognita causa, accusatōrē mulieris, & ipsam quę accusatatur, cœtesimo anno adfesse iuellerū. Sic neq; absolutū mulieris ueneficiū est, quod per leges nō licuit: neque nocens damnata punitaq; est, quæ digna uenia fuit. Ex Valer. Max. libro 8. cap. 23. scripta hæc historia.

*Lamis non profundit, quod creduntur fieri.* **L**am tandem Lamias earum rerum omnium quæ illis ascribuntur pa-  
sim, nec naturali ratione, nec in fa-  
cto causas esse, comprobatum satis ar-  
bitror. Nam si quid eiusmodi haec ef-  
ficiunt, utique possunt etiam actus e-  
niam presupponit potentiam. Si uero  
posse concludere uolumus, definien-  
dū omnino prius est quo modo, quā-  
que ratione possint. At neque per se,  
neque per incantationes, neque per  
dæmonem, neque dæmones per ipsas  
ea præstare queunt.

*Personas possunt.* Per se quidem ipsas non posse, tri-  
plici ratione demonstrauimus. Quæ enim ad omnem actionem, siue sim-  
plex illa sit, siue certo fine fiat, requiri-  
tur, agentis nimirum facultas, aptitu-  
do patientis & subiecti, conueniens &  
possibilis applicatio, tribus his plane  
carēt. Nam quod ad ipsas spectat, mor-  
tales sunt: quorum omnis facultas cū  
ex analogia consonantiaq; corporis & animi pendeat, hoc quidem nihil  
nisi intelligere & uelle: illo uero tan-  
tum possunt, quantum terrenorū sen-  
suum termini patiuntur. Itaque nec  
ad superiora sua potentia pertingunt,  
nec quicquam omnino possunt ope-  
rari, quod sensibus non respondeat.  
Sicut enim diximus, ad efficiendum a-  
liquid, uel ad effectum producendum  
in aliquid, necessaria proflus est uir-  
tus ac potentia causa efficientis, haud  
securus atque *impeditus*. Quantum etiam

*Subiecti in-  
pitudine.* *L*amis adrogans, attinet ad id in quod agere credun-  
tor. *D*. *de a.* *D*. *de a.* *dopt. in r. p.* ut terram concutiant, nubes dissol-  
viant, grandines prouocent, uentos  
excus. *tur. l.* cieant, imbræ inducant, fulmina eu-  
*pupill. D*. *de cent.* tonitrua eliciant. Nullus enim  
*tur. & cur.* uel noster esse potest actus uel alterius  
*Alex. Conf.* agentis, nisi in paciente apto, bene & que-

disposito. Non est aut ea aut uniuersi-  
tatis ratio, aut elementorum condi-  
cio, ut homines in ea uel agere pos-  
sint, uel ea ratione possint qua lamiae  
creduntur, ut superioribus libris latius  
explicuimus. Per incantationes igitur  
multo minus haec consequentur. Nec  
uerò causato, ut loquimur, plus virtu-  
tis inesse potest, quam ab influxu be-  
neficiorum, suæ causæ proficiuntur. In-  
cantationum carminumq; causæ sunt  
lamiae, & iij qui ijs utuntur, quemad-  
modum uerborum omnium, quorum  
quis sit effectus, Aristoteles in secun-  
do de Anima subtilissime docet. La-  
mias autem haec augendi nullam ha-  
bere uim, nullam facultatem, iam o-  
stendimus. Ergo nec incantationes  
talium effectuum sunt causa, nec lami-  
arum potentiae suffragatur illa regula:  
Quicquid est causa causæ, etiam est e-  
ius causa quod causatum dicitur. Ete-  
niam licet priora duo qua in omni a. *D. ad l. iul.*  
ctione requiruntur, non desinent, ter-  
tium tamen hic desicere uidemus. In-  
cantationes enim non esse medium  
aptum inter homines & corpora cœle-  
stia, alijs in locis docuimus. Itaq; uel  
hoc ipso totum negocium non solùm  
impediretur, sed nec institui posset.  
Medium enim inabile & inconve-  
niens, impedit ut extrema uel coniunctio-  
nibus, uel in agendo quid consenti-  
ant. Nisi forte cum Platonice cōstitu-  
amus, mundum hunc esse quoddam *de adult.*  
animal quod etiam sentiat, & aures o-  
culosq; habeat: cum q; Pythagora, cā-  
tibus eum delectari & moueri.

Sed nec per diabolum eas haec pre-  
stare ostendimus. Nam ut concedam  
etiam, quod aut diabolum incatatio-  
nibus suis possint cogere, aut diabo-  
lus haec sponte faciat, cum inuocatur  
ab illis: tamen nec ad id agendum com-  
pellere, nec illud per ipsum possunt ef-  
ficere, quod in eius potestate non est.

*L. in omni a. - D. de oblig.*  
*et. alt. L. C.*  
*debar instit.*  
*L. si ergo. t. D. si*  
*cerv. petas. c.*  
*z. h. hor. a. t. a.*  
*qui f. e. d. da.*  
*reppos.*

*L. etij amicis.*  
*D. ad l. iul.*  
*de adult.*  
*Doch.*

*L. fin. D. de*  
*niens, impedit ut extrema uel coniunctio-*  
*nibus suis possint cogere, aut diabo-*  
*lus haec sponte faciat, cum inuocatur*  
*ab illis: tamen nec ad id agendum com-*  
*pellere, nec illud per ipsum possunt ef-*  
*ficere, quod in eius potestate non est.*

*L. fin. D. de*

*fin. D. de*

*de seru. rust.*

*Macrob. in*

*Som. Scip.*

Licet enim ipse & omnia quæ com-  
memorauimus, & multa alia possit,  
quæ nobis miracula modò sunt, mo-  
dò uidentur esse: nō tamen ea presta-  
re potest, quæ uel ipse, uel homo uel-  
let: nec eo momento, quo uel ipse cu-  
peret, uel clientes optarent & iuberet:  
sed ea quæ uult summus Deus, & tum  
demum cum illi placuerit. Itaque, si  
quando post lìncantationes id quod 10  
uolunt consequatur, quia non ex libi-  
to, imperioque dæmonis aut illarum  
procedit, sed ex uoluntate iubentis  
aut permittentis Dei, quæ nullius aut  
spiritus aut hominis non solum in po-  
testate, sed etiam in scientia est: fortui  
tū (si ita uoles) id & hominibus & dæ-  
monibus esse oportet. Quare nec magis  
eorū causa sunt, quam omnī reū  
quæ non à nobis fuit, sed fortitudi no-  
bis licet optantibus accidunt. Nec de-  
niq; diabolica naturæ uis oblicatione  
illam nobis subministrat, idem esse si-  
ue per se, sive per dæmonem ea quæ  
ipis attribuuntur, faciant Lamiæ: nec  
diffire, utrum effectū producant, aut  
causam immediate præbeant.

Postremum est, quod dici posset, dæ-  
monem per anus hæc quæcunq; su-  
præ diximus operari, ut miserè Lamiæ 30  
causæ sint instrumentales. Quasi uero  
mille artifex earum egeat opera? Sed  
ut hoc non sit, quis non uideret in epa-  
prosclus ad cœlū, aërem, nubes acuen-  
tos commouēdos edentulas anus es-  
se organa? Ne igitur illos nequam spi-  
ritus tantæ putemus & insipientiæ &  
inertiæ esse, ut has adeant: & naturam  
ed recidisse, ut pereas moueat. Ad  
agendum enim aliquid, instrumenti  
conuenientia requiritur, & habilitas.  
Quanquam etiam, si Lamiæ dæmo-  
num ad ea quæ Deus optima max. ijs per-  
mitit efficienda, necessaria essent, a-  
ptæq; organa, quam inde pœnam me-  
rerentur miseræ? Primùm enim hoc

*L. 1. damnum.  
P. derig. iur.  
L. & atraffle.  
P. de u. & us-  
arm. l. u. uil  
interv. D.  
ad l. Cornel.  
de scarr.*

*Instrumenti  
habilitas.*

*L. & ceterū.  
P. de Act.  
poff.*

cas pati uideremus: Ergo minimè fa-  
cere. Simul enim hæc non concurrūt.  
Tum etiam certum est, ex causa instru-  
mentalæ actiones non censi, nec fi-  
nem eorum quæ sunt, ab organo de-  
pendere. argumento I. qui mihi dona-  
tum. D. de donat. Finis autem in male-  
ficij, tantum modò punitur, I. diuus,  
D. ad l. Cornel. de siccari. Atq; his pro-  
pemodum rationibus fusius explicati,  
firmissimisq; argumentis stabilitatis,  
per naturam rerum, testem ueritatis  
optimam, fieri non posse declarauim-  
us, ut quicquam eorum quæ dicta  
sunt, Lamiæ uerè possint. quod pri-  
mum est argumentum, eas quoq; ni-  
hil eiusmodi facere.

Secundum erat ex facto petitum,  
quod optimum ueritatis fundamentū  
est: quia ueritas est certa rei noticia,  
habita maximè per uisum. Vbi autem  
ipso deprehendimus, hos effectus fal-  
lissimè Lamijs tribui. Nō solum enim  
illæ calamitates, quarum causæ dicun-  
tur esse, durant, atque adeò redeunt,  
postquam iam è medio sublatæ, in ci-  
neres redactæ sunt: sed ibi quoq; tam  
crebra tamq; uehementes quandoq;  
sunt, ubi lamiañ nec potentia nec no-  
men cognita sunt. Effectus autem non  
debet ascribi causæ, qua remora, idem  
nihilominus contingit. I. cōditionibus  
pupillus, in pr. D. de cōdit. & dem. ar-  
gumento I. antep. D. ex quib. causis ma-  
ior. Cessante enim causa, necessariò l. adigere. &  
quoq; cessat effectus. Cum ergo ex fa-  
cto habeamus, lamias neq; per se neq; c. cū cessante,  
per alium haec efficere: sed alium abi-  
que illis, hoc est uel Deum *misericordia*, uel  
diabolum, summi & omnipotētis Dei D. depre-  
permisissu: profectò nec equū est, ut aut  
ex facto alieno onerentur, aut ibi pœ-  
na sit, ubi noxa non est. I. sahcmus. C.  
de pœn. Satis est ut unusquisq; ex suo l. crimen p. 7.  
admisso sorti subiicitur. Cū uero na-  
tura sit impossibile, ut non modò la-  
*miae*

*L. Franck. D.  
de fidei q. 7.  
I. testim. C.  
de test. Bald.  
7. col.*

*Experiens  
docei, lemisse  
id non facere  
quod q. impos-  
natur. gl. 18  
Auth. de mō  
str. cantek. in  
pri. 5.*

*prin.*

*l. adigere. &  
quamvis. D.  
de ur. patris  
c. cū cessante.  
ext. de appell.*

*l. Lincausa  
cur.*

*cur.*

*Emultum. C.  
Si quis alteri  
vel sibi.*

*Nil nisi possit  
bene punitur.*

mixæ, sed & reliqui homines eiusmodi rerū causæ sint efficiētes: nostrū sanè non est, in prædictiū alterius id esse possibile defendere. Neq; uerò de iure quid est posibile, quod natura sit impossibile. I. gl. I. filius. D. de cōdit. inst. Et nihil est certius, quām defēctum potentiae nō solū actū, sed etiā actus præsumptionē impedit. Quam etiā ob rem nō quæ quis aut uoluissit dicitur, aut potuisse p̄batur, attendunt iudices: sed ea quæ quis cōmis̄isse & fecisse demōstratur, quæq; per naturā rerū tam in potestatem q̄ uoluntatem hominis cadunt. Quod adē uerū est, ut etiā quis uel sponte uel aliter cōfiteatur delictum, quod aut simpliciter cōmittere nō potuit, aut certis de causis naturaliter cōmis̄isse nō uidetur: tamen ex eo puniri nequeat. Confessiōnem enim & uerū & possibile contineare debere, suprà docuimus. I. inde Neratius. D. ad I. Aquil. C. fin. de confess. in 6. & ibi gl. I. C. de confess. ibi Bal. Et Angelus conf. 116. uol. 4. refert, mulierem quandam confessam, le marito uenenum propinasse, ex eoq; illū interijisse, ex tali confessione cōdemnari nō debere: quia iudicio medicorum non erāt lethalia pharmaça, quæ se dedisse confitebatur. Anno quoque 1563, uiderunt filii mei Patauij puerum rapientem in foro poma ab inuita muliere, leviter uirga in dorso percussum, statim concidisse mortuum. Non tamen uerisimile erat, ex eo mortuum, difficillimum nām que medicis uidebatur. Impossibilium autem & ualde difficillium idem propemodum est in iure iudicium. I. apud Julianum. f. constat. D. de leg. i. Quod etiam ad lamiarum spectat patrocinii. Ut enim fieri posse per eas concedamus, quæ posse credantur: quid tamen ijs ipsiis homini esse posset difficilius? Vix igitur etiam uero sunt similia. At quod

uerisimile non est, attendi non debet. c. quia uerisimile. de Præsumpt. I. fin. in prin. D. quod metus causa.

Adhac quum de causa calamitatū earum, quas lamijs impingimus, certō non constet, hoc unū miserias etiam excusaret, quād multiplices ac variae earum possint esse occasions & cau- sæ. Effectus enim qui multiplici ex causa colligi potest, iustiori semper ascribitur. c. estore, de reg. Iur. in antiqu. Nec in dubio delictum omnino præsumitur. I. C. ad I. Cornel. de sifar. Iam uerò cum & de remota constet, & de propinqua, quæ propriæ causæ appellatione continetur, non solū innocentes affligeretur respectu nocentis, quo nihil est periculosis (I. fin. infr. C. de his qui latr. I. prægnantis. D. de pœn.) Sed ipsi quoq; Deo sum mam in- *In iuria Deo* iuriam inferremus, si manū eius nō a *quomodo fit.*

gnosceremus: hoc est, si qua nobis uel ad pœnam, uel ad probationē, uel ad monitionem immittit, ea uel ab alio quām ipso, uel ob alias causas q̄ legitimas, uel per alia media quām quib. à mundi primordijs usus fuit, proficiisci, & nobis imponi cederemus. Non obstat igitur Leorū. nec I. mul- ti. C. de maleficis & mathematicis, nec ecarum auctoribus Diuo Constantino Constatiōq; fit iniuria, licet alio- quin legum emendationem summē uitandam esse non negemus. I. præcipimus. infr. C. de appellat. Nam ces- *Bart. Cof. 6.* fante ratione legis, cessat lex. I. quod dictum. D. de pact. I. adigere. f. quam- uis. D. de Iur. patron. Ratio enim est *Ratio anima* anima legis. I. cum ratio. D. de bon. *legi.* damn. c. ratio nulla. infr. ext. de præ- bend. Ex ratione lex omnis interpre- tationē accipit. I. cum pater. f. dulcissi- mis. D. de leg. 2. Doctores ibi. In I. mul- ti, dicitur, multos artibus magicis ele- menta turbare, uitam insontium labefactare, manes accire posse. In I. leorū,

dicitur, maleficos, morbos, imbras,  
grandines, uentos & remouere posse,  
& auertere: nec eos esse puniendos,  
qui incantationibus utuntur ad finem  
boni, sed eos qui ad finem mali. Bart.  
& Salyc. in sum. Atqui iam & ratione,  
& experientia, & auctoritate probatū  
est, nihil istorū uere per homines fieri.  
*Leges de maleficis an locū  
habeant.*

Correcta ergo ratione legis, correcta  
mihi uidetur lex gl. ord. in l. i. in uerb.  
Prouidentia. D. de legit. tut. & in l. qua-  
ratione. f. litera. uerb. Directam. D. de  
acq. rer. dom. Rationes autem non le-  
ues, quod tempestates & aërem com-  
mouere non possint Lamiæ, Libro 3.  
cap. 16. adduximus.

Experientiam suprà attigimus, nec  
certiorem habere possumus, quam è  
Libro quarto, quem ex meritis propè  
compositum exemplis eorum qui  
cum uel dæmoniacis, uel naturalibus  
morbis ac uitij laborarent, maleficio  
tamen Lamiarum affecti credebatur.  
Sed & illa clarissima est, quod quæ  
posse uidentur inducere & accire, nul-  
la uia remouere possint, atque abigere:  
quemadmodum etiam nec magi infa-  
mes quidem valueré, id quod suprà in  
*Exed. 9.* Pharaonis magis notauiimus, qui nec  
ranas nec cyniphes pellere, nec cauere  
sibi potuerunt, quin ulceribus affecti,  
suarum artiū uanitatem detegeré. Ut  
enim facere uidetur, qui cum possit,  
non prohibet, i. adigere, in prin. D. de  
Iur. patr. ubi gl. ita non facere, qui cum  
uelit, non potest. Per spiritū Dei nō po-  
*I. si bona fia  
dei. D. de  
uox.* terant. Quod si peripsos stetisset quo  
minus abigerent, potuisse nō infici-  
remur. Idem hoc est, aliquem posse,  
uel stare per ipsum quo minus possit.

Restat autoritas, quā habemus ma-  
ximam ex concilio Ancyrensi, 26. q. 5.  
c. episcopi. nec minorem à sanctis pa-  
tribus eorumq; canonibus, 26. quæst.  
2. c. illos. c. ex tuarū. c. fin. ext. de Sort.  
ubi Glossæ, & Doctores: qui omnes

expresse testantur, hereticum esse, qui  
credat huiusmodi per magos ac sorti-  
legos fieri posse. 26. quæst. 4. c.igitur. &  
c. accusatus. §. planè. de heretic. in 6.  
quia tribuit creaturæ, quod uni soliq;  
Deo conuenit. 26. quæst. 2. c. qui sine  
Saluatore. Ioan. And. in rub. ext. de  
Sort. & c. i. eod. Panor. Andr. Sic. in  
conf. 55. Oldr. in conf. 210. Quæ cum  
ita sint, legum illarum uerba non ed  
*Leges ha  
opinione null  
8. scripta.*  
sunt torquenda, quasi Christianus Im-  
perator, uel ipse crediderit, uel alios  
credere uoluerit, eiusmodi siue mira-  
cula siue calamitates ab hominibus  
per malas magicas artes edi ac per-  
fici: sed ita potius accipiēda, quasi de-  
sumpta & scripta ex opinione vulgi,  
& secundum communem loquendi  
formam: quam quidem obseruant &  
retinent plerumque legumlatores. Id  
quod ex l. nullus. eod. tit. alijsq; ll. opti-  
mè patet. Etenim leges legibus conci-  
liare modis omnibus debemus. l. uni.  
C. de inoff. dot. Quanquam si authori-  
tatem spectemus, quis est qui ambi-  
gat, in hoc negocio iuri diuino sum-  
mam tribuendam & fidem & reueren-  
tiā? In causis enim definiendis, ijs  
præsertim quæ spectant ad animum,  
cuiusmodi nostra est, dicta Patrum &  
Canonum, legibus sunt præferenda.  
Panor. in c. super illa. de secundis nu-  
ptijs. neq; leges ipsæ dedignantur sa-  
cros Canones imitari. Auth. ut cleric.  
apud proprium episc. in fine.

Ceterū aduersus ea quæ diximus *Voluntas La*  
pro defensione duarum istarum ll. miarum,  
instabunt fortassis & Molitor & alij,  
licet Lamiæ nihil eorum quæ dictæ  
ll. exprimunt, aut posse aut efficere  
concedatur, cupere tamen & uelle  
efficere: eadem autem seueritate uo-  
luntatem sceleris, qua exitum, esse pu-  
niendum. l. quisquis, in prin. D. ad l. Iul.  
maiest. l. si quis non dicam. C. de epi-  
scop. & cleric. Illud uero primum ex-  
ceptio-

ceptione clarissima possem elidere, quod nullam aliam ob causam miseris & infantes anus uel capi uel pleiti fateantur oportet, quam quod eiusmodi quid uel fecisse uel procurasse credantur: alioquin proprio se iugularent gladio. Nec enim aliter legitimè non modò condemnari, sed etiam torqueri possent. Secundò respondeo, illam iuris regulam, In maleficijs voluntatem spectari, non euentum, l. diuus. D. ad l. Corn. de sicar. præterquam quod uarias habeat limitaciones, hic quoque non adduci posse. Est enim uoluntas illa, potètia factò proxima: & maleficium nihil aliud, quam malum hominis factum. At facit, qui facere potest: & id facit demum, quod fieri per ipsum potest. Vnde nihil aliud illa definitio denotat, quam paria esse, delinquare, uel delictum attentare. dictis ll. l. is qui cum telo. C. de sica rijs. Lamias uero nostras hec non posse, saepe multumq; demonstrauimus. Itaq; nec facere quid eiusmodi (defectus enim potentie impedit actum) nec uelle censendum est. Neque uero quis id uelle uidetur, quod non potest. l. Lucius. f. Imp. D. ad municip. l. si tibi. f. unius. D. de opt. leg. c. cum à nobis. de sentent. ex com. Quæ igitur horum facinorum uoluntas in Lamias cadit, si modò uoluntas iudicanda sit, non nisi uana esse potest & debet. Inanis enim est uoluntas, nisi facultas adfit, & potentia. l. nolle adire, in prin. D. de Acq. hær. & ibi notat Alex. l. pater Seuerinam, in prin. D. de cond. & de monst. Nihilque est aliud quam uel puerilis animi persuasio, uel fallax o- 40 pinio, uel simplex destinatio, quæ in uiuentium actionibus sola nihil efficit. l. si nondum. C. de furt. Vel cogitatio tantum, qua cum nihil sit liberius, eius nemo pœnam patitur. l. cogitationis. D. de pœnis. c. cogitationis, di-

fin. de pœnit. l. si fugitiuus. l. saepe, in fin. de verb. fig. d. l. inficiando, in prin. de furt. Propositorum enim in mente retentum, nihil operatur aut in publicum, aut in priuatū alicuius detrimen- tum. Ideo cogitatio flagitiorum quorumlibet impunita manet, quæ quis & aggredi & perfidere potest. Bald. in l. non ideo minus. C. de accusat. cum suis terminis contenta est. c. cogitatio non meretur, distin. l. de pœnit. Quanto magis earum rerum quæ & naturaliter impossibilis sunt, & in nullius hominis potestatem cadere possunt? Enimvero huicmodi cogitationes ac desideria non hominis sani, sed a- mentis reuera sunt. Sanæ mentis uoluntas, rei possibilis est uoluntas. In ea paria sunt, nolle, & non posse. l. 3. C. de hær. insti. l. i. f. usus. D. de procul. Amens autem & ratione caret, & uoluntate. Itaq; nec dolus in eo præsumi, nec culpa quidem ei qui sue men- tis non est, imputari potest. l. sed et si. f. i. D. ad l. Aqu. Lamij autem nostris *Lamiae confi- tentes ea quæ sibi imponen- tur, amentes sunt.* ætatem decrepitam, tum ex mi- seria desperationem, tum phantasie uitium, tum pharmaca furorem indu- centia, tum dæmonem ita penitus o- mnem eripere mentem docuimus, ut quæ nec fecere, nec potuere, fecisse ta- men se confiteantur, seq; ipfas in aper- tam præcipitent sua sponte mortem. Quod nemo sanus, quantumuis for- 40 tis, unquam fecerit: quia uoluntas e- ius talis est, qualis esse debet. Est au- tem omnium terribilium maximè ter- ribile mors. l. ultimum. D. de pœnis. Furiosorum illud est, amentium, ac in- fantium. His nullum omnino deli- ëni imputatur. l. infans. D. ad l. Corn. de sic. Non si committant quod per- duellionis & maiestatis rei. l. famosi. D. ad l. Iul. maiestatis. Cur ita? quia iudicio carent: hoc est, ea uoluntate quæ in maleficijs spectatur & punitur. l. qui

Bald. in l. t.  
col. f. C. de  
sue eccl.  
Aristot.  
in Ethic.

iniuriæ. l. fin. l. uerum est. D. de furt. Quam etiam ob causam ut maximè Lamiæ nostræ possint quæ facere creduntur, & faciant quæ posse dicuntur: nihilo tamen magis puniri possent, quæ illi: quia non minus illa uoluntate carent malefaciendi, quæ poenam meretur in maleficijs tantum, dictis ll. l. si seruus, s. eti puer. D. ad l. Aquil. l. si quis testamentum, in fin. D. de furt. Hic enim locum habet illa regula.

Veruntamen, quoniam initium cuiusq; rei spectadum est. l. Pomponius. D. de neg. gest. & causa: nodus hic alter injicetur, originem scilicet & causam huius siue uitiae uoluntatis, siue amentiae attendi. Nam eti necessitatibus esse uideatur, tam ab initio uoluntatis fuit. Deo etenim relisto, cum dia bolo contraxere, eumq; secutæ sunt la 20 minæ, deuiantes à tramite Catholice religionis: quod non solum hæretici est, l. 2. in fin. C. de hæret. & Manich. sed apostaticum etiam, l. 2. in princ. C. de apostat. Denique delictis semper obligatio naturalis in eis ex tacito consensu delinquentis: quia delinquendo, ipso facto sequenti poena consentire, ad eamq; se obligare uidetur. gl. in l. 1. s. fin. D. de postul. & in l. si seruus. D. 30 qui not. inf. l. Impp. D. de iure fis. uers. tu huic poenæ te subdidisti. Et sanè nulla potest misellis alia imputari culpa, nullaq; instior earum puniendarum cau fel a Grillando uel à Molitore uel ab alijs Iureconsultis assignatur. At qui rationibus innumeris ostendere possem, contractum ac fœdus hoc nullum esse: itaq; nihil in alterutram partem operari posse, nihilq; huc facere 40 regulam, uniuscuiusq; contractus initium spectandum esse, & causam. l. si procuratorem, in prin. ff. mandati. l. 1. s. non solum. depositi. si tamen, ad Maled. Ac primò quidem ratione personarum: quia inter quos nulla est com-

Fœdus inter  
lemonem &  
amicas nullas.

munió, inter eos quoque nullum potest esse ius, nullus naturaliter contractus. Ratione terū: quis quæ dari sic l. non solum. de act. & ob-  
riue nec de iure nec naturaliter pos- lig.  
sunt, eorum nulla penitus est obliga-  
tio. Ratione conditionis adiectæ stipu-  
lationi, pactiōe: quia nec in stipu-  
lantium est potestate, nec ita in casu  
posita ut natura sit possibilis. Ratione  
10 formæ: quia nō ea ht quæ dat esse rei, l. cum hi-  
cuiusq; omissione uitiat actum. Ratione prator. D. de  
diffusus: quia semper &c de alio & a-  
liter sentit dæmon, quæ homo. Po-  
strem non nisi imaginarium est uni-  
uersum negotium. Quæ autem in spi-  
ritu tantum sunt, eorum per testes ue-  
ros ac certos, hoc est oculatos, non po-  
test haberri ueritas. Itaq; frēderis hu-  
iūsmodi noticiam per experientiam,  
& ex facto consequi nequimus. Eo-  
rum enim quæ non apparent, quæve l. 1. de her. in-  
non sunt, nulla qualitas est. l. eius qui fisi. l. 4. & ff.  
in prouincia, j. D. si cert. pet. l. fin. D. , P de act. empt.  
soc. Cæterū quoniam non id solum l. fin. de coll.  
Libro tertio satis declaratum est: sed bon.  
etiam ipsas aniculas, quæ plerunque  
lamia dicuntur, dolo circumuentas,  
ui coactas, metu compulsas, errore in-  
ductas, ignorantia deceptas in hac cre-  
dulitatem temeritatem incidisse: pro-  
fecto nec hoc obijci miseris poterit,  
quod in contractibus attenditur, quæ l. in commo-  
ab initio sunt uoluntatis, ex post facto dato q. sicut. D. commoda  
hunc necessitatibus. l. sicut. C. de act. & c.  
oblig. nec illud quod in hæreti, deli-  
ctum hoc sola uoluntate, & in mente  
commiti, c. excommunicamus. s. cre-  
dentes. de hæret. Bald. in l. si quis non  
dicam. C. de episc. & cler. & alij do-  
ctores. Nam ubi nullus est contractus,  
ibi nec contractus initium: ubi uero  
dolus, uis, metus, error, ignorantia, ibi  
neque uoluntas, ut dixi suprà, neque  
consensus esse potest: quare nec hæ-  
rescos, nec alterius delicti, quod à so-  
lo animo pender, suspicio, aut poena.  
Sunt

*Zamis nihil voluntate, sed omnia contra facta & decepta sunt.*

Sunt enim ea omnia uoluntari confusuiq; contraria: in primis dolus ac uis. l. & eleganter. D. de dolo. l. in causa. q. 1. de minor. l. 4. de reg. iur. l. 1. q. 3. metus causa. ibi: Propriæ necessitatæ contraria uoluntati. Labeo enim dolum esse definir. calliditatem, fallaciæ, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum al-

*Dolus.*

*Apoc. 12. t. Pet. 1. Chrysost. per Matth. lib. 1.*

terum. l. 1. s. 1. D. de dolo. Quid autem ad hæc tria grauius efficiaciusque la- mīs simplicib. accidere potest, quām dæmonis tentatio cui lib. Primo docuimus nec uoluntarem deesse, ut totum orbe terrarum seducat; neq; di- ligentiam, quia aliud actum non ha- bet: neq; technas artesq; quibus cir- cumuenire, fallere, decipere non mo- dō fœminam, sed cōstantissimum pru-

*Gen. 3. 26. q. 1. epif. De lamij.*

dencissimumq; quemque hominum potest. 3. Sent. dist. 19. q. 3. num. 22. 23.

uerba S. Bonaventuræ. His illum no- stris mulierculis imponere, mentem- que earum capere, tum Canones do- cent, tum liber tertius: partim intrinse- cus, cū mala pro bonis, bona pro ma- lis proponit, sua deinde miris & inui- sibilibus (ut D. Augustinus ait) modis, per illam substantiam suorum corpo- rum, miserrimatum corpora non sen- tientium penetrando, seq; cogitatio- nibus earum miscendo: partim uero extrinsecus, cum per imaginum simu- landarum callidam operationem, ut idem inquit, se coram illis in angelum lucis transformat, & Deum mentitur. Quare quomodo sæpe homo homi- né dolo inducit ad aliquid instituen- dum, quod alioquin ne cogitaret qui- dem: ita mirum nō est, inquit Grillan- dus, ut mulier ex se pudica, dæmonū tentationibus ad eam quam alioquin odit, delabatur impudicitiam. Illece- bras enim omnes & intus suggerunt, & foris ostentant, ut in Libro primo demonstrauimus.

*Li. de diuin. dam. 3. Cor. 1. De Spirit. anima. c. 28. 36. q. 4. c. 5. endum.*

*Ad Sim- plic. lib. 2. q. 3. d. c. epif. cap. 2. Cor. 11.*

*Tract. de forti- less. q. 5. m. 5.*

Veniamss ad uim, quæ maioris rei vis.

impetus est, qui repellit non potest. l. 2. D. quod metus causa. Quid autem dæmonis impetu uolétius quo cum re- pentinos & extraordinarios animæ infligat excessus, ut inquit Tertullianus, primùm mentem harum mulier- cularum ita subiugat, captiuamq; du- cit, teste concilio Ancyrano, & D. Au- gustino, ut credat ei quod nec est, nec esse potest. deinde corpus uniuersum ita obsidet, ut cōtra corporis naturam moueat: deniq; linguam earum sic occupat, ut non nisi quando uult ipse, nec aliud quām quod ipsi placet, elo- qui possint. Suppetit illis, ait Tertullianus, ad utramque substantiam ho- minis lædādam subtilitas & tenuitas sua multū spiritualibus uiribus, quas uel eo magis attendere debemus in hac quæstione, quodd & inuisibiles & insensibiles in effectu potius quām in actu apparent, eodem teste in Apo- loget. cont. gent. c. 22. Proinde neque culpa sua, neque uolentibus hæc acci- dunt, quæ uel in mente, uel ope cor- poris, uel in lingua committuntur. Pri- mū enim, cui uolenti fit uis ac iniuria? deinde quis uir resistere potest? l. 30 ex conducto. s. 1. V. Seruius. D. lati. Deniq; qua custodia consequi posset hominum quisquam, ne damnum in- iuria dari positil. sed de damno. d. tit. l. si ea. de aet. empti.

Tertium erat metus: qui quid aliud est, quām instantis uel futuri periculi causa, mentis trépidatio? l. 1. D. quod metus. At suprà docuimus, ea omnia quorum metus meritò & in homine 40 constantissimo cadas. l. 6. d. tit. pericu- la, cruciatum corporis, mortem & uiolentiam & naturalem, l. interpositam, de transact. partim reuera miseris ani- culis dæmonem intentare ac minari, partim ipsis etiam captis ac circucri- ptis earum mentibus, ut ait Tertullia-

*Decinit. Dei lib. 2. c. 10.*

ria? in iurijs. l. cū donationu. C. de trāfact.

nus, tanto errore obijcere ac inferre, ut cum eorum omnium sibi potestatem esse singat, eas facile quiduis uideri facere ac pati cogat. Nam & praesentia mala quibus premuntur ac exercentur paupertatem, odia hominum, calamitates, uel se mentitur immisisse, uel etiam Deo permittente immitit, uel ita delusis earum sensibus imprimis, ut licet nihil eorum patientur, tamen quasi perpetiantur doleant, ut aut amolitionem eorum ostentas, aut successum meliorum spem iniiciens, fidem ac obsequium misellis extorqueat. Hic est certè illatus timor. l. meum autem d.tt. Enim uero quoque superat dæmon, per mortorem superat, teste Chrysostomo lib. 3. de Prudent. Timor autem, & tristitia quedam est. Omnes enim ex malo æquè timemus, si immineat, ut affuturum: & dolemus, si præsens iam sit, & lædat. Nam quod lädit, naturæ contrarium, ac uoluntati est. Quicquid autem fit occasione alicuius inuoluntarij, inuoluntarium & est & dicitur l. qui leuandæ. D. ad I. Rhod. Hoc est, propter quod credulitatis temeritatem in lamis perfectæ uoluntati nequimus imputare.

**Err. Restat error & ignorantia.** Claram autem est, errantis nullam esse uoluntatem, & ignorantis nullum consensum. l. si per errorem. de iuris d. omnium iud. l. sed hoc. D. de publ. & rest. Quin & hunc inuito similem esse, l. qui potest. f. i. de reg. iur. & furioso. l. si à furioso. D. si cert. pet. cui parcitur in omnibus, ut dictum est suprà. In lamis autem nostris, error mentis ac cœcitas uoluntatis primùm à morbo pendet naturæ, cuius factum æquo animo ferendū est, l. in summa. f. apud. de aqua plu. arc. Melancholicis enim morbis tam grauiter omnes plerunque uexa cap. 1. 6. ri, nos Libro tertio, & Alciatus suprà

singulari capite, docuimus, ut nec apprehendere, nec dijudicare quicquam recte possint, multo minus eligere, quodq; electionem consequitur uelle, quod omnino liberum denotat arbitrium, l. fidei commissa, f. quāquam de leg. 2. Tanto maius mentis uitium est quod patiuntur, quām amoris furo: quo tam en nihil esse uehemētius, dicitur in Aut. quib. mod. eff. leg. f. illud quoq; minusq; puniendū. Secundò, in tantam mentis alienationē incidunt diaboli ludibrijs, quib. diximus & mentē earum capi, ut nesciant quid agant, & oculos perstringi, ut scilicet uideant credatq; quod non est. Aded facti quoque no alieni modi, uerū etiam sui, quod mirum est, probabili certaq; laborat ignorantia, quo magis diuini iuris ignorantiam in ijs preluminēdā & excusandam censeo. Nam si corruptum sensum omnib. animalibus communem habent, si depravatam phantasiam & apprehensionem, si diaboli tu internis tu exteris fit ludificationibus, ut id ipsum quod & agūt, & uelle uidentur, nesciant: quī uel intelligēt, quale sit id ipsum, in quo consentiunt: uel dijudicare poterunt, faci endum sit, an secus? Adhuc ut nec moribus uitiata rationis, tantę fraudes quātas adhibet dæmon interueniant: fit quandoque per neglectā diuini iuris ac sermonis tum promulgationē, tum interpretationem, eorumque culpam ad quos ea pertinent, ut in hanc credulitatis temeritatē incident: non nunquam ætatis infirmitate: semper autem sexus tum impudētia, tum imbecillitate: cui ppter eas causas quas Libro tertio retuli, specialiter indulge cap. 1. 6. ri & saueri, suprà singulari capite do- Lib. 6. cuimus, præterquam quod generaliter deceptis subueniat, l. & primo. f. uerba, ad Vell. & impotentib. l. non enim. D. ex quib. caus. maior.

Nunc

Nunc igitur satis arbitror constare, in animum harum muliercularū delictum omnino, quod in sola mēte consistit, ac uoluntate, nulla ratione cedere posse: nec eandem earum in fide rationem esse, quam aut hæreticorum, aut apostatarum. Hæreticū enim schisma facere, & pertinaciam uoluntatis, suprā dō cuimus: apostatā uero sponta nea ac uoluntaria animi malicia reddit.

Quæcumque uero iam summatim diximus, eō recidunt omnia, ut quod Grillandus & Molitor Lamias animo committere, & uoluntate facere uolunt, potius in mēte pati, quām facere, videamus. Nihil enim agit in seipsum. Ille à quo. s. tempestuum. D. ad Trebell. Nihil autē magis differt inter se, quām agens & paties. l. Vranius. D. de fideiūl. argumento. l. prætor. de tur. & cur. Quare commiseratione potius quām poena enormi dignæ sunt, omnīq; potius auxilio, quod dolū, nim, metum passis, furiosis, deceptis, ignorantibus, impotentibus aut ipso iure competit, aut ratione suadente tribuitur. Neque uero poenæ potest esse, nec afflictione afflito addere debet. l. nauis onusta, s. cum autem. D. ad l. Rhodiam. c. ex parte. de cler. æ. grotan. s. quod si uis fluminis. Instit. de rer. dinis. & z. q. i. c. cum percussio.

Eccl. 4.

Atque hæc sane naturalis est ratio, cur neque furiosi, neq; phrenetici punientur ex aliquo delicto, quod satis suo furore torqueantur, & sua calamitate puniantur. l. diuus. D. de offic. præf. l. poena. s. sanè. D. ad l. Pomp. de parric. Iraq; fati ut illos, sic & nostras, infelicitas excusat. Animo enim illi ac rationis ui destituti sunt, nec ferē ul lum habent aut sanam mētis aut perfectæ uoluntatis consensum, ut satis est superq; distū. l. 2. C. de contrah. empt. Atqui neque delictum sine consentiu potest committi, ac proposito. l. i. ff. si

Lamia com-  
miseratione  
digna, non  
pena.

quadrupes paup. fec. dic. neq; iniuria inferri sine animo iniuriandi. l. illud. s. sanè. D. de iniur. Ergo nullo modo ex delicto uel Canones eos irregulatitie puniunt. Clem. un. de homicid. neq; leges suis pœnis. l. infans. ff. ad l. Corn. de sifar. nullo modo ob parricidium commissum culleo insuuntur. d. l. pœna. s. fin. nullo modo inferunt iniuriā, sed etiam patiuntur. d. s. sanè. nullo modo tenentur Aquilia, ob damnū datum. l. sed eti quēcunq;. s. igitur iniuriā. ff. ad l. Aquil. nullo modo eorum factis leges uel præmiū uel pœnam proponunt: sed pro talibus habent, ac si fortuita sint, in quib. nullius spectari possit hominis uel delibera-  
tio, uel actio, uel consciētia. l. fin. in fin. ff. de administ. tutor. At & nostras, de quibus agimus, animo (sine quo delin qui, usucapi, polsideri nequit) itē men te, uoluntate, ratione, cōfensu, delibe ratione, bñāo, consilio carere, iam ad nauseam ostendimus. Quid igitur gra vius delinquent, quām furiosi, quām phrenetici, quām dormientes, qui illis æ quiparantur? c. maiores. s. l. ext. de bapt. Neque profecto ab similes sunt nostrarū muliercularū actiones, seu potius passiones, illis dormientium, quas Bart. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. recensem, & Cardin. Zabar. in d. Clem. un. de ijs qui de nocte surg. hom. com mis. Et tamen ille legum Coryphaeus, talia commissa recte excusat, tāquam ea hominis peracta operatione, quæ sensu, quæ uoluntate careat. D. l. pœna. ff. ad l. Pomp. de parr. non fecus at que à furiosis ac insipidis patrata. l. flu minū. s. uitium. ff. de dam. infect. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil. Cur ergo nostræ, quarum similis est ratio, magis peccet illis qui dicuntur non peccare? gl. in c. testamentum. 6. dist. Quid magis illarum urgetur confessio, quām furiosorum, quibus calamitate non pares, sed

Ee superio-

superiores sunt: cum tamen illorū confessio nulla sit: uti probauimus ex l. in negocij. D. de reg. iur. l. 2. §. furiosus. D. de iur. codicil. c. fin. ext. de successionibus ab intestato.

Nisi forte replicent, eas pro meritis voluntatum diuino iudicio tradi illudendas ac decipiens, illudentibus ac decipiētibus eas praeuaricatoribus angelis, ut air D. Augustinus lib. 2. de 10 doct. Christ. c. 23. Atqui fateor, diuinā iusticiā generaliter hominis meritum præsupponere, diuerso tamen effectu: quia sanctis afflictionis, post peccatorum remissionem, certamina sunt, & exercitationes, ut probetur: reprobis, sine remissione supplicia, pœnæq; ini-quitatis. Itaque non solum improbi

& in corpore & in anima affliguntur, sed etiam boni, quos Deus diligit: nec ex uirga Dei flagellantis aliquem, præsumēdum statim est facinus aliquid eius, quod etiam ab hominibus puniri debeat. Nam ea ratione dæmoniacos quoque maiori pena esse aggrauandos a magistratu dicemus. Sed illa sibi relinquenda esse, uel uno hoc innuit Deus, quod ipse puniat ac exerceat eos. Quod enim à magistratu puniri uult, id ipse uicissim illi detegit & 30 relinquit, cuius opera sunt misericordia & iudicij. Etenim cùm tribus tantum modis peccare possimus, querū Primus cōpletitur omnem interiorē motum ac conceptum in intelligentia uel affectibus, etiam si uoluntas non consentiat: Secundus tum incidit, quoties uoluntas cum motibus & affectibus consentit: Tertius, quoties re exequi conamur, quod cogitamus & uolumus: magistratus non ulterius procedit ad animum aut uoluntatem puniendam, quām si emerget & confler: Deus autem in illa secretiora, in q; animum ipsum ac cogitationem hominis animaduertit. Ex enim solus

*Augustinus  
lib. 2. de Pecc.  
mort. & re-  
miss. c. 23.*

*lib. 13.*

*Aug. strati-  
gu que ani-  
mam adueniat.*

1

*Quod Deus  
magistratus  
est puniendus.*

Deus cognoscit. In Clement. exiui. §. quamuis de uerb. signif. Scrutator enim cordium ac renum est: & tota intelligētia, tota anima, toto corde uult à nobis diligi. Nos uero animum probamus uerbi factiōne præsumptione, nec alia habemus animi indicia. l. 15 qui. §. diuus. C. de tut. & cur. dat. l. La-beo. C. de sup. leg. l. reprehendenda. C. de institutionib; & substitutionib;. Neque iudex uel uoluntatem uel maleficium punire potest, nisi consideret prius, & habeat factum quod animo meritur. Alber. in l. aut facta, uers. qualitate. de pœn. Breuiter, non nisi externa inter homines puniuntur. Per ea interna probantur. l. fin. infra. C. de sciar. & pafsim Dd.

Sed illud etiā omittendum non est, etiam si uim hanc & metum ex præcedenti delicto patiantur: nec tamen facere posse quod pati miserias uidemus: nec ex eo quod nō uoluntate faciūt, & animi iudicio, sed ex ipso præcedenti delicto puniendas esse. l. nec timorem. D. quod metus causa. Quin cum dēmon etiam nihil eiusmodi re-<sup>Quomodo  
lamia sim  
restituenda</sup> fidei polis in ferre sicut magistratus, l. 3. 26. q. r. cap. d. tit. uers. succurrentum illis esse potius, ex eo uidetur. Nam & contra demonis dolos officiū sacerdotum sancti Patres in concilio Ancyranō requisiēre, ut probent ea omnia esse falsa, quæ miseris persuaderet: tum etiam singularum Christianorum, ut cōmone-faciant se in uicem de tanti hostis fraudibus & potentia ac profunditatibus, ut uocantur in Apoc. e. 2. Contra uim aurem habemus in primis panopliam Christianā, quam suprà descripimus. Lib. 5. cap. 1. 18. dein uero preces & obsecrations rum publicas, quib. Deus moueri coſfirmat, tum priuat. Multum enim ualeat oratio iusti, & oratio humili penetrat celos. Contra mortuum, medicorū opera adhibetur, qui-<sup>Coleff. 32.  
Ephes. 6.</sup>  
<sup>a. Tim. 12.  
Matth. 18.  
Jacob 1.  
Ecclesi. 35.  
Vide supra.  
lib. 5. cap. 32.</sup>  
post.

789 postquam unixerunt affictas, hoc est, postquam adhibuerunt ea quae oportet, commendant eas Deo, sicut praecipit D. Augustinus. Oratio fidei saluabit infirmum, hoc est S. Iacobi consilium. Contra metum diligens ad tolerantiam & constatiam admonitio, ut resistamus diabolo iuuabit: quemadmodum Libro 5. c. 20. prescrivimus. Contra errorem praedicandus sermo, instantum tempestiuem, intempestiuem, arguendum cum omni lenitate & doctrina. Semper autem orandum est Deus, ut ipse intellectum carum muliercularum aperiat, cum profiscuntur in

*Augustinus  
in Iona.*  
*Zacobi 1.*

Emaus: hoc est, cum in hos errores animi iudicij que delabuntur. Contra ignorantiam autem, magistratus officium postulandum, ut pastorum somnolentiam excutiat: ut quo tales oues & debiliores sunt, & incautae magis propter aetatem delirant, & sexum formineum: hoc diligentius ac melius ijs caueant a lupis, easque instruant de infidiliis eorum. Hac demum ratione in integrum restituenda sunt.

*Ephes. 6.  
Sexus, &  
les lamian.*

Etsi quoque nec assidua spiritualium astutiarum tentatio, nec tanti aduersarii ineuitabilis impetus, nec tam iustus metus, nec tantum corporis mentitisque uitium miseras omni uoluntatis culpa liberaret, licet uel heresi uel apostasia laborare concedere: unica tamē aut aetatis infirmitas, aut sexus simplicitas, uel id ipsum praestaret illis, uel poena certe mitigaret. Sic enim & crimen quodlibet attenditur, & animus delinquentis in quolibet crimen, ut expendatur in ignorantia quadam, imperitia, uel simplicitate, an uero dolo, malicia, pertinaciaque; delinquat: ut ijs perspectis, officio iudicis poenae temperentur. I. respiciendu. I. aut facta. D. de poen. I. quid ergo. de his qui non infam. Dd. in I. I. s. diuus. I. in lege Corelia. D. ad legem Corneliam de scicariis. I.

790 penult. D. ad legem Pompeiam de part. Quarum autem foeminarum causam agimus, secundum plerunq; senectutis gradum, & eam attigere partem, que decrepita dicitur & est. I. 3. s. ignoscitur. D. ad Sylon. & c. ult. distin. 80. &c. quae & ipsa morbus est, ut Menander ait, & ferè semper cum animi delirio & iudicij lapsu naturaliter coniuncta est. Itaque remouetur à republica gerenda, honoratur tamē tit. C. qui se etat, excus. I. maiores. I. semper, in princ. de iur. immun. I. non tamen, in princ. de mun. & hon. & in criminib. poenae relationem & ueniam meretur, ut quos premit, eos & culpae suspicione libernet. d. s. ignoscitur. & tormentis eximiat. Bart. in d. l. & in l. de minore, in prin. de quest. Angel. in tractatu Maledic. gl. fama publica. uer. quero que Hippol. in I. edictum. 3. col. de quest. Anus autem nostrae non modò tum delirant, cum uiri, hoc est, in secundo ac extremo senectutis gradu: sed etiam quia mulieres sunt, magis repuerascunt: uel certe non minus in primo, quam uiri in secundo & ultimo. Primum igitur uix est, ut crimen in mente a uoluntate magis committat, quam pueri, quique iudicio animi destituti sunt. Deinde uero, ut tantum fauoris ac excusationis, aetatis lapsus non praestet: propter eum tamen nec torquenter debent, ut nunc sit: nec ea poena affici, qua peccatum quilibet multatur.

Quod etiam ad sexum pertinet, cuius, ut Libro 3. diximus, tanta est tum simplicitas tum lubricitas, ut in eodem grauius peccet uir quam mulier. In multis de stat. hom. 32. q. 6. c. indignatur. & c. seq. c. forus. de uerb. sig. Itaque lenorem etiam meretur poena: ut in adulteriis, uir ut sacrilegus punitur. I. quamvis adulteriis. C. ad I. Iul. de adult. foemina castigata uel mulieribus incarceranda datur, uel in monasterium

*Sexus.  
cap. 6.*

condemnatur ad biennium. ext. de testam.c.Rainutius. & Auth. sed hodie. quæ est C.de offic.civil.iud. & Nou. ut nulli iudic. s. adulteram uerid. s. necessarium. Aut. sed nouo iure. quæ est l. quamvis. C.ad l.Iul. de adulter. sed & in crimine maiestatis: subuenitur enim simplicitati & ignorantia. l.3. de iur. & fact. ignor. l.iuris ignorantia. C. qui admitti. Dd. & Bartolus in l.s. q. id quod de iurisdict. omnium iudic. latissime docent, quomodo propter aetatem & sexum mulierem doli presumptio cœllet, etiam si in iure ciuili errent. Alex.conf.103.uol.1.Cepol.conf.21.col.6. & conf.24.Bald.in l.error.C. de iur. & fact. ignor.

Nec obstat hisce fauorib. aetatis ac sexus, primum quod longe grauius sit aeternam quam temporalem offendere 20 maiestatem, l.hi qui sanctam. C.de he red. Aut. garazos.c.ubicunq;. de pœn. Secundo, quod eam ob causam nulla sexus aut aetatis habebatur ratio in heresi. Dd.in l.quisquis. C.ad l.Iul.maiest. Canonista in c. uergentis. de her. in antiqu. & in c.tum secundum leges. eod.tit.lib.6. Tertio, quod in crimine maleficiorum ac sortilegiorum specialiter expiatur. l. eti excepta. C.dema lef. & math. quia in ijs omnes sine exceptione torquari, notat Hippol.in l. editum.3.col.de quæst. Nam ut a posteriori incipiā, magis ac ueneficis hic aduocatus nō sum: sed delusus lamij, quas multū tum à magis infamibus, tum à ueneficis distare declarauit Lib. 3. Ad alterum primò respondeo, quod illi textus specialem prærogatiā sexus & aetatis limitant tantum, quoad 40 torturam, ut & in crimine læse maiestatis, l.quisquis. C.ad l.Iul.maiest. nō etiam causam criminis. Semper enim hoc manet, qui iudicio anima caret, cū male facere non posse. Secundo respondeo, saus magnum inter lamias.

& haereticas esse discrimin, quod singulari capite demonstrauimus. De Lib.6.c.8. num cum Oldrado dico, quod etiam Conf.103. in his quæ formaliter, ac secundum leges canonesq; non sunt haeretica, licet haeresim sapient, detrahendum sit ob eam quam diximus mulierum sim plicitatem & lubricitatē. l.1. C.de iur. & fact. ignor. l.ult. s. fin. de iur. delib. l. pen. de his quæ sibi ascr. Et hoc, etiā in articulo fidei errant, ut idiotæ ac rustici. Sufficiit enim ijs, ut loquuntur, implicita fides, & ne pertinacia contumaciaq; quadam errorem suum defendant. Bald.in l.error. C.de iur. & fact. ign. Atque hac etiam ratione prima cadit obiectio. Quanquam ut grauius esse non infiior, in maiestatem diuinam delinquere: sic illud quoque sciendum est, & facilius & citius homines in hoc delictum incidere. Incomprehensibilis est enim, & longe à nostris remora sensibus, illa aeterna, infinita ac spiritualis maiestas ac uoluntas. Quare qui in terrenis negotijs lyncei sumus, in spiritualibus & ijs quæ ad Deum spectant, talpæ statim efficiuntur: non secus atque ij qui cum summa se putent oculorum acie predicos, quando in terris ea quæ sen su percipi possunt, ac etiā contineuntur: si solem aspicere uelint, omnem illam aciem, extremam esse præ tanto fulgore sentiunt caliginem. Duabus igitur de causis facilior hominum in spiritualibus est lapsus: primum, ob diuinorum naturam omni cogitatione humana superiorem: deinde, propter nostræ tum intelligentiæ cœcitatem, tum uoluntatis depravationem. Quare si quis hac in parte delinquit & errat, mitior esse debet pœna, ac iustior uenia: & id quidem eò magis, si mulier, magisq;, si decrepita muliercula cadat.

DETERMINATIO PARISIIS FA-  
cta per aliam facultatem Theologicam, Anno  
Domini 1598 super quibusdam fa-  
perstitionibus nouiter  
exortis.

**V**Niuersis orthodoxæ fidei zela-  
toribus Cancellarius ecclesiæ  
Parisiensis, & facultas Theolo-  
giæ in alma uniuersitate Parisiensi, ma-  
tre nostra, cum integro diuini cultus 10  
honore spem habete in Domino, ac  
in uanitates & insanias falsas non re-  
spicere. Ex antiquis latebris emerges  
nouiter errorum foeda colluio, recon-  
gitare commonuit: quod plerunq; ue-  
ritas catholica apud studiosos in Sa-  
cris literis apertissima est, que cæte-  
ros latet: nimicum cū hoc proprium  
habeat omnis ars, manifesta esse exer-  
citatis in ea, sicut ex eis conlurgat illa  
maxima, Cuilibet in sua arte perito  
creendum est. Hinc est Horatianum  
illus, quod Hieronymus ad Paulinū  
scribens assumit: Quod medicorum  
est, promittunt medici, tractant fabri-  
lia fabri. Accedit adhac in Sacris lite-  
ris aliud speciale, quod nec experien-  
tia & sensu constant ut aliae artes, nec  
possunt ab oculis circumvolutis nube  
uictiorum facile deprehendi. excæ-  
nit enim eos malicia eorum. Ait si quidem  
Apostolus, quod propter auari-  
ciam multi errauerunt à fide. Propte-  
rea non irrationaliter idolorum ser-  
uitus ab eodem nominatur: alij pro-  
pter ingratitudinem, qui cum cognouis-  
sent Deum, non sicut Deum glori-  
ficauerunt in omnem idolatriæ im-  
pietatem (sicut idem commemorat)  
corruerunt. Porro Solomonē ad ido-  
la, Didonem ad magicas artes pertra-  
xit dira Cupido. Altis postremō mi-  
sera timidas tota ex crastino pendēs-  
in obseruationes superstitionissimas  
impiasque depulit: quemadmodum apud  
Lucanum de filio Pompeij Ma-

gni, & apud historicos de plurimis no-  
tum est. Ita sit, ut recedens peccator à  
Deo, declinet in uanitates & insanias  
falsas, & ad eum qui pater est menda-  
cij, tandem impudenter palamq; apo-  
statando, se cōuertat. Sie Saul à Domi-  
no derelictus, Pythonissam, cui prius  
aduersabatur, consuluit. Sic Ochozias  
Deo Istrael spreto misit ad consulen-  
dum deum Accaron. Sic deniq; eos o-  
mnes qui fide uel opere absque Deo  
uero sunt, ut à deo falso ludificentur,  
necessæ est. Hancigitur nefariam, pe-  
stiferam, mortiferamque insaniarum  
falsarum cum suis hæresibus abomi-  
nationem plus solito nostra ètate cer-  
nentes inualuisse, ne forsan Christia-  
nissimum regnum, quod olim mon-  
stro caruit, & Deo protegente carebit,  
inficere ualeat tam horrendæ impie-  
tatis & pernicioſissimæ contagionis  
monstru, cupientes totis conatib. ob-  
uiare, memores insuper nostræ profes-  
sionis, proq; legis zelo succensi, pau-  
cos ad hanc rem articulos damnatio-  
nis cauterio, ne deinceps fallant inco-  
gniti, notare decreuimus, rememoran-  
tes inter cetera enumerata dictu illudi  
sapientissimi doctoris Augustini de Su-  
perstitionis obseruationibus: Quod  
qui talibus credunt, aut a eorum do-  
mum eunt, aut suis domibus intro-  
ducunt aut interrogat, sciens se fidem  
Christianam & baptisatum præuari-  
casse: & paganū & apostata, id est, re-  
trò abeunt, & Dei inimicum, & iram  
Dei grauiter incurrisse, nisi ecclesia asti-  
ca penitentia emedatus, Deo reconcii-  
lietur. Hæc ille. Nęq; tamē intētio no-  
stra est, in aliquo derogare quibuscumq;  
licitis & ueris traditionibus, scientijs,  
& artibus: sed insanios errores atque  
sacrilegos insipientiū & ferales ritus,  
pro quoq; fide Orthodoxā & religio-  
nē Christianā lèdūt, cōtaminant, infi-  
ciunt, radicitus, quantum san nobis est,

extirpare satagimus, & honorem suū  
fincerum relinquere ueritati.

Est autem primus Articulus, quod  
per artes magicas & maleficia, & in-  
uocationes nefarias querere familia-  
ritates & amicitias & auxilia dæmo-  
num, non sit idololatria: Error. quoniam  
dæmon aduersarius, pertinax &  
implacabilis Dei & hominis iudica-  
tur: nec est honoris uel dominij cu-  
iuscunq; diuini uerè seu participa-  
tiuē uel aptitudinaliter suscepitiuē,  
ut aliæ creaturæ rationales non dam-  
natæ: nec in signo ad placitum insti-  
tuto, ut sunt imagines & templa, Deus  
in ipsis adoratur.

Secundus articulus, quod dare uel  
offerre uel promittere dæmonib. qua-  
lemcunque rem, ut adimpleant desi-  
derium hominis, aut in honorem co-  
rum aliquid osculari uel portare, non  
sit idololatria: Error.

Tertius, quod inire pactum cū dæ-  
monibus tacitum uel expressum, non  
sit idololatria, uel species idololatriæ,  
uel apostasie: Error. Et intendimus  
esse pactum implicitum in omni ob-  
seruatione superstitionis: cuius effectus  
non debet à Deo uel natura rationa-  
bilitate expectari.

Quartus, quod conari per artes ma-  
gicas dæmones in lapidibus, annulis,  
speculis, aut imaginibus nomine eorum  
consecratis, uel potius execratis, cogere  
& arctare, uel eas nelle uiuificare,  
non sit idololatria: Error.

Quintus, quod licitum est uti magi-  
cas artibus uel alijs quibuscunque lu-  
perstitionibus à Deo & Ecclesia pro-  
hibitibus pro quoq; bono fine: Er-  
ror. quia secundum Apostolum, Non  
sunt facienda mala, ut eueniant bona.

Sextus, quod licitum sit aut etiam  
permittendum, maleficia maleficis re-  
pellere: Error.

Septimus, quod aliquis cum aliquo

possit dispensare in quoq; casu, ut  
talibus licite utatur: Error.

Octauus, quod artes magicæ & si-  
miles superstitiones, & earum obser-  
uationes sint ab Ecclesia irrationabili-  
ter prohibite: Error.

Nonus, quod Deus per artes magi-  
cas & maleficia inducatur compelle-  
re dæmones suis inuocationibus obe-  
re dire: Error.

Decimus, quod thurificationes &  
suffumigationes, quæ sunt in talium  
artium & maleficiorum exercitio, sint  
ad honorem Dei, & ei placeant: Error  
& blasphemia, quoniam Deus alijs  
non puniret uel prohiberet.

Vndecimus, quod talibus & taliter  
uti nō est sacrificare seu immolare dæ-  
monibus, & ex consequenti damnabi-  
liter idololatrare: Error.

Duodecimus, quod uerba sancta &  
orationes quædam deuotæ & ieiunia  
& balneationes & continentia corpo-  
ralis in pueris & alijs, & missarum ce-  
lebratio, & alia opera de genere bo-  
norum, quæ fiant pro exercendo hu-  
iusmodi artes, excusent eas à malo, &  
non potius accusent: Error. Nam per  
talia sacræ res, imò ipse Deus in Eu-  
30 charisti dæmonibus tentat immo-  
lari: & hæc procurat dæmon, uel quia  
uult in hoc honorari similis Altissi-  
mo, uel ad fraudes suas occultandas,  
uel ut simplices illaqueat facilius, &  
damnabilius perdat.

Tredecimus, quod sancti Prophetæ  
& alij sancti per tales artes habuerunt  
suis prophetias, aut miracula fecerunt,  
aut dæmones expulerunt: Error &  
blasphemia.

Decimus quartus, quod Deus per se  
immediatè uel per bonos angelos ta-  
lia maleficia sanctis hominibus reue-  
lauerit: Error & blasphemia.

Quindecimus, quod possibile est  
per tales artes cogere liberum homi-  
nis

nis arbitrium ad uoluntatem seu desiderium alterius : Error : & hoc conari facere, est impium & nefarium.

Sedecimus, quod ideo artes præfatae bonæ sunt, & à Deo, & quod eas licet obseruare : quia per eas quandoq; uel sæpe euenit, sicut utentes eis quaerunt uel prædicunt, uel quia bonum quandoq; pronenit ex eis : Error.

Decimus septimus, quod pertales artes dæmones ueraciter coguntur & compelluntur, & non potius ita se cogi singunt ad seducendos homines : Error.

Decimus octauus, quod per tales artes & ritus impios, per sortilegia, per carminaciones & invocationes dæmonum, per quasdam insultationes & alia maleficia, nullus unquam effetus ministerio dæmonum subsequatur : Error. Nam talia quandoq; permittit Deus contingere : ut patuit in magis Pharaonis, & alibi pluries : uel quia utentes seu coſculentes propter malam fidem & alia peccata nefanda, dati sunt in reprobum sensum, & demerentur sic illudi.

Decimus nonus, quod boni angelii includantur in lapidibus, & cōfiscarent imagines uel uestimenta, aut alia faciant quæ in istis artibus continentur : Error & blasphemia.

Vicesimus, quod sanguis upupæ uel hœdi uel alterius animalis, uel pergamenum uirginum uel corium leonis, & similia habeant efficaciam ad cogēdos uel repellendos dæmones ministerio huiusmodi artium : Error.

Vicesimus primus, quod imagines de gre, plumbo uel auro uel de cera alba uel rubea uel alia materia baptisatæ, exorcizatæ & consecratæ, seu potius execratae secundum prædictas artes & sub certis diebus habeant uirtutes mirabiles, quæ in libris talium artium recitatūr : Error in fide & phi-

losophia naturali, & astronomia uera.

Vicesimus secundus, quod uti talibus, & fidem dare, non fit idolatria & infidelitas : Error.

Vicesimus tertius, quod aliqui dæmones boni sunt, alij benigni, alij omnia scientes, alij nec saluati, nec dannati : Error.

Vicesimus quartus, quod suffumigations, quæ sunt in huiusmodi operationibus, conuertuntur in spiritus, aut quod sint debitæ eis : Error.

Vicesimus quintus, quod unus dæmon sit rex Orientis, & præsertim suum erito : & alius Occidentis, alius Septentrionis, alius Meridiei : Error.

Vicesimus sextus, quod intelligencia motrix cœli influit in animam rationalem, sicut corpus cœli influit in corpus humanum : Error.

Vicesimus septimus, quod cogitationes nostræ intellectuales & uolitiones nostræ interiores immediatè causentur à cœlo, & quod per aliquid traditionem magicam tales possunt scriri, & quod per illam de eis certitudinalliter iudicare sit licitum : Error.

Vicesimus octauus, quod per quascunque artes magicas possumus deuenire ad uisionem diuinæ essentiae, uel sanctorum spirituum : Error.

Acta sunt hæc & post maturam crebramq; internos & deputatos nostros, examinationem, cōclusa in nostra cōgregatione generali Parisiis apud sanctum Mathurinum de mane super hoc specialiter celebrata, Anno Domini m. ccc. xcviij, die xix mensis Septembris. In cuius rei testimonium, sigillum dictæ Facultatis præsentibus literis duximus apponendum. Originale huius determinationis est sigillatum magno sigillo facultatis Theologiae Parisiis. Ego inueni subiectam in fine Magistri sententiarum.

*Epiloge.*

**N**ON dubium mihi est, candide Lector, plurimos fore, apud quos malam in iero gratiam, columnam mihi pro opera qualicunq; præstata reposituros: quorum pleriq;, quod iniquorū estiudicum, id quod non intelligunt, criminabuntur: alij, opinioni longa annorum serie, hominum animis irradicatae, & uelut iure consuetudinario obfirmatae, quacunque ratione patrocinari uolent: nec deerunt qui dentis Theonini prurigine in solecentes ex more, mordendi occasionem audius querent. Ad causas naturales quarumcunq; rerum miracula & monstra referent pugnaces Peripatetici: ac sacrosanctæ Scripturæ religioni, Aristotelis Platonisq; rationes præscribere, uehemeti pertinacia contendunt. Hic Petri Pomponati Mantuani, summi & clarissimi suo tempore philosophi, de Naturalium effectuum causis, sive de incantamentis Opus, abstrusioris philosophie plenū, requiretur, accuratusq; euoluerit, ut oppugner, pessumq; eam: nisi in iniustis Christianæ philosophiae fundamētis constabilitus, sermonis probabilitatem contemnam, ex D. Pauli, uasis electionis, confilio, qui studiose præmonuit, uidendum esse, ne quis sit qui nos deprædetur per philosophiam, & inanem deceptionem, iuxta constitutionem hominū, iuxta elementa mundi, & nō iuxta Christum. Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Pomponiatū quoq; ante redditum spiritus extremi halitum resipuisse ex singulari Dei miseratione, nec permanisse ~~ab~~, sperare uolo, talem etenim fuisse, à clarissimo medicinæ ornamento D. Helidæo Forluiensi, cuius olim discipulo, non semel auditum est.

At si in iuriam fieri à medico, quæ-

dam Scripturæ sacræ loca excutiēte, & suæ uocationis metas transfliente, acclamabūt morosiores pleriq; Theologi: Ne sutor ultra crepidam, mordacius oblatriates. His nihil aliud respōsum uolo, quam, D. Lucam euangelistam medicum Antiochensem fuisse: ac me ex eorum esse numero, quorum hoc spectat studium, ut si quo modo tandem ex immensa Dei misericordia atq; ineffabili Christi gratia, ad regale illud sacerdotiū pertingere queant, cuius D. Petrus apostolus, beatus Ioannes Theologus, & propheta Esaías meminerunt.

Quod maleficij quosdam Ecclesiastici collegij homines impuros insimularim, si quoq; egredierant: id certè nō debui non facere, argumenti ratione: atq; apertius etiam nominibus eorum exprelsis potuisse, nisi modestiam hanc ex Theologia edocēt, hos Christianæ fidei eueriores ac reipublice sedatae turbatores, ut adhuc desistat, statuisse premonere. Cum magicorum flagitorum reis mihi controuersia est, non cum uiris pijs, quos unicè ueneror & colo, ut si quis alius. Si iniuste se traductos illi conquerantur, ut in theatrum palam mecum prodeant, suamq; tueantur causam, non detrecto.

Doctioribus quibusdam nostri ordinis uiris, uel etiam delicioribus, si à me non sit factū satis (quod equidem libenter fateor: quam sit mihi curta supellex, nō ignarus) ijs tamen rem exactius perpendendi, altiusq; perscrutādi, ac methodo doctiore, ordine magis coharente, oratione dilucidiore, uerbis aptioribus, & ueritatis argumētis ualidioribus describendi, qualemcunq; subministrasse occasionem pro ingenij tenuitate (quam certè magnā agnosco) videor. à quibus si aliquius lapsus etiam admoneat conuincarq;, plurimum à me reportabunt gratiae: quem-

*Regale, facete  
dossum.  
1. Pet. 2.  
Apocal. 1.5.  
Ez. 1.6.*

quemadmodum reliqui omnes, eodē  
me prosequuti studio: nec me errata  
retractasse pudebit unquam. non mihi  
usq; adē Sussenus sum, nec ita *pirau-*  
*tias* afficit libido. Est aliquā prodire  
tenus, si non datur ultrā.

Quod contra legum duodecim Ta-  
bularum autoritatem, de ijs qui mes-  
ses excantarunt, à uulgari opinione &  
Poētarum fragmentis dissentiam, si gra-  
uiter tolerat Iurisperiti, mala mihi pro  
beneficio reponitur gratia: quod ueritatis  
in hoc argumenti genere ab alijs  
inquirendæ, & criminalis sententiæ hic  
non secundum placita cæci in religio-  
ne Christiana seculi, uerū ex ijs ue-  
ritatis mysterijs, debito ordine eruen-  
dæ pronunciandæq; ansam porrigeret  
qualemcumq; uoluerim. Enim uero si  
alicui in legitima sua uocatione præ-  
iudicandi animus mihi fuerit, temera-  
rij hominis notam meo quodam me-  
rito haud recuso. Cæterū si hac mea  
purgatione non contentis mordaci-  
bus inuidisque ingenij, me conuicijs  
proscindere, impertitiae redarguere, fla-  
gitij iniquè insimulare, & calamū pe-  
tulanter in me stringere lubeat: ea me  
Deum omnipotentem cōfirmaturum  
tolerantia confido, ut quoscūq; aduer-  
sariorū dentes & insultus, patiendo  
sim exuperatus.

Irritas præterea suas apud me uidēt  
machinationes impij sacrilegijs, magi,  
quorum nec præstigijs, nec terricula-  
mentis culmum quidem latum mo-  
ueor, etiam si me diris suis imprecatio-  
nibus aut diabolicas exorcismis trans-  
formare studeant: aut *eis nō possemus*, uel (si  
malint) cloacas execrandis suis arti-  
bus compellere nitantur monstrifici  
malefici. Delphica in me diuinorum  
oracula, quibus nihil non sinistri mihi  
in Pythij templo cacanti, & ob id à Pi-  
sistrato tyranno statutæ pœna subijci-  
endo, uaticinabuntur homines perdi-

ti, prorsus contemno. In cassum me  
nocturnis lemuribus, aut defunctorū  
manibus uel laruis terrebis tenebrico-  
sus necromates. Nec contra Geotico-  
rum umbras aquæ lustralis asperginē,  
uel tædarum ignem iuxta sepulchra  
arcesso: suis hi spectris me ne uitquam  
fatigabunt. Tartarearum uocum bar-  
barie aut murmurum ludibrijs si me  
lacestat nefarius exorcista, non mihi  
curse est. Incantatorum ligaturas, qui-  
bus prodigiosos accersere morbos, cō-  
gressum impedire naturalē, imò eius  
organa pro suo arbitrio auferre & re-  
stituere posse creduntur, ne pili quidē  
facio, rideo q; Si quid maligna impre-  
catione aut uitiatæ uoluntatis affectu  
in me possum deliræ sagæ, eis & per-  
mitto, & remitto. breuiter, ut Horatius ait:  
*Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,*  
*Nocturnos lemures, portentaq; Thessala risu*  
*Excipio. —*

Vnicam solum modò ueneficarum  
pertimesco artem, quæ suis uenenis  
uel propinatis, uel admotis, uel spiri-  
tus attractione ferientibus plurima ue-  
rè, non phantasticè inferre nocumen-  
ta ualent: harum causam defenden-  
dam hic ceipi minimè, sed iusta magi-  
stratus censura discutiendam decidē-  
damq; relinquo.

At ex labyrintho præstigiarum dæ-  
moniacarum incantamentorumq; non-  
nihil extricatus, finem dicēdo faciam  
de monstrosis his ludibrijs, ex cogita-  
tis certè ut gloriam Dei, & doctrinæ  
utriusq; sacrae & physicae, ueritatē ob-  
scurent, atque maleficas diaboli artes  
occultè uestiantq; quæ Domino Deo  
βατλάγματα siue abominationes sunt:  
has auersemur, fugiamus & execre-  
mur, quacūque etiam artificiosa pro-  
ponantur specie. Repugnemus & ea-  
rum illecebris & occasionib. obiectis,  
quæ prima fronte blanditi & allube-

scere uidentur. Nec solum corpora nostra, non sponte mancipia & domicilia satanæ faciamus: uerum etiam illi, licet astutissimo & ~~wāsporārā~~, uera fide & uitæ sanctimonia omnes adorū di nos aditus præcludamus, auxilium à Dei filio assiduè ardētibus uotis implorātes, nosq; uiuo Dei uerbo & Spiritu sancti ope uigilāter, ueluti in excubijs sedulò cōstituti, ita munientes, quod etiam si huiusmodi munimento tanquam firmissimo uallo undiquaq; obseptos audacius insultet iuratus ille hostis, non tamen ualida hæc septa perfringat, expugnetq;

Qualescunq; etiam afflictiones nobis impositas, æquo animo cum Iobo fortiter toleremus, aduersus Deū neutriuam cum gentibus frementes, nec *i. Reg. 18.* ueritatem opem cum Saule inquirētes. *20*  
*2. Ior. 19.* Necq; etiam curiosi, cum Ephebijs, uel lascivi, quæ nouisse nos aut non interest, aut non licet, siue minus expedit, anxiè indagemus: uel ex ijs, à quibus

exquiri seuerè inhibuit Deus, scisciremur: sed illis quas Euangelij ueritas commōstrat, semitis insistamus, inherereamusq; , furiosas diaboli præstigias & lubrica triuia declinātes, ne quemadmodum Iannes & Mambres resisteant ueritati, nos quoq; Dei præcepto recalcitantes, cum his quia sinistris erunt, horrendam olim Christi sententiam audiamus: Discedite à me male. *Math. 25.*

Nihil autem hic ita assertum uolo, quod è quiori iudicio catholicæ Chriſti Ecclesiæ non omnino submittam: palinodia mox spontanea emendatrus, si erroris alicubi conuincar. Proinde si aduersus hos meos libros prius à quoquam pronuncietur, quām error euidenti démonstratione appareat, cōtra hunc, mihi summam fieri iniuriā, iure optimo palam & liberè protestor.

805 - 806

IOANNIS VVIERI

Liber Apologeticus.

CLARISSIMO VIRTUTE, PRUDENTIA AC  
eruditione uiro, D. Henrico Vuezio LL. Doctori, &  
Cancellario Cluensi uigilantissimo,  
Ioannes Vuierus S.

**C**RONAE honorem ijs, qui ciuem ex hostium manibus uindicaf-  
sent, offerre solebant Romani, uir amplissime, peruerstia sanè conſue-  
tudine, & exemplo haudquaquam improbando, ut partim quantum  
eſet momenti in unius hominis aſſertione, intelligenter hostes: par-  
tim uero, ut reliqui hoc laudis ornamenſo inuitati, frequentes ac ſe-  
duli in ſuis defendendis strenuam nauarent operam. Quum uero ante annos ali-  
quot uiderem innumerous paſſim citra iuſta inquifitionis ſtudium, mulio minus ex-  
actam cauſa notionem ob maleſicij ſuſpicionem non modo crudeliter flammis obijci  
deuorandoſ, ſed (negociuſ hoc uigilanter dirigente Satana) ipſos etiam iudices ſe-  
penumerò in extreſam perpetui exitij ruinañ prolabi: non diſimiili omnino ratio-  
ne motus, uiam quā priores àflammis liberarentur, alteros ab aeterna pernicie di-  
ſpendio uindicare, commonſtrare ſtudui ſex libris de Prestigijs demonum in lu-  
cem editis. Licet autem hic operam ceriē non luſerim, quum ex ſummis magistrati-  
bus non pauci hoc nomine ingentes mibi gratias egerint, quippe qui prudentiores  
cautioresq; mei ſcriptis reddiri, clementius deluſas à demone uerulas iam habent,  
& ſua ſalutis felicitati prouide magis consulunt: nihilominus quosdam adhuc inſo-  
lentis ingenij, & parum grati erga me animi (que detefanda huius ſeculi eſt labes)  
in me neſcio quid molitos poſtea ſenſi, quibuscum in certamen progreſſus, monoma-  
chie leges minimè detrectau: num uicerim, penes aequum cencorem iudicium eſto.  
Tu porro quum singulari illuſtrissimi Principis noſtri delectu, & uniti totius ſummi  
ordinis ſenatorij ſuffragij, tum & unanimi bonorum omnium applauſu, nō ſine di-  
uini numinis auſpicio, in Conciliū caput, & iuſticie antiſitem, Cancellarium ſcili-  
cet, inuitus etiam ſis conſtitutus: hāc noſtrā deſenſionē libro hoc Apologeticō com-  
prehendam, ut ſub aquo iudicij tui arbitrio, & eiusdem singulari patrocinio ſarta  
teclaq; haberetur, tibi cum primis nuncupandam ratus ſum: idq; iuſtis de cauſis.  
Quum etenim Clementiſimo noſtro Principi libros noſtrō ſuperiores conſecrari,   
ipſiusq; tutela cōmiserim, tui erit officy, à cuius ore & conſilio ſano ipſius Clementia  
pendet, noſtra deſenſionis actus in tuam ſuſcipere clientelam. Hoc & eo nomine mihi  
erit gratius, quod cū bona ob cauſa noſtra certitudinem, conſcientia fruar, ta-  
lem conſequor iudicem, qui non modo ſolidioris doctrine, & prudencia haud uul-  
garis, modeſtiaq; in ſigno mulius preluces alij: uerum etiam quem ua-  
riarum rerum uſu pollere, ampliſſima illa teſtetur Vualdsiaſſia, cuius adminiſtrati-  
one aliquot annis multa cum laude feliciter eſ perfunctus. Sit profecto talis mihi  
moꝝ aꝝt dꝝ: G. aꝝt. ov. Precor misericordiſſimum Deum, ut te totum rege, &  
ſuo ſpiritu conſirmare dignetur, quo tuam uocationem, cui dignè haſtenus reſpo-  
nes, ad ipſius gloriam & Reipublica utilitatē feliciter finias.

DE LAMIARVM POENA COLLATIO  
Ioannis Brentij & Ioannis Vuieri.

DE GRANDINE,  
Concio Ioannis Brentij Germani-  
ca, à Vuiero Latina fideliter redditæ.

**V**um incredulitas & idolatria, dilecti in Christo, nō unius, sed varij sint generis inter homines, occasionēq; subministrent non leuem ad corporis & animæ perniciem: ut utrāq; & agnoscere & declinare discamus, in nostra uocatione omnib; uitæ diebus pīe persistentes, maximè opus erit.

*Idolatria maria.*

Cumpromis uero fatendum, Idolatriam non modò nuncupari, quam olim infideles Ethnici sunt amplexi, cuiusmodi est adoratio & cultus imaginum atq; deorum, & id genus reliqua: sed & ubi satanæ eiusq; asseclis, 10 lamijs & maleficis tribuitur, quod solum diuinam spectat maiestatem, dicitur ac est idolatria. Est item, ubi quis dispendium paſſus, animo proſrus deicto, Deum superesse tutelarē, qui iuare queat, non credit, nec propteræ eius auxiliū implorat, sed alio de opem querit: atq; utinam numinis fauore, dista idolatria tā apud nos concidifser, quām apud Ethnicos interiit. Atqui tam multos esse, qui idolatriæ nomen modò commutaran (teste ipsa experientia,) re ipsa autem uitam impiam atq; adeò idolatriā ueram conseruant tuenturque, heu nimis dolendū. Hæc ita se habere, ostendū publicè actus haud ita pridem uisi. Siquidem damnoſo frigore & pruina, grandine & tempeſtate haſtenus ē cœlo nos aliquādo affixit Dominus Deus, ut se adhuc dominari & rebus gerendis præſſe, testatum redderet: ſignificatu & uoluit, quid uel momen-

to aduersus nos posset, quando ſuam declarare potentiam cogitaret. Sed quid uicifim à nobis fit? nihil aliud quām ſolet. Plerique n. facta ex grandine uini frugumque iacturā, tam miſerandis tulerunt modis, ac ſi p̄e impatientie enormitate Deū ipsum mortuum eſſe, nec quicquam auxiliū ſue in cœlo ſue in terra ſperandum eſſe, credere uisi ſint. Alij eiuscmodi grandinem non eſſe diuinitū immiſſum, ſed à lamijs excitatum, ideoque eas simul Vulcano mox eſſe cōſecrandas, impudētibus uocibus proclamarunt: ſuorum interea flagitorum immemores, quāl ne uel a que leuiter unquam turbatae eſſent rei, ſed ante Christi tribunal omnino innocentes. En profecto manifestam idolatriam & genitilismum merū. Enimuerō qui in necessitate de ope diuina diffidunt, Deū uelut uita functum ſuis geflib. testati: qui identidem numinis opus diabolo eiusdemq; clītelæ aſſcribunt, ſe fidei Christianæ primordia nec ſcire nec intelligere, oſtendunt palām. In primo ſiquidem fidei articulo Deum omnipotentem eſſe fatemur: & in oratione Dominica precamur nobis panem quotidianum donari. Similiter & in primo decem mandatorum Dei monemur deos cauere alienos, ac Domini Deum adorare ſolum. Quid uero de talibus ſentiendū? Hæretici reduntur, uti Marcionitæ, duos facientes deos, unum à quo bona, alterum à quo mala proueniunt: ſicq; ipsum diabolum conſtituunt deum, quæ profecto non infima eſt dicēda idolatria. Hisce animaduertis, operæ p̄eſciū fuit uolum, non nihil hoc tempore de toni tru & grandine in hac cōcione ſermocinari, & breuiter indicare, unde illa

*Marcionites.*

tonitrua & grandines, à quibus tanto-  
perè exhorrescimus, prodeant, ut id  
quod hisce profligandis, ne noceant,  
usui erit, percipiamus: ut item inue-  
ctam à grandine calamitatem in ali-  
quod couertamus commodum. Hoc  
intellecto, cognoscemus & rectè Deū  
patrem & filium eius Iesum Christū,  
eundemq; adhuc dominari, quamvis  
à grandine dispereat missis: & quod  
maiis est, hac ratione Catechismum,  
id est, fidem, orationem Dominicam,  
decem precepta rectius intelligemus,  
uitamque porro magis piam ducere  
satagemus.

*Pluvia &  
grandis  
a.*

In primis uero præmonitos uos, cha-  
tissimi, uolo, me iam non ita de gran-  
dine dictum demonstratione natu-  
rali, sed secundum Dei uerbum. Enim  
uero eum procreati scribunt natura-  
lium rerum periti, quando è terra sub-  
leuantur uapores humidi, & solis ca-  
lore in aëris mediū, ubi nubes harent,  
attrahi, ab aëris frigore in nubes co-  
guntur cōdens anturq; quibus à solis  
calore dissolutis, gignitur uel pluvia  
uel grādo tempore æstiuo. Pluvia de-  
cidit, nisi rursus ex aëris frigore coale-  
scant gutræ: grando autem, ubi eo mo-  
do illæ concrescunt durescantq;. Ita  
illi de grādine ex ratione loquuntur.  
Cæterum ex Scriptura sancta disci-  
mus, quis naturalis eius ordinis om-  
nipotens sit conditor & administra-  
tor, & qua occasione ita ordinet gu-  
bernetq;. Nascitur & homo in corpo-  
re materno dispositione naturali: ue-  
rū si non existeret Deus, qui eiusmo-  
di naturalem occasionem creari dire-  
xeritq;, nequaquam in mundo nasce-  
retur homo. Eadem est grandinis ra-  
tio, quæ ordine licet naturali pro crea-  
tum, Deus tamen eiusdem author in  
suam conuerit usum. Impiorū est opī-  
nio, diabolus, maleficas & lamias gran-  
dinem cicer, eoq; uinū & fruges con-

cutere & perdere. aliter autem lon-  
gè ex sacrosancta Scriptura docemur,  
Deum uidelicet ipsum condere gran-  
dinem & efficere, at in huncinem, ut  
eo iniquos puniat, quod in peccatorū  
agnitionem perduci, conuertantur:  
pios uero eodē probare conatur, num  
in uera fide persistere uelint. Huius lu-  
culenta habemus testimonia in Scrip-  
ptura diuina. In lib. 2. Mōs, cap. 9. legi-  
mus, à Deo Mōsi mandatum esse, ut  
extensa manu super uniuersam Aegy-  
ptum, in homines & iumenta grandi-  
nem prouocaret. En apertum testimo-  
nium, quo Deū grandinis esse autho-  
rem, & immittere, ut hominum scele-  
ra & impietatem eo multet, ostendit-  
ur. Sic & cap. 28. Iobi, loquitur Deus:  
Peruenistine ad thesauros niuis, aut  
thesauros grādiniis inspexisti? quæ re-  
seruaui ad tempus hostis persequen-  
di, ad diem conflictus & bellii, &c. Iter-  
um audimus ipsum Deum testari, à  
se grandinē inuehi. Adiungam exem-  
plum ex cap. 10. Iosue, ubi Deum gran-  
dinis lapides obiecisse populi Israeli-  
tici hostib. dicitur, illisque plures per-  
didisse, quām gladius filiorum Israel  
absumpsiisse. Et Aggēi 2. ait Deus: Per-  
cussi uos carbunculo, & robigine &  
grādine omne opus manuum uestra-  
rum: nec tamen fuit ex uobis, qui ad  
me reueteretur, dicit Dominus. Duo  
hic insinuantur: prius, grandinem à  
Deo proueniare: alterum, ab eodē im-  
pijs offundi, ut puniantur, & ad pœni-  
tentiam redigātur. Posit hic dici: Er-  
go nec satan nec lamia quicquam in  
concitādo grandine efficiunt. respon-  
deo, Deum, non diabolum esse gran-  
dinis authorem rectoremq; iam de-  
monstratum esse.

Cæterum diaboli studium in hoc  
omnino propendet, ut tam in tempo-  
ralibus quām spiritualibus rebus ho-  
mini nocere uelit; at sine Dei cōsenſu  
potest

potest nihil, quemadmodum in lobo apparuit, cap. 1. & 2. Perditū quidem illum prorsus cupiebat, uerū absq; Dei nutu ne pilum certè mouere in ipsius capite ualuit. Nec Achabi regis prophetas decipere potuit diabolus citra Dei permissionē, 1. Reg. 2. Velut etiam in Testamento nouo, Matth. 8. in porcos quidem ingredi nequiuīt, nisi peculiari assensu permisus. Nec discipulos Christi tentare sine Christi suffragio potest, Luc. 12. Satanā expe-  
tiuit uos, ut cibraret uelut triticum: sed ego pro te orauī, ne deficit fides tua, Petro Christus ait. Docemur his exemplis, hostem generis humani, licet pessimē erga nos affectum, tamen impotentem quoq; esse & nullarum mirium, nisi à Deo consensum fortia-  
tur. Si itaq; aērem immutare tempe-  
statemq; cicer nequit dæmon, multo  
minus lamiae ualebunt.

Qui ergo fit, quod lex Imperatoria pœna malefici & lamij decreuerit? Sic enim lex habet: Sunt multi qui malis utuntur artibus, elementa turbantes insufficientesq; nec etiam inson-  
tium uitę parcentes, sed inferentes ijs damnum: hi quum naturę sint hostes, supplicio afficiantur. Sic & legimus 30 Exodi cap. 22. Deum Mosi dixisse: Ma-  
leficas non patieris inter uos uiuere. Si iam in rerum natura non existit ma-  
lefica, uel grandinem excitare nequit, cur ex Imperatoria decreto, & potissi-  
mum ex lege Mosi, quæ suam habet ex Spiritu sancto originem, plectitur?  
Hic illud considerandum, maleficas ex iure Cæsareo & Mosi mandato af-  
fici pœna, non quod pro suo arbitrio 40 tempestatem uel grandinem prouocare possent, sed quod se totas diabolo mācipant, ita in satanā spiritu im-  
mersae, ut nihil cum suo hero satana quām mortaliū perniciem cogitent  
aut machinentur; nec aliter sentiant,

quām à se fieri id quod Deo assentien-  
te, ipsum efficit dæmonium. Quum enim dæmoni grandinis ciendi pote-  
statem facit Deus, tum maleficas sibi  
deuotas, ut sua incantamenta adornēt,  
commonefacit diabolus: ubi iam dila-  
bitur grando, non maleficarum poten-  
tia fit, sed quod in dæmonis manu ex  
Dei assensu fuerit. Hoc modo à satana  
deluduntur maleficas, quasi ipsorum  
existat opus, quod solū Deo permit-  
tente sit effectum. Proinde eiūcemo-  
di uitam impiam, & infidelitatem ma-  
leficarum puniunt leges, non quod  
quicquam damni ex fæse inferre illæ  
queant, sed quod se facere opinentur,  
ac dæmoni se totas in iniuriam & per-  
niciem hominum dediderint.

Atqui cur grandine excitato uinum & fruges in agro dissipare satanæ à Deo coceditur? Me antea docuisse re-  
spondeo, Deum condere demitttereq;  
grandinem, ut piros in sua fide probet,  
impios uero digno castiget supplicio,  
atq; ad delictorum agnitionem poe-  
nitentiamq; coercent: nec amplius  
hic addam.

Nunc porr̄, quib. rationibus p̄-  
ueniri auertiq; possit grādo, monstra-  
re conabor. Hic denuō se multi offun-  
dunt errores. Pleriq; consecratas her-  
bas igni imponūt, dæmonem ex aēre  
profugari earum fumo rati: sed lucu-  
lenta est idolatria & incantamentū. *Idolatria.*  
Dæmones etenim sunt spiritus, nec o-  
mnino se eiūcmodi reb. externis abigi-  
*Jucantamen-*  
finunt: & qui in fugandis dæmonijs  
a maleficiis, talibus utūtū sufficiibus,  
malefici hos potiores non agnosco,  
nec sanè mitiore merentur pœnam.  
Alij cornua Aquensia aduersus tempe-  
states inflant, non minori idolatriæ  
crimine. Nec capanarum sonitus con-  
tra grandinem & aēris concitationes  
intermititur. Ea de re non nihil dice-  
mus. Pij certè tali sonitu recte uti pos-  
sumus. *Pij* certè tali sonitu recte uti pos-  
sumus.

sent: impij autem baptizatarum campanarum pulsatione se dæmones ex ære fugare, eademq; grandinem præueniti credunt. Grauis hæc est idolatria: primùm, quod campanis applicatur baptismus: secundò, quod clangori ascribitur id quod Deum modò concernet. Pij uero in suum convertit usum, ut dixi, duabus rationibus, seculari nimirum & spirituali: priori, dum 10 campanarum sonitu pusillanimes qualcunque solatium concipiunt, quod homines adhuc pre manibus esse intelligent: altero, dum tali pulsatione ad indignationis diuinæ agnitionem & preces excitantur ignauiores. Pulsando ad oradum monemur, ut suam remittatiram misericors Deus. Ingruente tempestate, ad ædes sacras concurrendum, & fletendum ab ira celeste numen. Sed quum eo tempore non semper templum ingredi liceat, campanas pulsarunt ueteres, eo indicio significantes, ut dominon minus attenderetur precibus, quām in templo. Isti uero modi pulsatio campanarum esset toleranda: at pulsationi solū uel campanis à suffraganeo baptizatis tribuere fugandi dæmonis uel grādinis auertendi potestatem, summa est idolatria, quum hac in re nihil queant. Alij ad grandinem præuertendum, lamias Vulcano litandas proclamat.

Quanquam magistratum oportet ex legum prescripto cum his lamias agere, easdemq; punire, non tamē ex illarū confessione, sed indubitatis indicijs ac testimonijis. At quid? etiam si omnes lamias absumpſiſſent flammę, non tamē propterea desineret grandio & tonitrua, quæ à Deo, uti dictum est, immitti queunt.

Quibus itaq; rationibus grādinem amoliemur? Suprā dictum est, Deum grandinis authorē administratorēque esse, & ut grandinem euocet dia-

bolo propter peccata nostra permitti. Quænām sunt illa peccata? quis, Deus bone, illa ordine posset recēdere? Paucā solū, eaq; non longē petita enumerabo. Quibus etenim rebus Deum offendimus, in ijsdem nos punire solet, uti lex habet: *Oculus pro oculo, manus pro manu, dens pro dente, pes pro pede.* Præuaricamur uini & frumenti abusu, proinde ijsdē quoq; punimur. Tam diues hic labitur, quam pauper. Cuncta attrahunt diuites, non fecus quām si ipsius terra esset defectura. Vbi uero impinguati fuerint, horrea & penaria plena, nullus comedendi, cōpōtādi & prodigalitatis finis. In opibus aut̄ cōmuniter hoc studio est, quomodo suos dominos, quibus pecuniā, fruges decimasq; debent, cautē defraudēt. Hinc evenit, quē ad modū Amos 4 dicitur: *Vos Samaritæ ui op̄ primis tenuies, & cōminuitis inopes.* Propterea pluvi super ciuitatē unā, su per aliam nō pluui. Pars una agri com pluebatur: & pars quæ non cōpluebatur, exarescebat. Item Agḡei cap. 1. Sic dicit Dominus exercituum: *Diligēter perpendite uias uestrās.* Seminalis multū, & parū infertis: comeditis, sed non ad satietatē: bibitis, sed nō ad inebriationē, &c. Quare? ob id scilicet, dicit Dominus exercitū, quod domus mea adhuc deferta est, uos autē curritis, ut quisq; domū suā habeat. Idcirco celi super uos rorē non dant, nec terra prouentū suū. Ego quoq; uocauī siccitatē super terrā & super montes, super frumentū & uinū, super oleū, & super uniuersū quod terra profert, super hominem & superiūm ētūm, & super uniuersū laborē manuum. Et apud eūdem cap. 2. Sic dicit Dominus, *Per cussi uos carbunculo & robigine & grādine omne opus manuum uestrārū.* Quare? quod domus mea nō dūm est extructa, dicit Dominus. Similiter &

& per prophetā Malachiam cap. 3. loquitur Dominus: In decimis & magnificis donis execratione execrati estis uos, quod me uniuersi uos adfigitis uel dispoliatis. Quot sub ditorum non illibenter, nec frau dulenter debitum soluunt ubi pecunia uel decimae sunt satis faciēdæ, ad diaboli aceruum pertinere murmurant: quod certè lulentum animi impij est indicium.

Tam itaq; ego, quām loeuplete uitam agente dissolutam, & uino frugibusq; abutente, subministratur Deo occasio, ut grandine in uini frumentiq; exitium admittat. Quapropter lamias flammis cuestigio tradendas, non est clamandum: eiusmodi etenim uocib. nosipos igni adiudicamus. Si uero uegetur, lamias, similesq; homines, qui grandinis causa extiterunt, esse exuendos, cedō unde ignis satis habebitur? & quem tum omnino inuenias securum? Imò ne magistratus quidē, nec subditus, nec dominus nec seruos securitatem sibi polliceri possit. Proinde si tonitru & grandinis iacturam praeuertere uoles, ex eadem tua gravia peccata & impietatem agnoscere discito. Conuerrere ad Dominum, & pœnitentiam age, atq; omni studio uocationi tuæ respondeto. Si tum quid forte detrimenti accidat, sua gratia & benedictione tibi id Dominus Deus præstabit sarcietque per suum filium Christum Iesum, cui laus, honor & gloria cum Deo patre & Spiritu sancto nunc & in æuum, Amen.

D. IOANNI BRENTIO, SACRE THEOLOGIE DOCTORI, PREPOSITO STUTTGARDENSIS, &c. IOANNES VITERUS

S. P. D.

**S**alue in eo qui nos dilexit, suoq; abluit sanguine, quotquot cū uera nostris plus abnegatione, eius doctrinam amplectimur, & uestigia festamur, ornatissime domine Bicti,

Quū te iustis de causis semper magnificerim, obseruarim coluerimque ob insignem doctrinā & indefessum pietatis studium, quo ductus tam strenuā haec tenus operā in expurganda à tam multiplicis idolatriæ monstro Ecclesia nauasti: iam uero multo maiori à me loco haberis, & quidem tuo merito, ob eximiā illā, doctam & piām concionē à te habitam, & nupti typis publicata. In ea enim eleganter & uerè doces, idolatriam non solum esse nuncupādam, quam olim sectati sunt ethnici in idolorum suorumq; deorū inuocatione: sed in eo quoq; eam consistere, si quando diabolo eiusq; ministris, intantatoribus & lamis attribuitur, quod ad solam maiestatem diuinam pertinet: item, si cui infortunium obtrigerit, ex eoq; animū usque ad eo deiijciat, quasi nullus superbit deus, qui subuenire queat: nec amplius eū inuocat, sed aliunde auxilium & liberationem querit. Propterea grauiter, nec iniuriā, cum ijs expostulas, quorum in ducatu Vuitēbergico uites & fruges à denso grandine conuassatae perditæq; fuere, nec iij calamitatem à Deo inuictam ob sua peccata agnoscet, multò minus resipiscerent: sed quicquid id esset, lamis imputādum, ijsq; igne absumptris hoc mali expiadum profligandumq; clamarent. Rectius hic auditores instruis, euidentissimisq; rationib. & testimonijs exēplisq; sacrae Scriptura demōstras, grādinem, cuius & causas proponis natuiales, minimè à diabolo procreari, nec ab eo ulla ratione excitari posse, multò minus à lamis: sed Deum omnipotentem solum esse grandinis & authorem & creatorem, eoq; nomine ab illo effici & produci, ut eiusdem potentia impios puniat, ijq; ad peccatorum agnitionem compellātur resipiscantque: pios autem eius immissione pro-

bare studet, num in uera fide constanter persistere uolēt. Exod. ca. 9. Iob. 38. Iosue 10. Aggæi 2. Nec certè uulgarem esse doctrinam fatēdum est, ubi uiam commonstras, qua tutò & cum bona conscientia eiusmodi calamitatē quilibet declinare queat. Hęc optimę intelligo, mi integrerrime Brenti: nec dubito, bonā operam hic reipublicę Christianę præstitam esse, à remuneratore cuiuscunq; boni uberrimo liberaliter rependendam: quū in hoc negocio haecenū deuissimam caliginem plurimorū oculis obduxerit milleartifex, potissimum eorū quoq; qui Euangelicæ ueritatis lumen sibi præ alijs illuxisse cōfidunt, tam principes & patricij quam uulgares, quinim d' etiam iij quos ex assumpta uocatione, in aliam sententiā saniori doctrina alios traducere decuit. Hic quū à te mihi abunde satisfactum esse agnoscā, gratiasq; eo nomine tibi agam quam maximas: in altera tamen eiusdem cōcionis parte, ubi mihi tecum minus conuenit, quid desiderem, candidè proponere uolui, meamq; sententiā breuiter explicare, ut ubi rechius me erudieris, eam cōmutem, quam sex libris De præstigijs dæmonum & incantationibus ac ueneñcijs, inscriptis, uigilanter examinanda exutiendāq; palam omnibus obtuli, sexto maximè libro. Docuisti lamias nullum posse producere grandinem, aut ullam procreare tempestatem, nihilq; in ijs ciendis conferre: sed illas à diabolo illudi, ut quando huic gradiñe conuassandi grassandiq; potestatem permitturus sit Deus, hic lamias commonefaciat, quō sua incantamenta (uel potius quisquilijs) adornent, ut ubi postea subsequatur plaga proposita & calamitas, à se inductas arbitrentur: coq; leges punire illas ob uitā impiam & infidelitatē, non quōd induixerint aut inducere potuerint ma-

lum, sed quōd se fecisse putent, ac dia bolo se in hoc obligarint. Hic & legē Imperatoriam adducis in hęc uerbā: Plurimi sunt, qui malis artib. utuntur, elementa turbant & inficiunt, nec in- fontium hominum uitę parcunt, sed damnum inuehant: quām itaq; hi ho mines naturę aduersentur, mortis sup plicio afficiantur. Confirmas institutū lege à Moze promulgata, Exod. ca. 22. Maleficas nō patieris uiuere. Hic non aegrę feres, si libertę id quod sentio, p fiteri quoq; audeam. Ex pia etenim & modesta collatione solet tandem eruī ueritas: huc omnem spectare decet di scepticationem: nihil hic petulanter, temere aut præfracte à me proponi aut defendi, testor eum quem nihil latet. Fateris prius, lamias mente delusas à dēmons, nihil eius mali in tempestate concitāda, licet secus putent & fateantur, uerè designasse, aut designare potuisse. Lex aut non de ijs loquitur, qui nihil tale possunt, sed qui malas ultrant artes: quas uero nostra lamiae usurpare queunt, quum sint in dōcta, inepta & stupidę, uob sexum, tum ob atatem? Lex eos quoq; explicat nominat, qui elementa turbant inficiuntq; nec id posse à lamije fieri, ipse doces: quinim d' ne ab ullo quidem ho mine fieri posse, admittes facile. Has item non lēdere hominum uitias, de quibus identidem lex dicit, prolixius in meis libris demonstrauit: quum uero in hac concione te non contraiisse legā, hic uerbōsior esse nolo. Si enim ueneno quempiam læserint, non iam uulgares lamiae, sed ueneficæ dicen dæ sunt, quas Moses, Cæsarea leges, *Veneficæ  
nienda.*

querilex Imperatoria, cuius ne ullum quidem uerbum illas concernit, quantum phantasiam aut uim imaginatiuam, ut se fecisse opinentur quæ reuera non fecere, aut quæ etiam sœpe numero in rerum natura nō sunt, tantopere læsit ueterarius ille uertiginis spiritus. Hinc multa confitentur, potissimum in tormentis enormibus subditæ quæstionibus, quæ merae sunt fabulæ, nugæ, mendacia, & nec sunt nec fuisse, nec quæ unquam rerum natura patierunt, uel admittet. Nec plus his fidei debet apponi in ea confessio nis parte, qua se dæmoni hoc uel illo modo consecratis dicunt, & propterea in eius uoluntate & actiones malas cōsensisse, quām ubi se aërem con turbase, grandinem noxiū euocasse, segetes & uites dissipasse perdidisseq;, uel quoduis aliud malum ijs æ quæ adlubet, perpetrasse, liberè dicūt & fatentur. Vnus enim confessionis eadem hora & modo prolatæ ab eodem homine articuli & membra sunt. Quare igitur illusionem magis in hoc quām in altero articulo à præstringente spiritu in mente factam, credere malumus, quām nulla sit probatio aut demonstratio, quām confessionis in carceratæ, excarnificatæ & dementatae anus, cui in multis nullam esse dandā fidem conuenimus, quo circéa non itidem in omnibus, quum nihil certi ex confessione erronea delusæ eiusmodi mulieris dæmoniacæ decerni aut statui queat. Diabolum etenim, qui illam agitat uexatq;, mendacem esse & mendaciorum parentem, testatur ipsa Veritas. Illa autem à diabolo agitata, & ferè semper obfessa, effatur id quod menti tam ualidè impressit dæmonium, ut nihil aliud credat illa, quām se rem uerā proloqui: quinimò à diabolo eius lingua frequenter dirigitur, at secus loquatur quām ipsa mens di-

ctet: quod in non rariis mulierculis dæmoniacis sit, ut dictorum postea illas à satanæ tunculo liberas pudeat, si ea in memoriam ab alijs reuocentur: id quod coram à monialibus ita læsis in examine nō semel audiui: quæ etiam sanæ mihi fasæ sunt, quandam, quæ eiusmodi plurima facinora à se designata in carcere & tormentis confite-  
re, eodē modo in cenobio à dæmo ne fuisse uexatam, quo reliquæ, quas ab ipsa maleficio affectas credebāt: ho locauit iam en materiem suppeditare ipsam, licet modò à satana obfessam, oportuit: quanquam in actione crimi nali probationes debere esse in eridia na luce clariores, seuerè iubeat leges. Præterea, si in eo suo grauissimo animi morbo se diabolo mācipassent illius modi anus, non propterea essent com burēdæ: sed quum ex intolerabili mœ stitia in ea animi dejectione & despe ratione incederint, saniori institutione reuocandæ, atq; ut Christo se rursum dedant, consercentq; resipientes ab errore, qui saltē propriā illarum ani mā (cuius iudiciū solus sibi reseruauit Deus) attigit, nec in alios actu se expā dit, sedula exhortatione erudiēd. Sic eorum animas lucerabimur, & à morte uindicabimus, ut D. Iacobus docuit. *Iacob. 4.*  
Omnis enim qui peccat, nec faciūsti ciām, & fratre odit, ex diabolo, & non ex Deo est, inquit D. Ioánes. Nec item scortatores, neq; adulteri, neq; simula chrorum cultores, neq; molles, neq; ebriosi, neque maledici, neque auari, regni Dei hereditatem cōsequentur.  
*1. Ioan. 3.*  
Hi quanquam non à Deo se uolūtate solūm, sed ipso maximè opere separarunt scienter, ac diabolicas actiones nulla uitia phantasia perfecere, non tamen flammis statim obiectiuntur, etiamfi admissum delictū in alios quoque extendatur, qui eius cōmunione grauiter peccant; punitionem interim  
*1. Cor. 6.*

diuinam multò duriorem non euadent, nisi conuertantur, conuersi autē etiam ab ea pena securi erunt: quemadmodum & illi quos Paulus describit in extremis diebus fore mente corruptos, & circa fidē reprobos. De hæreticis, qui falsa persuasione à satana seducti, Deo, sibi & alijs iniuriam fecerūt, idē dictum uolo, eos nimirum extremo supplicio non ita afficiendos, 10 potissimum si errorem agnoscunt, ab eoq; desistunt: legitimē tamē coerceri posse, negare nolo. Minus certè à lamijs dictis, ferè omnibus uetus & sexus foeminei, ac partim à dæmone uexatis delusisq; partim etiam obfessis: & nemini noxijs, in magistratum aut alios delictum erit. Hinc eos qui miseras has, demētatas insontesq; mulierculas morte puniunt temere, coram 20 Deo grauiter delinquere, atque olim eiuscē carnificinae rationem reddituros, nisi resipiscētia propitium consequantur prius Deum, non dubito. Flagitium mente cōceptum Deus punit, qui mentem nouit: quemadmodum qui maritus alterius cōiugem aspexit, ut ei coniungi desideret, hic in corde suo adulterfactus, Dei manum. minime effugiet, à magistratu tamē neutiquā uelut adulterij reus erit puniendus, quanquā tale animi desiderium, studium & affectum palam profiteatur, ja et & exclamat. Gladij potestatem nequaquam magistrati in eiusmodi peccatis mandatam sentio.

Si insuper uoluntate & consensum puniri debere, quis contentiosus urget, hunc certè distinguere ad minimum oportet inter uoluntatem hominis sanam mētis, qui facinus aliquod in politiam publicam animo decreuerit, idq; ex eī qui potuerit, atq; in actū perducere cōperit tērāritq; & inter eum, qui non itidem mentis confirmatae, imaginetur se uelle facere, imō fecisse,

*Sib. & exp.  
xxi supra.  
An uolun-  
tate puni-  
enda.*

quæ nec fecit, nec in rerum natura etiam plenq; consistere queunt: alioqui tale uoluntatis & consensus flagitium quoq; impingi possit melancholicis, fatuis & pueris, qui sēpē numerō falsa persuasione inducūt, ut se hæc uel illa scelerata commisſe credant frētanturque. Quid adhæc amplius in quacunq; calamitate uel plaga à diabole ex Dei uoluntate inducta, commiserunt hīc lamiæ, dæmonis iustitiae Dei exequitoris actionib; consentientes, quām quiuis alij, qui ita læsis, forte eiusmodi infortiū malitiōsē inuidia mori fauerunt, precati sunt, & diaboli actiones hoc modo uoluntate, consensu & imprecatione approbarunt, quemadmodum frequenter nimis usuuenire experimur? Mulieres præterea in eodem deli si genere minus uiris peccare, minusq; puniendas esse, ceteris tamē per omnia paribus, ob imbecillitatem animi, mētis & ingenij, docent uariæ leges, quemadmodum prolixè ostendilib; 6. cap. 20. Sin

viduās cō-  
ra habenda.  
*Exod. 22.  
Deut. 24.  
Psal. 145.  
Ez. 14.  
Ester. 22.  
1. Tim. 5.  
Jacobi 1.  
Lamia rum  
caligato-*  
gulari insuper ratione omnib; uiduarum, qualis ferè sunt eiusmodi uetus, præcipuam curam impoluisse Deum, estatur Scriptura sancta. Cæterū lamias nulli iniurias castigandi puniendi que non meliorem uitio remque rationem noui, quām ut à pio ecclesiaste rectius instituantur, diabolo eiusq; instinctui & actionib; renuncient, & hī uoles, palam in ecclēsi rursus communionem recipientes penitentes. Si grauiorem, temeritatis & delicti, quod diabolicæ suggestio ni & ludibrijs non satis fortiter restiterint, alijsque exemplo sint, quis uelit urgere p̄nam, sit exilium ad tempus: pecunia insuper multa pau peribus donanda, si sit res ampla domi, uel quacunq; alia arbitria p̄na pro delicti qualitate & magnitudine, non, tamen, uitæ.

Ad legem à Moysi latam Exod. 22. & à te propositam, respondeo, in textu Hebraico legi: **וְרָא**: **אֶל** **נַעֲמָת**: hæc autem uerba & decretum à septuaginta senioribus sic redditum sunt, **φραγμάτις**, **τελεσθεῖσα**, hoc est, ueneficos, uel si mavis ueneficas, genere fœminino, ut uolunt Hebræorum interpretes, non finetis esse superstites: sic legis uoluntatem explicuerūt illi septuaginta interpres. Nec **חִזְבָּחָה** Chasaph, & quæ ab illo deducuntur, uix usquam in prædicta Græca tralatione aliter exponuntur; quæ ut ueneficum significet, id est, hisce Græcis uocibus, **φραγμάτις**, **φραγματίσ**, **φραγματίζειν**, & quæ huius sunt inflexionis. Ita decretum hoc minimè ad lamiarum nostrarum punitionem, quæ non sunt ueneno uisæ, sed phantasia deceptæ solūm, torqueri debet: quanquam uulgaribus facile persuaderi aliter potest uerione ueteris Testamenti Germanica, ubi uox Mechasepha redditur Zauberinne. Huc accedit ipsius Iosephi natione Hebræi manifelsum testimonium, qui explicatius legem ita exponit: Venenū neq; mortiferum, neq; in alios usus noxios apparatum, Israélitarum aliquis habeat: quod si habere deprehensus sit morte mulctetur, & patiatur id, quod facturus erat illis, aduersus quos uenenum parauerat. Adhuc illud luditiorū demonicorū genus, quo nostræ lamiae aliquot multis annis uexatae infatuatae, fuerunt, Mosis tempore fuisse uisum uel auditum, nemo mihi facile exueris historijs fidem fecerit. Moses si quidem & Testameti ueteris libri, solum qua druplicis in cantatorum & malificorum familiæ meminerunt: priuæ sunt illi præstigiatores Pharaonis, qui præstigijs regios sefellere oculos, ut pro ueris ficta apparerent, Exodi 7. & 8. id nostræ Lamiae neutiquā possunt, illos hartumim potissimum à

*Antiquit.*  
*Iudiciorib. 4.*

*cap. 2.*

*Saprà lib. 6.*

*cap. 22.*

*Quadruplex*  
*incitatorum*  
*familia.*

*Suprà cap. 1.*

*Hartumim.*

Mose appellari arbitror, nisi memoria fallat: Biblia etenim Hebraica inspicere non licuit, quum in arce uenatoria hic Betsburgi inter montes circiter quindecim à mea bibliotheca Clivensi, militaria, hæc scribam, dum illustrissimo meo principi hic meam presto operam. Alterius generis sunt, quos mechasepha, hoc est, ueneficos appellat, qui nimirum ueneno uel medicatis rebus homines uel iumenta è medio tollunt, uel similem inferunt noxam. Tertiæ classis sunt, qui uario & multiplici diuinandi modo utebatur. Ad hos pertinent eæ uoces, Kasam, Deuter. 18. Hierem. 27. Onen, Deuter. 18. 2 Paralip. 33. Hierem. 27. Micheæ 5. Nahas, Deuter. 18. & 2 Paralip. 33. Ob, Deuter. 18. Esaïæ 19. 1 Reg. 28. & 4 Reg. 23. ac alibi paucim. Iidon, Deuter. 18. Leuit. 19. 20. 4 Reg. 23. Esaïæ 19. Utuntur quartò Hebræi uocabulo Habar, quando arcana quædam uerba à magis mussantur, quibus inesse efficacia mira putatur: quā uocem David usus pat, simul & Lahas, Psal. 58. ubi aspidis ad incantantis uocem, aures obturantis mentionem facit. At quicquid est harum uocū, nullo modo eam demoniationem, quam in uerulis his experimur, spectat. Si itaque decretum hoc Molis contra ueneficos promulgatum fuerit, ex præscripto iijdem puniantur: horum patrocinium minimè suscepit, quos & lèx Cornelia de sicarijs & ueneficis condemnat, Dig. lib. 46. tit. 8. Hanc meam sententiam eò libetius transmittere uolui, quod te mihi responsum sperem, id quod sum moperè oro atq; obsecro. Interim fäxit misericordissimus Deus, ut ipsius spiritu austus, dignè uocationi tuare respondere queas ad Dei gloriam, Ecclesiæ Christi incrementum, & animæ tuæ salutem. Betsburgi 10. Octob. Anno 1565.

D. IOANNI VVIERO, ILLV-  
stissimi Ducis Iulie, Clivie, &c. me-  
dico, Ioannes Brentius

S. P. D.

**S**alue in Christo, obseruande vir.  
Quas è Betsbúrgo 10. die Octo-  
bris literas ad me dedisti, fuerunt  
mihi gratissimæ, non hactantum no-  
mine, quòd insignem erga me bene-  
uelentiam spirantuerum etiam, quòd  
sumnum tuum studium in defenden-  
dis innocentibus, aut excusandis er-  
tore magis, quàm malitia peccatibus  
testificantur. Nec dubito, quin Deus  
hanc tuam uirtutem clementer appro-  
bet. Ut enim quondam, quum Ethnici  
adhuc grassarentur in Christianos, si  
quis acusabatur fidei in Christu, nul-  
lus uociferabatur. Ad leonem: ita his  
temporibus, si quæ mulierculæ, quan-  
uis honestæ, inhibulentur tantum ue-  
neficij aut incantationis, clamare so-  
lent. Ad ignem. Quare si quis in medi-  
um processerit, & admonuerit magi-  
stratum, ne passim sine ullo discrimi-  
ne, & exactissima cognitione in mife-  
ras illas mulierculas sœuiat, eum ego  
arbitror diuinitus excitatum. In quo-  
rum catalogo quum te quoque collo-  
catum nideam, laudo tuam humani-  
tatem, & hortor, ut tuum officiū, quod  
cepisti, facere pergas. Cæterum quæ  
admonitu meæ concionis in lucem e-  
ditæ, de legibus à Mose & Imperato-  
ribus Romanis aduersus incantato-  
res & sagas latis, uifum est tibi mecum  
conferre, agnosco animi tui cando-  
rem, & optarim ut similiter affetti es-  
sent multi, mei quoq; ordinis homi-  
nes, & eadem moderatione sua inter  
se dogmata conferrent: sic enim mi-  
nus esset & rixarum & offendiculor-  
um in Ecclesia filij Dei. Dicam igitur  
initio de mea concione, cui titulus est,  
De grandine. Hæc enim concio, esti  
fatear eam à me in chartis coniectam,

ut soleo, ante quam ad concessionandum  
processero, tamen non est à me in lu-  
cem edita, sed ab amicis unà cum alijs  
quibusdam cōcionibus è chartis meis  
collecta, & typographo tradita, idque  
non hoc primum tempore, sed cum  
numeraretur à nato Seruatorē nostro  
ultra sesquimillesimum annus tricesi-  
mas nonus, & audio eam iterum à ty-  
pographo superiori anno prælo exce-  
ptam esse. Hoc idcirco uifum est com-  
memorare, ne forte tua humanitas at-  
bitraretur, me data opera eam conci-  
onem aduersus tuum scriptum, cui ti-  
tulum De præstigijs dæmonum feci-  
sti, sparsisse. Deinde uidisti ipse, me in  
ea concione ( quam certè nesciebam  
editam, priusquam tuas acceperissem li-  
teras, & de ea ab amicis admonitus  
essem, qui & mihi exemplum eius iam  
exhibuerat) nullam instituisse proli-  
xam disputationem de supplicio illis  
incantatricibus inferendo, sed tantum  
paucis attingere, ne uiderer publicas  
leges damnare: quas ne adhuc quidé  
damnandas censeo, sed illud summo  
studio & exactissima cura agendum  
& cognoscendum est, ut recte dijudi-  
cetur de personis, quæ aduersus has  
leges peccasse acusantur, & tam seu-  
ro supplicio obnoxiae sunt. Ac video  
quidem, Imperatoriam legem uti his  
uerbis: Qui malis artibus utūtur, ele-  
menta turbant inficiuntq;. & adhuc af-  
firmo, clementa turbare, non esse dia-  
bolice per se, nec humanæ, sed tacitum  
diuinæ uirtutis: non dubito aut, quin  
lex usurpet uerba suā ex vulgari ho-  
minū scatēria, & loquatur ex illorum  
magorum seu incantatricum opinio-  
ne: hi enim à satana ita persuasi sunt,  
quòd artibus suis turbent elementa.  
Punit igitur, inquiet, lex uoluntatem  
tantum, & fallam persuasionem? Nihil  
minus: sed reputat pro opere ipso per-  
fectum, ut illi loquuntur, conatū. Nam  
cū

cum misera mulier non solum simpli-  
citer cogitat se cocturis aut alijs arti-  
bus turbare elementa, uerum etiam il-  
lud toro animi instituto agit, in hoc stu-  
diū tota incumbit, ut herbas colligat,  
suis execrationibus præparet, ad ignē  
admoveat, ac nihil earū rerum omit-  
tat, quās edocta est à satana aut satelli-  
tibus eius: hic certè lex expedit suam  
seueritatem, & punit perfectū illum, 10  
quem ad modum iam dicebam, cona-  
tum. Nec nouū est, nec in solens, quōd  
conatus perfectus habeatur pro facto  
& opere ipso. Abraham iussus est uni-  
genitū suū filium Isaacū mactare in  
iacrificiū: etsi autē angelus reuocat  
gladium eius, quem iam in filiū strin-  
gebat Abraham, & Isaac seruat inco-  
lumis, tamen Deus ipse reputat hunc  
perfectum Abrahā conatum pro facto 20  
ipso: Quia fecisti, inquiens, hanc rem,  
& nō pepercisti filio tuo, benedicam,  
&c. Quod de benefactis hīc dicitur,  
idem intelligendum est etiam de ma-  
lefactis. His diebus dixit iunenis qui-  
dam Studi gardiæ cauſam suam ē uin-  
culis, qui cum deperiret alterius uxo-  
rem, expectauit noctu ante domū eius  
bombarda instrūctus, dum maritus e-  
quo pabulum præberet. Itaq; ei acula-  
tus globum per patulū foramen, erra-  
uit quidem à marito, sed occidit equū.  
Habes hic perfectum conatum. Quare  
lata est in eum sententia, tali, quam in  
homicidā, qualis etiam uerē erat tam  
coram politico, quam corā celesti  
tribunali. Idem iudicatur de eo qui cum  
uxore aliena deprehenditur in cubi-  
culo clauso solus cū sola, nudus cū nu-  
da, etiam si adhuc nihil sceleris cū ipsa 40  
designauerit. Hæc accommodanda er-  
unt ad incātatrixes, quōd etiamsi nec  
queant elemēta turbare, nec quicquā  
nōumentū hominibus præstigijs suis  
aut incātationibus inferre: tamē quia  
uoluntas eorum nocendi non confa-

stīt intra simplicem cogitatum animi,  
sed prouimpit foras in perfectum co-  
natū, seueritas legum hac in parte  
non potest iure damnari. Idem lani-  
endū puto de legi Mōsi. Exod. 22.  
Etsi enim uiideo, uocabulum hūa con-  
stanter transferri pro pugnare: tamen  
nō ille tantū iudicatur pugnare, quā  
alteri exhibet potionem reipsa uene-  
natam, uerum etiā qui nocendi & in-  
terficiendi animo pro uenenata poti-  
one arripit errore quodam & porrigit  
salutarem. Quare quād incantati-  
ces illud unum agant, & in illum sco-  
pum totæ intendant, ut uel frugibus  
uel pascuis uel iumentis uel homini-  
bus noceant, siue utantur ueneno, siue  
alijs rebus planè impertinentibus, nō  
possunt excusari, quin habeantur pro  
nocentibus. Lex Mōsi dicit de teste  
mendaci, Reddent ei sicut fratri suo  
facere cogitauit: & quidē magna se-  
ueritate addit, Non misereberis eius,  
sed exiges animam pro anima, oculū  
pro oculo. Si de teste mendaci, qui  
nec ueneno, nec alijs id genus rebus,  
sed tantū lingua ad nocendam pro-  
ximo uitit, tam seueriter iudicatur,  
quid indicandum esset de incantati-  
bus, quād qualibuscūq; medijs utan-  
tur, certè cogitant toro conatu proxi-  
mo in commodum inferre? Haec tenus  
de autoritate legum: interea aut accu-  
ratisima cognitione opus est, ut re-  
& dijudicetur, quis aduersus has le-  
ges peccauerit, & supplicio earum ob-  
noxius sit. Hic ut recte sentis, ma-  
gnūm discrimen habendum est inter  
uerē sceleratos & melancholicos, ac  
eos qui læso sunt cerebro, quiue sim-  
plici superstitione errant. Quis enim  
tam crudelis esset, qui in hos poste-  
riores seueriter animaduerteret? Fuit  
apud nos iuuenis non in eruditus, qui  
& scholis prærerat, & se honeste gere-  
bat; sed tandem eō melancholia pro-

cessit, ut cum audiret aliquem è präceptoribus suis, quos semper reuerenter coluerat, morte extinctum, arbitratur se, quamvis longè absentem, eius mali autorem. Referebat nobis, sepe uenire ad se noctu homines nescio quos, qui nanchoc, nunc illud ipsi cōficiendum mandarent. Quis hunc iudicaret homicidam? Imò internocentes ipfos magnum discrimen habendum esse censeo: & malo ut decem nocentes impunes, si ulla probabilitatione fieri potest, evadant, quam ut unus innocens iniuste plectatur. Insigne pietatis genus est, miserorum cura tangi. Quare optimi uiri officium facere perges, si afflitas illas mulierculas malueris ad curam uel tuæ, hoc est medicea, uel meæ, hoc est Theologicæ professionis, quam ad gladiū aut signem carnificis remittere. Hæc pauca uisum est non ad singulas tuarū literarum particulas, sed ad causæ statū respondere. Vterque enim è respiciimus, ut in maleficiis exemplum ita statuatur, ne uel impunitate malum ingrauefaciat, uel crudelitate innocentes aut quasi (quemadmodum Iurisconsulti loqui solent) opprimantur. Dominus te clementer custodiat. Bene 30 ac feliciter uale, uir optime. Stutgardiae, in die Stephani protomartyris, anno 1565.

D. IOANNI BRENTIO, THEO-

LOGIE DOCTORI, ET PREPOSITO STUTGARDIAE,

ET IOANNES VIATORUS

S. P. D.

**D**ATÆ NUPERTUÆ AD ME LITERÆ, SUE RUNT MIHI ADMODÙ GRATÆ, QUÒD SINGULAREM ANIMI TUI CÀDOREM 40 & MODESTIAM DECLARARENT, QVM ME TAM PATIENTER IN MEÆ SENTENTIÆ EXPLICATIONE AUDIERIS, TUAMQ; UICISSIM INGENUÈ PROPOSUERIS, MI INTEGRIME BRENTI. PROINDE UT ME DENUD AUDIRE Eadem ANIMI TEMPERANTIA, & SI MINUS

rectè sentiam, secus docere non dñneris, te ob cōmune reipublicæ Christianæ commodum, obnixè oro. Maximi siquidem ponderis caussam hæc esse sentio, in qua tam enormi tyrannde à Christiani nominis magistratu sœvitur circa ullā commiserationem, quæ semper hominem Christianum in primis ornare solet. Hic autem legum rigorem defendi, siuq; sortiri apud te locum, non obscurè arguit testaturq; palam habita concio & pōst euulgata, deinde scripta mihi haud ita pridem epistola. At ego aliter iustis de causis rationibusque manifestissimis & quidem non paucis persuasus, libro satis copioso iam aliquoties edito, huiuscmodi dira mortis supplicia in uitiaephantasiæ uetulis, nec ullo præstito reuera maliciose uel alijs noxiis opere notis, improbans, tales leges eleuo ut irritas prorsusq; supprimendas: quarum tamen autoritate magistratum rectè gladium stringere, submergere item, & flammis horrendis dentatas obijcere anus, quas larias dicunt, astrarere uideris. Pœnæ siquidem formam licet nō exprimas, tamen leges hac in parte defendis, quæ mortis supplicium decernunt: at modum eius heu nimis truculentum, quinimò, si uerum fateri liceat, plusquam tyranicum, inde decreti uirtute iam annis nimis multis à magistratu obseruatum, satis nosti. Ex mea uero sententia illiusmo di uitæ priuatione coram Deo ita delinquitur, ut rationem in eo die, quo omnis elucesceret ueritas, redditurus sit transgressor.

Porrèd quum concedas, ex vulgaris hominum opinione promulgatam legem de ijs qui elementa turbant, &c. de maleficis et mathematice

damnant: sed ex grauibus, indubitate irrefragabilibusq; causis cum matura deliberatione promulgari oportere: quinimò in actionibus criminalibus probationes ipsa luce meridiana clariores, requiri leges, alias dixi. Nec iustis rationibus hic obijci debet perfectus conatus, quem uix imperfetum dici admitto, quum nullus perfectus poscit appellari conatus, qui perfici nequit. Lamias aut non posse perficere quæ conantur, fateris. Concedis enim, delusas mulierculas in turbaudo aëre nihil posse: siue tum herbas colligant, excrecentur, ad ignem admoueant, uel quascunq; proferant ex corrupta phatasia quisquiliis, quibus ne quidem aquæ guttam elicere, aut crepitum ciere (ut cum uenia sic loqui licet) aut muscae nocumétum inferre queunt: quorsum hic conatus nūcupabitur & defendetur perfectus eiusmodi delira persuasio, uel, si ita uoles, inefficax & puerilis conatus? cur ex legum severitate acerbissimo mortis genere plectetur? Quod Abraham adducis, qui in filium Isaacum stringens ensem impediebat ab angelo, atque hunc Abrahami conatum profacto ipso à Deo fuisse reputatum, & quod de benefactis ibi dicatur, id est de malefactis intelligendum esse, hic certè uelim nolim, contradicere cogor. Primum Abraham ex Dei mandato conatum ceperit rei possibilis, & quæ mox perfici poterat, atq; perfecta in cunctatè fuisset mente lana & instrumentis conuenientibus, nisi à Dei angelo fuisset uetitum: hinc meritò pro ipso opere & quidem perfecto conatus hic inchoatus haberi debuit. At qui multò secus in hoc nostro negocio res habet, ubi personæ ad huiusmodi uerum actum uel conatu inepit sunt, ubi phatasia corrupta, ubi organa quibus operari putatur, ludicra, scilicet,

*Conatus per  
fectus.*

& tali perficiēdo operi inidonea sunt, ut si nihil non sic agant & machinentur, nihil efficient, imò aërem uerberabunt & operam ludent. In foro quidē celesti criminale esse, etiā si quis mulierem aspicerit, ut eam concupiscat, nō diffiteor: uerū haud item in foro ciuili, ubi adulterium non mente, sed corpore perpetratum uel incēsum, ita ut perfici mox potuerit, punitur: multò minus punietur uitia mentis imaginatio, aut ludicum aliquod institutum uel uoluntas, unde ləsionis subsequitæ uel aliunde inflitæ nihil uel accessit uel decessit, aut accedere aut decedere potuit. Quare mirari nō desino, quod lamiarum delitam uoluntatem in perfectum conatum foras prorumpere, nec legum se ueritatem hac in parte damnandā esse scribas. Imò ego tales leges ex uulgi opinione & poētarum figmentis latas, libero ore calamoque oppugnare audeo: & me conscientiam ləsurum uererer, si cōticescerem: propterea eas quoq; explodere deceret quemlibet magistratum Christianum, ne rerum ignorantia tam impunè hinc sanguis fundatur innoxius. Talem habeo legem illam duodecim tabularum: Qui <sup>Sub tit. de in</sup> fruges excantasset, pœnas dato, nēue <sup>surgo, alibi</sup> alienam segetem pellexeris excantan <sup>delicta, lib. 9.</sup> do. Si uero obseruantiam multam de- <sup>al. 12. 11.</sup> berilegum uetusati & autoritati exi- <sup>Spr. lib. 3.</sup> stimaueris, eodem iure nunc & olim in sanguinem, quem tu innocentem dixeris, seviuet ex quorundam Imperatorum & regum promulgatis saepe legibus & edictis cōtra doctrinam tuam, Lutheri, & aliorum non obscurorum uirorum. Quapropter ut non semper legum autoritati & severitati standum censeo: ita multò minus in hoc negocio haec tenus usqueadē dubio, obliuio, & dæmonium præstigijs inuoluto, ad carnifices cōfugiendum Hh esse,

elle, firma stat sententia. Nec locū hic  
habet in argumenti tui patrocinium,  
sed ad mei instituti confirmationem,  
exemplum à te citatum iuuensis illius,  
qui occidendi animo equū interemit,  
dum in uitrum, cuius uxore fruebatur  
coniunctus, collimando ejaculatur:  
quam & interficere maritum, & cum  
eiusdem uxore congregari potuerit. Sic  
clarè ostendis, quid sit conatus perfe-  
ctus, nempe studio incepta actio, quæ  
ab ipso iuuene perfici uoluit instru-  
mentis ad hocidoneis apparatis, & in  
rei propositæ perfectionem iam ope-  
rantibus sine ulla uitiatæ mentis delu-  
sione: proinde & optimo iure suppli-  
cium mortis perpessus est.

*Exod. 21.* Quod etiam huc Mosis legem rur-  
sus torquere uelis, non certe mihi te-  
cū conuenit. Moses enim de ijs loqui  
tur, qui ueneno uel rebus noxijs no-  
cuere, uel damnum dare conati sunt,  
idq; potuere: non de his qui se lēdere  
aut lēsissime imaginantur, à quibus nihil  
mali ulli aut bestiæ aut homini aut fru-  
gibus accessit: qui potius deliris homi-  
nibus, puerilibus, stultis & melancho-  
licis comparari debet, & aliqua ex par-  
te similem supplicij sortem cū ijsdem  
fusinere, hoc est, redargui & rectius 30  
institui, uel uirgis coērceri, atque arbi-  
traria mulcta, non corporali, ex magi-  
stratus æquitate in ordinem redigi.

*Batr. 19.* Quod item Mosen de teste menda-  
ci citas, qui mente non delusus, studio  
destinataq; opera suo mendacio gra-  
uiter uel nocuit, uel nocere uoluit, at-  
que etiam potuit, nimirum qui alteri  
falso testimonio intentauit defectio-  
nis, ut Hebrei intelligunt, crimen, qua- 40  
ze eidem quoq; ex testimonij uirtute  
fuisset moriendum: talis profectō mé-  
dax testis, author sanguinis iniuste  
fundendi, optimo iure pleſtebatur, ue-  
lut etiamnum plerisque in locis ob-  
seruari existimo. Sed quomodo hic

cum Lamijs nostris conferri poterit,  
cur etiam seuerior ijs infligi debet pœ-  
na? id quod tamen urgere uideris,  
quam ille nocere uoluit & potuit, &  
renera nocuit: hæ lamia nec nocuere,  
nec eo modo potuere. ille lingua sua  
usus, qua falsum dare uoluit & potuit  
testimonium: hæ solū corruptam uo-  
luntatem, & suas quisquilias resq; lu-  
dicras, quibus omnino nihil possunt,  
etiamli minimè impedianter. Colla-  
tis itaque personis earumq; ingenij  
& organis, facile totius negocij discri-  
men elucesceret: inde & pœnæ formam  
minori conscientiæ leſione præscri-  
bet magistratus pius & Christianus:  
quam tamen coniuncta simul & ope-  
ra uestra & seculari potestate in ex-  
equitionem deduci uelim, ut nimirum  
rectius à tui ordinis hominibus do-  
ctis & pijs erudirentur delusa manus, &  
præstigiarum dæmoniacarum discus-  
sis tenebris ad ueritatis lucem saniori  
mente reducantur: deinde modum  
pœnæ cum commiseratione pro trā-  
gressionis qualitate prudens statuat  
magistratus. qua in re tibi mecum co-  
uenire, sat scio. Mihi sanè bene nolen-  
ti, ut pro singulari tua humanitate &  
candore ignoscas, quæso, quod seria  
tua studia & Christiana, dæmoniaco  
nostro arguento turbare non defi-  
nam. Deum misericordissimum oro,  
ut te tuo spiritu indies magis ac ma-  
gis augere dignetur ad nominis sui  
gloriam, & Ecclesiæ utilitatem. Ham-  
bachii, 8. Iulij, anno 1566.

Nihil responsi inde tuli.

A P O L O G I A  
aduersus quendam Paulum Schalichii-  
um, qui se Principem de la  
Scala vocat.

M E profectō optimè meritū esse  
de Republica Christiana, & bō  
nam

nam apud omnes iniuste gratiam ex-  
stimaui, quod tanto studio & diligen-  
tia pro indubitate religionis nostrae  
hominibus pugnam cœperim cū prin-  
*Ephes. 6.* cipatibus, potestatibus, mundi domi-  
nis, rectoribus tenebrarum huius se-  
culi, spiritualibus astutis in cœlesti-  
*Ephes. 2.* bus, cum principe cui potestas est aë-  
*Hebrei. 2.* ris, qui mortis habet imperium, qui  
*Apocal. 1.* seducit totum terrarum orbem, imo  
*10 Iob. 4.1.* cum rege super uniuersos filios super-  
biæ. Sed opinionem meam longe fel-  
liciti insolens quo ruram insultus, &  
mala ab iisde mihi relata gratia. Enim  
vero præter omnem expectationem  
inurgit aduersus me Paulus quidam  
princeps de la Scala & Hun, Marchio  
Veronæ, & Dominus Creutzburgi  
Prusiæ, qui numerosa hac titulorum  
supellecile, & generosæ familie satel-  
litio instructus, mihi homini non huic  
simillima, sed tamen domo honestissi-  
ma nato bellum denunciavit, non certè  
iustis de causis. Licet autem principa-  
tu illius amplitudo, & plena terroris  
dominatio me nō immerito in fugam  
conijcere potuissent: animum tamen  
erigit quæ mihi cū dæmone fuit luctæ  
victoria, quippe qui cum potentissi-  
mo generis humani hoste fortiter an-  
tea congressus, uirium mearum peri-  
culum fecerim, tanto facilius nunc hu-  
ius principis uim atq; impetum susti-  
nebo, quanto & inferioris est, & cau-  
sa nostra melior. Neq; enim uelut ille,  
fruolis altercationibus aut impo-  
tentia ulla concertandi libidine flagro,  
sed solo ueritatis indagâda studio ar-  
det animus: qui si aliter esset affectus,  
tamen & ingrauescens æras colluctan-  
di feruorem extingueret, & scribendi  
libertatem ac ociūm profectiones ua-  
riæ occupationesque alsi dæ surripe-  
rent. Quo sit, ut nō sim tibi Paule prin-  
ceps obiecturus tuos errores, non ca-  
lumniaturus tuas contrarietates, non

*838*  
nudas alienarum uigiliarum rapsodias,  
non fabulas poëticas, nō deniq; quas-  
dam Platonicorum nugas, quæ in tuis  
scriptis paßim occurunt: sed ad illa  
tantum loca, quæ circa finem tertij tuis  
Epistemonis contra me posuisti, re-  
sponsurus, partim tuas calumnias eo  
quo collocasti ordine refellendo, par-  
tim infirma arcis tuæ fundamēta, qui-  
bus niteris, fortissimo ueritatis uete  
subuertendo. Ocyus ergo & alacriter  
in arenam descendamus, nosque pro  
uirili exerceamus.

In libri tertij Epistemonis tui Catho-  
lici exordio signa contra me præfers  
& titulum, quo cōfutationem Presti-  
giari loannis Vuieri, te parti Encyclo-  
pædia tuae recōctæ adiūctum polli-  
ceris: inde non diu cū status, de barba  
rismo differens, integrām ferè episto-  
lam ad paginas circiter octo, continua  
orationis serie, Ioannis Pici Mirandu-  
lani ad Hermolaum Barbarū Floren-  
tiae 4. Non. Iunij scriptam anno 1485.  
transcribis. Inde ubi de animæ ab hu-  
mano corpore separatæ seu abstractæ  
oberratione & passione ex uatijs di-  
scurreris; hinc & utrum peccatum tem-  
poris finiti, pœnam finitam recipiat,  
an infinitam tantum, ex eiusdem Pici  
tractatu De pœna peccati mortalis, ar-  
gumentis sumptis & uerbis exscriptis  
compilaueris: ad questionem tan-  
dem de anima separata, sive homine  
post mortem, antequam resurgat, pro-  
laberis, quod copiolum illud caput 41.  
libri 3. Agrippæ de Occulta philoso-  
phia denuò de uerbo ad uerbum tran-  
stulisti, non tamen neglecta interim  
ea cautione, ut leuiter nominis Agrip-  
pæ memineris in principio ijs uerbis:  
Cum moritur homo, corpus in ter-“  
ram renertitur (quod & Agrippa re-“  
tulit) de qua sumptus est: mens, unde “  
descendit, in cœlos remeat, &c. Ea “  
coniunctione copulativa uis innue-

re, quasi Agrippa in ea solum particula à te non dissentiat, & reliqua argumentationis demonstratio tua sit, quæ ad paginas circiter decem ex eodem capite transcriptas se extendit, ubi in Eubuli persona, uerbis sex saltem orationem interrumpis continuam absque debita authoris Agrippæ profissione: qui quum hanc mysticam disceptationem poëtarum testimonij hinc inde confirmari, ea solum studiò à te prætermittuntur, ut quæ paulatim ex eodem capite aduersus me in questionem producere statuisti, nō admodum in hoc studiorum genere exercitatis, apparent catholica & mysteriorum plena. Quanquam in eo cōtextu, quem tuum ex phrasí indubita ter nemo nō iudicabit, qui in Agrippæ libris minus si uersatus, pleraq; inueniantur, quæ à Catholica Ecclesia non ita probatum sit arbitrii: cuiusmodi est & illud: Ut certum est, neminem si ne fide Christi posse saluari: ita probabile est, hanc fidem adhuc multis Paganis & Saracenis post hanc uitā prædicari in illis animarum receptaculis, ad salutem, atq; in illis ueluti in communione custodia detineri, donec temporis adueniat, quo maximus Iudex meritorum facturus sit examen: à qua opinione etiam multi Christiani scriprotes non abhorrent. Quum uero hoc transtuleris ex posteriori parte capituli dicti Agrippæ, quorundam patrum testimonia, uelut Tertulliani, Clementis, Augustini, Ambrosii, atque Laetitiae, inferueris & tuo studio Chrysostomi sententiam, nihil minus ijs ostenditur, quam Paganis & Saracenis post hanc uitam prædicari ad salutem in illis animarū receptaculis. Nolle autem longioris digressionis molestia me fatigare in ijs, quæ ex professo nō in meam contumeliam scripta sunt. Inde sententia nō concisia ex eodem

capite hinc inde de uerbo ad uerbum compilatis, orationis filum continuas de cōditione inferni, de lemurū natura, & de spirituum loco, ubi hac occasione Agrippæ mentionem denuō obiter facis, in haec uerba: Legimus alibi, abstulisse Deum de spiritu qui erat in « Mose, & dedisse septuaginta uiris. Magnum hic (inquit Agrippa) later, sed « non temere reuelandum mysterium. « Postrem d'absoluta doctrina hac arca na Agrippæ uerbis, ubi licentia dialogismi Eubulum induxeris tibi Eulogo respondentem, Rem ultra humanum captum, & omni admiratione admirabiliore animo attentissimo audiui Eulogem: mox aduersus me in sequentem erumpis formā: Atq; hic mihi occurrit quidam medicus, nomine Ioannes Vuierus, qui hęc omnia nihil aliud asserit esse, quam præstigias dēmoniorum, de quibus libros quinq; scripsit, & prolixè satis suam intentionē egit. Ita lib. i. cap. 14. de transformatione allegat Psellum, & exemplum quoddī militis. Atqui, inquit, fusorem ea quæ diximus, aliaq; similia agēdi modum & rationē, Michaēli Psello explicavit quidam Marcus dēmonij cultor eximius, in Chersoneso Grēciā cōtermina uitam solitariā degens. Dēmones, ait, licet sexu & propria lingua careat, corpus tamen illud aēreum sibi cōcessum, pro arbitrio uelut nubes uento flante, in uarias formas mutant, cōtrahuntq; atq; extendūt, quemadmodū lumbricis uidetur accidere, ob substātiā meliorem, duetuq; facilimā: neq; solum magnitudine diuersitas in eis accedit, uelut etiam figuræ coloresq; uariat multiformes. Corpus enim dēmonis ad utrumq; est natura paratu: qua enim ratione est natura facile cēdens, sic in uarias figurarū species trāsformatur: qua etiam aēreum est, diuerit aēris instar colores subit. Sed aēr quā,

» quidem extrinsecus coloratur, corpus  
 » uero dæmonis iuxta animi sui affectus  
 » species colorum mutat, uelut & homi  
 » nis, sed longè melius, ut quod animæ  
 » sit obedientius. Omnia tamen celeri-  
 » ter dilabuntur ob corporis mobilita-  
 » tem tenuitatemque. Sic tanquam uir  
 » apparet, & mox occurrit ut fœmina:  
 » leonis more fremit, saltat ut pardalis,  
 » latrat ut canis, atq; ad utrius uafisq; for  
 » mam se aliquando transfert. Lubet  
 » non inelegantem hoc loco historiam  
 » aptè interponere. Refert Helinandus  
 » monachus, se audiuisse ab Ebaudo pa-  
 » tru suo, qui à cubiculis erat Henrico  
 » Remési archiepiscopo, Ludouici Gal-  
 » lorum regis fratri, quod Henrico ar-  
 » chiepiscopo æstate quadam in itine-  
 » re somnum meridianum capiente, mi-  
 » les quidam inter cæteros aperto, &  
 » hiante ore post prandium dormiret, è  
 » cuius ore uisa est ab alijs uigilantibus  
 » quædam alba bestiola mustela simi-  
 » lis exisse, atq; ad uicinum ibi riuiulum  
 » procurrisse: cum sursum deorsum in  
 » ripa riuiuli anxia eucurrisset, nec trans-  
 » eundi uiam inueniret, quidam ex astan-  
 » tibus accedens, euaginatum gladium  
 » riuiulo angusto ueluti pōtem faciens,  
 » imponit. Bestiola illico riuiulum super  
 » gladium transgrediens, longius pro-  
 » currit, & sese subduxit. Paulo pōst re-  
 » dire uisa, cūm iterum notum pontem  
 » quereret, atq; eo iam sublato, discur-  
 » res trahere non ualeret, idem ille qui  
 » antea, sursum riuiuli ripas imposito  
 » gladio coniungit, atq; abscedit. Tum  
 » trans bestiola, & ad dormientis ad-  
 » huc patulum os rediens, uidentibus  
 » omnibus ingreditur: ac illico qui dor-  
 » mierat, expurgiscitur: rogatusq; num  
 » quid in somno passus esset: respondit.  
 » Se fessum esse & fatigatum, tanquam  
 » ex difficulti & longo itinere, in quo bis  
 » super pontem ferreum flumen trans-  
 » uiisset. Vnde socij collegunt, quæ-

» ipsi uiderant) uerè somniasse. Mihī ue-  
 » rò diaboli ludibrium esse uideretur, qui «  
 » ut uigilantes socios falleret, aut ani-  
 » mam hominis corpoream esse, ideoq; «  
 » interitaram cum corpore, ipsis osten-  
 » deret persuaderetq; idolum hoc exiens «  
 » dormientis corpus & ingrediens, oculi «  
 » lis obiecit. Et paulo pōst: Simile quid-  
 » dam, inquit, de Guntiano rege legi-  
 » tur: neque id mirum est, nam ut idem «  
 » Marcus loco paulo antè citato deinde «  
 » refert, spiritu qui nobis inest phanta-  
 » stico propinquant dæmones, utpote «  
 » qui & ipsi spiritus sint: uerba pertur-  
 » bationum & uoluptatum nobis insi-  
 » nuant, non emitentes quidem uocem «  
 » pulsatione quadam & sonitu, sed ser-  
 » mones suos absque sonitu immitten-  
 » tes, &c. Capite tandem 15, id exem-  
 » plis confirmat, illaq; exempla uariae «  
 » formæ latuarum, & actionum dæmo-  
 » niacarum esse ait. Hactenus Vuierus, «  
 » qui passim eandem aut similem suis «  
 » libris cantillat cantionem. Hoc epi-  
 » phouemate, mi princeps Scalichi, lau-  
 » di Vuiero dari constatiam iudicabunt  
 » alij, qui eam maximopere in te des-  
 » derant, quod contra tuam ipsius nu-  
 » per editam Basilee Encyclopædiam,  
 » 30 ut scribis, deputauatā, & maiori ex par-  
 » to diaboliaribus hereticis, hoc epi-  
 » stemone catholico, palinodiam solen-  
 » niter canis: quod tamen non usque-  
 » ded in tui cōtempnum, quam mei de-  
 » fensionem obiter dictum uolo.

Adhæc quorsum tanto impudetia  
 » supercilios p̄ræiudicium statuere audes,  
 » me omnia (antea potissimum ex illo  
 » Agrippæ capite à te transcripta) nihil Lib. 3. cap. 41.  
 » aliud esse assertere, quam dæmoniorū  
 » p̄stigias: quod d. constanter (cum bo-  
 » na tua Clementia gratia) tibi perne-  
 » gare nō erubesco. Reliqua mea uerba  
 » à te Scalichi enarrata agnosco, quorū  
 » mirè artificio sám auspicaris confuta-  
 » tionem. Pſellus, aīs, dīctis nostris non  
 » H. h. 3 aduer-

IOANNIS aduersatur. Ponis nudam istam substitutionem, tanquam legislator decreum aliquod sanciret: uerum non contentus tuo excursu, sero me profectus tuæ eruditionis & sapientiae mancipium fatebor, nisi meam prius de te expectationem saniori respōsione expleueris. Psellus etenim mecum eas apparitiones dæmonis representatio-  
ni sub diuersa forma attribuit, quas tu frequenter animæ obuagantis, & inhospitæ occursum affingis. Longè diuerfa, imò penè contraria utriusq; eloquatio. Pselli sententia aut uera, aut falsa. Si uera, quod innuere uideris, quum non solum nihil contradicas, sed etiam subdolè ab obiectionis uadimonia te expedire coneris, tua necessariò uacillabit. Si ipsius falsa est opinio, quur subiectisti responsum? Enim uero qui rater, consentire uide-  
tur. Psellus idem profert, quod in me accusas. Atqui à me dissentire certè statuisti, & rectè, quando ita lubet: ipsius nerò testimonium tibi non aduersari scribis, & malè, aut enim uterque tuæ opinioni repugnat, aut neuter: sumus siquidem hac in statione indiuidi co-  
mites. At ambo tuam hāc phantasmam execramur meritò. Quocirca posthac oppositiones, è quarum perplexitate extricare te nequis, sinito intactas.

Quod autem hanc historiā, inquis, Vuierus præstigijs diaboli tribuat, ut persuadeat animam corpoream, & idcirco corruptibilem, non video quib. id rationibus & argumentis perficere contendat. Non difficulter ab hoc obiectionis telo me vindicauerim, quum nihil hic asseruerim, quod patrocinij adminiculū requirat: & præter meum sit institutum, de animæ extra corpus euagantis conditione, longioris discep-  
tationis telam cōtexere & persequi: solum ad eam Helinandi conclusio-  
nem, socios nimirum inde collegisse,

eum, quæ ipsi uiderant, uerè somnial-  
se, meam subiunxi non assertionē, sed  
opinionem: quæ si ad tuum minus fer-  
cerit palatum, per me quidē licet, nec  
suauiorē sanioremq; ex generosi prin-  
cipis beneficio recusabo. Quod uero  
dicis, non sequi, omne corpus corrumpi:  
neque me hac in quæstione, à meo  
scopo peregrina, quicquam uel affir-  
mare uides, uel negare: sed intellectu-  
le de corpore materiali & composito,  
non diffitor. Verum enim uero si tale  
quippiam promulgasset, quo suppli-  
cio ad pœnitentiam compelli deberet,  
haud intelligo. Quorsum insuper ex-  
tra meum scopum collimabo ad in-  
corruptibile cœlum & elementa non  
necessariò, ubi & suum habet locū ca-  
pitis 21 Apocalypses exordium: Est  
& Empedoclis opinio, mundum ma-  
nere eundem secundum substatiam,  
sed mutari secundum dispositionem.

Quod deinde in orationis tuę pro-  
gressu aduersus Pselli ex Marco sen-  
tentiam à me recitatā transformatio-  
nis diabolicae causam statuis, uariorū  
subiectorum assumptionē, ea scilicet  
demonstratione. Sicut enim homo me-  
dijs utens, artificio naturam omnem  
imitatur: sic diabolus medio non indi-  
gens, in momento subiectum sue ac-  
tioni & proposito conueniens facit:  
atq; in illud, sicut anima in corpus, se  
abdit, & illud pro sua uoluntate regit.  
Hinc est, quod Apostolus ait, 2 Cor-  
inth. 11. Ipse, inquit, Satanás transfigu-  
rat se in angelum lucis. Inde seque-  
tur, satanam ueri angeli subiectum as-  
sumere, & in illo se abdere, & pro uo-  
luntate sua illud regere. Sed longè al-  
liam esse Apostoli mentem, testantur  
præcedentia & sequentia, ubi de per-  
uersa Pseudoapostolorū doctrina, &  
de operibus malis loquitur, perma-  
nente subiecto integro, non de subita  
eiusdem mutatione, quemadmodum  
hic

hic inuertitur quæstio de nario dæmoniacæ transformationis idolo, uti in capitibus sequentibus ostendo. Aliud enim est, dæmonem corpus aliquod uerum assumere, & illud apparere, ac regere ubi & quomodo diabolus uollet: aliud est, mali aliquid à diabolo suggeri, quemadmodum peccata multa, & mentem inde uitari: (nam qui peccat, ex diabolo est, teste Ioanne 1. cap.3.) aliud item, à diabolo obfessum esse: aliud deniq; est, à dæmone simul & in peccata præcipitari, & ab eodem obfideri. Cæterum quod transfigurationis causam & modum spectat, æquum lectorem censemque ad upius que, nimirū Marci & Scalichij, sententiæ exquisitam collationem, & reliquam eiusdem nostræ capitî partem, cui & Triterij opinionem huius argumenti annexuimus, relego, ut & ad alia loca huic facientia, quæ sparsim in meis libris ob materiae oblatæ occaſionem erunt obvia: quod etiam spectabunt Augustini sententiæ paulo post enarrâd: prolixior alioquin foret pugnatio, sed breuis esse labore.

Toto autem cœlo hic errare Scalicium, testatur ipsa ueritas, commonstrant portentosæ, quibus satan sæpe numero apparet, idolorum facies, docent luculentæ larvæ in eiusdem nostræ libri cap.15.16.17. & infinitis alijs locis propositæ. Vbi sub alicuius ante annos multos defuncti forma terret, illiusne mortui corpus uerū induisse dæmonem credemus? quod iam conspicitur ut uiuum esse solet, quū cadauer illud in terris cōputuerit, squalidumque fuerit, uel etiā in patibulo aurota exesum, uel à canibus alicubi dilaniatum. Quid, ubi monachum induerit, monachine corpore & cuculla seeleratam uerè mentem exornauit satanas? Si hoc ualeret, si de sua fallitur, qui in Franciscani alicuius cuculla sepul-

10

20

30

40

chro mandatur, ut à diaboli machinis securiores sint. At qui in cuius subiectis specie tentauit Christum diabolus? Si Agrippæ testimoniū quo te affici plurimū in tuis scriptis video, quum symbolica doctrinæ magnalia tractas, admiseris, cucullatum illum fuisse, ex picturis tradit in libro de Vanitate scientiar. cap.25. de statuaria & plastica.

Quomodo præterea cohærent illæ particulae, transformationis diabolicae causam esse, subiectorum uariorum assumptionem, & diabolum non indigere medio, itē in momento subiectum suæ actioni & proposito conueniens facere, non video. At ista prosequitur Scalichius: Quum ergo corpus quiscescit, non nisi uegetatiua potest uti. Ah miseram conditio-

nem infantium, in quibus nullus ani-

mæ usus præter uegetatiua poten-

tiā: spaciatur interim rationalis.

Subiungit deinde paulo post: Et si- quidem animæ essentia angelis pares sunt, ànne subiectum siue mustelæ, siue columbae, siue hominis, siue alterius cuiusvis rei assumere possunt? Nequaquam, respondeo: & minor ab acutissimo philosopho, & doctissimo scilicet Theologo talia excogitati, proponi & defendi, nisi peculiari privilegio indultum tibi sit decernere quod uoles. Animæ siquidem humanae hanc corporaturam semper expetunt, cui à Deo destinatae, & non corpus mustelæ. Sequeretur alioquin primùm, unam animam esse & hominis & bruti communem, & informare duo corpora. Non conuenit bene institutæ ciuitati, ut princeps tum proprio, tum cerdonis uehicle utatur. In suo Pimandro diuinè Mercurius Trismegistus dicit, aliud corpus quam humanum, nō capere animam humanam: neq; fas esse, in corpus animæ ratione carentis, animam ratio-

Hh 4 palem

nalem corrue: Lege enim diuina tal-  
lem generationem prohiberi, multò  
minus figura humana exutam in cor-  
pora degenerare brutorum: atq; hunc  
impium esse errorem. Si autem ueræ  
mustelæ subiectum ueram militis af-  
sumpsisse animam præfracte urgeas,  
cedo ubinam hæc mustela alba, quæ  
ex militis ore uisa est alijs uigilantib.  
exisse, tam quietè citra ullius motus  
sensem antea in corpore latuit? per  
quos meatus milite non excitato clu-  
ctata est? œsophagus & arteria aspera  
uiæ ad os communes & solæ, ob an-  
gustias neutiquam admittunt, nec re-  
rum natura patitur ubi item in corpus  
regressa mansit? redientes enim ad  
dormientis adhuc os patulum uiden-  
tibus omnibus ingressam fuisse, tra-  
dit historia. Atqui rationis fulcimen-  
tum, quare animæ tali assumpto sub-  
iecto, hominibus apparent, subdis,  
scilicet, ut ea re aliquid portendant,  
inquietens, Deo ita uolente, uel ut som-  
niantem admoneant. Quæso autem,  
qua de re hunc militi admonuit hæc  
mustela induita anima, uel cuius even-  
tus fuit portetum? De nulla siquidem  
re uera militem admonuisse animam  
hanc, docet ipsius interrogati respon-  
sio. Nam super ferreum pontem flu-  
men non transferat miles, nec diffi-  
cile & longum iter perpeßsus. Nec est  
quod ad animam responsum referas:  
hoc enim postea negas, animam ui-  
delicit non esse proloquitam, sed mi-  
litem locutum. At sit quod uelis, quid  
inde admonitionis diuine, uel porten-  
ti successit? Non est quod longius sub-  
terfugias. Hanc mehercule respōsiō-  
nem à Viiero minimè expectauit Sca-  
lichius: quare si propria ipsius uerba  
sinistre in me dicta, pro genuinæ suæ  
mustelæ philosophica defensione, in  
ipsum retorsero, mihi ueniam dabit.  
Quod attinet ad bestiolam similem

mustelæ, si ea quæ dicta sunt expen-  
disset, haud dubiè hac de re, & allij  
permultis, quorum ibi meminit, lon-  
gè rectius sensisset, & digito compe-  
scuisset labellum.

Sed ad instituti confirmationem,  
alio uirum senē traijcere conatur hic  
iaculo, scilicet: Si ludibriūm diaboli  
fuit ista mustela, quomodo igitur mi-  
les fessus & fatigatus fuit? quomodo  
illa uestigio referre potuit? Qua arte  
autem hic euasero, ausculta paulisper.  
Experrectus miles, num quid in som-  
no passus esset rogatus, respondit, se  
fessum esse & fatigatum, tanquam ex  
difficili & longo itinere, &c. Iam ne-  
mo diffitebitur, somnorūas imagines  
sapenundrō ex humorib⁹ & spiritu-  
bus hic sibi conuenientibus, à diabo-  
lo in phantasticis organis excitari, &  
idolis, quæ exhibere uult, confirmari,  
sive illa sint suavia, sive terrifica, sive  
etiam uana: ex quibus reuera quoq;  
uel uoluptræ, uel dolor consequitur,  
sentiturq; inter somniandum, etiam  
ubi talis species nunquam antea men-  
ti fuerit obiecta, aut uisa uigilanti, uel  
nullo affectu quis erga tales in men-  
te aut cogitatione antī ductus fuerit,  
imò ab eiusmodi simulachro uel obie-  
cta in somnis actione semper abhor-  
ruerit: uulgaria siquidem somnia pro  
humorum, cogitationum & affectio-  
num dominio naturæ ductu ferè diri-  
gi non ignoror. Sic fit, ut castissimæ uitæ  
uiro (quanquam sanguinis etiam  
pituitosioris, qui nihil spurci pridem  
in animo concepit, uel admisit, quem  
nec uigilantem obsecna suggestione  
in conlensum pertrahere potuit dæ-  
monium) aliquando tamen alicuius  
feminæ nunquam uisa, cum qua con-  
grediatur, delectabile obueniat simu-  
lachrum in somno, unde tantus uolu-  
ptatis sensus percipitur, ut cum multa  
titillatione feminis profusio conse-  
quatur.

quatur. Eadem ratione in alijs turbulenta laboria saq; somnia in phantasiæ organis posse à dæmone inter dormiendum cieri iudico, unde & manifesta laßitudo & fatigatio sentitur. Te stabuntur hoc ipsum & eorum somnia, qui incubum morbum patiuntur, quemadmodum lib.3.cap.18. ostendit. Cæterum ut firmior huic defensioni accedat fides, eximiū purioris Theologiae antistitem Augustinum tibi adducam: Suadent, inquit, dæmones miseria & inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hominum non sentientium penetrando, seq; cogitationibus eorum per quædam imaginaria uisa miscendo, siue uigilantium, siue dormientiū. Item lib.3.de Trinitate: Si corpora ipsa terrena nonnullis artibus & exercitationibus modificata; in spectaculis theatraclis tanta miracula exhibent hominibus, ut hi qui nunquam uiderūt, talia narrata uix credant: quid magnū est diabolo & angelis eius, de corporis elementis per aëra corpora facere, quæ caro miretur: aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus phantasmata imaginum machinari, quibus uigilantes dormientes decipiāt, uel furentes exagite?

*Cap. 28.  
26. q. 5. Epis-  
copix con-  
cio.*

Idem de spiritu & anima, & legitur in Decretis: Quædam futura prædicunt dæmones, & quædam mira faciunt, quib; homines alliciunt & seducunt. Vnde quædam mulierculæ post satanam conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatisbus seductæ, credunt se & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea, uel cum Herodiade, uel Minerua, uel innumera mulierū multitudine equitare, uel earum iussionib; obtemperare. Quapropter sacerdotes Dei prædicare debent populo, ut nouerit hæc falsa omnino; & non à diuino, sed maligno spi-

ritu talia phantasmata mentibus fi-delium irrogari. Ipse namq; satanas, qui se transfigurat in angelum lucis, cum mentem cuiusque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem

*Contra Stali-  
chiū, qui trā-  
formationis  
diabolice can-  
sam statuit  
subiectorum  
variorum af-  
fumptionem.*

subiugari, illico se transformat in angelum lucis, in diuersarumq; formarum species & similitudines, & mente quam captam tenet, in somnis deludens, per deuia quæque deducit. Et quoniam solus hoc patitur spiritus infidelis, nec in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim in somnis & nocturnis uisionibus non extra seipsum deducitur, & multa uidet dormiendo, quæ nunquam uigilando uiderit? Idcirco nimis stultus & hebes est, qui hæc omnia quæ in spiritu sunt, etiam in corpore accide-re arbitratur. Et de Ciuitate Dei libro 18. capite 18. Non solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim, dæmonum arte uel potestante in membra uel lineamenta bestialia ueraciter posse conuerti: sed phantasticum hominis (quod etiam cogitando, siue etiam somniando per rerum innumerabilium genera varia-tur, & quum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate for-mas capit, sopitis aut oppressis corporis hominis sensibus) ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corpora posse perduci, ita ut corpora ipsa hominum alicubi iaceant, uiuentia quidem, sed multò grauius atq; uehementius, quam somno, suis sensibus obseratis: phantasticum autem illud ueluti corporatum, in aliquo animalis effigie appareat sensibus alienis, talisque etiam sibi homo esse uideatur, sicut talis sibi uideri posset in somnis, & portare onera: quæ onera si uera sunt corpora, portantur à dæmonibus, ut illudatur hominibus, partim uera onerum corpora, partim iumentorum

mentorum falsa cernentibus. Reliqua  
uide in nostro lib. 4. cap. 22.

Sed ad sequētia mox Scalichij uer-  
ba progrediamur. Neque propterea,  
,, ait, corporas animas, ut Terullianus,  
,, afferimus: neq; transire de corpore in  
,, corpus, quatenus animam, ut Pytha-  
,, goreis ascribitur: transfigurari autem  
nemo dubitauerit, hoc est, non essen-  
tiam, sed figuram, id est, externam for-  
,, mam mutari assumptione. Sed ne hic  
quidem quicquam definimus. Tantum  
certè philosophum hic sibi in duabus  
contradicere lineis, nimirum Trans-  
figurari nemo dubitauerit, & Ne hic  
quidem quicquam definimus, tibi con-  
dono, calumniæ occasionem hinc nō  
quæsiturus, licet cum tanta modestia  
in me nequitquam inquiratur.

Huc accedit, te hic negare animas  
de corpore in corpus trahere, quod de  
animæ militiæ in mustelam transgres-  
sione affirmasti. Tu ipse te ipsum iu-  
dica. Iam denuò circiter duas paginas  
cum dimidia ex dicto cap. 4. lib. 3. A-  
grippæ de occulta philosophia tran-  
scribis, ut Vuierl præstigiæ illustriores,  
uti scribis, fiant: sed quānam fabula-  
rum emendatione, penes benevoli  
lectoris censurā iudicium esto. Vide-  
mus, ais, quid apud Saxonem Gram-  
maticum, Danicæ hist. lib. 5. annota-  
tum sit, scilicet: Asuitum quendam &  
Asmundum inter se communibus ue-  
tis coniurasse, quemnam illorum uita  
prolixior excepisset, mortuo contu-  
mulandum. Tandem Asuitus morbo  
consumptus, cum cane & equo suo  
uasto mandantur antro, cum quo &  
Asmundus ob amicitia iuverandum  
uiuus contumulari sustinuit, cibo quo  
in longum tempus uesceretur illato.  
Tandem Ericus Suecicæ rex, eò loci  
cum exercitu pertransiens, Asuiti tu-  
mulum, thesaurum inesse ratus, per-  
frangens, adaperta specu, eductum Af-

mundum luci restituit: quem uidens  
etro oris habitu, funebri tabe obsitū, &  
profuso ex cruda cicatrice sanguine  
ne cruentatum (quippe Asuitus nobis  
bus rediuius, crebra colluictione le-  
uam illi aurem abruperat) se & vulne-  
ris causam referre iulsit, quam ille nar-  
rauit ijs uerbis:

Quid stupitis, qui relictum me colore cernitis? Obsolescit nempe omnis uiuus inter mortuos.

Nescio quo Stygiū numinis austu,  
Mifus ab inferis spiritus Asuit,

Sæuis alipeæm dentibus edit,  
Infandoq; canem prebuit ori;

Non contentus equi uel canis esu,  
Mox in me rapidos transtulit ungues,

Dicissaq; gena sustulit aurem.  
Hinc laceri uulius horret imago,

Emicat inq; ferro uulnere sanguis.  
Haud impunè tamen monstifer egit:

Nam ferro secui mox caput eius,  
Perfodiq; nocens stipite corpus.

Non dissimile huic legitur in Creten-  
sium annalibus, manes, quos ipsi Ca-

techanas uocant, in corpora remeare  
solitos, & ad relictas uxores ingredi,

libidinemque perficere: ad quod eu-  
tandum, & quo amplius uxores non

infestet, legibus municipalib. cautum  
esse, surgentium cor clavo transfige-  
re, totumq; cadauer exurere. Miranda

procudubie sunt hæc, ait Agrippa, &  
opinio inimica uideri possent, nisi

fidem facerent & latæ leges, & credi-  
ta antiquitatum historiæ. Hic Scali-

chius præoccupans, ex suo interserit  
solemnè interrogationem, si quis da-  
monum præstigijs, quicquid id est, af-

scribere fortassis ueller: At præstigijs  
diaboli quid clausus obest?

Hic unico uerbo lectori æquo &  
prudenti ex Arist. i. de Cœlo cap. 6. sa-

tissecero. Fieri nequit, quod non po-  
test esse factum, inquit ille. Num uero  
in omnibus suis narrationibus sit cre-  
dendum Saxonii Gramatico, in similis

*Lib. n. libellus  
Scotorum.* fidei historia à me confutata demon-  
strauit lib. 3. cap. 15. Accedat & testimoniū Cardani docti & insignis philo-  
sophi, qui post enarrationem de Duf-  
fo rege ex Boëthio historiographo re-  
petitam lib. 15. cap. 80. de Varietate re-  
rum, suam subiungit sententia de qui-  
busdam historiarum scriptorib. in hęc  
verba: Quæ Boëthius refert, condon-  
dæ historiæ haud iucunda non igna-  
uus author, alliciendi lectores causa  
conferipit: ut quos Scythica facta, mo-  
resq; tum regionis descriptio non de-  
lectarent, fabulæ saltem tedium mi-  
nuerint. Neq; id uitiosum historico:  
sed ubi historia per se sterilis est, licet  
eam iocis ac fabulis exornare. Quam-  
obrem & iurè ab his T. Linius absti-  
nuit, & Herodotus iuste damnatur, &  
Saxo Grammaticus laudatur.

Cæterū qui in hanc tecum palæ-  
stram progredi, & producta hæc tuo-  
rum mysteriorū arma eripere tibi uo-  
le, ad primum concides amplexum,  
quum anilium fabularum fulcris p̄-  
ter mentē, mea quidem opinione, ni-  
taris. Hanc profectō pertinacem con-  
tra mea scripta, animi insolētiā non  
possum non mirari in tam celebri phi-  
losopho & viro principe. Quis leuit  
ueræ philosophia rudimentis initia-  
tus, tibi hanc mortui & uiui cum cane  
& equo contumulationem eo modo  
peractam consentiat? quis catechume-  
nus, religionis Christianæ elementis  
saltē perfunditorie imbutus, Asuiti no-  
tib⁹ rediuiui mordacē collustatio-  
nem, cum Almundo fideli amico in  
specu habitā, affirmare ausit? quis sto-  
lidi sensus spiritum Asuiti (sic enim ha-  
bet carmē) uel etiam ipsum Asuitum,  
si ita uoles, ab inferis missum, dentib.  
alipedem canem & equum in sepul-  
chro uorasse, & amicissimi lœvā auul-  
fisse aurem, deinde caput Asuiti in ea  
monomachia subterranea abscessum,

10

20

30

40

& corpus eiusdem personum credi-  
derit? O' quantum est in rebus inane?  
quā credula mens hominum, & ar-  
rectæ fabulis aures! Cur quæso Scali-  
chi Pausaniae testimonium præterij-  
sti, quod eodem loco ex Delphorum  
interpretibus acceptum, intertexuit  
Agrippa? Esse uidelicet dæmonium «  
quoddam infernum, quem Euryno- «  
mum dixerunt, qui mortuorū carnes «  
absumeret & deuoraret, ita ut uix nu- «  
da relinquerentur ossa. Spiritum ali- «  
quem terrestri alimento cibari, & pro-  
pterea carnes deuorate, nemo nisi mé-  
tis luxatæ, Pausaniae Agrippæ, aut tibi  
cōcedat. At quis, Deus bone, Delpho-  
rum interpretibus fidem derogari?

Si insuper tu fidē nobis feceris, mor-  
tuum manes uel animas in corpora  
putredine & squalore deformata re-  
measse, & ad uxores hæc sic ingressa,  
cum eisdem libidinē exercuisse, nec es-  
sariō hos homines uerè reuixisse se-  
quetur. Nam ad illius actus perfectio-  
nem necessariō requiritur uerus san-  
guis, spiritus, caro, nerui, tendines, &  
reliqua organa huic destinata merē-  
uiua: quinim à homo ipse non modū  
uiuas, sed & cuius ualeudo nō sit om-  
nino labefactata. Si itaq; reuixerint,  
& matrimonium cōcubitu coluerint,  
contra hōs iniuria sunt latæ leges: si  
non reuixerint, quorsum in mortuos  
statutæ leges? quorsum defuncti cor  
clauo trāshigendum? Sed leges ex in-  
formatione sinistra promulgatæ, ne  
quaquam parem cum bene constitutis  
merentur existimationem. Atqui  
ad historiarū antiquitatis creditarum  
prerogatiā confugis. Verū si ue-  
tustatis ratione quibusvis narratio-  
nibus sit credendum, tibi examinan-  
dam non Apuleij metamorphosim, &  
ueras Luciani narrationes, sed Turca-  
rum Alcoranum offero: si & antiquas  
Christianæ religionis historias requi-

sieris, libros Conformatum D. Francisci euoluendos addam. Non semper quis scriperit, & quo tempore, sed num uera pronunciarit, inquirendum. At mentis oculos ijs hominibus, qui super enarratas historias pro ueris uendarint, præstigijs obscuratos esse, iurarit profecto quilibet etiam barbarus. Nihilominus ut fidei pondus eadem fortiantur, ex eodem capite sic institu<sup>to</sup> tum prosequi non definis.

Neq; demum, inquit idem Agrippa, à Christiana religione alienum est, animas multas ante uniuersæ carnis resurrectionem suis corporib. restitui posse: quin & multos credimus singulare Dei beneficio cum corporibus in gloriam assumptos, multos etiam uiuos in infernum descendisse: audiimusq; nō raro mortuorum corpora ē sepulchris per dæmones sublata, proculdubio nō in alium usum, quām in carcerandis torquendisq; suis manibus. Verū ad hos corporum carcere res & uincula accedunt etiam uilissimum & teterrimorum locorum habacula, ubi Aetnei ignes, aquarū in gluies, fulgorū & tonitruorum confusus, terrarum uoragini, atque ubi regio lucis inops, nec radiorum solis capax, ignaraq; syderum splendoris, perpetuis tenebris, & noctis specie cagat. Mirum est, cur hic Homerū uenustissimi poëtæ uersus ad mysteriorum suorum certitudinem firmādam non adiunxit Scalicinus, quos tamen Agrippa post uerbum illud Caligat, sic annexit: Quod apud Homerū peruenisse fertur Ulysses, ubi canit:

Cimmerios fama est populos hic esse, cauernis, Perpetua nebula, cæcagi, caligine mersos, Quos oriente nunquam, nec cum declinat in undas Sol uidet, eterna miseri sub nocte premuntur. Sed poëtarum testimonia non ratam fidem in mysterijs astruendis mereti, facile nouerat Scalicinus: propterea

ex Agrippa sermonem ita perficit: Neque uero omnia illa inanes nugæ sunt, " quæ de Patricij antro, Vulcani speluncis, Aetneis crateribus, Nursiae specu, " multi memoræ prodiderunt, atque " quæ inibi uiderunt & cognoverunt, " testati sunt. Narrant siquidem istis maiora Saxo Grammaticus de Geruthi regia & Ogarthiloci cauo, &c. Reliquam Scalicini narrationem ex Agrippæ uerbis de rerum monstribus, hic persequi nolo, ne lectori rædium parrem, & modi limites transiliat propagatio satis per se omnibus iure cognita & probata. Finita autem uerborum Agrippæ repetitione, decreatum promulgat hic noster Scalicinus: Exempla illa rem ueram testantur. Non certè omnia, quod manifestè demonstravi. Verū ut maiorem, non mihi, sed Agrippæ fidem tribuat Scalicinus, post consarcinata in suis libris sparsim quām plurima ex Agrippæ libris de Occulta philosophia, non etiam semper detecto auctoris nomine, uolui ipius Agrippæ censuram de suis ijsdem libris maturiori ætate editam, ex libro de Vanitate scientiarum, cap. 4.8 de præstigijs, proponere in hęc uerba: De magicis scripti ego iuuenis <sup>Agrippa</sup> adhuc, libros tres amplio satis volumi <sup>censura de</sup> ne, quos De occulta philosophia nun <sup>fus libris de occulta</sup> cupauit: in quibus quicquid tum per philosophiam adolescentiam erratum est, <sup>philia</sup> nunc cautor hac palinodia recantatum uolo: permultum enim temporis & rerum in his uanitatibus olim contritiui. Tandem hoc profeci, quod sciam, quibus rationibus oporteat alios ab hac perniciose dehortari. Quicunq; enim nō in ueritate, nec in uirtute Dei, sed in elusione dæmonum, secundum operationem malorum spirituum, diuinare & prophetare præsumunt, & per uanitates magicas, exorcismos, incantationes, amatoria, agogima, &

» &cætera opera-dæmoniaca, & ido-  
» lolatriæ fraudes exercentes, præsti-  
» gias & phantasmata ostentantes mox  
» cessantia, miracula sese operari iacti-  
» tant, omnes hi cum Ianne & Mambre  
» & Simone Mago æternis ignibus cru-  
» ciandi destinabutur. Haec tenus Agrip-  
pa. Plura in sequenti Apologia.

Non contentus uero superioribus in me calumniarū aculeis Scalichius, ad Augustinum inde confugit, recitatem, quomodo Ioannes monachus euidam religiosissimæ mulieri, eundem impatienter uidere cupienti, nocte in somnis apparuerit. deinde euangelio infert: Quid ad id Vuierus, præstigiis amne dicer? Non, inquam. Quur itaque tu secus ex inani quodam tuae imaginationis præjudicio, quid ego dicterus sim, statuis? Sed nimio contradicendi studio falleris, & à ueritate multum aberras. Tam ex angeli ministerio in somnis potest apparet pio homini forma pij, quām impij species impius, dæmonis opera. At decreto præcipiti præcocijs nimis, abs te citra causæ cognitionem condemnor hisce uerbis: Errat igitur Vuierus: & post denuo grauius. Haec tenus me uel minimi quidem errari à te conuictum esse non agnosco: & me præstigijs tribuere, quod angelis Dei, &c. tribui debet, quemadmodum & quodd hic contra Augustini mentem sentiam, ut scribere non te pudet, id totum tibi pernego. Insimulare & probare semper diuersa fuere. Sed quæ hæc impudentias quæ nam philosophie pars, quodnam iuris priuilegium eam tibi donauit licentiam, ut & actoris & iudicis simul personam sustinere possis? Cæterum num à me errores tui hic sint detegi, & in conditæ contrarietas tibi uelut digito ostensæ, aliorum esto iudicium. Errare quidem me posse non diffiteor: sed quodd ullum tu mihi ex-

ratum uerè adhuc commonstraris, minimè fateor. Fortassis equoribus multo rationibus tuos libros erroribus refertissimos esse, quod isti me citra demonstrationem malevolè effutis, pronunciabunt alii, qui prius editos tuos ex autographo cūtis posterioribus cōtulerint. Atqui in tam eruditio philosopho adeò proteruā residere calumniandi libidinem, certè dolendum est. Si tam mihi pruriret calamus, suppetret ociū, & aliena uitia grauius insectari permitteret conscientia, admodum sanè luxuriaret orationis argumentum. Sed friuolis altercationibus longè præstat modestia.

Porrò nec alterius te demùd, Scali-  
chi, pudet calumniæ, quam falso im-  
pingis, dum uniuersale pro particuliari,  
aut genus pro specie mihi iniquæ im-  
mutas obtrudisq;. Si etenim te homi-  
nem impudentem dico, non omnes  
tum homines impudentiæ insimulo,  
sed te solum. Scribis me lib. i. cap. 22. di-  
cere, præstigias dæmonum euanuisse,  
postquam Euangeliū neopisti feruen-  
tius hominum mentibus insonare ce-  
perunt, ut ne leuia quidem eius uesti-  
gia uideantur reliqua, &c. Hic collatis  
meis uerbis innotescat ueritas. Vbi in  
hoc capite nomina diuersa dæmonū  
ex actionis uarietate apud Ethnicos,  
distincta quoque ex officijs apud La-  
tinos, dæmonum inde poëticorū no-  
menclaturas, & dæmones familiares  
explicuisse, tandem argumenti du-  
stu, diaboli quoddam terriculamen-  
tum, nostratibus dictū Sibyllas albas,  
annumero, olim mirè apud nos famo-  
fas, quæ tamen ardentiori Euangelijs  
prædicatione euanuissent, ijs uerbis:  
Ludibriis insuper quædam diaboli ad  
nostra ætatis crepundia, ante doctrinā  
Euangelijs è superstitionum tenebris  
minus euolutā repurgatam q; in Ger-  
maniae nostræ locis plutinis obserua-  
“

IOANNIS  
 bantur, familiaria adeò ut publicæ le-  
 murum (albas mulieres & Sibyllas al-  
 bas uernaculo sermone appellaba-  
 mus) choreæ hoc uel illo loco celebra-  
 ta narrarentur. Eratq; hoc laruarū ge-  
 nus apprimè infestū puerperis, & in-  
 fantibus lactentibus, cunis adhuc in-  
 hærentibus. Quod eti olim erat fre-  
 quentissimum, quum Satanæ præsti-  
 gijs nimij tribueretur, Christoq; eius  
 supplantatori, ac nostro patrono uni-  
 co ignauius adhærenter animi, diabolo  
 lo ludente, ridente, varijsque artibus,  
 quibus ad se imperitæ multitudo inem  
 illexerat, impium cultum stabiliente:  
 tamen post puriorem feruentioremq;  
 Euangelij prædicationē mentibus ho-  
 minum infonantem, id usquead e-  
 uanisse, est quod Deo gratias aga-  
 mus summas, ut ne leua quidem eius 20  
 uestigia uideantur reliqua.

Iam me cognitioni, observationi &  
 euentui fiso. Testimonium mihi per-  
 hibebunt nostrates, quotquot unquā  
 de hoc ludibrio Satanicō quicquam  
 uel solo aliorum relatu cognouerunt.  
 Sed octauo capite eiusdem libri uatu  
 diabolicorum authoritatem præcipuā  
 mansisse usq; ad C H R I S T V M æter-  
 ni Dei filium: eoq; nato, & suæ le-  
 gationis ministerio in terris fungente,  
 defuisse passim in terrarum orbe o-  
 racula & quasculq; diuinationes im-  
 pias, ex Athanasio, Iustino, Augustino,  
 Eusebio, Laetantio, Plutarcho & Pli-  
 nio ostendi.

Scripsi & lib. i. cap. i. ex Genes. cap.  
 i. Deum ante uisibilem terrestris globi  
 creationem, prius inuisibilem cœli ma-  
 chinam condidisse, eamq; ornasse an-  
 gelis diuinæ suæ uolutatis futuris mi-  
 nistris. Nullum hac in re mœum agno-  
 sco errorem, quem tu mihi obijcis.  
 Nam in primo secundi capituli Genes.  
 membro, quod corollarium esse præ-  
 cedentis declarat coniunctio copula-

tua, habetur, perfectū fuisse cœlum &  
 terram, & omnem exercitum illorum:  
 sub quo exercitu, uel si ueterem malis  
 translationem, ornatu comprehendē  
 etiam angelos sentio. Idem mecum en-  
 sent ueteres Theologi, cipso teste: uti  
 Epiphanius lib. 2. tomo 2. item Augu-  
 stinus quæstione ad Orosium 21. Iuni-  
 lius in Genesim: sic & Isidorus, Rabanus  
 lib. 1. de sermon. proprietate, cap.  
 5. Giselbertus in lib. aiter. cap. 3. An-  
 gilbertus lib. 5. cap. 12. Lombardus lib. 2.  
 dist. 2. Multa in sacris literis ex uerbo-  
 rum consequitione & locorum colla-  
 tione erui debet: quid enim aliud est,  
 scrutari scripturas? Pædobaptismum  
 tu comprobes tam expresso, uel, si po-  
 tes, clariore testimonio. Quare ualeat  
 isthæcta calumniandi protervia.

Vt porrò insatiabilem hanc concer-  
 tandi libidinem magis explesa, aliud  
 in me dicis ineptum, & nihil ad rem  
 faciens, nec uerū, & confutatione pro-  
 fectò indignum. His autem ueris uer-  
 bis: Inquit etiā Vuierus, magiam dia-  
 bolicam post diluuium cœpisse: ego  
 autem putarem, quod cum prima dia  
 beli tentatione initium haberit. Vbi  
 uero Magiae originem describo lib. 3.  
 cap. 3. hæc sunt mea in initio uerba:  
 Huius artis originem ab angelis præ-  
 uaricatoribus deducit apud Clem-  
 entem Petrus lib. 4. Recogn. Deinde a-  
 liorum, puta Plinij & Iustini senten-  
 tias adductis, subiungo: Zabulum &  
 Zamolxis in illicitas artes pronos,  
 hanc primos excogitasse, uel potius  
 propagasse, ut à patre diabolo haud  
 dubie natam, ferūt alij. Inspecto itaq;  
 40 libro & uerbis meis, inter Scalichium  
 & me iudicet æquus Lector: uti & de  
 exorcismis, ubi me Vualdensium &  
 Vuileuitarum hæresim imitari, nullo  
 mendacij pudore suffusus, maleuolè  
 afferit: quāquam fecus testentur mea  
 duo integra capita de exorcismis li-  
 bro

bro 5. cap. 37. & 38. Vnde & dæmones uaticinari possent, tradidi cap. 10. libri. Conferantur inde rationes meæ cum Scalichij opinione, atque ut sententia liberè pronuncietur, per me licet. Piget siquidem longioris confutationis aduersus obiectiones aded futilles, i-

mò meras calumnias.

*De Sibyllis.* Nunc ad Sibyllas transeat oratio nostra. Ne quælo indignanter feras, quod plerasq; Sibyllas Pithiis uatibus annumerarim. Verba tua ista sunt: De Sibyllis, quæ Christi præconia celebrarunt, si dicam quod Vuierus ait, respondet mihi Christus: Si Satan satanam eiicit: aduersus se diuinus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Urbano admodum Laconismo citas aduersus me tam feueram sententiā, quam tamen te more tuo fatali cum multis alijs dictis retractaturum, si pauxillum fistas gressum, confido. Equidem cū de imposturis diabolicis commentabar, argumenti affinitate oportuit digito indicare, quomodo Satan, ut sub propheticō prædictionis uerae prætextu sua mendacia in doctiores ex insidijs etiam spargeret, nonnullas excitarit Sibyllas. Quo minus autem Sibyllarum omnium auctoritatē acceptare possum, facit primū de ipsarum ortu incertitudi. Prophetatum enim & familia & patria ferè, ac ubi & quando uaticinati sunt, explicatur ad stabilendā oraculorum fidem. At non pauca, quæ de uarijs Sibyllis scribuntur, aut apud fabulosos leguntur poëtas, aut etiā ab Ægyptijs habentur, qui penitus idolatriæ inferviebant, & uaticinia dæmoniacæ ad Græcos, Romanos & posteritatem diuulgantur. De ipsarum uero origine, & poëticorum parentum diueritate & figmentis, non certè liberte hic esse diffusorem longiorem q; uelut & de incertitudine nominum & patrum. Ut au-

*Ortus Sibyl-*  
*larum in me-*  
*nu.*

tem Samberthen omnium primam, a- *Sambithe.*

lijs Noha patre procreatam, alijs No-  
hæ nurum (quod mihi nō fit uerissimi-  
le, cū illius sine dubio aliqua in sacris  
literis extaret mentio, quemadmodū  
aliorum liberorum Nohæ,) alijs Ber-  
so patre, & Erymantre matre natam, ex  
Babylone profectā, teste Iustino philo-

*In fine librī*  
*admonitorij*  
*gostium.*

sopho & martyre, præteream: cui quo-  
to que (licet Erythrae ab alijs, à plerisq;  
etiam Cumana hæc ascribatur) uati-  
cinia de Christo tribuuntur, de regno-  
rum mutationibus, & alijs, quorū fra-  
gmenta in Lactatio & Theophilo ex-  
tant: quæ & Sabbe, Perica, Hebraea &  
Chaldæa dicta. Secudo loco Lybica, *Lybica Elisa*  
cognomento Elissa, numeratur, cuius /  
meminist Euripides in Lamiæ prolo-  
go: hæc de Græcorū comités ex Ioue  
& Neptuni filia progenitā, à Lybicis g̃c  
tib. Sibyllam cognominatā, Pausanias  
tradidit. Alias haud expressis parenti-  
bus ortas nō recensebo. De Erythræa *Erythrae.*

præ alijs celebri nō nihil dicturus sum:  
eam nimirū ex regione Erythris, uelut  
Græcis quibusdā placet, Delphis natā,  
Erythris contrā de carminū quæ reli-  
quit sententia, in Coryco mōte ab Idæa  
nympha prognatam, patre Theodo-  
ro dā pastore, cōtendētibus. Sūt qui

filia Apollinis & Lamiæ esse affirmāt,  
alijs Aristocratis & Hidoles. Proprio  
nomine Hierophilen dictā narrat ipsa  
fibi quoq; Artemidis nomē in suis car-  
minibus indidit: quandoq; se Apollini-  
s sororē, plerunq; filiā iacitauit: qui-  
busdam uerisb. ortam se matre immor-  
tali, nimirū una Nympharū, quæ Idam  
montem posidere credebantur, & pa-

tre mortali cecinit, inter quos extāhi:  
αιι δ' εγώ γενοία μιστρόντε, θάγε  
τύρης δ' αἴθωντ, παρρόδος δ' αἴθραγάγοιο  
απρέπην ιδογρόδος, πατερίς δ' αἰτιόλοψιθη  
μαργνεος μαργόν ισθη, πατεράς δ' αἴθλαντη.  
Hanc alij Siculā vocant, alij Delphicā,  
alij Sardam, alij Rhodiā, alij Libyssam.

li 4 alij

IOANNIS  
alij Samiā, alijs Clariā, nominauere.  
Apollodorus & Suidas tempore belli  
Troiani uixisse, & Troiæ excidiū præ-  
dixisse ferunt: Homeri item nugas &  
Æneæ errores, donec mēsas ambede-  
ret. Cyrillus eam 9. Olymp. floruisse  
dicit: Augustinus sub Romulo. De hac  
ita scribit Hermias Platonicus, non  
Christianus, super Phædro Platonis:  
αὐτῆς οὐδένα καὶ δρυθένα, τοσὶ δὲ νῦν λέγει 10  
ὅρεφύτε εἰπαντὸς ἐξ αὐχῆς. λέγεται δέ τοι σὺ  
θύς προτελέσθως περιπάτης ἐπὶ ἀνδράστος ἔναστον  
ηὔμειτρα φεύγεισθαι, τοῖς εἰς βραχὺν λόγου τέ-  
λειορ ἄλλος αὐθεόπος λαβεῖν. Hæc ipsa Si-  
byllæ Erythræa, de qua nunc loquitur  
Plato, à principio Erophile uocabatur.  
Ferunt autem eam continuo, ut edita  
esset, appellasse unūquęq; proprio no-  
mine, ueriusq; numerosos elocutam,  
breuiq; in perfectā hominis speciem 20  
euafisse. Adolescentula uianopœa egit in  
templo Apollinis Smintheos, & som-  
nia quæ in templo Hecates excuban-  
tibus obiciebantur, explicuit. Huius  
amore captum Apollinem literarum  
monumentis proditum est, & ei po-  
scendi quod uellet, arbitrium dedisse.  
Illa haustis pugillō arenulis, tantundē  
uitæ poposcit. Id fieri posse respondit  
Apollo, si Erythræam, in qua habita- 30  
bat, insulam relinqueret, eandem nū-  
quam reuisura. Venit igitur Cumas,  
ubi defesta uiribus, uitam in sola uoce  
retinuit. Quod ubi ciues illius cogno-  
uissent, incertum inuidia, an commis-  
seratione, ei epistolam creta antiquo  
more signatam miserunt. Illa autem  
uisa terra patria, in mortem resoluta  
est. Ita uati suæ uerba dedit Phœbus.  
Vnde nonnulli hanc esse dicunt, quæ 40  
Romana facta conscripsit, quodd incen-  
so Apollinis templo, inde Roman al-  
lati sunt libri, unde hæc fuerat. Vir-  
gil. Æneid.  
Olli sic breuiter facta est longæua sacerdos.  
Ouidius 14. Metam. fabulam paulò a-

liter recitat, ubi Sibyllam loquentem  
inducit his uersibus:  
Lux eterna mihi carituraq; fine dabatur,  
Si mea uirginitas, &c.  
Si quæ hanc sequutæ sunt ordine re-  
cenſete uelle, eas omnes non fuſſe  
imbutas Spiritu S. intelligerent docti  
& pīj, nullius malevolentia stimulo  
contra Vuierum incitati: sed non est  
noſtri instituti.

Subiūgam adhuc Cumam seu Cu *Cumane*,  
manam ex Cuma, nomine proprio A-  
maltheam seu Herophilam & *Almam* ap-  
pellatam, Iouis & Lamiæ Neptuni fi-  
liam, quæ Virgilius Deiphoben Glau-  
ci filiam facit. Hæc nouem oraculorū  
libros dicitur obtulisse certo precio  
regi Romanorū Tarquinio Prisco, ac  
pro eis trecentos postulasse, teste La-  
tæntio, philippoeos: regemq; asperna-  
tum precij magnitudinem, & derisus ne-  
mulieris insaniam: illam in conſpectu  
regis tres combustisse, ac pro reliquis  
idem preciū postulasse: Tarquinium  
multo magis mulierem insanire pu-  
tasse: quæ denud tribus alijs exultis,  
quum in eodem precio perseveraret,  
motum esse regem, ac reliuos trecen-  
tis aureis emisse: quorum postea nu-  
merus fit auctus, Capitolio refecto,  
quod ex omnibus ciuitatibus & Italici-  
& Græcis, præcipue Erythræis, co-  
acti allatiq; sunt Roman, cuiuscunq;  
Sibyllæ nomine fuerunt. Et nos, in-  
quit paulo post Laſtatiū, confusè Si-  
byllam dicemus, ubi testimonij earū  
fuerit abutendum. Tres autem illos li-  
bros arce lapidea inclusos, sepositos-  
que in templo Iouis Capitolini loco  
subterraneo, magna cura iuississe custo-  
diri Tarquinium, scribitur, ubi & affer-  
uatos aiunt ad Cornelium Syllam us-  
que: quo tempore, cùm incendio Ca-  
pitoliū conflagrasset, simul perie-  
runt. Suetonius ad Augustum uisque  
mansisse incolumes, & sub basi Palati-  
ni Apol-

*Lactatiū li-  
bro 1. ca. 6. de  
falsa religione*

ni Apollinis cū Martiorum uatum & Bagoes Nymphæ carminiibus conditos stetisse, auctor est. Ad eos quasi ad oraculum, quindecim viros adiisse, cum dij immortales publice cōsulendi essent, natrat Celsius lib. i. cap. 19.

Quis Christianæ mentis, hoc Sibylæ factum probauerit? quis eam Spiritus sancti nomine afflatam cōscriptissimam novem diuinorum uaticiniorum libros, & missæ diuinithis uati licuisse inuisito precio illa Spiritus sancti dona uenundare affirmari?

*Act. 8. 3.* redimere cupiens Simon, illud à Petro responsum tulerit: Pecunia tua tecum sit in perditionem, qui donū Dei existimasti pecunijs parari. Quum etiam Christus suos discipulos in prædicationis ministerium ablegaret, eisq; Spiritus sancti dona dedisset, potestatem nimirum aduersus spiritus impuros, quos ejercent, & sanarent infirmos, leprosos mundarent, mortuos suscitarunt: illud simul mādatum subiunxit: Gratis accepistis, gratis date. Prophetiam uero donum esse Spiritus sancti, docet Paulus i. Corinth. 12.

Si igitur oraculorum coelestium mysteria continuerūt notem illa uolumina, non temerē, sed necessariō in mortaliū uolumen diuinitū haud dubiè promulgata fuere: quorū ergo à prophetide ipsa euangelio comburuntur? Ob denegatā postulatā pecunia summa, ob auri ingentis aucipium. En quāta Spiritui sancto sit iniuria: quām enormis blasphemia! Quid commodi ab illorū exultione accedit? Si uestrae prophetiae fuerint, à multis erroribus, peccatis, & potissimum idolatriæ contagio dehortari & auertere potuissent. Sed ubi exemplum? Vbi ab ullo uate auditum? Libri quidem execrationum comportati ex Pauli prædicatione exurebantur Ephesi: at hoc quid cum illo facinore? Conser-

uari poterant debuerantq; libri, si tam absconditū diuinæ uoluntatis thesaurum, qualem uerè propheticum indicio, incluserant. Si itaq; hæc Sibylla oracula conscripserit, & inauditum postularit pro ijs preciū, eodq; negato tandem ea flammis perdidere, illā fuisse Dei spiritu dictam, nō mihi sit uenire: diuinitatem & quādam cōlitū societatem nobilissimā Sibyllæ ex fœminis cū Plinio tribuat, cuiuscq; libue *Plin. lib. 7. cap. 33.*

*Matth. 10.* Demonstrata primū Sibyllarū ortus incertitudine, accedit & uaticinan *Vaticinandi ratio reuera non propheta, que pro ratio Sibyllarum.*

ratio talis est, ut qui diuinam dixerit, hūc Spiritui sancto oraculorū certorū authori unico insultare existimarim. Quædā etenim sua fundētes uaticinia, furibūdos gestus, deformitatū stedissimorum plenos usurpare commemorantur. Hoc & Plutarchus non diffiteretur in libello, quem inscriptis, Cur Pythia metricè respōdere desierit, inquit: οὐδοντά ἡ μαραντιώ τε πεπάντη, παθ' ὑπάπλετον, σχίλασταν δικαιοσύνην, ἡ καὶ ποιηθεὶς γομοῖν, χειλωρέων ἐγινέται τῇ φονῷ διατόπῳ θεοῦ. Sibylla uero, ait, ore furenti, iuxta Heraclitū, loquēs, incompta, inordinata, irridēda, uoce sua superauit annorū millia Deo afflante. Et hanc fuisse mirè celebrem nobilem q; Erythreā ob uitā tot annis in sola uoce retentā, ex superiori explicatione manifestum est. Acceder & Ciceronis testimonium 2. de Diuinat. Sibyllæ uersus obseruamus, quos illa furens fudisse dicitur, quoru interpres nuper falsa quædam hominū fama dicturus in Senatu putabatur, cum quem reuera regem habebamus, appellandum quoq; esse regem, si salvi esse uellemus. Et Virgiliius de Cumana loquens, cui mos erat, attestante Varone, in palmarū folijs oracula conscribere, sic inquit 3. Aeneid.

*In sanum uatem aspicies, que rupe sub ima  
Facta canit, folijsq; notis & nomina mandat.*

*Sextus Sibyl-  
larum.*

Num adhæc in genus sc̄emineū ha-  
benda sit quæstio in hac contouersia,  
ista uidendum occasione; quod hic se-  
xus sit simplicior, imbecillior & dicac-  
tor, nec ita infidias & astuta consilia  
cauere possit, & propterea dæmonū  
fraudibus conuenientior obsequen-  
tiorque, quemadmodum prolixius li-  
bro 3. cap. 6. ostendi. Eiusmodi aut̄ or-  
gana ciuius cooptare solet millearti-  
fex, quū ueris falsa, diuinis terrena mi-  
scere studet, futurorum euentuū denū  
ciationes addens, ut audiū cuncta in-  
distincte non solū populus nouitatū  
cupidus, sed & doctiores amplectātur.  
Quorū dā siquidē oraculorū Sibyllarū  
autoritas inde apud Ethnicos usque  
ad eum creuit, ut experiri aliquid, uel inci-  
pere, nisi illis prius salutatis ac consul-  
tis, haberetur nefas: nam tanq; à Deo  
cœlitus emissa ob prædictiones, quib.  
interim alia plerunq; ad stabiliendum  
idololatriæ gentilitiæ ornatum adhære-  
bant, censemebatur. Hinc & tantus earū  
cœtus apud diuersas celebratur ḡeres,  
ut uerorum Dei prophetarum ab Ec-  
clesia probatorum receptorumq; nu-  
mero nō sit inferior: librorum aut ua-  
tidicorum supellestile, ut scribitur, lon-  
gè eosdem post se reliquerit. Nec id  
mirum, quū genuinos semper numero  
uicerint mendaces diaboli uates,  
quemadmodū liquet ex libro 3. Reg.  
capite 18. ubi unico Eliæ Dei prophe-  
te res fuit cum quadringētis quinqua  
ginta prophetis falsis.

*Dicitur si. Præterea doctrinæ existimationem  
non immerito eleuare debet figura-  
ta de Saturno, Titane, Iapeto, lunone,  
Venere, Dione, Ioue, Neptuno, quæ cer-  
tè mihi spiritum diuinū sapere non ui-  
dentur: eoru tamen meminit Sibylla  
lib. 3. oraculorū. Huc facit & Cicero-  
nis testimoniu de Arusp. responsis: Ne*

hoc quidem tibi in mentem ueniebat  
Sibyllino sacerdoti, hæc sacra maio-  
res nostros ex libris uestris expetisse?  
Hinc pleraq; gentilium sacra ex Sibyl-  
larū scriptis originem traxisse, indubi-  
tate cōstat. Multa item referunt Sibyl-  
larū libri de Christo, Ioanne Baptista  
& alijs, quæ potius à Græcis transcrip-  
ta ex Euagelijis, postquā facta fuere,  
quam Sibyllarū scriptis prædicta, non  
temere affirmari, qui in receptorū ua-  
tū prophetiis de eisdē personis & reb.  
sit ueratus. Tam siquidē singula cū om-  
nibus circūstantijs nudè & explicitè  
ob oculos in Sibyllinis libris sunt po-  
sita & depicta, ut tenebras esse nostro-  
rū prophetarū scripta cū illis collata,  
quis dixerit. sic euāgelistæ iustius di-  
cedæ essent, q̄ uates. Nec parū authori-  
tatis propheticæ derogat Sibyllinis o-  
raculis, q̄ nusquam in uniuerso nouo  
Testamēto, horū uel nominis Sibylla-  
rum meminit siue Christus, siue apo-  
stoli: quū tamen ab ijsdē allegetur alij  
prophetæ expressis nominibus: recen-  
seatur & eoru testimonia passim, quē-  
admodum Matth. 1. Luc. 1. ex Esaïæ 7.  
Matthæi 2. ex Iohel. 7. Micheæ 5. Osee  
11. Matthæi 3. Luc. 3. Esaïæ 40. Matth.  
4. Esaïæ 9. Matthæi 8. Esaïæ 53. Matth.  
9. Osee 6. Matthæi 11. Malach. 3. Mat-  
thæi 12. Esaïæ 42. Matthæi 13. Esaïæ 6.  
Psal. 77. Matthæi 15. Marci 7. Esaïæ  
29. Matth. 16. Ionæ 2. Matthæi 21. Za-  
char. 9. Esaïæ 56. Ierem. 7. Psalm. 8. 117.  
Matth. 24. Marci 13. Daniel. 9. Matthæi  
26. Marci 14. Zachar. 13. Matth. 27. Psal.  
12. 22. Marci 1. Malach. 3. Esa. 40. Actor.  
1. Psal. 68. 109. Actor. 2. Iohel. 2. Psal. 15.  
Actor. 7. Amos 5. Esaïæ 66. & alijs ubi-  
que multis locis. Quod uero Sibylla-  
rum sententias citarunt quidam uete-  
res, idipsum nō modò Christiana re-  
ligionis homines sc̄cere, sed & Ethni-  
ci. Ita D. Paulus quoq; in testimonium  
uocat poētam Epimenidē lib. de ora-  
culis,

culis, alij ad Callimachum Cyreneum referunt: Cretenses semper medaces, male bestiae, ueteres pigris ad Titū ca. 2. & in Act. 17. Atatū poēta in Phœnomenis cōtra Atheniēses allegat. Quos p̄tēre Laetātius citat uerius de Christo Sibyllinos, si nō falso Sibyllis tribuuntur, quū non legatur in octo libris Gr̄cis carminū Sibyllinorū, consentaneum est fuisse acceptos à patribus, quibꝫ doctrina de filio Dei illuxerat. Quilibet otenim uidetur Sibyllis affinxisse illis temporibꝫ apud Ethnicos, quicqd à sanctis patriarchis, patribus, uel etiā prophetis collectis & scriptis fortè ac conseruatū reperiatur. Vaticinas int̄ sim quasdā etiam fuisse mulieres, Sibyllas nūcupatas, quæ uel diuino spiritu incitatæ scripserūt quædā, uel à pijs maioribus acceperūt, credibile est. Eiusmodi nōnulla producūtur Sibyllarum carmina, patrū doctrinā resipientia: ut sunt quæ cū Decalogo congruent, de fugiendis idolis, homicidijs, adulterijs, incestis, libidinibus, furtis & mēdacijs. Quæ à posteriore etate negleginta, dicuntur à Phocylide aliqua ex parte collecta esse, & eius nomine in populo deinde repetita. Sibyllæ siquidē nomē generale usurparūt diuersæ mulieres uatidicæ. Suidas ut Romanā uoce celebrat, Gr̄aci &olico sermonis genere dictā uolunt, ut oīs psal̄i uel psal̄av, quasi Iouis aut Dei consiliū uel consiliariā, s̄t pro dios posito. Sunt & qui Hebr̄ea querūt originem à Kabbala quarundam literarum mutatione, uoce à uerbo Kibel formata: quemadmodum & Sambethen ex Sem & Iaphet compositā asserunt, & nō tam ad personas, quām doctrinam à sanctis patribus acceptam referunt. Anxiè autē hac de re disputationem ingredi longiorē nolo: satis est indicasse, quod nostri est instituti, quarundam Sibyllarū oracula à Dei spiritu nō promana-

se, nec omnes hoc nomine celebres eodem cœlesti spiritu esse agitatas.

Si earundem miraculis quid hic p̄ *Miracula Sibyllarum*  
culiare ascribendum esse quis contē-  
dat: respōdeo, ijs s̄pē aliquid ad ido-  
lolatriæ ethniciæ, uel alterius infideliti-  
tatis confirmationem fuisse mixtum.  
Exstat exemplum in Plinio de Viris il-  
lustribus: Annibale, inquit, Italiam de-  
ustante, ex responsō librorum Sibyl-  
linorum, mater Desim ex Pessimonte  
accersita, quum aduerso Tyberi uehe-  
retur, repente in alto stetit.

Si quis uitam & mores spectet, quū *Vita & mo-  
res Sibyllarum*  
ad prophetiarum mysteria promulgā-  
da selectos se, nper homines sibi dele-  
gerit Deus, inculpatorum morum ma-  
gistros, uitæ innocentia, rerum peri-  
cia, spiritu, furore & animi constan-  
tia illustres & prorsus admirabiles:  
qualem de se ædat confessionem Si-  
bylla in secundo lib. oraculorum, ubi  
impiorum poenas, & bonorum præ-  
mia prædictis, hic ex Latina translati-  
one subiungam. Ita loquitur:  
Eheu me miseram, quid me illo tempore fiet?  
Quæ demens omnes peccatis exuperarim,  
Nescia conjugij, laudandæ nescia mentis:  
Quinetiam, locuples cum uir meus esset, egenos  
Aedibus exclusi, feciq; nefanda scienter.  
Tu me seruator tortoribus eripe diris,  
Quamlibet infamem confusuratioq; pudoris.

Si uaticiniorum multoru fidem cō-  
tētiosius urgeas, prædictionibus indu-  
bitatis me nunquā derogasse dico: sed  
ob res nō sanas hinc inde à plerisque  
Sibyllis admixtas, recipere cūctas in-  
discriminatim, nequeo. Eam eterne  
esse mentiendi artem non ignoras, ut  
si quis suis uanitatibus fidem cōcilia-  
re uelit, nō semper mentiatur, sed quā-  
doq; uera interserat. Ita diabolus, etiā  
si pater sit mendacij, tamen pronunci-  
auit uerū, quando Euæ dixit: Deus no-  
*Genes. 3.*  
uit, quod ipso die, quando comederi  
tis de fructu ligni uetiti, aperiētur ocu-

li uestri, eritisq; sicut dij, bonū & malum scientes, quando Sauli sub forma  
*i. Reg. 28.* defuncti Samuelis euocati, præsigiebat ipsius & filiorum mortem, & castra Israëlica traditum iri à Domino in manum Palæstinorum postero die:  
*Marc. 1.*  
*Luca 4.*  
*Psal. 90.*  
*Math. 4.*  
*Marii 1.*  
*Luca 4.*  
*Act. 16.* quando Christum testabatur filii esse Dei: quando ex Psalmis proferebat: Angelis suis mandauit de te, & in manus tollente, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. quando ex Pythia puella, de Paulo & Barnaba claramitabat: Ipsi homines servi Dei excellissimi sunt, qui annunciant uobis uiam salutis. item illud ipsius responsum: *I e s v m noui*, & Paulum scio: uos aut qui estis? Item: Quid rei nobis tecum est *i e s v* fili Dei altissimi? Venisti hic ad cruciandum nos ante tempus. Non autem mirum est, eundem potuisse futuros prædicere euentus, qui prophetas nouerat, qui patriarchas audierat concionantes, qui ante lapsum æternitatis secreta quod dantenus nouerat, qui aliquot millia annorum experientia habebat, qui promissiones è patribus intellexerat, qui Adami delictum virginis partu expiati debere facile præciebat ex omnium promissionum prima in tertio capite Genes. facta, dein ex Esaïæ cap. 53, alijsq; locis quamplurimis.

De Sibyllarum uero oraculis si mea adhuc demonstrationem mordicū recuses, Augustinū Steuchum episcopū Kisamum, abstrusioris doctrinę authorem non obscurum, nec pœnitendum, postremò adducam, qui post reliquū contra ueritas prædicationes argumentum, de Sibyllis hoc infert decretum: *4.* Balaham fuit filijs Israël propheta eomo, quo Mercurius Trismegistus apud Ægyptios, & Sibylle apud alias nationes: qui tametsi uera pleraq; cecinerint, idololatræ tamē & dæmonū cultores fuere. Huc accedat quoque

F. Sixti Senensis sententia in Bibliotheca sahcta: Nominantur, inquit, præter alias celebres Sibyllas & multæ Sibylæ, Sardica, Rhodia, Sicula, & aliae plurimæ, quas Ambrosius in Cōment. pri mæ ad Corinth. autumat malo & improbo spiritu arreptas. Aristoteles uero in 30. sectione Problematum, easdem atræ bilis estu circa metis sedem successo exagitatas demonstrat. Cornelius Tacitus scribit, Augustum, quū suis temporibus multa uana sub nomine Sibyllarum ostenderentur, iussisse, conquista Samo, Erythra, Ilio, Africa, & per Italicas colonias carmina intra certum diem ad præfustum urbis adferri, & iudicium censaramq; quinde cim uirorum adhiberi, ne haberi priuatum liceret, quod iam à maioribus erat cautum. Hæc post quadringentos annos carmina Stilico, Honorij Cæsaris Socer, cœciturus in generum sub humi nismo di occasione seditionem, prorsus curauit aboleri. Quod facinus Rustilius Claudio non tacuit, dicens: Nec tantum Geticus grassatus proditor armis,

Ante Sibyllane fata crevauit opis.

Sed ne ultra clepsidram, hic receptui cano. Num ego iam princeps Scalichi, tuos errores & præstigias reddiderim illustriores, quam tu meas, iudicium penes lectorum benevolum esto.

Equidè inspesto primū tuæ magnificiæ scripto, nihil ad hoc responde re decrevera, quæ ueritatem in sui propagationem fatis potestem, à meis stare partib. confidere: uerum ne quod fauulos tituli tui apparatus, præjudiciū ueritati apud uulgas pareret, atq; confidientiā tibi augeret silentij nostri modestia: quin ut & illi, apud quos ante editum tuū Epistemонem, triumphū in Vuierū exclamassè uidebaris, intellegere, num tantū mysterij in mentis tua aditis foueas, quam fronte polliceris, respondere fuit uisum cōsultius.

Forte & malam nihil dicendo apud te contradictionis studiosissimum ini re potuisse gratiam. Iam ex hac collatione magis innotescet alter alteri: unde & Vuierum nunc albo tuorum inscriptum sibi spero.

## ADVERSVS LEONIS

Suauij calumnias.

**Q**uam bellū ante annos aliquot diabolo eiusq; clietelē in meis libris de Praestigijs dæmonum palam denūciarim, nec temere aut fru stra hoc certamen tentarim cum mun di huius Monarcha, nescio quo meo fato sit factum, ut suscepta inde nō infelicitate propugnatione cum principe de la Scala, iam Leonem Gallum pere griniū odiosè mihi excitarit opposue ritq; Rex ille super uniuersos filios superbiæ, noster aduersarius, qui ut leo 20 rugiēs obambulat, quem deuoret in quirens. Enim uero nullo à me irritatus modo, mordicūs tamen in me irruit. At quis cum cali Leone congregidi auderet, qui tanquam Teucer sub cly peo sep templici, se magnifica & terribili inscriptione ostentat? Eiusmodi certe monstrosa specie neutiquam ter ror, nec acceptare cum Leone mono machiae leges retuso, quippe qui cum primo omnium uirulētissimo serpente lustari, aspides & basiliscos oppugnare, atq; leones draconesq; concul care fuerint illasē conatus. Sed age mi Suauj, undēnam in me rugiēdū tan topere occasionem inuestigaueris, mi hi prius fateri uelim, quam in arenam progrediamur: eritne ea, quod Theophrasti Paracelsi patrocinium suscep eis, nec Vuiero Medico in sua functio ne cum ipsius paradoxis omnino conuenire sentias? Quid igitur dentis Theonimi aculeis quoq; mordicas pre ter reliquos, eruditum Paracelsi Germani discipulum, & Chymicæ artis mirè peritum Gerardum Dorn, quem

natione Germanum in transferendis Paracelsi libris in linguam Latinam, tu Gallus & nostræ linguae profusus ignarus, palam calūniarum spinis configere audes? Quod tamen minus uidebitur mirum, si id uerum est, quod tibi in fauces retorquet Gerardus ille, te nimur & ipsum criminari Paracelsum, & mendacij insimulare: hōc que defendit in Apologia in lucem edita, & libris artificij Chymici adiuncta cum eiusmodi inscriptione: Veneni quod (nescio quis) Leo Suauius sub I. G. P. uelamine latens, in Theophrasticos euomere conatur, propriū in pectus eius per Gerardi Dorn apologetica retorsio. In hac profecto errorum & uitiorum, quæ à uiro bono quām alienissima esse decet, non accusaris leuiter. Ostendit, quum te discipulum Theophrasti, & eiusdem doctrinæ interpretem, & huius supercilij præsumptione de ea compedium conficipisse iactites, te nihil minus quām Paracelsi metem intelligere, & auctoritate Gebri non intellecta falsatis arguisse Theophrastum præceptorem: propterea & laudem ex aliorum contempnu uenari assērit, nec pro genuino Paracelsi discipulo te agnoscit: sed Chymicæ artis imperitū nun cupat, laruatumque Philosophastrum & Pseudophraſitam. Inter calcinationem & sublimationem, quæ profecto admodum diuersae sunt, non distinguuntur. Caput mortuum Chymicū interpretari alēbicum, quum massam significet fæcum in fundo retortæ uel cucurbitæ post extractu liquorem reliatarum. Tinctorias Paracelsi falso nuncupatas confectiones, quæ res compositæ sunt, quum illæ sint materiae simplicissimæ à crassioribus corporibus separatae, ut facilimè penetrant, quemadmodum spiritus. Quid uerius insit scholijs, eluiscet, si quæ

Paracelsus de extractione tincturæ au-  
ri scribit, legantur. Has autem literas  
I. G. P. mini explicuit illustrissimus  
princeps Chabaneus Ioannes Vidam-  
mus Carnutensis, philosophiae abstru-  
sioris indagator solertissimus, & pie-  
tatis eximiæ uir, nomenq; reddidit,  
nimisq; Ioannes Gorstius Parrisiensis.

Scribis adhæc, post aurum antimo-  
nij tinctura usum fuisse creberimè Pa-  
racelsum, ut ipse testatur, in morbis  
extremis & deploratis: usurpatæ &  
Laudanum uel Ladanum, quod secre-  
tum suum singulare nuncupat: atque  
à te explicatur, quasi sit uelut gummi  
arboreum, sed è rore. Quanquam hoc  
ex Medicorum libris trāscriptum hue-  
Ladanum  
Paracelsi. trāstuleris, Paracelsus tamē eiusdēm-  
que affectū nihil minus per Ladanū,  
quam Medicis vulgo cognitum, signi-  
ficant: sed eximium aliud compo-  
suum, cuius & mihi præparatio non est  
incognita.

In scholijs in cap. 4. de Epilepsia, le-  
gitur: Præterea occiput inunctum bal-  
lamo Elenijs (lego, de Elenijs, scribis)  
in uehementissimo paroxysmo: hele-  
niū herba est nota, subiungis. Sed he-  
lenium uel enulam non hic intellexis  
se Paracelsum iudico, uerū potius li-  
quorem ex recēter enascente anima-  
lis alces, Germanis elent dīcti, cornu  
extractum, quem & penes me habeo  
ex Prussia allatum, hicq; singulariter  
laudatum: uel alium ex eiusdem un-  
gula in hoc affectu mirè commēdata,  
præparatum, ob nominis affinitatem  
opinari malo: at nihil in illis nominū  
tenebris affirmare uelim: quanquam  
etiam non ignorem, quandam Para-  
celsi discipulum Phedronem suo cui-  
dam libello inscripsisse titulum, Ele-  
nus siue perfecta epilepsie curatio.  
Hæc certè in Leonis gratiam obiter  
intersero præter institutum, dum in fo-  
lijs ipsius Compendij Theophrasticæ

doctrinæ & scholiorum, uertendis ea  
fuerunt obuiia. Siquidem extra limi-  
tes nostro certamini, ubi me adorsus  
es, præscriptos digredi nolo: quanquā  
ibi rei bene gerendæ campus offera-  
tur: at in fructuose pugnæ insolētiā  
aversatur nostra ætas. Verū ex un-  
gue Leonem ut quis cognoscat, osten-  
dere admittar. Quæ hactenus dixi, ed  
referenda, ut uideatur saltē, unde tam  
impudens in me dentes stringendi li-  
bido incesserit, quum nē à grauiissimo  
quidem medico & subtilissimo phi-  
losopho, ut ipse nuncupat, suo ipsius  
præceptore, quem nec intellexit, nec  
à doctissimis eiusdem sc̄tatoribus, ut  
interim alios summos & celeberrimi-  
mos præteream uiros, abstinuerit: sed  
in quemuis non ita obuium, at studio  
quæstum undiquaq;, infilierit. Hæc  
autē insignis Leonis insolenter furen-  
tis proterua magis elucescer, ubi incō-  
ditum in me rugitum promulgauero.

Mihi inconstantia crimen impin-  
gis, quod Agrippam aliquando lau-  
dem, aliquando non. Hic sane teip-  
sum constituo iudicem, quippe qui in  
tuo libello lucubrations nostras lau-  
de aliqua dignas agnoscis, interim &  
tuas in easdem criminationes nō pre-  
termittis: Hippocratem, Galenum &  
Aucénam alias honore prosequeris,  
& quidem non immerito, rursus alio  
loco cauillarum morsib. impetis. Age  
uerò, tune cuncta Agrippæ scripta er-  
roris nebulis carere affirmas? Vix ne-  
gare audes: quanquam illius testimo-  
nium locis multis sit obuium in ady-  
tis tuorum mysteriorum penetrādis,  
& magnalibus peruestigandis, ex oc-  
cultæ Philosophiae libris. At de hoc  
suo magiæ abditioris scripto, cuius tu  
fidem tantopere prædictas & ample-  
xeris, quid ille ipse sentiat, ex præfa-  
tione in eosdem libros ad Lectorem  
accipe: Quod si quæ repereritis, ait,  
quæ

quæ uobis non placeant, mitite illa,  
nec utimini: nam & ego uobis illa nō  
probo, sed narrō. Fateor præterea, ma-  
giā ipsam multa superuacanea, & ad  
ostentationem curiosa docere prodi-  
gia: simul hēc ut uana relinquit. Item  
multa insuper Platonicorum cætero-  
rumq; gentilium philosophorum pla-  
cita secuti sumus, ubi in instituto nostro  
scribendi suggerebant argumentum: 10  
ideo si alicubi erratum sit, hue quid li-  
berius dictum, ignoscite adolescentig  
nostræ, qui minor quam adolescens  
hoc Opus cōposui, ut possim me ex-  
cusare, & dicere: Dum eram paruulus,  
loquebar ut paruulus, sapiebā ut par-  
uulus: factus autē nūr, ea uacnaui ea que  
erant paruuli: & in libro nostro de Va-  
nitate ac incertitudine sc̄ientiarū hunc  
librum magna ex parte retraſtaui. Et 20  
in fine: Quapropter iterū nunc quoſo  
te candide leſtor, ne de præſenti tem-  
pore editionis ista libres: sed ueniam  
des curiosæ iuuentutis, ſi quid forte ſe-  
cuſ quam placeat, in iſtis deprehen-  
des. Haſtenus Agrippa.

Palinodiaz autem uerba ex diſto li-  
bro de Vanitate ſcientiarum leges in  
priori mea Apologia aduersus Paulū  
Scalichium. Qua nunc audacia à me  
probabitur, quod ab ipſo retraſtatū  
est auctore? Iniuriarum actionē in me  
iure inſtituēdā mererer, ſi ſecus, quam  
auctor ipſe uult, teſtarer. Atqui tātum  
abefit, ut ad ullius cauillationis Agrip-  
pæ occaſionem hēc ex eodem repe-  
tam, quō etiam ad ipſius laudes, quas  
extra controverſiam meretur maxi-  
mas, hoc ſubiungēdūm ratus fuerim,  
quippe qui curiosæ iuuentutis haud  
leue exercitum, nec ingenij vulgaris  
egregium ſpecimen oſtenderit: & ipſe  
Tritemij, ut aīs, diſcipulus, cōſcius de  
ſuis ſtudijs in ætate maturiori, ubi iu-  
dicium accreuit, liberè fateatur quod  
res eſt, & quantum eiusmodi narra-

tionibus & mysterijs ſit tribuendum  
ſidei, ingenuè explicet, & cādide præ-  
moneat. Et certè nota eſt non obscura  
philosophi haud præſatī in propu-  
gnanda opinione ſemel euulgata, uel  
irreuenabili decreto, ſed integerri-  
mi, acuiri ſanè pīj & uerè Christiani.  
Nec deeft exemplum tum apud alios,  
tum ipsum Auguſtinū, qui ſibi in ſuis  
ampliſsimis ſcriptis credi non uult, ſi  
qua doctrinæ Apoſtolice minus con-  
ſentanea deprehendantur, & quem  
propterea etiam Retraſtationum li-  
bros conſcripſiſſe non puduit. Verū  
qua fronte tu fallaciter, me in Agrip-  
pa magiam probare, & affentationis  
mea ratione dixiſſe, quartū de occulta  
philosophia librum falſō eiusdem  
manibus in ſcriptum eſſe, effari audet?  
Vbi nam hoc probauī, ubi nam affen-  
tatus ſum? Nonne te tui, mendaciq;  
lingua puder? Non aurē hic eſt, quod  
me magnopere torqueā, ut à tuis uin-  
dicer unguibus, quum & hunc noſtrū  
præceptorem crāſē nimis præter Gal-  
lorum mōrem falſitatis arguas, ijs uer-  
bis: Vnaquaque pars aurii aurum eſt,  
quamvis ſpiritum quendam eius ex-  
tentiuū extraxiſſe de maſſa, falſō Cor-  
nelius Agrippa glorietur. Adhæc qua-  
rum illum de Occulta philosophy li-  
brum Cornelij Agrippæ, furtim arre-  
prum eſſe ex nouissimo Razielis af-  
feris in ſcholijs lib.4. de Vita lōga Theo-  
phrasti Paracelsi. Quem hic animo pa-  
rum ingenuo falſi redarguis, eiusdem  
teſtimonijs paſſim tuū exornas Com-  
pēdium, quinimō & hoc elogio eum  
dignaris, ſuppreſſo tamen Agrippę no-  
mine (ne cuiusdam prærogatiuæ me-  
rito illi id, quod Tritemio malis, tri-  
buere uideretis) ut in tam arduæ tuæ  
doctrinæ aſtentationem, Magi nuncupa-  
tione, eundem cites ijs uerbis in Scho-  
lijs in Paracell. cap.4: Quidam magus  
hæc: In nobis ipſis eſt omnium mira-

bilium effectuum operator:  
Nos habitat, non tartara, sed nec sydera cœli:  
Spiritus in nobis qui uiget, ista facit.

Is est qui protestatus est se libros edere magicos, clave tamen operis solis amicis reseruata. Hæc Agrippæ sunt uerba in epistola ad Aurelium ab Aquapendente Augustinianum, adiuncta calci librorum de Occulta philosophia. In sequenti epistola ad eundem dicit, Clauē esse intellectum, &c. Antea me inconstantie insimulare, quod Agrippæ placitis haud semper consenserim, non erubisti: quæ autem hæc tua insignis impudentia, quod tuæ temeritatis priuilegium, quum à te ipso hoc factum sine ullius modestia aut reverentiae momero, ostéderim: quid de te ipso præsumis? qualem te habebunt uiri boni? An ne qui semel uercundias limites excelsit, eum grauiter oportet esse in omnes impudentem? Iam te meminisse oportuit, mèdacom sui memorem esse debere, quod tu potulanter & falso mihi objicis. Verum quicquid id est, non alio interpretari possum, quam quod ex insolètia iuuenillis audacia te proteruum auguror, maximè etiam ex tuæ orationis spuria citie in fine tuorum scholiorum in Paracelsum, ubi magnetis carnei, nō ferrei, ad facilitandum partum coxendi, alligandi prædictas usum: quāq; am tuam etatem ignorem, quæ tamen ubi maturitatis dignitatem fuerit consequuta, haud dubie modestius deliberatusque (ut sperare uolo) de uiris bonis iudicabit, nec eam calamis freno libertate permitteret. At nullius magis testimonium in me urges, quam Agrippæ, in Tritemij defensione, in quem me tanto furore debachatum esse, & eiusdem memoriam esse execrabilem, mihi iniq; offendit: eaque præter ueritatè à te scripta esse, repulsa maledicentiq; tuæ uirulentia in tuas

Leoninas fauces, ostendam meis uerbis ex lib. 2. cap. 6. quum ferè nullam alias Tritemij mentione fecerim: Steganographiæ Ioannis Tritemij abbas Spanheimensis in hæc uerba mentione Carolus Bouillus, &c. Et post recitata Bouilli uerba, subiuxi: Qgem tamen mendacij & impietatis accusat Tritemius, se purgans in præfatione libri Polygraphiæ ad Maximilianum Imperatorem. Si hic solum addidero, Secus res ipsa docebit legentem eosdem accurate: num hoc est furere, debacchari, & memoriam alterius exercari? Vnde hic nobis momus, unde hic petulcus interpres? Num quid sit, quod in questione non immerito uocari debeat ex Steganographia, prudenti lectori, ipsius Suauij uerba pronam ex scholijs in cap. 10. de Vulnibus lib. 2. Paracelsi: Ratio est, inquit, certissima, quæ nihil significant uoces, nullius esse momenti aut pôderis: sed barbara quidem uerba fatebor non es se nobis immutanda. Ideo Tritemius iubet in Steganographia, post iuslurandum à discipulo exactum, magistrum illi coniurationum formulas explicare, quæ uidentur uerbis omnino barbaris, uel potius nihil omnia significantibus esse conceptæ. Atque me Agrippæ testimonium de Tritemio audiens, ex præfatione & epistola dedicatoria, quod nimirus suos de occulta philosophia libros, quos se magna ex parte retractasse ipse scribit, ut paulo ante monstravi, examini subiecerit Tritemij, uiri harum rerum plenissimam peritiæ tenentis, ut eosdem castigaret, censeret, & iudicaret, &c. Huic Agrippæ instituto & opinioni de Tritemio conceptæ, à me non est contrarium: &c ut alij, & tu quoq; illi amplius, quemadmodum facis, ascribere satagatis, per me quidem licet, nec ea de te præter meum scopum, anxius

XIUS ero. Verum quum tanti facis Agrippae sententiam de Tritemio, que pluris astimas, uicissim auribus percipe huius iudicium de Agrippa, & eiusdem libris absq; ulla exceptione, in suo responso: Ipsum uidelicet à diuinitate ingenio donatum esse & ample & sublimi, assertit: & lumen uerae sapientiae, quo maximè & diuinitus illustratur, etiam ut ignorantibus demonstraret, hortatur: secreta pulchre & uere ab ipso in lucem prolatæ esse ait: & opus hoc, quod nemo doctissimorum etiam uicorum satis laudare sufficiet, se probare. &c. Longiore esse nolo in reciūandis Tritemij uerbis. His non est quod tergiuerseris: at fatearis necesse est, uniuersum illud opus de occulta philosophia à Tritemio esse approbatum, cuius palinodiam ab ipso auctore in prouætiori atate promulgatā, candidè suprà commonistraui, in quo & à me quædam sunt ab orthodoxæ nostræ fidei sanctionibus aliena, in præcedentibus scriptis ostensa: & te nescio quid falsi eidē impingere, pau-  
lo antè indicaui. At Agrippæ testimoniūm in epistola nuncupatoria de Tri-  
temio tibi dono ea conditione, unpræ-  
cedentem in eiusdem epistole corex-  
tu sententiam Agrippæ non reiicias,  
cui nesciœ Tritemius contradixit, sed  
eodem decreto, quo totum opus suo  
confirmauit suffragio, & scriptus eidē  
de hoc labore epistolæ tenor est sanc-  
tus, cuius hæc sunt uerba: Mirabar ad-  
modum, neq; minus etiam indigna-  
bar, neminem hastenus exitiisse, qui  
tam sublimem sacramq; disciplinam  
ab impietatis crimine vindicasset, aut  
illam nobis purè sincereq; tradidisset:  
siquidem quos ex recentioribus ego  
uidi, Rogerij Bachonen, Robertum  
Anglicum, Petrum Aponum, Alber-  
tum Teutonicum, Arnoldum de Villa  
noua, Anselmum Parmensem, Picatri-

*Ad epistola  
prefixa libri  
de occulta  
philosophia  
Agrippa.*

cem Hispanum, Cicchum Asculum  
Florentinum, & plerosque alios, sed  
obscuri nominis scriptores, cùm sema-  
giam tradere pollicentur, non nisi aut  
deliramenta quædam nulla ratione  
subnixa, aut superstitiones probis omni-  
bus indignas praestiterunt. Tu uero  
in tua prætatione in scholia, scribis, ex  
nouissimis philosophis sapientiam oc-  
cultam olfecisse Alchindum Arabem,  
Rogerium Bachonen Anglum, & Gui-  
lielnum Parisensem, eosq; tantum fi-  
lijs doctrinæ scripsisse. De Bachone  
Rogerio tradit & Picus Mirandula-  
nus in signis Philosophus in oratione  
quadam, ubi de magia edisserit, ue-  
ram magiam ipsum olfecisse saltem.  
Dum autem omnibus longioris ævi  
tam philosophis, quam etiam incom-  
parabilis scientiæ archiatrias præferre  
studes Theophrastum Paracelsum,  
& immensolaudum cumulo in abstru-  
soriis Philosophiæ mysterijs, & arca-  
narum medicinarum magnalibus or-  
nare, circa tui Compendij initium, ex  
Rogerio Bachone Anglo hunc Para-  
celsum quamplurima hausisse uideri  
asseris, & cum eodem in omnibus re-  
conditarum rerum opinionibus ma-  
xime conuenire. Conferantur iam cal-  
culi ex epistola à Tritemio probata,  
ex insigni Philosopho Pico, & tuus:  
inde sententia pronuncietur qualis sit  
philosophus, quem Paracelsus habuit  
præceptorem, & cum quo illi in cun-  
ditis sepultarum rerum opinionibus  
conuenit. Iam te denud' cui esse me-  
morem optarim, nec pudore suffusum  
elabi. Me Patacelsi librum quendam  
damnasse obicis, nec hoc agnosco  
(quanquam etiam fecisset, non ma-  
gni reserret:) sed me insignem impo-  
tentis animi maledicentiam contra  
ueteres medicos in eo reprehendisse  
fateor, cuius neendum me penitit. Ve-  
rum contra eundem peculiare aggredie-

di certamen, non est nostri instituti, effetque hoc actum agere. Tibi autem Leo Suavi, quum ad monomachie conflitum in Paracelli protectionem nimis pruriant unguiculi, cum doctissimo exercitatismoque in hoc beligerandi genere Thoma Erasto philologo, & antiquae medicinæ patro-  
Thoma Erasto doctissima in Paracelsum scripsit.  
 no multis nominibus laudatissimo congregere, si quid uera philosophiæ, quid artis medicæ, quid animi auturium in te reſideat. Ille aperto marte ex professo Paracelsum aggreditur quatuor partibus disputatione de noua eiusdem medicina iam euul-  
 gatis: in quarum prima, quæ de reme-  
 dijs superstitiosis & curationibus ma-  
 gicis ille prodidit, exactè ad bilancem examinantur: deinde que & qualia philosophia eius fuerit, eruditè consi-  
 deratur. Posthac medica examinan-  
 tur, primùm generatim: mox etiam speciatim aliquot morborum causæ, origines, conditiones, curationesque expenduntur: & ut apertius intelligas, epilepsia, elephantiasis seu lepra, hydrops, podagræ & colici doloris uera curandi ratio demonstratur, & Paracelsica solidissimè confuratur. Hanc stationem ualidorum presidio-  
 rum robore tutatur strenue aduersus tuum medicinæ Monarcham Erastum: cum hoc experire tuas futibundas fances, tentaco dentium tuorum ui-  
 res, probato pestilentem unguium a-  
 ciem. Mihi hoc incumbit, ut cum mun-  
 di monarcha Satana nuncupato, pœ-  
 lium designatum perficere conteu-  
 dam. Ita uterq; nostrum habet, quod uigilanter agat.

Sed ad characteristica progrediamur, quæ solūm in conditaram ca-  
 lumniam rugitu, uocia Stentoreæ  
 Acripsiæ, uerborum inutilium fulmi-  
 na, accitorum hinc inde quorundam patrecinio, sine ullius rationis admi-

niculo per fas & nefas mordicūs de-  
 fendere admiteris: mirè hic quando-  
 que exclamas, fremis horridè, crimi-  
 naris iracunde, frendes toruè, mor-  
 dicas uolenter, at illæsè, truculenter  
 lacerare tentas, licet frustra: interim  
 tamen phaleratis dictis & uerborum  
 lenocinijs non parum tibi places, &  
 orationis copia impensè, ne dicam  
 stultè, glorianis. Veritatis patrocinium  
 decet esse simplex, dilucidum & mode-  
 dum. Quorsum tam dira animi im-  
 potentia, tam inanis arrogantia, &  
 tantus aliorum contemptus? quo-  
 sum odiose comparationes & calum-  
 niarum aceruus? Equidem mirarer  
 magis tuum concertandi cauillandi-  
 que studium, nisi ad hoc te natum uel  
 sola mihi nominis rui cum antiphra-  
 stica cognominatione impositio de-  
 clararet.

Cæterum quæ characteristica à te  
 appellata ad doctrinæ Paracelsice ma-  
 gnalia (qua uoce sibi mirè uestri ho-  
 mines placent) illustranda usurpas, &  
 quos in ijs protegendi authores si-  
 mul aduocas, ex cap. 8. & 13. nostri li-  
 bri q̄nti descriptisti, ita ut non præ-  
 teries h̄x pax max Deus adimax:  
 quinim d ex eodem in tuorum my-  
 steriorum penetralibus simul addide-  
 ris, nocibus eisdem exaratum pom-  
 à nobili contra canis rabidi mortis  
 deuorandum dari. At corruptas haud-  
 dubit esse uoces, nemo in questio-  
 nem uocabit, ubi rationis trutinam  
 adiuuero. Nobilis ille linguae Latini-  
 ae imperitus, in schedula forte conscripta reperit contra tales virulen-  
 tum mortium haec uerba, immixtis, ue-  
 fieri solet in curationibus eiusmodi  
 superstitiosis, psalmi crucibus: Hoc t  
 potius mo t Deus adiuet t. Inde tam  
 ferè lectionis, quām linguae ignarus,  
 literam x esse ob affinitatem ratus  
 crucis, confidenter uiciatas uoces, eo  
 agit.

artificio mysticas iam redditas, pomo  
impressit: quæ ex Suauis scriptis iam  
plus existimationis sortiēt, mobili-  
tate uigebunt, & uires acquirent eun-  
do. Inde restat, ait Suauius, quod Vuie-  
rus in Paracelsi contumeliam scripsit,  
domum à lemuribus turbatam illius  
asseclas liberare suspensis in quatuor  
angulis, membranis virginis uerba  
sacra continentibus. Deinde addit  
in medicorum ludibrium: Si eodem  
modo sue artis statuant principia,  
quo hanc commeti sunt curationem,  
non est quod ueterem medicinam  
euersum iri metuamus. Quæ hic, be-  
nevolæ Lector, in nostræ artis medi-  
æ laudem & honorem uerè scripsi  
contra Paracelsi eiusque satellitij ca-  
lumnias, ubi tam ineptus dæmonis  
fugandi modus ab illis prescribitur,  
impudentissimus hic Paracelsi inter-  
pres ludibrium esse contendit. Quo  
autem rationis firmamento illorum  
hic deliria reiecerim, ex cap. 14. libri  
quinti intelliges: breuitati siquidem  
studeo. Num quoque contumelia in  
Paracelsum reus censeri debeam, li-  
cer nec id magnoperè curem, quod  
eiusdem discipulos uerbis rei propo-  
sitæ inidoneis omnino, domum à le-  
muribus inquieram uendicare scri-  
psierim (nisi contumeliam mox Leo  
pronunciet, à Paracelsi eiusdemque  
factionis placitis dissentire, manum-  
que ueritati porrigit) alij indicent.  
Rationibus & patrum suffragijs in i-  
phis ueritatis patrociniū, talem abi-  
gendi dæmonis modum esse super-  
uacuum, demonstravi, ac ea in sen-  
tentia immotus peristi, donec me re-  
lius instructum cedere debeat opor-  
teatque. Quod in suæ superstitionis  
assertionem subiungat, à Chaldaëis di-  
ci, plus posse characteres & figuræ,  
quam materiam quamcumque qua-  
litatem: id quidem Chaldaëis liceat,

uerum occulmabunt omnes Physici  
uerè philosophantes, & Christianæ si-  
dei mysterijs imbuti, quinimò ipsa ue-  
ritas, & ordo naturæ diuinitus à re-  
rum primordijs institutus. At hæc tra-  
præsidiorum effugia & machinarum  
robore oppugnauit demolitusq; sum, Lib. 1. cap. 7.  
8. 9. 10. 11. 12.  
ut deditiois iugum facile etiam cum 13. 14. 15.  
gratiarum actione sis una cum tuo co-  
mitatu admissurus: licet non nihil ob-  
strepueris hastenus, quasi negare au-  
deré nouissimos, ut aīs, philosophos  
illos: quos tam expressis nominibus  
deliramenta quædā nulla ratione fir-  
mata, & superstitiones probis omni-  
bus indignas magiæ loco obtulisse, ex  
Agrippæ assertione ad Tritemium, lu-  
culenter suprà ostendi. Ad hos ut præ-  
cipuas adytum tuorū columnas de-  
nud hic configis, horum antistitum  
opem imploras, eos interim execra-  
tus diris uerbis, qui iisdē non consen-  
tiunt, me miserum exclamans, quod  
contra talium opiniones characteristi-  
ca negem. imò negauit, & adhuc per-  
nego, donec rationū solidioribus mu-  
nimentis, uel sacrosanctæ Scripturæ  
testimonij aliter conuincat, alioquin  
in suscepta hac opinione perseveratu-  
rus. Rationis priuilegium, dignitatem  
& prærogativam in rebus Physicis, cu-  
iuscunque auctoris existimationi, at-  
que uniuersæ antiquitatis maiestati  
me præferre, in fieri nolo. Ab illa me  
transuersum minimè trahet insolens  
fremitus, aut uesanæ calumniæ, qua-  
rum tu zelo ductus me Augustinum  
etiam criminari occlamas. Vbi uero se  
ex creberrima fama scribere, nec quic  
quæ temere diffinire uelle de dæmo-  
nibus assidue cū mulieribus immun-  
ditiem tentantibus dicit: hic si à me  
subiunctū fuerit, quæ rumore accep-  
rat, narrasse ipsum, & nihil certi statue-  
re uoluuisse, ell' ne hoc criminari Augu-  
stinū quem singulare elogio, uti mere-

tur, celebraui lib. 2. cap. 10. ubi argutissimam sanctioris Theologiae censore illum nuncupo: quanquam nec ipse sibi, ubicum sacrae Scripturae manifestauerite non conuenit, credi vult. nec certe in naturalium rerum controversia, illi extra rationis limites est accedendum: applaudendumque: quin imd & ipse, ut ante dixi, Retractationum libros confecit. Galeni item, quem magni facio, ut si quis alius, testimonium contra me urgeri ab eo qui leuius quam par est, de codem sentit, admirarer profet, nisi quo spiritu ducaris, persentis cerem: sed nec adeo illius auctoritat, quam sententiae rationibus munite standum sentio. Amicus enim & Plato, & Socrates, sed tamen amicior mihi ueritas. Non itaq; nares ringe 20 suauum tantopere decuit, si à Para celso atq; alijs, tam iustis motus causis, quandoq; digredior.

Historias præterea uetus statis præiudicio & auctoritate confirmatas nō in omnibus semper à me commenda-  
ri agnoscō: quemadmodum si quae in  
ijs deprehenduntur, quæuel sacratissimæ fidei nostræ sunt aduersa, uel ipsa rerum natura minimè patitur: cu-  
jusmodi est, quod à plerisq; narratur, 30 dæmonem uerè cum feminis coire,  
atq; ex tali congressu prolem gigni:  
quod argumentum tam neruoso à me  
confutatum est lib. 3. cap. 17. 28. 29. &  
30. tum & lib. 6. cap. 22. ut repetitione  
fore superuacanciam arbitret. Si He-  
stori Boethio, qui in historia Scotica  
antiquitatis laudem non meretur, in  
talibus & similibus commentis, uel  
ex aliorum relatu, uel ex schedulis 40 forte alicubi conscriptis, fidem dari  
uoles, nescio cuinam uanissimæ nar-  
rationi tuam iure derogabis. Si quo-  
que euidentioribus tuae philosophie  
rationibus sapientiam felicitatemq;  
consequi aliquem ex pulmenti elu-

cui sanies ex serpentum ore defluens  
fuerit mixta, quemadmodum narrat  
Saxo Grammaticus, commonstraue-  
ris, quem à me sit negatum, in nostra  
transgredi casta non me pudebit. Hu-  
iūsum odi siquidem absurditatum mon-  
stris apud historicos inueni, quibus  
& bellum indixi, patrocinari studies:  
sed eam senserunt cladem lib. 3. cap.  
10. 15. ut non recalciatura post hac existi-  
mem. Delectu certe opus est in tanta  
historicorum uarietate, si operam &  
bonas perdere horas nolis. Enim uero  
sunt qui nihil aliud agunt quam lu-  
dunt, & aures animosque otiosos de-  
mulcent adductis tantum ad hoc nar-  
rativisculis: quales sunt Heliodorus  
& Philostratus, & his uetusiores, ni-  
hilo tamen grauiores, Herodotus &  
Ctesias, ob nimiam mendaciorum li-  
centiam oblitterati dudum, in quibus  
uix quicquam præter facundiam lau-  
des. Si adhuc illiusmodi narrationum  
fidem urgeas, patrocinari non erube-  
scas: etiam quemadmodum proximo anno  
comperi, typis nihilominus  
Coloniae excusa anno 1572. & scripta  
à Iusto Blancvall Theologiae Licen-  
tiato, nimirum statim ab horrenda cla-  
de in nuptijs Lutetianis anno 1572.  
Augusti die 24. perpetrata, in Innocen-  
tium cœmiterio Lutetiæ paliurum uel  
spinosum arbustulam, annos aliquot  
excucam aridamque denud effloruisse,  
foliaque simul & flores profundiisse,  
quemadmodum & siccum at borem,  
cui Christum per mare gestans inni-  
tebatur diuus Christophorus, incun-  
ctanter da stylos produxisse. Subiun-  
git tandem is historicus Theologus,  
ut fidem suis historijs conciliaret, circa  
Embricam ciuitatem Clivensem  
in Observantium monasterio haud ira-  
pridem imaginem D. Anthonij à pel-  
lione ijs uerbis conculcatam: Si quid  
in te est uicium Anthoni, ostende. &

uestigio ignem è cælo delapsum eosque ipsius inflammasse tibiam, ut intra triduum perierit, nec ad sepulturam, nisi extra oppidum, fuerit admisus. Quum autem proximè in nostra vicinia sit hæc urbs sita, in qua etiam quām frequentissimè uerser, figmentum esse certo certius noui, quod tam ueritatis fidem apud posteros superstitionis amantiores sortitur. Cæterū quod me nouas approbare historias, quæ me & suffragantur sententiae, eo ueritatis prætextu, quo reliqua, exprobras, quanquam à me hoc facile posuit dilui, nimirum, quod plerique à me non ita in cunctis approbentur, quām aliquando ea adducatur ratio ne ob argumentum affinitatem, ut etiam alios meae esse sententiae innotescantur te quoque iam tertio hic tui meminisse diceret, & intelligere, in te ipsum meritò hanc cudi fabam, qui aliò iniquè torqueas, cuius terrum esse fatearis oportet, uelis nolis. In scholijs siquidem libri 4. de Vita longa scribis: Si qui prauitatis suspetti scriptores quandoque nominentur (citentur dicere uolebas) ab alijs bona captari uelim, malè repudiari, ut Virgilius aurum è stereore legisse prohibetur. Cur mihi minus quām tibi huius licentiae priuilegio frui concedētur? Hinc & Olaus me probare, quem saltem nominauit, calumnijs & uerborum inanitate commentum te esse, mihi testimonium prohibebit mea de eo sententia, lib. 2. cap. 7. Recitatis etenim prius ipsius uerbis, mox subdo: Multa alia eiusmodi maleficorum opera enarrat Olaus impudenter satis in eiusdem libri capitibus diuersis, qua profectò non semper fidem merentur. Proinde in ijs recensendis breuior esse uolui.

Quod insuper plerasque Sibyllas spiritu coelesti afflatas fuisse negauere.

rim, mirum quām indignanter excanderis, ut etiam ingenij ruditatem hic mihi obijcere libuerit. Verum si tu meam de Sibyllis sententiam, aduersus te simul in præcedenti Apologia explicatam, tui ingenij subtilitate con futaueris, tuæ futilitati (subtilitati dixisse uolebam) libenter, ò magister nostre subtilis, cedam.

Aduersus item magiam naturalem clausis me ferri oculis, tantum abest ut agnoscam (quāquam & hoc mea dacie, ut soles, impingis) quod etiam eandem debito suo celebrarim encōmio. Tēstimonio erunt mea hæc uerba ex lib. 2. cap. 3. Penitissima illa naturalium rerum abstrusarum speculatio & cognitio, uera nimicu philosophia sanctioris magia, à sapientibus solenni plausu excipienda colendaq; à me hiū non eleuatur, cui etiam nulla ex parte derogatum uolo, &c.

A' Physicis ligaturis tantum abest ut ab horream, uti tu maleuolè clamitas, qui etiam tuas ex libri mei 5. cap. 6. transcriperis, ut eas etiā ualde problem capite sequenti. Interim tamen me à periaptorum nulla ratione nixorum uanitate alienum tantisper fatebor, donec aliter saniori doctrina erudiari. Enim uero ea etiam detestatur execraturque, licet & sacris insignita sint uerbis, os illud sincerioris nostræ fidei aureum: Dic, inquiens, sacerdos Chrysost. bo mil. 43. in ca. Matib. 23. inspiens, nonne quotidie Euangeliū in Ecclesia legitur, & auditur ab omnibus: cui ergo in auribus posita Euangelia nihil prosuat, quomodo possunt circa collum suspensa seruare? &c. De his copiosius libro 5. capite 8. & 9.

A' Tralliano, Aëtio, Gordonio, medicis à me citatis dissentire me in periaptis, quum tam indignanter & acerbè feras, quare tu ijsdem in alijs curationibus legitimis, ubi à me illis tribui

tur non parum, fidem cum Paracelso denegasi? Meam potius in ferenda sententia & quietatem commendare debebas, qui in solius veritatis fidem iuraverim, rationiq; dederim manum.

Vegetij suffitum ad fascinum tollendum, dæmones fugandos, & grandinem inhibendum, & in meam contumeliā quoq; repetere, non aliò interpretari quo, quām à te alicubi causam singulari affectu contradicendi. Vquiero inquisi, vel potius emendandi. Huius si quidem controversiæ, num scilicet ex materia naturali talis suffimenti conscripta lib. nostro 5. cap. 41. ualeant lustri animalia, fascinum abigi, arceri maligni spiritus, grandines auerti, cuiuscunq; sapientis & pīj æquo arbitrati committere neutiquam grauor: quinimò ut extrema mox experiar, ad 20 ipsam pronoco experientiam, certissimum nostræ diffensionis iudicem.

Quod præterea dæmones habere corpus seminis capax, & eudæmonias nepholum, id est, filios Dei cum filiis hominum copulatos, peperisse gigantes intelligas, aliorum auctoritatē fecutus, sine ullius demonstrationis adminiculo, blasphemia est maxima: quod et si impio ausu contra me in cœlestium angelorum contemptum defendere non erubescis, nihilominus tam esse uanum quām quod uanissimum, ingenuè & liberè contra cuiuscunq; securi affirmantis patrocinium affirmo: aliter persuadeat suæ clientela ipse Beelzebub, atq; suum dementer satellitum utut uolet. In seminis si quidem humani genimine, & ad slobolis propagationem requiruntur cum primis materia & organa conuenientia: nimirum alimentum, unde caloris naturalis actione sanguis generatur in corpore & spiritu: inde penis & testiculi ex carne, uenis, arterijs, neruis, sanguine & spiritu compositi, & si quæ a-

li huic productioni necessaria, requiruntur. Vbi iam tu Suauissimis omnibus constare dæmones compobaueris, quod etiam si terræ cœlum misceas, omnino nequis, clamites, fremas, fendas, rugias, mordices quomodo cuncti libuerit: me facile in tuæ philosophiae carceres traduci sinam. At ualidiora erunt peruestiganda præsidia, quām ex ieiuno Georgij Pictorijs scripto de materijs sublunaribus mendicante obtrudis, ubi hic scilicet pronunciat suæ existimationis prærogatiuā, Lamias à dæmonibus iniri & páre. Euge, ipse dixit & facta sunt, ipse creauit & creata sunt. An'ne Pythagoricorum illud ad nos ipsa Pictorio tribuis? Pictorijs nomen unde tati à te sit, qui ne Cardani quidem philosophi haud vulgaris, uti & quorundam aliorum nō obscurorum uirorum mentionem à me toleris? At tua male dicendi, criminādi & calumniandi libertate fruere, quamdiu uoles, quum tibi connatum esse videatur: à me post hac fortassis non impedieris. quid à meis sis expectaturus manibus, me in cœlestis conubernij communionem ex Dei gratia per san guinis Christi aspersiōnem sublatu, ex 30 perieris, nisi ad mentem redeas, & alios dentibus tuis uirulentis impetere definas.

Conuersiōnem adhac Arcadum in lupos transmisso stagno ex Plinio, ueram transmutationem suis, Pomponium dicere, uti & Paracelsum lib. i. tu quoque adducere audes: sed rationum euidentissimarum opera secus demonstravi libro 4. cap. 22. attestatur mihi & Augustinus li. 18. cap. 18. de Cuiitate Dei. Bonas hīchoras diluendie calumnijs & falsis opinionibus longius impendere, lectorēmque benevolentia inutili minusq; plausibili argumento suspendere diutius nō libet, quum ijs pali sim in meis libris ita sit obuiā itū, ut cui-

ut cuius *æquo censori* satisfactū esse sperem. Per me licet ut uelstrorum magnalium merces ad satietatem prædices, pexi aptorum monilibus gloriari, characterum fastu turgeas, symboloru magnificientiam ostentes, ænigmatu nodos explices, mysteria, si quæ nouis, in aurè insuffres; si sagacior Oedipo, nasutior Momo, seuerior Aristarcho: fremas, frendas, rugias, mordices: sed te nemini unquam, uel saltē paucis, ex abditissimo illo arcanaorum puto quicquam attulisse opis (num læseris, secretius tua tibi mens dictabit) deierare ausim: quū ueteri & methodica curandi ratione per numinis fænum me quamplurimis profuisse, quibus tuæ fæctionis homines malam certè nauarunt operam, testimonium mihi perhibebunt spectatæ fidei homines tam nobiles, quām alij in his provincijs, ubi stipendio publico medicinam hæc tenus feci. Tantundem & amplius effecisse in artis nostræ operibus, eiusdē methodi adminiculo, insignis dostring atq; usus virum clarissimum D. Ioannem Capellam archiatrum regium, cuius beneficio te quibusdā gloriæ insignibus ornata in epistola nūcupatoria ambijsisti, dubitare nolo.

*CENSURA QVORUNDAM  
doctorum piorumq; virorum de hec Ope-  
re, explicata literis ad D. Ioannem Vnie-  
rum datis: quarum hec prima Theologi-  
quidam eximij est, & abbatis doctri-  
na, uirtute atq; existimatione  
clarissimi.*

**S**Alve uir, ut eruditissime, ita multis nominibus mihi commendatisse.

Miraberis, sat scio, quid mihi in mē-  
tera ueniar, quid cōm te ne de facie  
quidem nouerim, aliquid ausus sim  
ad te litteratum dare. Verum non te la-

teat uelim, me huic initium, ac manibus pedibusq; reluctantem esse ad ductum, ingenij tui pulcherrimis munētis: quæ profecto eiusmodi sunt, ut uel saxa muta, nedum bruta anima lia, in amorem pariter ac admirationē tui raperēt. Nam liber ille tuus de Dæmonum præstigijs, Deus bone, quantum habet solidæ dostring, acris inge- nij, ac iudicij consummati? Quis putaret tam longè lateq; patrē uestra Phy sicam? Nunquā mihi magis arrisit de uobis, quām in præsentia, grauissimū Homerij testimonium:

*Vir medicus multis alijs præstantior unus.*

Certè librum illum nescio quo cum fructu, summa cum animi uoluptate, non tam legi, quām penitus deuorauit. Quem equidem uideo talēm esse, ut haud dubiè nomen tuum immortali cum gloria ad posteros transmittat. O' felicem Cliviuā, que tantos habet literarum heroas: feliciorē, que ueluti eam decet, eos amplis stipendijs alit, meritissimisq; auger fortunis: felicissimam, cui præfet Princeps non modò doctus, pius, ingeniosus: sed etiā dostring, ueræ pietati, nobilibusq; ac feliciter natis in genijs mirè, & utroque (quod aijunt) pollice fauens. Nam quanquam hic Princeps ob præstantes cum corporis tuu animi dotes, ubique terrarum optimè audit: tamen inter cæteras clarissimas eius uirtutes, clariorem existimo nullā, quām quid ut ipso doctus est, ita ad euehendos, quos singularis aliqua eruditio commendat, si eus, natus & educatus uideatur, iuxta illud clarissimi uatis:

*Principis est uirtus maxima, nosse suos.*

Gaudeo mehercule, & ex anima gaudeo, te diuine uir primum hāc glaciem perfregille, & miserias aniculas ab atroci quadam tyrānide vindicasse. Cardanus quidem non nihil uelita tua fuerat in lycophanta illios: tu au-

rem apertis uellis eos ipsos inuasisti;  
Macte o ingenio, macte uirtutibus iustis:  
Rite Vuicrus eris, nunquam tua fama peribit.

Crede mi Vuicre, non modò hac opera multos sani iudicij uiros, quasi Herculeo nodo tibi deuinxisti, sed optimè de religione Christiana meritus es. An non erat in detrimentum nostræ Reipublicæ, plus concedere diabolo, & nescio quib. malis genijs, 10

*z. Cor. ii.* quām unigenito filio Dei? Paulus, ut uir prudens ac circumspetus, non audet se dicere, cum ad tertium usq; cœlum à Deo esset sublatuſ, raptum ex terra corporuſ: sed siue in corpore, siue extra corpus, inquit, nescio: Deus scit. & de re plurimi D. He-  
renimus in uel Lucas amplissimus in Gestis A-  
postolicis est testis. At nostri maiores 20  
( si dijs placet ) credebant ope dæmo-  
num mulierculas uolitare per aera, in-  
gentia corporaliter spacia regionum  
transmittere, subinde in feles mutari:  
atq; adeo, si hthonos auribus, cum iphi-  
malis genijs actu uenero congregati,  
ac quali permisceri.

*Cum damo-*  
*nus fornicu-*  
*sint, spirituū,*  
*que ipsa l'ea.* O' cœcata hominum mente, ô pectora cœca.  
*ritate solle-*  
*carni ossa*  
*non habent.*

*Lxx. 14.*

Quis fascinavit quæſo insenſatum  
hunc mundum, ut tam imprudenter  
ſabulis anilibus adhærentes, à nuda  
ueritate aberarent? Sed dicer mihi  
quispam: Num tu H. creditis, quæ ipſæ  
tormentis exagitatae, ingenuè conſi-  
tentur? Certè tormentis h̄dem non ef-  
ſe adhibendam, doctissimi atque gra-  
uissimi quique dicunt. Nam in tor-  
niibus mentitur qui pati multa potest,  
mēritur qui nihil pati potest: dum hic  
non uult fateri quæ fecit, alter plura  
faretur ſe perpetrare, quām unquam  
uel per ſomnium cogitauit. At quid  
ſentendum quæſo, de mulierculis illis,  
qua ea ſe fecisse aiunt, qua in re-  
rum natura ſunt nusquam? Accidit  
hic intra triennium, huius ferè reime-  
morabile exemplum. Omnes mona-

chi ex uino pessimo & pendulo, que-  
nūm ſele ingurgitauerat, ad unum  
intra annum ferè perierunt. Sacrificiu-  
lus quidam perſuafit prædecessori, ut  
uocant, meo G. in cauſa eſſe paupercu-  
lam quandam aniculam, qua certis  
ſub gradibus poſuifſet præſentissima  
ueneficia, ubi monachis ſemper eſſet  
in choro ſtandum. Quid multa credi-  
tum eſt impoſtori, coniectaq; eſt miſe-  
ra anicula, Vulcano litanda, in uincula.  
Statuit uerator ille ciuibis diem,  
quando locus eſſet ab omnibus perlu-  
ſstrandus. Conuenerunt statuo die mul-  
ti mortales: euolutoq; lapide, mira ma-  
nuum celerritate è manicis eius que-  
dam emortuæ ranæ, lacertæ, quas è  
campis in hunc uſum ſe legerat, ac li-  
maces ceciderunt in foueam. Fuiſſentq;  
hæc omnibus credita, condemnataq;  
ad ignem fuſſet anicula, niſi uir qui-  
dam acri iudicio ſucum ac ſtropham  
ſagacibus oculis conſideraſſet qui tan-  
dem effecit, ut tota tragicoomedia  
in fumum euaneſceret: parumq; abſ-  
ſet, quin præſtigiatore cum ſuis quí-  
quilijs putribus ouis à pueris & colu-  
m mulierculis impeteretur. Verum de  
his ſatis ſuperq; Clarissimo uereq; ge-  
neroſiſſimo Principi tuo me com-  
dabis, atq; in unico conſeruatoro no-  
ſtro perpetuo ualebis. Celerrimè, E,  
tertio calendas Iulias, Anno 1563.

Tui nominis amantissimus

A. H. H. A. E.

**TAROLVS GALLVS, EC-**  
*clesiasles Hammonensis.*

S.P. Per Christum. Ut tui codicis do-  
ctrinam diligenter perlegerem, ſingu-  
laq; accuratius pro iudicii mei tenui-  
tate examinarem, ponderaremq; effe-  
citoribilis ea Satanæ rabies, qua ſu-  
perioribus annis in haec ecclesia Ham-  
moneni graffata eſt, & multos aliquati  
ſper exercuit. Noſti mi Domine Vuic-  
re, uit

re, uir præstansime, huic malo mul-  
tiplicia excogitata adhibitaq; esse re-  
media, uariaq; de eo iudicia, tam in no-  
stra Republ. quam inter moniales uir-  
gines uicini monasterij Kenterpē, un-  
de hoc ipsum initio ad nos dimana-  
uit. Interposuit suum iudicium quidā  
Simon exorcista cæcus infelicissimè,  
qui mox à propria coniuge dæmonia-  
ca miserabiliter interfecus, suæ impiæ 10  
audaciam pœnas dedit. Ad eundem mo-  
dum quidam senex monachus Fran-  
ciscanus, cui nomen frater Lindeman-  
nus, tentauit confidenter suis exorcis-  
mis: sed & ipse mox, dum etiam instru-  
etus ad Missam celebrandam iret, re-  
pentina morte percussus, interiit. Hos  
secutis sunt & alij duo eiusdem ordinis  
in hac civitate fratres, palam in nomi-  
ne mille dæmoniorum excitantes dia-  
bolicam tragediam, longè omniū ter-  
ribilissimam, cuius historiam te acce-  
pisse arbitror. Nec defuit quidam suf-  
fraganeus episcopi, cum pastore quo-  
dam, adiunctis etiam medicis, omnes  
ab antiqui serpenti solertia delusi.  
Tandem etiam per Vulcanum ablato-  
rent, quæ has dæmonum larvas suis  
incantationibus peperisse credebatur.  
Sed neq; hæc seueritas medicamen-  
tū, quod expectabatur, attulit. Quod 30  
etiamnum præsens calamitas inter uir-  
gines eiusdem econobijs Kenterpē heu-  
nimum testatur. Porro tuus codex mi-  
rum in modum exprimit Satanæ natu-  
ram, ingenium, soleritiam, curam, stu-  
dium & rabiem, quibus grassatur mil-  
leartifex, fallax & potens in incredu-  
lis: quorum aspectibus, uarijs artibus  
illudit, prout merentur eorum pecca-  
ta. Et ego sanè iam experientia com-  
pertum habeo, eius generis diabolici  
præstigijs & dementationibus, nō ali-  
ter quam iuxta sententiam in tuo li-  
bro pulchrè expressam occurendum.  
Nam nostri energumeni omnes, nem-

pe quindecim numero, iam Christo  
proprio liberati sunt, non exorcismis,  
aut externis ceremonijs elementorū:  
sed uirtute fidei in Spiritu sancto, per  
fidelem verbi Dei instructionem, per  
assiduas preces & ieunia, quibus ceu-  
ueræ ad Deum conuersiōnis optimis  
medijs usi sumus sedulō. Huc accessit  
manifestissima experientia de incan-  
tationum unitate, quam etiam in tuo  
libro urges argumentis grauiissimis, &  
meo indicio demonstrationibus cer-  
tissimis, quantumvis illæ à communi  
ueterū sententia dissentire videantur.  
Ego namq; iam aliquoties deprehen-  
di ex ipsis lamijs & sagis, artes, quas  
præsertim de carminibus & impensi-  
bilibus incantationibus & fascinatio-  
nibus iactitare solent, meras esse ine-  
ptias, delirations, & somnia, quibus  
se admiscet Satan. Et anno superiori  
cognoui multas ineptias ex priuata  
confessione cuiusdā uerulæ incatatri-  
cis, quæ cum audisset in mea concio-  
ne explicari locum ex Actis apost. cap.  
19. quod multi Ephesiorum, ex eis qui  
curiosas artes exercuerant, comporta-  
toſ libros exulserunt coram omnibus,  
&c. protinus accedit animo plane co-  
sternato: & cum lachrymis arcana sui  
pectoris in sinum meum effundens,  
institutionem Christianam admisit. &  
cum diabolicalarum imposturarum ua-  
nitatem Dei beneficio intellexisset, &  
apertis oculis spectasset, facile relatis  
mendaciorum fumis, ad ueritatis lu-  
cem conuersa est. Hęc semel admisit  
ueritate, sibi meridiana luce clarius eā  
apparere, satanamq; suorum manci-  
piorum oculos tantum perstringere,  
& nihil in ueritate geri confessia est co-  
stantissimè, cum detestatione diabo-  
licæ suæ artis. Huius exempli histori-  
am contexere plenius cum suis circu-  
stantijs forcè operæ precium foret, sed  
non ita tutum, propterea lubens fu-

persedeo. Vno uerbo dicam, me satis experientia didicisse, bonam partē incantationū mera esse insomnīa. Quod cognoscit clarius, quisquis saltem uel doctrinam de insomnijs penitus introspicerit. Probatur ex Aristotele, Hippocrate, Galeno, alijsq; philosophis, imd & quotidiana experientia constat, in somnium naturaliter esse in homine simul & brutis, & uisa uersari plerunq; circa phantasmā quod maximē præ ceteris experiuntur uel cæci, uel dormientes, uel melacholici, uel phrenetici, & alij qui sunt in sensu cōmuni & mente uitati. Quod si uero Sacras literas de insomnijs tradentes inspexerimus, deprehendemus etiam præter naturā sēpissimē immissa esse insomnia: idque uel per bonum spiritum, uel malum, aliquādo obscurius, interdum clarius: & aliquoties in ijs tam manifestas uisiones, imagines & spectra obisci, ut etiam sancte iurares, omnia sic uisibiliter, corporaliter, & in ueritate agi. Obscurius & extra naturā ordinē à Deo propositas habuerunt rerum futurārū formas Pharaon, & eius pincerna, & pistor, necnon Nabucadnezar Babyloniorum rex, Iosepho & Daniele eorundem interpretibus. Evidenter autē formas & species confpexerunt Ieremias, cui olla feruens ostenditur ad Aquilonē conuersa, & alia quām plurima. Item Ezechiel, & impius Balteazar, successor Nabucadnezar, dum cernit in pariete manus scribētis articulos. Omitto insomnia & uisiones sanctorum in novo Testamento, Iosephi uiri Marij uirginis, Petri, Pauli, Ioannis, coniugis Pilati, & aliorum. Porrò caco daemoni mitatur Deum cœu simia, in suis mancipijs: quod præter quotidiana nostra rum Lamiarum exempla, etiam pri scitorum ethniconorum monumenta abunde testantur. Nunquid Satan olim

505  
sua oracula edidit in illis locis, ubi homines ad impetranda insomnia & uisiones pernoctabant, quale fuit Amphiarai, Amphilochi, Trophonij & Aesculapij: profecto ijs in locis dormientibus malignus spiritus monstrabat pharmaca & remedia, quibus iuarentur infirmi, simulque de alijs negocij respondebat. Et ad obtinendum huiusmodi insomnia & uisiones mandabantur lescitantibus nescio qui delectus ciborum, & secubationes, & purum quidam castiq; dies. Pythagorei fabis abstinebant, eo quod turbulentia somnia gignant. Hæc & similia, mi Domine Vuiere, qui quis exācte considerauerit, intelleceritq; facillimē iudicabit lamiarum artium uanitatem, probabitq; tuum iudicium. Manet enim satan semper sui similis, & quas olim inter infideles operatus est illusiones, & demeraciones, easdem etiamnū exercet: perpetuo nempe fumos, & uanissimas umbras, somnia recte dixeris, pro ueritate uendens. Habes breuiters, mi Domine Vuiere, sentētiā meā. Probo diuinum collyrium tui codicis, quo multorū caliginosos oculos purgasti. Diuinitūs hoc datum esse, facile iudicabūt, obuijsq; ulnis complectentur, quin & magicarum artium incantationes minus formidabunt, quotquot librum tuum cum fano iudicio legerint, & intellexerint. Vale per Christum. Datum Hammone, 26 Decembris, Anno 1565.

CLARISSIMO VIRO BARTOLO  
Ricchio, LL. Doctori, ac Illusterrimi Principis  
Henrici Ducis Brunsvicensis ac Lunenburgensis  
filiario, Domino suo obseruan-  
do, Caspar Borcholt S.

CVm nuper, clarissime uir, de La-  
miarum uel sagarū fraude, quas  
ueteres Striges uocabant, quo  
iam à Magistris sine discrimine  
ad flammā

ad flammas rapiuntur, inter nos sermo erat: tua excellentia uel è grauitate que indicavit, magnam in hoc maleficio dijudicando prudentiam adhibendum, ne temere ac leuiter in penis infligendis aliquid statuamus: cum & leges ciuiles prioniores ad lenitatem nos esse iubent, ita ut etiā in grauioribus pœnis benignitatis respectum habeamus. I. respiciendum. & I. absentem de penis. Quād uero in hoc maleficij negotio multa nunc confusæ, turbulenterq; ex sinistra, fanaticæ ac pestilenti solū suspitione agantur, ex hoc liquet, quod laudabile illud discrimen inter prophanos uel infames magos, Lamias, & ueneficos, qui ueneno uel propinato, uel illito, uel in eo loco ubi terram inficiat posito, bestias & homines lœdunt, & propterea meritò lege Cornelias gladio feruntur, sit confusum, & hactenus confusè de his actum & pronunciatum. Ut autem præclarioris hæc differentia, unde pro qualitate delicti pœna infertur, magis magisque tuæ excellentiæ invotesceret: promisi me transmissurum tibi librum clarissimi hominis, doctoris Ioannis Vuieri, ante annos aliquot de Præstigijs dæmonum, incantationibus ac beneficijs, tam ingeniosè, acute & doctè scriptum, ut ab omnibus doctissimis viris in Burgundia & toto Belgico numinis loco habeatur. Ego profectò quoties præstantissimi huius ævi jurisconsulti facobi Cuiacij, olim præceptoris mei Biturigibus in Galia, mihi omniibus modis obseruandi, recordor (recordor autem sæpe) tum cogor cum eo hoc fateri, nullum me librum maiori cum uoluptate percurrisse: & nænia fabulasque nostros legum Glossatores, si posito affectu cum hoc scriptore conseruantur, nobis reliquissime, quoties hoc negocium tractandum suscep-

902  
runt. Cum autem & tuam excellentiam optimi iudicij esse non ignorem, peto, ut quantum temporis publicis negotijs suffurari queas, huic libro præsenti perlegendo impendas. Et mihi per occasionem tuam de hoc libro sententiam, quæ magni apud me ponderis est, rescribas. Si uero quid rote hoc Libro perlesto ad proposi-  
tam questionem de sagia uel lamijis non ita sine discriminè crudeliter cō-  
burendis, quod nunc tanta contentio ne in Republica agitur, rectè iuste que dictum inuenieris: tu illud amplectere, ac quantum potes, innoxium san-  
guinem defende. Acutinam talem o-  
mnes in hoc sanguinolento negotio  
animum Principes gererent, qualè Il-  
lustrissimus, experientia ac literis do-  
ctissimus Princeps GUILHERMVS Iu-  
liae & Cliuiae Dux: cuius Principe uiro  
digna sententia de Lamijis, in Proce-  
mio libri annexa est. Non etiam ue-  
reor, cum sis (ut Cicero de Catone re-  
ferat) librorum helluo maximus, ut tæ-  
dium aliquod in legendō tibi obue-  
niant. nam ita historijs, & iucundis na-  
turalib[us] liber est refertus, ut uix ul-  
lum librum hoc iucundiorem extare,  
affirmare ausim. Vale: Datum in castro  
Sturuolt, 7. die Augusti, Anno 64.

IOANNI VVIERO, MEDICO  
& philosopho clariss. Theodorus Zuining-  
gerus Basiliensis Medici  
eius S.

**H**erculi mōstrosū domitorū sum-  
mos olim honores à Græcia ha-  
bitos pro-repurgato terrarū or-  
be, grauissimorū auctoriū monumen-  
ta teitatur. Tibi uero, uir ornatissime,  
qui de Præstigijs dæmonum Cōme-  
tario edito, wolumen et illius ueterato-  
ris stratagemata & insidias elegâter &  
eruditè detegis, respubl. literaria in pri-  
mis plura quam uel cogitare unquam

possit, se tibi debere, honorum omnium incredibili cum consensu, non obscurè fatetur: deinde etiam uniuersus orbis Christianus nunquam inter mortuorum laudibus perpetuò prædicabit. Quæ quum mihi communis cum multis uirtutes tuas suspiciendi atq; colendi occasio fuerit, tu uero priuata quædam, hoc est, ordini nostro conuenies, accessit. Quandoquidem subinde ueterem medicinam contra furolos impudentissimorum sophistarum conatus ita protegis, ut tuis successibus omnes, qui non penitus mentem densis fumis denigratam habent, merito gratulari debeant. Et certè tali opus erat ~~adfinans~~ contra tam multipliciter belluam, quæ sub artis medica p̄textu, impietatem magicis delirijs suffultam, non obscurè, subdolè tamen, profitetur. Tibi igitur, uir doctiss., protam honesto certamine, pro tam felici successu, an reipubl. literariae potius, pro tanto patrocinio gratulari debeā, reuera ignoro: tua interim uirtutis & eruditioni fausta & felicia omnia ex animo precor. Nam hortationes nostras, nec ætas, nec animus, nec eruditio tua ferunt. Cæterū ut ~~in rō locu~~ non modò ~~re~~ p̄ficiantur, ~~in rō~~ p̄ficiantur proueniat, etiam atq; etiam à te contendeo, ut in amicorum tuorum numerum me recipias. Quod si propter Perspicacicos, quī ~~adversari~~ omnem ex amicitijs tollere nituntur, facere non licebit, at certè inter dis. tuos locum nos obtinere patiaris. Ego, quantum in me erit, operam dabo, ut nec obseruantia, nec benevolentia uel tui studiosissimis inferior fuisse videar. Libertatem nostram, si huius quoque causas exquiris, tua in primis humanitas cum pari eruditione coniuncta, deinde etiam Oporini autunculi nostri commendatio fulciant atque fouent: cumq; te Oporino amicissimum esse

sciam, in me fortassis, et si nullo merito nostro, attamen iure quodam cognationis, partem amoris tui deriuari posse confido. Id ut facias, uir eruditiss., te etiam atque etiam rogo: & nisi molestum est, spem nostram non inanem fuisse, ex literis tuis intelligere cupio. Vale Uuiere clariss. Basileæ, IX. KI. Aprilis 1566.

D. BALDVINI RONSEI  
Medici, doctrina & artis usu  
celeberrimi, iudi-  
cium.

**O** Porinus ille noster, homo iuuans studijs natus, proximis nudinis Francfordianis ad me misit fragmentum operis tui (nondum enim, uti suspicor, supremam manum iam imposuerat) de Dæmonum præstigijs: quod certè multo mihi gratissimum erat, tum quod D. Daniel noster Brouchulius Reipubl. Gorcomiensis à medicinis, aliquando eius apud mentionem fecisset, & singularem super communem hominum conditionem ingenij tui dexteritatem prædicasset: tum quod sperarem, aliquando detectis huiusmodi muliercularū necris, idolomaniam, quæ multis abhinc seculis hominum mentes occupavit, penitus eradictum iri. Nam quantu[m] us annis abhinc uiginti Iacobus Sanguis, Andouerpianus medicus, eiusdem argumentum mihi adhuc tum iuueni librum communicasset, quem aliquando, ni mors in opinâ uirum inuasisset, typis commendare decreuerat: non uidebatur tamen is esse talis, qui infinitam iudicium opinionem euellere posset, siquidem, eti physicus quibusdam demonstrationibus deliramenta quædam esse declararet: concessit tamen multa, quæ tu argutissime & maxima cum ratione refellis: neque is (ut bona uenia uiri alioqui doctissimi dicam) usque-

905  
usque ad Scripturæ sacrae testimoniū innitebatur, ut qui sua professio-ne contentus, medicis physicisq; argu-mentis tantum stabat. Tu contrā, anti-quissimorum Theologorum, Jurispe-nitorum, atq; eorum qui de Magia scri-pserunt (ut interim medicos taceam) argumentis innixus, quum aliquid se iam egisse putant, nihil prorsus iam auctum conuincis, & ut habet Græco-rum diuerbiū, *καὶ οὐκεπιέντες*. Dignū meherculē cedro opus, dignum quod omnium manibus sceleratissimo hoc tempore circumferatur, dignū quod omnium mentibus imprimatur, &c. Scriberem aliquanto accuratius, ni Brouchusij nostri propra quædam festinatio, dicere simul ac scribere co-egisset. Vale in eo qui cuncta potest.  
Goudæ, nonis Maij, Anno 1563.

D. IOANNIS EVVICHII, ME-dici et eruditissimi et excellen-tissimi sententia.

**Q**uantum voluptatis cepерim ex suis libris de Præstigijs dæmonum, ὡδαῖοῖς νλαῖοῖς ἐθλοῖς εἰν χθο-  
σι τωσλαυτοτείχη Vuiere, uix sati uerbis ex-plicare possum. Video enim singularē in ijs prudentiam, iudicium solidum, 30 copiam rerum necessiarum, ordinem mirificum, sedulitatem incredibili-lem, deniq; animi pietatem (abit adulationis suscipio) & religionis Christia-næ puritatem: eamque passim propugnandi aduersus omnes impiorum hominum insultus, & dæmonū fraude-s animositatēm infrastant. Deinde non solum, quod ipse sære mecum cogitau, sed etiam quod unicè & o-ptau & expectau, in illis abundè sum consecutus. illud autem est præcipue, quid de Lamijs (quas vocant) nostri temporis sentiendum sit, quid uane illarum incantationes efficere pos-sint: & tandem, an pœna illarum ad

906  
mortem usque extendi debeat? Quæ-tria tam uelim hodie omnibus esse re-  
& cognita, periuasaq; quām plerūq; indoctis doctisq; temerē credita. Pu-det autem mo propemodum nostri se-culi, qud tanto ueterino sopitum res tam uiles necessariasq; non diligen-tius inuestigari, & matrius in lucem ediderit. Omnes enim ferē tam Medi-ci quām Iurisconsulti & Theologi (quorum tamen maximē intererat, hæc ad unguem cognoscere) contenti maiorum consuetudine, nimis faciles aures præbuerunt fabulis: nimisq; te-merari, ne dicam iniquè, de uita mor-teq; multorum pronunciarunt. Sed cum cogito, idem hodie & ante ætate nostram in illis obseruatū esse, qui iudicabantur hæretici (scilicet qud à Rom. ecclesia in interpretatione quo-rundam articulorum doctring, uel usu ceremoniarum, nulla seditione dissen-tirent) quorum tamen uel aduersarijs testibus, mens Deo deuota uitaq; in-culpata fuit: minus mirum uidetur, qud in hac Lamiarum causa, quē ple-na semper fuit tenebris & dæmonum ludibrijs, cæcutiant, cæcutiendoq; in-fontes sære feriant. Evidem ab eo tempore, quo ætatis maturitate, ac-cidente qualicunque institutione, usū-que, res humanas cœpi intueri, ualde semper deplorare soleo hominum ignorationem. Nam ea mihi causa ui-debatur uniuersi mali, quod tam mul-tiplex in uita nostra grassatur. Quod ethi ipsus, maximē adhuc ignorans, Dei tamen gratia cognouerim & de-fluerim: nihilominus communī cæci-tate impeditus in præsenti materia, o-culos altius adhuc cattollere, & uerita-tem ipsam intueri nondum potui. Quare quando ingenij mei exiguita-tem probè scirem, nec negare nec asse-uerare statueram. At nunc iudicio tuo confirmatus, lucem mihi uidere vide-

DOCTORVVM  
 or, & qua eundum & ubi sistendum  
 sit, satis intelligo: agoque immortali  
 Deo gratias, quod tua opera eas res  
 nobis parfecerit, quae non eruditis  
 modò & ritulo doctoribus, sed etiam  
 omnibus hominibus, multò uerè ma-  
 xime Christianis cognitu necessariæ  
 sunt. Proinde ne quicquā credā post-  
 hac illis, qui ita præsenti cuicunque u-  
 fui inhæscendum putant oportere, 10  
 ut nullo modo aliorum quamuis pio-  
 rum eruditorumq; vigorum modestè  
 propositam sententiam audiendam,  
 cognoscendam, recipiendamque esse  
 uelint: longè à principiis illius consilio  
 dissentientes, qui cum necessitas po-  
 stularet, Non dicitur ait, òr̄ris de your aperiorum  
 meritri*o*riatus, òr̄ris non uolentus, iuri dicitur aperiorum  
 uerō. Nam cū, ut dixi, omnis mali ori-  
 go & fons ab ignoratiā oriatur, & hec 20  
 uolo (qui est uerè pater tenebrarū,

falsitatis & confusionis) principium  
 suum ducat, meritò omnis boni cauſa  
 uideris debet sapientia & cognitio: quip  
 pe quæ lucem, ueritatē, & ordinem in  
 tota uita & omnibus actionibus no-  
 stris pariat, conseruetq; Faceſſat ergo  
 omnis pertinacia & morositas: fitq; li-  
 bera ut audiendi, ita & dicendi scribē-  
 diq; facultas: eatenus tamen, ut is la-  
 bor utriusq; Reipub. insignem utilita-  
 té spectet, & ad Christi Seruatoris no-  
 strī regnum propagādum, diabolū ue-  
 rd & Antichristi tyrranidē labefactan-  
 dam præclare faciat. Vale clarissime  
 Vuiere, monstroſarum opinionum no-  
 stræui non minime Hercules. Vale  
 inquam: & perge porrd esse, quod fec-  
 liciter glorioſeq; cœpisti, πατέρι τι τῷ μέ-  
 γαχερικῷ πλάνῳ, παύτιτε δέμη, δοσμοῦ  
 Duisbergi, Anno 1563. ipsius  
 Calend. Iunij.

909. 310

PSEVDOMONAR-  
CHIA DAEMONVM

O' curas hominum, & quantum est  
in rebus inane?

**N**E Satanicæ factiōnis monopolium usqueadēo porrò delitescat, hanc  
Damonum Pseudomonarchiam, ex Acharonicorum Vasallorum ar-  
chivio subiractam, in huius Operis de Demonum præstigijs calce an-  
nectere uolui, ut effascinatōrum id genus hominum, qui se magos ia-  
cilitare non erubescunt, curiositas, præstigie, vanitas, dolus, impostu-  
ra, deliria, mens elusa, & manifesta mendacia, quinimò non ferenda blasphemie,  
omnium mortalium, qui in media lucis splendore hallucinari nolint, oculus clarissi-  
mè apparet, hoc potissimum seculo scelestissimo, quo Christi regnum tam enormi  
impunitaq; tyrannide impensis ab ijs qui Belialis palam sacramentum præstib;re,  
suspendum etiam iustum haud dubiè recepturi: quibus & perditas has horas liben-  
ter dedico, si forè ex immensa Dei misericordia conuerantur & uiuant: quod ex  
animo ijs precor, sig; felix & faustum. Ne autem curiosulus aliquis, fascino nimis  
detentus, hoc studiis & argumentum temere imitari audeat, noces hinc inde prater-  
missi studio, ut uniuersa delinquendi occasio pyracideretur. Inscribitur uero à malefe-  
riato hoc hominum genere, Officium spirituum, uel, Liber officiorum spirituum, seu  
Liber dictus Emptio. Salomonis, de principiis & regibus demoniorum, qui  
cogi possint diuina uirtute & humana. At mibi nuncupabi-  
tur Pseudomonarchia Damonum,

**P**rimus Rex, qui est de potestate Orientis, dicitur Bael, apparet tribus capitibus, quorum unum assimilatur bufoni, alterum homini, tertium feli. Rauca loquitur uoce, formator morum & insignis certator, reddit hominē inuisibile & sapientē. Huic obediunt sexaginta sex legiones.

Agares Dux primus sub potestate Orientis, apparet beneuolus in senioris hominis forma, equitas in crocodilo, & in manu accipitrem portas. Cuncta linguarum genera docet optimè: fugitantes reuerti facit, & permanentes fugere: prælaturas & dignitates dimittit, & tripudiare facit spiritus terræ: & est de ordine Virtutum, sub sua potestate habens triginta & unam legiones.

Marbas, alias Barbas, Præses magnus, se manifestans in fortissimi leonis specie, sed ab exorcista accitus humana induitur forma, & de occultis plenè respōdet, morbos inuehit & tollit, promouet sapientiam artiumque mechanicarum cognitionem, homines adhæc in aliam mutat formā. Præst est triginta sex legionibus.

Proflas, alibi inuenitur Busas, magnus Princeps & Dux est, cuius manus circa turrim Babylonis, & uidetur in eo flamma foris, caput autem assimilatur magno nycticoraci. Autor est & promotor discordiarum, bellorum, rixarum & mēdaciōrum. Omnibus in locis nō intromittatur. Ad quæsita respondere abundē. Subsunt huic legiones uigintisex, partim ex ordine Throni, partim Angelorum.

Amō uel Aamon Marchio magnus & potens, prodit in lupi forma, caudā habens serpentinam, & flammat euomens, hominis autē indutus speciem, caninos ostentat dentes, & caput ma-

gnō nycticoraci simile. Princeps omnium fortissimus est, intelligens præterita & futura, hinc & gratiam concilians omnium amicorum & inimicorum. Quadragesima imperat legionibus.

Barbatos magnus Comes & Dux, apparet in signo Sagittarij filiuistris cum quatuor regibus tubas forentibus. Intelligit canthus avium, canum latratus, mugitus boum & cunctorum animalium: thesauros item à magis & incantatoribus reconditos, detegit: & est ex ordine Virtutū, partim Dominationū. Triginta præsidiat legionibus. Noxit præterita & futura: ta amicorū quām inimicorum animos conciliat.

Buer Præses magnus conspicitur in signo\*. Absolutè docet philosophia, practicā, ethica item & logica, & herbarum vires: dat optimos familiares: ægros sanitati restituere nouit, maximè & homines. Quinquaginta legiōnum haberet imperium.

Gusoyn Dux magnus & fortis, apparet in forma zenophali. Explicatè responderet & uerē de præsentibus, præteritis, futuris & occultis. Amicorum & inimicorum gratiam reddit: dignates confert & honores conformat. Præst est quadraginta quinq; legionib.

Botis, alibi Otis, magnus Præses & Comes: prodit in uiperę specie deterrima: & siquando formam induit humanam, dentes ostendit magnos & cornua duo, manu gladium acutum portans. Dat perfecte respōsa uera de præsentibus, præteritis, futuris & abstrusis. Tam amicos quām hostes conciliat. Sexaginta imperat legionibus.

Bathym, alibi Marthim Dux magnus & fortis: uisitetur constitutione uiri fortissimi cum cauda serpentina, e quo pallido insidens. Virtutes herbarum & lapidum pretiosorum intelligit.

Nn git

git. Cursu uelociſſimo hominem de regione in regionem transfert. Huic trīginta ſubſunt legiones.

Purſan, aliās Curſon, magnus Rex, prodiit ut homo facie leonina, uiperā portans ferociſimā, uirſoq; iſiſdens, quem ſemper praeceđūt tubæ. Callet præſentia, præterita & futura: aperit occulta, theſtauros detegit: corpus humānuſ ſuſcipit & aereum. Verē responderet de rebus terrenis & occultis, de diuinitate & mundi creatione: familiares parit optimos: cui parent uiginti-duo legiones, partim de ordine Virtutum, partim ex ordine Throni.

Eligor, aliās Abigor, Dux magnus, apparet ut miles pulcherimus, lanceam, uexillum & ſceptrum portans. Plenē de occultis respondet atque bellis, & quomodo milites occurſere debeant: futura ſcit, & gratiam apud omnes dominos & milites conciliat. Præſidet ſexaginta legionibus.

Loray, aliās Oray, magnus Marchio, ſe oſtentans in forma sagittarij pulcherimi, pharetram & arcum geſtantis: author exiſtit omnium preliorum, & uulnera putrefacit quæ à sagittarijs infliguntur, quos obiicit optimos tribus diebus. Triginta dominatur legionibus.

Valeſar, aliās Malaphar, Dux eſt fortis, forma leonis prodiens & capite latronis. Familiaritatē parit ſuis, donec laqueo ſuſpendantur. Decem præſidet legionibus.

Morax, aliās Foraij, magnus Comes & Preſes: ſimilis tauro uifitur: & ſi quādo humanā faciem aſſumit, admirabilēm in Astronomia & in omnibus artibus liberalibus reddit hominem: parit etiā famulos non malos & ſapientes: nouit & herbarum & pretiosorum lapidum potētiām. Imperat trīginta ſex legionibus.

Ipes, aliās Ayperos, eſt magnus Co-

mes & Princeps, apparens quidē ſpe- cie angelica, interim leone obscurior & turpis, capite leonis, pedibus anſeriniſ, cauda leporina. Præterita & fu- tra nouit: redditq; hominem ingenio- ſum & audacem. Legiones huic obe- diunt trīginta ſex.

Naberus, aliās Cerberus, Marchio eſt fortis, forma corui ſe oſtentans: fi- quādo loquitur, raucam edit uocem. Reddit & hominem amabilem & ar- tium intelligentē, cum primis in Rhe- toricis eximium. Prælaturarum & di- gnitarum iacturam parit. Nouēdecim legiones hunc audiunt.

Glaſy labolas, aliās Caerinolaas uel Caſſimolar magnus Preſes: qui progreditur ut canis habens alas gry- phi. Artium cognitionem dat, interim dux omnium homicidarū. Præſentia & futura intelligit. Tā amicorū quām inimicorum animos demeretur: & ho- minem reddit inuifibilem. Imperium habeat trīginta ſex legionum.

Zepat Dux magnus, apparens uti miles, inflammansq; uirorum amore mulieres, & quando ipſi iuſlum fuerit, earum formam in aliam transmu- tat, donec dilectis ſuis fruantur. Steri- les quoque eas facit. Vigintiſex huic parent legiones.

Byleth Rex magnus & terribilis, in equo pallido equitans, quē p̄cedunt tubæ, ſymphoniæ, & cuncta Muſicæ ge- nera. Quim autē coram exorcista ſe oſtentat, turgidus ira & furore uide- tur, ut decipiat. Exorcista uero tum ſibi prudenter caueat: atq; ut fastum ei adimat, in manu uifcipiat baculum co- rili, cum quo orientem & meridiem uersus, foris iuxta circulum manum extendet, facietq; triangulum. Cæte- rū ſi manum non extendit, & intra- re iubet, atq; ſpiciuum Vinculum ille renuerit, ad lectionem progrediatur exorcista; mox ingredietur idem ſu- missus,

missus, ibi stando & faciendo quodcumque iussit exorcista ipsi Byleth regi, eritq; securus. Si uero cōtumacior fuerit, nec primo iussu circulum ingredi uolerit, reddetur forte timidor exorcista: uel si Vinculum spiritum minus habuerit, sciet haud dubiè exorcista, malignos spiritus postea eum nō uerituros, at semper uilio rem habituros. Item si ineptior sit locus triangulo deducendo iuxta circulum, tunc uino plenū ponatur: & intelliget exorcista certissimè, quum ē domo sua egressus fuerit cum locis suis, p̄rādictum Byleth sibi fauorem fore, beneuolum, & corā ipso submissum quando progrederetur. Venientē uero exorcista benignè suscipiat, & de iphis fastu gloriatur: propterea quoque eundem adorabit, quemadmodum alij reges, quia nihil dicit absq; alijs principibus. Item si hic Byleth accitus fuerit ab aliquo exorcista, semperenedas ad exorcistæ faciem annulus argenteus medij digiti manus sinistræ, quemadmodū pro Amaymone. Nec est prætermittenda dominatio & potestas tanti principis, quoniam nullus est sub potestate & dominatione exorcistæ alius, qui viros & mulieres in delirio detinet, donec exorcistæ uoluntatem explerint: & fuit ex ordine Potestatū, sperans se ad septimū Thronū redditum; quod minus credibile. Imperat octogintaquinq; legionib.

Sytry, alias Bitru, magnus Princeps, leopardi facie apparet, habensque alas uelut gryphi. Quando autem humanam assumit formā, mirè pulcher uidetur. Incēdit uirum mulieris amore, mulierem uicissim alterius desiderio incitat, Iussus secreta libenter detegit seminarum, eas ridēs ludificansq; ut se luxuriose nudent. Huic sexaginta legiones obsequuntur.

Paymon obedit magis Luciferō

quām alij reges. Lucifer hic intelligendus, qui in profunditate scientiæ suæ demersus, Deo assimilari uoluit, & ob hanc arrogantiā in exitium proiectus est. De quo dictū est: Omnis lapis p̄tius experimentū tuum. Paymon autē cogitur uirtute diuina, ut se listat corā exorcista: ubi hominis induit simulachrū, insidēs dromedario, coronaq; insignitus lucidissima, & uultu fœmineo. Hūc p̄cedit exercitus cū tubis & cimbaliis beni sonantibus, atque omnibus instrumentis Musiciis, primū cū ingenti clamore & rugitu apparēs, sic in Empo Salomonis, & arte declaratur. Et si Paymon hic quandoq; loquitur, ut minus ab exorcista intelligatur, ppter ea nō te pescat: sed ubi porrexerit illi primā chartam, ut uoto suo obsequatur, iubebit quoq; ut distingue & aperte respondeat ad quæstionēs, & de uniuersa philosophia & prudētia uel sc̄iētia, & de cæteris arcanis. Et si uoles cognoscere dispositionem mundi, & qualis sit terra, aut quid eam sustineat in aqua, aut aliquid aliud, & quid sit abyssus, & ubi est uentus & unde ueniat, abundē te docebit. Accedat & cōsecrationēs tā de libationibus q; alijs. Confert hic dignitates & cōfirmationes. Resistētes sibi suo uinculo deprimit, & exorcistæ subiicit. Bonos cōparat famulos, & artiū omnīū intellectū. Notandū, quod in aduocādo hūc Paymonē, Aquilonē uersus exorcistā conspicere oporteat, q; ibi huius sit hospitiū. Accitū uero intrepide cōstanterq; suscipiat, interroget, & ab eo petat q; quid uoluerit, nec dubiè impertrabit.

At ne creatorē obliuionis tradat, eauendū exorcistæ, propter ea quæ p̄amissa fuerūt de Paymone. Sunt qui dicāt, eū ex ordine Dominationū fuisse: sed alijs placet, ex ordine Cherubin. Hūc sequuntur legiones ducentę, partim ex ordine Angelorū, partim Potestatum.

Nn 2 Notan-

Notandum adhæc, si Paymō solus fuerit citatus per aliquā libationē aut sacrificiū, duo reges magni comitantur, scilicet Bebal & Abalā, & alij potētes. In huīus exercitu sunt uigintiquinq; legiones: quia spiritus his subiecti, non semper ipsi adsunt, nisi ut appareant, diuina uirtute compellantur.

Regem Belial aliqui dicunt statim post Luciferum fuisse creatum, ideoq; sentiūt ipsum esse patrem & seductorem eorum qui ex Ordine ceciderūt. Cecidit enim prius inter alios digniores & sapientiores, qui praecedebant Michaelēm & alios cœlestes angelos, qui deerant. Quānus autem Belial ipsoſ qui in terrā deieciſ fuerint, præcesserit alios tamē qui in cœlo manſere, non antecessit. Cogitur hic diuina uirtute, cū accipit sacrificia, munera & holocausta, ut uicissim detimmolantibus responsa uera: at per horā in ueritate non perdurat, niſi potentia diuina cōpellatur, ut dictum est. Angelicā assumit imaginē impēſe pulchram, in igneo curru fedens. Blandē loquitur. Tribuit dignitates & prælāturas senatorias, gratiam item amicorū, & optimos famulos. Imperium habet octo-ginta legionum, ex ordine partim Virtutum, partim Angelorum. Forma exorcistæ inuenitur in Vinculo Spirituū. Obseruandum exorcistæ, hunc Belial in omnib. succurrere suis subditis: si autē ſe submittere noluerit, Vinculū Spirituum legatur, quād sapiētissimus Salomon eos cum suis legionibus in uase uitreo relegauit: & relegati cum omnibus legionibus fuere septuaginta duo reges, quorum primus erat Bileth, secundus Belial, deinde Asmoday, & circiter mille millia legionū. Illud proculdubio à magistro Salomone didicisse mefateor: sed cauſam relegationis me non docuit, crediderim tamen propter arrogantiā ipsius Belial.

*Sacerdoti ne-  
uromantici  
narrabat.*

Sunt quidam necromantici, qui asse-xunt, ipsum Salomonem quodam die astutia cuiusdam mulieris seductum, orādo se inclinasse uersus simulachrum Belial nomine, quod tamen fidē non meretur: sed potius sentiendum, ut dictum est, propter superbiam & arrogantiā relegatos esse in magno uale, projectos in Babylone in puteum grandē ualde. Enim uero prudentissimus Salomon diuina potētia suas exē quebatur operations, quē etiam nua quam eum deſtituit: propterea simulachrum non adorasse ipsum sentiendum est, alioqui diuina uirtute spiritus cogere nequiuifet. Hic autem Belial cum tribus regib; in puteo fuit. At Babylonenses ad hēc exhorrescen tes, rati se theſaurum amplum in puteo inueniūt, unanimi confilio in puteum descenderunt, detegeruntq; & confregere uas, unde mox egressi capitū, in proprium locum porr̄d sunt reieciſ. Belial uero ingressus quodam simulachrum, dabat responsa ſibi immolantibus & sacrificantibus, ut testatur Tocz in dictis suis: & Babylonenses adorates sacrificauerūt eidem.

Bune Dux magnus & fortis, apparet ut draco, tribus capitib; tertium uero assimilatur homini. Muta loquitur uoce: mortuos locum mutare facit, & dæmones ſupra defunctorum ſepulchra congregari: omnino dōd hominē locupletat, redditq; loquacem & sapiētē: ad quāſita uerē respōder. Huic legiones parent triginta.

Forneus magnus Marchio, ſimilis monstro marino, reddit hominem in Rhetoricis admirabilem, optima fama & lingua peritiae ornat, tam amicis quād inimicis gratum facit. Subſunt huic uigintinouem legiones, ex ordine partim Thronorum, partim Angelorum.

Roneus Marchio & Comes, assimiliatus

latur monstro. Singularem in Rhetor-  
icis intelligentiam confert, famulos  
item fidos, linguarum cognitione, a-  
amicorum & inimicorum fauorem. Huic  
obedient legiones nouendecim.

Berith Dux magnus & terribilis:  
tribus nuncupatur nominibus, à qui-  
busdam Beal, à Iudæis Berith, à necro-  
manticis Bolsri. Prodit ut miles ruber  
cum uestitu rubro, & equo eiusdem  
coloris, coronaq; ornatus. Verè de præ-  
sentibus, præteritis & futuris respon-  
det. Virtute diuina per annum magi-  
cae artis ad horam scilicet cogitur.  
Mendax etiam est. In aurum cuncta  
metallorum genera mutat. Dignitati-  
bus ornat easdemq; cōfirmat: claram  
subtilemq; edit uocem. Viginti sex le-  
giones huic sub sunt.

Astaroth Dux magnus & fortis, pro 20  
diens angelica specie turpissima, insi-  
densq; in dracone infernali, & uipera  
portans manu dextra. Verè respon-  
det de præteritis, præsentibus, futuris  
& occultis. Libenter de spirituū crea-  
tore, & eorundē lapsu loquitur, quo-  
modo peccauerint & cederint. Se  
spontè non prolapsum esse dicit. Red-  
dit hominem mirè eruditum in arti-  
bus liberalibus. Quadraginta legioni-  
bus imperat. Ab hoc quilibet exorcista  
caueat, ne propè nimis eum admit-  
tat, ob fætorem intolerabilem quem  
expirat. Itaq; annum argenteū ma-  
gicū in manu sua iuxta faciem teneat,  
quo se ab iniuria facile tuebitur.

Forras uel Forcas magnus Præses  
est: uisiturn forma uiri fortissimi, & in  
humana specie uires herbarum & la-  
pidum preciosorum intelligit. Plenè 40  
docet Logica, Ethica & eorundē par-  
tes. Reddit hominem inuisibilem, in-  
geniolum, loquacē & uiuacem: amissa  
recuperat, thefauros detegit. Dominiu-  
m uiginti nouem legionum habet.

Furfur Comes est magnus, appara-

ut cervus cauda flammæa. In omni-  
bus mentitur, nisi in triangulam intro-  
ducatur. Iussus angelicam assumitima-  
ginem. Rauca loquitur uoce: amorem  
inter uirum & mulierem libenter con-  
ciliat, nouit & concitare fulgura, coru-  
scationes & tonitrua in ijs partibus  
ubi iuissum fuerit. De occultis & diui-  
nis rebus bene respondeat. Imperat le-  
gionibus uigintisext.

Marchocias magnus Marchio est.  
Se ostentat specie lupæ ferocissimæ  
cum aliis gryphi, cauda serpentina, &  
ex ore nescio quid euomæs. Quia ho-  
minis imaginem induit, pugnator est  
optimus. Ad quæsita uerè respondeat:  
fidelis in cunctis exorcistæ mandatis.  
Fuit ordinis Dominationū. Huic sub-  
iacent legiones tringinta. Sperat se post  
mille ducentos annos ad septimū Thro-  
num reuersurum: sed ea spe falsus est.

Malphas magnus Præses, cōspicitur  
coruo simili: sed hominis idoli indu-  
tus rauca fatus uoce. Domos & turres  
ingétes mirè extruit, & obuios citò fa-  
cit artifices maximos: hostium uero  
ædes & turres deiicit. Famulos suppe-  
ditat non malos. Sacrificia libenter fu-  
scipit, at sacrificatores omnes fallit.  
Quadraginta huic parent legiones.

Vepar, alias Separ, Dux magnus &  
fortis: similis syreni: ductor est aqua-  
rum & plenum armis onustarum. Ut  
mare inter magistri turgidum nauis-  
busq; plenum appareat, efficit: contra  
inimicos exorcistæ per dies tres uul-  
neribus putrefactibus uermes q; pro  
ducentibus homines inficit, à quibus  
tamen negocio absoluto sanantur o-  
mnes. Imperat legionib. uigintinouē.

Sabnac, alias Salmac, Marchio ma-  
gnus & fortis: prodit ut miles arma-  
tus, capite leonis, in pallido equo inhi-  
dens. Hominis formâ transmutat mi-  
rè: turres magnas armis plenas ædifi-  
cat, item castra & ciuitates. Triginta

723  
dies ex mādato exorcistæ homini uulnera putrida & uerminaria infligit. Familiares conciliat bonos: dominū exercens quinquaginta legionum.

Sydonay, alias Almoday, Rex magnus, fortis & potens: uisitator tribus capitibus, quorum primum assimilatur capiti tauri, alterum hominis, tertium arietis. Cauda eius serpentina, ex ore flammā eructat, pedes anserini. Super draconem infernali sedet, in manu lanceam & uexillū portas. Præcedit alios qui sub potestate Amaymonis sunt. Cum huius officia exercet exorcista, sit fortis, cautus & in pedibus stans: si uero cooperatus fuerit, ut in omnibus detegatur, efficiet: quod si non fecerit exorcista, ab Amaymone in cūtis decipietur: sed mox quum ipsum in predicta forma cōspicit, appellabit illum nomine suo, inquiens: Tu uero es Almoday. ipse non negabit: & mox ad terrā. Dat annulū uirtutū: docet absolute Geometriam, Arithmeticā, Astronomiam, Mechanicā: ad interrogata plenē & uerè responderet: hominem reddit inuisibilem: loca thesaurorum ostendit & custodit, si fuerit de legionibus Amaymonis. In sua potestate legiones septuaginta duas habet.

Gaap, alias Tap, Præfes magnus & Princeps: in signo meridiei appetet: sed quum humanam assumit faciem, ductor est præcipuorum quatuor regum, tam potens ut Bylerth. Extiterūt autem quidam necromātici, qui huic libamina & holocausta obtulere, & ut eundem euocarent, artem exercuere, dicōtes sapientissimum Salomonem eam cōposuisse, quod falso sum est: imo 40 fuit Cham filius Noe, qui primus post diluvium cōpīt malignos inuocare spiritus, inuocauit aut̄ Bylerth, & compoſuit artem in suo nomine, & librū, qui multis mathematicis est cognitus. Fiebant autem holocausta, libamias,

munera, & multa nefaria, quæ operabantur exorcistæ admittiſſanctissimis Dei nominibus, quæ in eadē arte sparsim exprimuntur. Epistola uero de ijs nominibus est conscripta à Salomone, uti & scribūt Helias Hierosolymitanus & Heliseus. Notandum, si aliquis exorcista habuerit artem Beleth, nec ipsum coram se sistere possit aut niderē, nisi perartet: quomodo autem eundem continere oportet, non est explicandū, quum sit nefandum, & nihil à Salomone de eius dignitate & officio didicerim. hoc tamen nō silebo, ipsum reddere hominem admirabilem in philosophia & artibus omnibus liberalibus. Facit ad amorē, odium, inuisibilitatem & consecrationem eorum quæ sunt de dominatione Amaymonis: & de potestate alterius exorcistæ tradic familiares, & uera perfecta responsa de præsentibus, præteritis & futuris. Velocissimo transcurſu in uariis regiones traducit hominem. Sexaginta sex præest legionibus, & fuit de Potestatum ordine.

Chax, alias Scox, Dux est & Marchio magnus: similis ciconiae rauca uoce & subtili. Mirabiliter auſert uisum, auditum & intellectum iuſſu exorcistæ: auſert pecuniam ex qualibet domo regia, & reportat post mille ducenos annos, si iuſſus fuerit: abripit & equos. Fidelis esse in omnibus mandatis putatur: ac licet se obsequiatur exorcistæ promittat, non tamen in omnibus facit. Mendax est, nisi in triangulum introducatur: introductus autem loquitur de rebus diuinis & reconditis thesauris, qui à malignis spiritibus nō custodiuntur. Promittit insuper se collaturū optimos famulos, qui accepti sunt, si nō fuerint deceptores. Huic subiacent legiones triginta.

Pucel Dux magnus & fortis: appetet in specie angelica, sed obscura ualde: loquitur

loquitur de occultis: docet Geometriā & omnes artes liberales: sonitus facitingentes, & sonare aquas ubi nō sunt, eisdem & calefacit, & harum balnea recuperandæ sanitati seruientia certis temporibus, distemperat iussu exorcistæ. Fuit de ordine Potestatū, habetq; in sua potestate legiones quadranginta octo.

Furcas miles est: prodit similitudine seui hominis cum longa barba & capillatio cano. In equo pallido insidet, portas in manu telum acutum. Docet perfectè practicam, philosophiam, rhetoricam, logicam, chiromatiā, astronomiam, piromantiam, & earum partes. Huic parent uiginti legiones.

Murmur magnus Dux & Comes: appetat militis forma, equitans in uultu re, & ducali corona cōptus. Hunc p̄cedunt duo ministri tubis magnis: philosophiam absolutè docet. Cogit animas coram exorcista apparere, ut interrogatæ respondeant ad ipsius quæfita. Fuit de ordine partim Thronorū, partim Angelorum.

Caym magnus Præses, formā assument merulæ: at quū hominē induit, respondet in fauilla ardente, ferens in manu gladiū acutissimum. Præ cæteris sapienter argumētari facit: tribuit intellectum omnī uolatilium, mugitus boum, larratus canū, & sonitus aquarum: de futuris optimè respōdet. Fuit ex ordine Angelorum. Præsider legiōnibus triginta.

Rau uel Raym Comes est magnus: ut coruus uisitetur: sed quū assumit humanā faciem, si ab exorcista iussus fuerit, mirè ex regis domo uel alia suffuratur, & ad locū sibi designatū transfert. Ciuitates destruit: dignitatū despēctū ingerit. Nouit præsentia, præterita & futura. Fauorē tā hostiū quām amicorum conciliat. Fuit ex ordine Thronorum. Præsider legiōnibus triginta.

Halphas Comes magnus, prodit filii ciconiæ rauca uoce. Insigniter edificat oppida ampla armis plena: bellū mouet, & iussus, homines bellicosos ad designatum locum mittit obuiam. Subsunt huic uiginti sex legiones.

Focalor Dux magnus, prodit uelut homo, habens alas gryphi forma. Accepta humana figura, interfeit homines & in aquis submergit. Imperat mari & uento, nauesq; bellicas subuertit. Notandum omni exorcistæ, si huic mandetur, ne homines lædat, libenter obsequitur. Sperat se post mille annos reuersurū ad septimum Thronū, sed faliuit. Triginta legionibus imperat.

Vine magnus Rex & Comes: se ostentat ut leo in equo nigro insidens, portansq; uiperam in manu. Amplias turres libenter ædificat: lapides domus extruit, riuos reddit turgidos: ad exorcistæ mandatum respondet de occultis, maleficis, præsentibus, præteritis & futuris.

Bifrons, monstri similitudine conspicitur. Vbi humanam assumit imaginem, reddit hominem in Astrologia mirabilem, planetatum māsiones absolvè docens, idem præstat in Geometria, & mensuris alijs. Vires herbarum, lapidum pretiosorum & lignorū intelligit. Corpora mortuorum de loco ad locum transmutat: candelas super defunctorum sepulchra inflamma re uideatur. Huic subiacent uiginti sex legiones.

Gamygyn magnus Marchio: in forma equi parui uisitetur: at ubi hominis simulachrum assumit, raucam edit uocem, de omnibus artibus liberalibus differens: efficit quoque, ut coram exorcista conueniant animæ in mari execentes, & quæ degunt in purgatorio (quod dicitur Cartagra, id est, afflictio animarum) & corpora aerea suscipiunt, apparentq; euidenter, & ad interrogata

terrogata respōdent. Permanet apud exorcistam, donec ipsius horum expleuerit. Triginta legiones in sua habet potestate.

Zagā magnus Rex & Præses: ut tuus prodit cum aliis ad modū gryphi: sed assumpta hominis forma, reddit hominem ingeniosum: transmutat cū & metallorum genera in monetas illius ditionis, & aquam in unum, & e diversò: sanguinem quoq; in oleum, & contrà: & stultum in sapientem. Præfētriginta tribus legionibus.

Orias Marchio magnus, uisitut ut leo, in equo fortissimo equitans, cauda serpentina: in dextera portat duos grandes serpentes etiam exhibentes. Callet planetarum mäsiones, & uires fidereas perfectè docet. Transmutat homines: confert dignitates, prælaturas & confirmationes: item amicorum & hostium fauorem. Præsidet legionibus triginta.

Volac magnus Præses: progreditur ut puer alis angelī, super draconem equitans duobus capitibus. De occulis thesauris perfectè responderet, & ubi serpentes videantur, quos & viribus destitutos tradit in exorcistæ manus. Dominum habet legionum triginta.

Gomory Dux fortis & potens: apparet ut mulier pulcherrima: ac ducali cingitur corona, in camelo equitans. Bene & uerè responderet de præteritis, presentibus, futuris, & occultis thesauris ubi lateant. Conciliat amorem mulierum, & maximè puellarum. Imperat legionibus uigintisex.

Decarabia uel Carabia, magnus Rex & Comes: uenit similiſ\*. Vires herbarum & lapidum pretiosorum nouit: efficit ut aues coram exorcista uolent, & uelut familiares ac domesticæ morrentur, bibant, & cantillent suo more. Parent huic triginta legiones.

Amdusias Dux magnus & fortis:

procedit ut unicornu: in humana simili liter forma, quando coram magistro suo se fistit, & si precipiat, efficit facile ut tubę & symphoniam omniaq; musicorum instrumentorum genera audiatur, nec tamen conspectui apparent: ut item arbores ad exorcistę genu se inclinent. Optimus est una cum famulis. Imperium habet uigintinouē legionum.

Andras magnus Marchio: uisitut forma angelica, capite nycticoraci nigro simili, in lupo nigro & fortissimo equitans, baiulansq; manu gladium acutissimum. Nouit interficere dominum, seruum & coadiutores: author est discordiarum. Dominatur legionibus triginta.

Androalphus Marchio magnus, aparent ut panus: graues edit sonitus: & in humana forma docet perfectè geometriam & menuram spectantia: reddit hominem in argumentando argumentum, & in astronomia prudenſe, euendemq; in auis speciem transmutat. Triginta huic sub sunt legiones.

Oze Præses magnus: procedit similis leopardo: sed hominem mentitus, reddit prudentem in artibus liberalibus: uerè responderet de diuinis & occultis: transmutat hominis formam: & ad eam insaniam eum redigit, ut sibi persuadeat esse quod non est, quemadmodum se esse regem uel papam, & coronam in capite gestare: duratq; id regnum horam.

Aym uel Haborym Dux magnus & fortis: progreditur tribus capitibus, primo serpenti simili, altero homini duos \*habenti, tertio felino. In uipera equitat, ingentem faciem ardenter portans, cuius flamma succenditur casta uel ciuitas. Omnibus modis ingeniosum reddit hominem: de abstrusis rebus uerè responderet. Imperat legionibus uigintisex.

Orobas magnus Princeps: procedit equo conformis: hominis autem induitus idolum, de uirtute diuina loquitur: uera dat responsa de præteritis, præsentibus, futuris, de diuinitate & creatione: nemine decipit, nec tentari fuit: confert prælaturas & dignitates, amicorum item & hostium fauorem. Præsider legionibus uiginti.

Vapula Dux magnus & fortis: conspicitur ut leo alis ad modum gryphi. Reddit hominem subtilem & mirabilem in artibus mechanicis, philosophia, & scientijs quæ in libris continentur. Præfector est triginta sex legionum.

Cimeres magnus Marchio & fortis: imperans in partibus Africanis: docet perfectè Grammaticam, Logicam & Rhetoricam. Thesauros detegit, & occulta aperit. Facit ut homo cursu celerissimo videatur transmutari in militem. Equitat in equo nigro & grandi. Legionibus uiginti præst.

Amy Præses magnus: apparet in flama ignea: sed humana assumpta forma, reddit hominem admirabilem in astrologia & omnibus artibus liberilibus. Famulos suppetit optimos: thesauros à spiritibus custoditos ostendit. Præfecturam habet legionum triginta sex, ex ordine partim angelorum, partim potestatū. Sperat se post mille ducentos annos ad Thronum septimum reueretur, quod credibile non est.

Flauros dux fortis: conspicitur forma leopardi & terribili. In humana specie uultum ostentat horrendum, & oculos flammeos. De præteritis, præsentibus & futuris plenè & uerè respondet. Si fuerit in triangulo, mentitur in cunctis, & fallit in alijs negocijis. Libenter loquitur de diuinitate, mundi creatione & lapsu. Diuina uirtute cogitur, & omnes alij demones sive spiritus, ut omnes aduersarios exorcistæ succendent & destruant. Et si uirtute numi-

nis ipsi imperatū fuerit, exorcistæ tentationem non permittit. Legiones uiginti sub sua habet potestate.

Bala Rex magnus & terribilis: prodit tribus capitibus, primo tauri, altero hominis, tertio arietis: cauda adhuc serpentina, oculis flammeis, equitans in ursi fortissimo, & accepitrem in manu portans. Raucam edit vocem: perfectè responderet de præteritis, præsentibus & futuris: redit hominē & invisibilem & prudentem. Quadraginta legionibus præsider, & fuit ex ordine dominat.

Alocer Dux magnus & fortis: procedit ut miles in equo uasto infidens: facies eius leonina, rubicunda ualde cum oculis flammeis: grauiter loquitur: hominem reddit admirabilem in astrenomia & in omnibus artibus liberalibus: confert bonam familiam. Dominiatur triginta sex legionibus.

Zaleos magnus Comes: apparet ut miles pulcherrimus in crocodilo equans, & ducali ornatus corona, paciencus, &c.

Vual Dux magnus & fortis: conspicitur ut dromedarius magnus ac terribilis: at in humana forma linguam sonat Ägyptiacam grauiter. Hic præ certis amorem maximè mulierum conciliat: inde nouit præsentia, præterita & futura: cōfert & gratiam amicorum atq; inimicorum. De ordine fuit potesta tū. Triginta septē legiones gubernat.

Haagenti magnus Præses: ut taurus uidetur, habens alas gryphi: sed assumpta facie humana, reddit hominē ingeniosum in quibuslibet: cuncta metalla in aurum transmutat, aquam in uinum, & ediversō. Tot legionibus imperat, quot Zagan.

Phœnix magnus Marchio: apparet uti auis phœnix puerili uoce: sed antequam se fistit coram exorcista, catus emittit dulcissimos: tūc autem cauen-

dum exorcistæ cum suis socijs, ne sua-  
uitati cantus aures accommodet, sed  
ille mox huic iubeat humanā afflume-  
re speciem, tunc mirè loquetur de cun-  
dis scientijs admirandis. Poeta est o-  
ptimus & obediens. Sperat se post mil-  
le ducentos annos ad septimū thronū  
rediturum. Viginti præcēt legionibus.

Stolas magnus Princeps: prodit for-  
ma nyctoracijs: coram exorcista ho-  
minis simulachrum suscipit, docetq;  
absolutè astronomiam. Herbagum &  
lapidum pretiosorum vires intelligit.  
Viginti sex legiones huic subiacent.

## Legio 666.

Secretum secretorum tu operans  
suis secretus horum.

Obserua horas in quibus quatuor  
reges, scilicet Amoymon rex Orienta-  
lis, Gorlon rex Meridionalis, Zymy-  
nar rex Septentrionalis, Goap rex &  
princeps Occidentalis possumunt constrin-  
gi, à tertia hora usq; ad meridiem, à no-  
na hora usq; ad uesperas.

Item Marchiones à nona usque ad  
completorium, uel à completorio us-  
que ad finem diei.

Item Duces à prima usq; ad meri-  
diem: & obsernatur cœlum clarum.

Item Prælati in aliqua hora diei.

Item Milites ab aurora usq; ad ortū  
folis, uel à uesperis usq; ad finē solis.

Item Præses in aliqua hora diei non  
potest constringi, nisi rex cui paret, in-  
uocaretur, & nec in crepusculo noctis.

Item Comites omni hora diei, dum  
sunt in locis cāpestribus vel sylvestri-  
bus, quod homines non solent accede-  
re, &c.

CITATIO PRAE DICTO-  
rum spirituum.

Vbi quem volueris spiritum, huius  
nomen & officium suprà cognosces:  
in primis autem ab omni pollutione,  
minimum tres uel quatuor dies mun-  
dus esto in prima citatione, sic & spiri-

tus postea obsequētores erunt: fac &  
circulum, & uoca spiritum cum multa  
intentione: primum uero annulum in  
manu cōtineto: inde hanc recitato be-  
nedictionē tuo nomine & socij, si pre-  
stō fuerit, & effectū tui instituti sortie-  
ris, nec detrimētū à spiritibus senties:  
imò tuæ animæ perditionem.

In nomine Domini nostri Iesu Chri-  
sti † patris & † filij & † spiritus sancti:  
sancta trinitas & inseparabilis unitas  
me inuoco, ut sis mihi salus & defensio  
& protectio corporis & animæ meæ, &  
omnium rerum mearum. Per uitatem  
sanctæ crucis † & per uitatem passionis  
tuæ deprecor te domine Iesu Christe,

per merita beatissimæ Mariæ uirginis  
& matris tuæ atq; omnium sanctorū  
tuorum, ut mihi concedas gratiam &  
potestatem diuinam super omnes ma-  
 lignos spiritus, ut quoscunq; nominis  
inuocauerō, statim ex omni parte  
conueniant, & uoluntatē meam perfe-  
ctè adimpleāt, quod mihi nihil nocen-  
tes, neq; timorē inferentes, sed potius  
obedientes & ministrantes, tua distri-  
ctè uitiae præcipiente, mandata mea  
perficiant, Amen. Sanctus sanctus san-  
ctus dominus Deus Sabaoth, qui uen-  
turus es iudicare uiuos & mortuos: tu  
qui es alpha & omega, primus & nouissi-  
mus, Rex regū & dominus dominan-  
tiū Ioth Aglanabrat̄ El abiel ana-  
thi Enathiel Amazin sedomel gayes  
tolima Elias ischiroz athanatos ymas  
heli Mēsiās, per hæc tua sancta nomi-  
na & per omnia alia inuoco te & obse-  
cro te domine Iesu Christe, per tuam  
natiuitatem, per baptismū tuum, per  
passionem & crucem tuam, per ascen-  
sionem tuam, per aduentum spiritus  
sancti paracliti, per amaritudinem ani-  
mæ tuæ, quod exiuit de corpore tuo,  
per quinq; uulnera tua, per sanguine  
& aqua, quæ exierant de corpore tuo,  
per uitatem tuam, per sacramentum

*blasphemia  
mere, & de-  
testandus no-  
minum diui-  
norū abusus*

*insignia me-  
riorum Chri-  
sti contulue-  
runt*

quod dedisti discipulis tuis pridie quam passus fuisti: per sanctam trinitatem, per individuam unitatem, per beatam Mariam matrem tuam, per angelos & archanghelos, per prophetas & patriarchas, & per omnes sanctos tuos, & per omnia sacramenta quae sunt in honore tuo: adoro te & obsecro te, be nedico tibi & rogo, ut acceptes orationes has & coniurations & uerba oris mei, quibus utiuolero. Peto Domine Iesu Christe: da mihi uirtutem & potestatem tuam super omnes angelos tuos, qui de celo electi sunt ad decipiendum genus humanum, ad attrahendum eos, ad constringendum, ad ligandum eos pariter & soluendum: & ad congregandum eos coram me, & ad precipiendum eis ut omnia quae possunt, faciat, & uerba mea uocemque meam nullo modo contemnant: sed mihi & dictis meis obedient, & me timant, per humanitatem & misericordiam & gratiam tuam deprecor & peto te adonay amay hortan uegedora mytay hel suranat yfion ysyefy & per omnia nomina tua sancta, per omnes sanctos & sanctas tuas, per angelos & archanghelos, potestates, dominaciones & uirtutes, & per illud nomen per 30 quod Salomon constringebat demones, & concluistis ipsos Elhroch eban heragle goth ioth othie uenoch nabrat, & per omnia sacra nomina quae scripta sunt in hoc libro, & per uirtutem eorumdem, quatenus me potenter facias congregare & constringere omnes tuos spiritus de celo depullos, ut mihi ueraciter de omnibus meis interrogatis, de quibus queram, respon 40 sionem ueracem tribuant, & omnibus meis mandatis illi satisfaciant sine laetione corporis & animae meae & omnium ad me pertinentium, per Dominum nostrum Iesum Christum filium

tuum, qui tecum uiuit & regnabit, uirat spiritus sancti Deus per omnia secula.

O pater omnipotens, o fili sapiens, o spiritus sancte corda hominum illuminans, o uos tres in personis, una uero deitas in substantia: qui Adam & Euæ in peccatis eorum pepercistis, & propter eorum peccata mortem subiisti tu fili curpisimam, in lignoq; sanctæ crucis sustinuisti: o misericordissime, quando ad tuam cōfugio misericioria, & supplico modis omnibus quibus possum, per haec nomina sancta tui filij, scilicet alpha & omega, & per omnia alia sua nomina, quatenus concedas mihi uirtutem & potestatem tuam, ut ualeam tuos spiritus qui de celo electi sunt, ante me citare, & ut ipsi mecum loquatur, & mandata mea perficiat statim & sine mora, cum eorum uoluntate, sine omni laetione corporis, animæ & honoru meorum, &c. Continua ut in libro \* Annuli Salomonis continetur.

O summa & æterna uirtus Altissimi, qui te disponente his iudicio uocatis \* uaycheon stimulamat on ezphares tetragrammaton olyoram irion exsition exsition eryona onela brasym noym messias sother emanuel fabaoth adonay, te adoro, te invoco, totius mentis uitibus meis imploro, quatenus per te praesentes orationes & consecrations & coniurations concentrentur uidelicet, & ubiqueq; maligni spiritus in uirtute tuorum nominum sunt uocati, & omni parte coeniant, & uoluntatem mei exorcifatoris diligenter adimplent, fiat fiat fiat, Amen.

Hec blasphemæ & execranda huius mudi sex & sentina poenam in magos prophanos bene constitutam, pro

sclerato mentis auiuure

meretur.

F I N I S.

SERVUM ET VERBORVM TOTO HOC  
Opere praecipue memorabilium

INDEX.

Prior numerus paginam, alter uersum designat.

<b>A.</b>	
Aron an magus fuerit 152. <sup>38</sup>	Adamum fuisse medicum 221.37
Abacuc ab angelo per a- rem delatus 276.16	S. Adalberti anathema magicum 521.32
Abaddon dæmon, Graecæ à θεού- σι, quid significet 105.25	adamantis lapidis uirtutes 581.25
Abbaris magus 147.38	Adolphi Clarebachi efficax ora- tio 640.11
Abdie Bab. Episc. locus de Vual- dath deo 31.11	Adolphi comitis à Nassa pruden- tia 717.44
Abel à Caino fratre occiditur 26. 37 an magus fuerit 152.36	Adonis dæmon 30.44
Abigor dæmon 915.16	Adramelech dæmon 29.32
abnegantes fidem Christianam 243.35	Kadianus Marius Nicolai Geldria cancelarius 659.16
abnegationis ure exemplū 631.7	adulterii pena 343.22
Abraham an magus fuerit 152.38	adulterium quando iure ciuilis pu- niatur 834.7
Accio Nauius cotem nouacula dia- uidit 176.8	Rgyptij animalibus diuixos hono- re tribuerunt 31.32 maximè cultores idolatriæ 180.9
Abribbi historiæ 748.22	Rgyptiorum magia unde origi- nem ducat 27.20. C. 146.20
abemenidon planta ad quid utilis 685.5	sacerdotes magos fuisse 151.6 C. 502.42
Achillis anima ab inferis euocata 193.11 forma dæmon Maximio- liano Imperatori apparet 79. 29	Rgyptij 66.6 genera sacrificio- rum fuisse 34.24
aciculus dans Dufeldorpj mulier quædam degluit 397.39	aer cur inter deos genides sit con- numeratus 33.27
aconitum quis primū inuenierit 767.3	aeris turbatio ingens 311.12
Acqurensis concilij decretum con- tra magos 665.42	aera concitare posse demonē 266. 29 nullo modo à Lamijstur bari posse 297.32
actiū à multere degluita, exq; ca- noxa 397.25 degluita Ve- netijs à virgine quadam, eun- lotio excreta 448.37	Aesculapij magia 503.7
acus, mulier maleficio laſa, euomit 408.46	Aeliopica magia unde uenerit 144.5
acus plurimæ pueri dæmoniaci Amſterdami uomitu reçiuunt 414.34	albiopidis herba usus 541.41
Aida libri magici sub falſo titulo circumferuntur 152.26	Actuum characteribus magici u- sion esse 574.31
	Afflictio qualifiquq; patienter fe- renda 617.10
	Aſti infantes palam Saturno im- molabant 39.4
	Aſrorum sacerdotes à Tyberio ſu- ſpenſi 39.6
	Agamemnonis filia Iphigenia ma-
	Etate 37.26
	Agathensis concilij decretum con- tra magos 666.36
	Agaves dæmon 913.9
	aglaophotidis herbæ uires 589.12
	Agrian dæmon apud Americos 118.39
	Agrippa heros et præceptor Vuie- ri 365.35 cur aliquando à Vuiero laudetur, aliquando nom-
	Agrippa defensio 165.9 more 166.15
	Agrippa testimoniū de Tritemis 880.32 censura de ſuis libri de occulta philoſophia 886.30
	de Agrippa Tritemij iudicium 881.6
	Anperuorū quid sit, & qui ea ſintuſi 197.39
	Albæ mulieres dæmons 117.48
	Albanie incole quales 369.48
	Albani lacus exundatio 202.18
	Albatara 475.13
	Albertus Bremenſis epifcopus ma- gus 504.19
	Albertus Teutonicus cuius magiae cognitionem habuerit 881.44
	Alchindus magus 147.34
	Alchindi Arabis error 554.40
	contra Alchindum Ioan. Fran. Dia- cus 534.25
	Alchymie quid tribuat auctor & medici 221.18
	Alciati ſententia de Lamiarum in- nocentia 734.14
	Alcimi carmē de diaboli operibus 99.37
	Alcmena 335.4
	Alcorum ſacrum uolumen effe, exq; credatur 95.7
	alea inuentor 120.18
	āmaruqueſtua quid, & unde ora- ea ſit

## INDEX.

refis	200.23	
Alexander I. Romanus p̄sifex a- que lustralis consecrationis au- tor	586.5	
Alexander Tyrū expugnat	49.7	
Alexandri & Darj confliktū un- de dæmon prouenerit	49.10	
Alexandri ab Alexand. locum de mi- ro quadam spectro	75.3	
Alexandro Seueri qui uersus in Vir- gilio obuenerint de regno 201. 27		
Alexandrum Trallianum magicis characterib. usum esse	574.15	
Aliſi in domo ſuſpēti uirūs	582.2	
alligationum uſus apud medicos	574.21	
Almadal	147.33 & 170.9	
Alocer dæmon	910.15	
ālq̄t̄r̄p̄t̄r̄t̄a quid	197.41	
alrūne	338.42	
alrūna	232.42	
Althæ & Meleagris fabula	290. 13	
Amatoria pocula quantum ualeat		
381.29 uenena	380.30	
amatoria poculo tres ordine abba- tes interempti	384.24	
Ambroſij locus de omnipotencie Dei	119.11	
Ambrosium eadem hora Mediola- ni & Turonis in Martini exe- quias fuſſe	177.17	
Amduſius dæmon	927.46	
amenis quid efficiat	316.10. & 381.16	
Americorum mori in petendis ora- culis	119.19	
sacerdotes	119.2	
Ammonita boſtias humanae Mo- loch deo immolabant	37.6	
Ammonitarum idolum	30.11	
Amon uel Aamon dæmon	913.40	
amor & timor fortis imagines gi- gnunt	262.7	
amoris curatio magica	338.32	
uic	243.43	
amorem cuiusdam mulieris concio- liandi modus magicus	543.28	
que reconcilient	379.16 & 380.36	
Amoymon dæmon	931.19	
Amphionem Thebanum magum fuſſe	149.6	
Amsterdami pueri circiter trigin- ta misere à dæmonio exagitati		
414.10		
amuletorum phyſicorum uirtutes	578.40	
Amy dæmon	919.24	
Anacephaloſis de Lamijis	769.1	
anachitidis lapidis uirtutes	582.37	
anagallidis rubro flore ad quid u- tilis	579.2	
anathema magicum	521.20	
Anameleco dæmon	29.36	
Ancyritani concilij constitutio ſeu decretum de magis	664.15	
Andras dæmon	918.11	
Andreas Mafius	136.25	
Andreas medicus	590.10	
Andrea Tirapelli lex connubia- lis	386.40	
Androalpbus dæmon	918.19	
Androgei cædes quibus rebus fit placata	38.14	
angeli aint creature	25.27	
quales & ad quid conditi aint a Deo	18.6	
de Angelorū lapsus cauſa qui Theo- logi ſcriperint	21.1	
angelorum & diaboli diſtinzione		
124.1 ministerio cur Deus ut- tatur 617.43 natura & oſa- ficium	18.10	
angelos nefare futura	51.27	
animæ beatorum, magorum carni- nibus ē deſignata à Deo ſede non euocantur 185.20 quo mo- dis apparet 66.7 an ſubie- ctum cuiuspiam rei affumere poſſunt	846.24	
animarum apparitiones unde, & quo tempore fiant	65.39	
animas in manu Dei existentes dia- bolus ē ſuſ quiete turbare non poterit 131.39 mortuorū quibus prætigij dæmon ludificare fo- leat 61.29 multi in defuncto- rum per ſe exprefſiſſe uia uoce eauſam purgationis	64.36	
animalcula cum uirinis excreta		
443.10		
animalia perfecta & imperfecta		
que ſunt	335.39	
animalium feritates quid domet	978.36	
animalia nulla ex ſe coſcipere	336.	
11 ne à maleſicio inficiantur,		
coniuratio ſuperstitioſa	64.6.	
25		
animantia ſi præter naturam quid pati uideantur, quid faciundum		
ſit	649.32	
animantium morbis prohibendis		
ſuffiſſum uile	650.22	
petes	490.3	
animantia quomodo ledant uene- ſici	387.2	
Anna Lemgou uirgo monialis & diabolo mirè exagitata 423.16		
Anne à Virmont uenenum propria- tutum	374.45	
Annebergius dæmon	112.34	
annulus nuptialis	538.28	
annuli magici figura & uirtus		
537		
annulo incluſo radicis dæmonem		
extrabentis hiftoria	589.22	
annulorū uſus apud medicos	574.	
21 magorum nuge	537.17	
Anquirentis concilij decretum de Lamijis	735.14	
Anſelmus Parmensis cuius ma- cognitionem habueris	881.4	
anſeres in Scotia ex arboris fructi bus in aquam decidentibus na- ſeuntur	336.12	
Antonius Heliogabalus magus	143.9.6	
antirchinon berba ad quid uile	582.25	
Antiphenes Albeniensis magus		
148.21		
Antonini Caracalla edictum con- tra magos	572.12	
Antonius archiepiscopus Colonien- ſis	434.19	
Antonius Houens	682.16	
Antonius Sucquetus	362.20	
Antonij Sucqueti filij uxor misere-		
OO 3	uxorata	

I N D E X

- uerata à dæmonio *ibid.* 27  
 D. Antonius quomodo dislinguat  
dæmones 122.39  
 Antonij Argopitij lecta cum dæmo-  
nibus 619.19  
 Antonij Sabellici uerba de ueneti-  
cij correndis 371.3  
 Apennini monst̄ incolarum super-  
stitio in tempestatis arcedis  
585.11  
 Apionis sinistra opinio de Moſe  
153.21  
 aprobatio uis in magia 171.35  
 Apollinaristariorum heres 730.36  
 # C 731.1  
 Apollo deus 32.13. C 33.13 Py-  
thius unde sit dictus 203.14  
 Apollonius Tyaneus magus 148.  
+ pueram Romæ c moriū  
fuscat 193.6  
 Apollonij Molonis sinistra opinio  
de Moſe 153.20  
 Apollonium è Smyrna celerrime  
Epibezum translatum eſſe 177.  
12  
 apostata qui dicatur 757.12  
 Apion Grammaticus Homeriani  
man ab inferi exocat 193.20  
 L. Apuleius ob artem magicanā  
natus 661.15  
 Apuleij fabula 175.18. C 238.18  
C 466.10 metamorpho-  
sis 149.9 C 169.36  
 apī regulum cur Lamiae deuorent  
684.46  
 Apu/corus magus 147.35  
 aqua cribro haſta 176.23  
 aquæ latræ uarijs uſus 585.42  
 aquam insalubreū Hierichontic  
quibus rebus Elizæus salubrem  
reddiderit 586.20  
 Arabes quid de lapsu dæmoniū ſen-  
ſerint 19.6 quantum bonorem  
tribuerint magica arti 150.11  
 Arابum uaticinia 209.17  
dy 32.3  
 Arbatel libellus magicus 166.20  
 Arcadum transformationis in fe-  
rari explicatio 468.1 ſacrifi-  
cia 184.9
- arena per alium mulieris reddita  
411.27  
 Areopagitarum ſententia de uene-  
ſicis 768.11  
 Areouſa uirgo in mare mutata  
473.5  
 argutum uiuum uetula quædam  
marito ſuo propinat 376.1  
arioli qua pena afficiendi 657.  
14 C 661.13 C 732.42  
 Ariſtei anima corui effigie uifa  
68.21  
 Ariſtodemus filiam C ſcīpion in  
gulat 38.6  
 ariftologie radix ad quid utilis  
581.27  
 Aristomenis Mæſſenij cor excutum  
pili refertum 446.43  
 Ariſtophanis locus de Euryclē ma-  
go 140.28  
 Ariſtotelis ſententia de Lamij  
697.1 de hippomanes 383.15  
 Ariſtotelici negant dæmones 17.  
23  
 Arnoldus de Villa noua cuius ma-  
gice cognitionem habuerit 881.  
45  
 Arnuphi magus 147.39  
 Arphaxat magus fulguris iſtu  
mortuus 155.42  
 Arrianorum ſecta 730.44  
 Arſatius Chriſti nomine dæmoniū  
expellit 639.41  
 arſenici uſus 373.20  
 Artemisia herbe conſecrate uſus  
C virtutes 584.23  
 Arlephijs art 170.10 riui incar-  
tationum 175.18  
 Artephium ſuſſe magum 149.11  
 arteria aſpera 394.31  
 arteritid curatio magica 531.18  
 aruſpices quomodo apparitiones  
ſpectrorum olim Romæ inter-  
pretatiſt 73.31 quomodo  
ſint puniendi 932.42  
 àqv[u]a uaria quid 100.10  
 Asciipassa deus Turcarum, quem  
in matrimonio inuocant 35.13  
 Asia quomodo ad Macedones per  
uenit 48.22
- Aſina dæmon 29.44  
 aſini mira docilitas 93.2  
 in Afriuum iuuenis mutati figmen-  
tum 169.3  
 Afmodœus dæmon 804.32 C  
923.5  
 Afmundus demotus luci reſtitu-  
tus 252.1  
 afphali uſus C virtus in arcendis  
dæmonibus 581.9  
 Aſſor imago diaboli 110.9  
 Aſſyri quantum honorem Zoro-  
aſtri tribuerint 127.13 quid  
de dæmoniū lapsu ſenſerint 19.6  
quem deum coluerint 29.34  
maximi cultores magie 150.11  
 Aſſyriorum monarchie deuata-  
tionem unde dæmon preuoca-  
rit 49.12  
 Aſſavob dæmon 30.27 et 563.23  
C 921.20  
 Aſtarte dæmon 50.27  
 aſtrayneuſtā quid ſit 159.37  
 astrologi cuiuſlam uiferabilis in-  
teritus 215.12  
 astrologica à magis quid diffe-  
rent 553.10  
 Aſſuiti C Aſſundi paſtum 531.33  
 Atalanta C Mcleagri fabule  
290.1  
 Ates deo ſub nomine quid Home-  
rum intelligat 19.8  
 Ahabaſij loche de abolitione oras  
cudorum 41.36 ſententia de  
baretiſis non encandit 723.2  
item de ieiunio 625.44  
 Abenienſes quotannis septem ado-  
lescentes C totidem puellas in  
Cretam Minotauro deuorād.15  
uiferunt 38.15  
 Abenienſum C Persarum pre-  
lium 74.33  
 Abenodori philofophi obfirmas-  
tus contra dæmoniū terribili-  
menta animus 71.6  
 Aſtrebat lamia complures combu-  
ſtæ 190.25  
 auaritie exemplum 300.14  
 augures qua pena ſint puniendi  
ſecundum leges 662.27  
in Aſio

I N D E X.

- in Augurij que obseruata sunt  
139.14
- Augustini locus de abolitione orationis  
culturum 41.37 item de dæmonium studij 97.24 de diaboli origine 19.29 de diaboli contubus 47.16 de diabolo, an hominum cogitationes sciat 13.4.33 de diis gentium 32.8 de omnipotencia Dei 129.24 de Samuelis apparitione 189.1 de Donatistarum improbitate 72.5.25 de hereticis non enecandis 718.21 de transformatione hominis 466.5
- Augustini Steuchi sententia de Sibyllarum oraculis 871.35
- Augustus Caesar oculis lucidissimis predictus 369.32
- Austus Alcimus episcopus Viennensis 183.31
- Auli Gellij verba de ueneficiis 768.15
- Aurelianensis concilij decretu contra magos 665.29
- Aurelianensis spiritus exorcismi celebris historia 601.40
- Aureliani Imperatoris elementia erga faminem sexum 739.2
- Ansonius reprobatur 474.20
- Ausonij uerbi de quadam ueneficacia 374.26
- Afriquarum quid 197.6
- Aym dæmon 928.37
- Ayperos dæmon 915.46
- B.
- B**aal dæmon 29.19
- Baal Zephian idolum 463.21
- Baelberith dæmon 30.41
- Badim dæmon 30.38
- Baarus radix & locus 588.22
- Babylonica captiuitatis causa 4231.8
- Babylonij quos deos coluerint 29.38. & 31.42
- Babyloniorum magia unde originem ducat 27.20. & 146.20
- baccharis herba uirtus 582.9
- Bacchus unus ex diis selectis 33.23
- Bael dæmon 913.2
- Baianus se in lupum transformari posse creditit 472.8
- Balan dæmon 930.4
- Baldi censura de Lamiarum consueta 733.32
- Balduni Ronsei iudicium de Operis praefligarum dæmonii Vnde 904.11
- balis herba qua magi usi sunt 193.33
- baliamum quo ueteres reges sunt inueniti 586.40
- balsami in Ecclesia Romana consuetudine 187.1
- Balthasar successoris Nabucadenezar in omnium 899.35
- bangue planta 320.31
- baptismatis aquæ & missæ usus in magiæ artibus 164.43 nunc externa exemptione tolli non posse 245.3
- Barbas dæmon 913.20
- Barbaros demons 914.6
- Bardi Druidæ 38.4.4
- Bartholomæus Pisanus 82.9
- Bartolus Richini Ll. Doctor 900.38
- Bartolij sententia de Lamiarum potentiâ & pena 312.41
- Barrauivus quid sit 144.37. & 747.5
- Bathym dæmon 914.40
- Batsubassa deus apud Turcas 35.31
- Batiavus quid sit 185.12
- Beal dæmon qualis 921.8
- Beclhegor quid significet, & quibus si culum 29.25
- Bezelzob princeps dæmoniorum ibid.10 legatos emitit ad interficendum Frâscum 83.41
- Belemon quid significet 103.45
- Bel quid significet, & quorū deus fuerit 29.2
- Belial dæmon 919.9
- Bellona dea 33.26 hostijs humanis placata 39.14
- Bellonus opium sine nocturno comedit 319.28
- benedicti herba uirtus 581.28
- benedictionis formula uulgo in misericordiâ curatōe usurpata 404.2
- Benedictus quomodo pontificatus sit adeptus 503.38 equo nigro post mortem uectus 81.1
- Benedicti non mors, ibid.14
- Berengarij error 731.35
- Berib dæmon 921.8
- Bernarium monachorum tragœdia uenifica 321.30
- Bernhardus Cronenburghius medius 447.12
- Bernardus episcopus Hildesheimensis ducatum Visenburgensem inuidit 114.4.4
- D.Bernardo dæmon appetet 81.43
- besliarum maleficij curudi modus uulgaris 645.10
- in Besiliis homines non transformari maleficio 464.18 hominem transformatio phantastica quomodo fiat 268.36
- Bifrons dæmon 926.29
- Bitru dæmon 917.36
- Bœoti quem deum coluerint 32.4
- Bœotiorum lingua, ibid.39
- Boeobius in quibus historiam minus fit sequitur 287.7
- Boeobij fabula de incubo dæmore 333.30 historie ubi non fides sit tribuenda 887.36 carmen de Vlyssis socijs 464.37
- Bolfridæmon qualis sit 921.9
- bombardarum ielus quid prohibeat 573.23
- Bononie mulier à dæmone exagittata 450.36 cuiusdam ueneficacius 373.13
- Bononiensis qua pœna Lamius affectare soleant 736.43
- Bontenbronch in arce quid à demonio miserè uexatus 499.32
- Bortes uarrua quid sit 198.6
- Borbicularum populorum septentrionalium incantationes 173.19
- Boris dæmon 914.38
- bones ab eis quid exterreat 387.27
- boum pestilentia 490.18
- Brisse

I N D E X.

- Brisiaci in Basiliensi diœcesi uno  
guenium terrible à Lamis cō  
fectum 240.31
- Brugis mulier misere uexata à de-  
monio 362.26
- Brugensis uetus fucata religio  
549.26
- Brutus Romanum imperium obti-  
net 201.31
- M. Bruto dæmon apparet 72.35
- bruxæ 273.7
- bryonia radix ad quid utilis 581.25
- Bucardus comes de Luca interfe-  
ctus 114.32
- Bucolica qui scripserint 649.41
- Budericia mulier dæmoniacam i-  
serem uexata 476.44
- Buer dæmon 914.17
- bufones fugandi modus magicus  
530.46
- Bulaphia ars 170.9
- Bune dæmon 910.29
- Busa dæmon 912.29
- Buscidius puella quædam à dæmo-  
ne uexata 429.4
- Byleib dæmon 916.32
- Bythiæ monstroſæ faminae in Scy-  
bia 368.25
- C.
- C**aerinolæ uel Caſſimolar  
dæmon 916.16
- Cabala à magia infami uitata  
152.28
- Cabalisticæ artis uſus 208.7 &  
209.23
- Cacodemon unde dictus 105.8
- Cain Abelem interficit 26.37
- Calchanitæ & Tiereſiæ matricina  
de humanis uictimis 37.17
- calculus gypſus in tonſillarum fau-  
cium abſcſſu repertus 44.1
- calculi ad centum & uiginti tres  
in bilis receptaculo inueniti  
44.7
- Calechutorum dei effigies horri-  
bilis 118.30
- Caldenbroce in arce uirgo quæ-  
dam à dæmoni misere agitata,  
à Vuero curatur 59.42
- C. Caligula potionatus ab uxore
- 383.4  
calliciae herba uſum in magia 171.  
35
- Callisthenes ueneficuſ Lucium Lu-  
cullum interficit 382.44
- Cambyses magus 147.44
- cameli saltatio 93.43
- campanæ pulsu in die D. Ioani le-  
mures & lamias pulsari 508.  
10
- campane baptizata an tempeſta  
tes pellant 44.16
- campanarum baptiſmus ex exor-  
cismis 43.10 ſonitus an grana  
dinem auertere poſit 814.43
- Canibalum idolatria 198.29
- canis rabiidi morsus remedium Pa-  
racelſificum 884.30 curatio  
magica 531.31 curationem  
ad quos medici inepti referant  
226.40
- canis nigrifel ad quid uile 581.37
- Carabia dæmon 927.39
- carceris & custodie diſcribens  
681.18
- carchedonij lapidis uirtutes 582.  
24
- Cardanus reprobenditur 360.9
- Cardani censura de lamis 894.  
45 libri de ſubtilitate 162.13
- Cardani ſententia de lamiarum i-  
maginationibus 286.31 item  
confiſſione 688.17 unguento  
315.26
- Cardani uerba contra magos 553.  
22 de lamis 697.4
- carminum uſus apud medicos 574.  
22
- carnibꝫ uefci diebus à pontifice  
Rom. uetitis quādo licet 248.  
17
- carnifex quidam in ducatu Vuero  
tenbergo paſtua pecoris uene-  
nis inficit 387.45
- carnifici pertinacia Antwerpia  
547.33
- Carolus 7. rex Gallie Egidium re-  
gni maribalcum ſuppendit ob  
magiam 661.20
- Caroli Galli epiftola ad Vuierum  
337.10
- Carpoorates magiam publice do-  
cuit 250.40
- Carthaginensis concilij decretum  
contra magos 665.37
- Casali uenefice & uenefici com-  
plures capti 372.17
- Cafini ex uirgine puer factus  
473.1
- Caffari Barbolli epiftola de Oe-  
pere Vuieri 900.43
- Cafiani ſententia de diabolii pree-  
notio 136.3 de demonium  
potestate 125.30
- Cafij Parmensis interitus 73.18
- Cafij Parmensi nanus alauu ap-  
paret 72.44
- carboris natura 238.35
- catalepsis à melancholico ſanguine  
635.9
- Catharinæ Loe hiftoria 636.18
- Catoni membra luxata carmine  
fanate 531.16
- Caupone regine deſcriptio apud  
Apuleium 238.18
- Caym dæmon 925.27
- Cerberus dæmon 916.8
- ceremonia inania rerum ſimula-  
ciora 592.13
- ceremonijs pueros occidi non poſ-  
ſe 245.43
- Ceres dea 33.16
- ceromantia quid 197.36
- Cetibin terra 49.2
- Chaldae Lecamantia cultores  
195.12 qua poena ſint afficio-  
di 662.28 quantum honorens  
magice arti tribuerint 150.9
- Cham filius Noe primus magie  
cultur 146.17. & 923.41 eius  
execratio 27.14
- Chanos dæmon 30.8
- Chanaan quod ſimulachrum ex-  
truxerit 31.9
- Channon pifcem ex ſeipſa naſci  
337.10
- charakterum uſus apud medicos  
574.22 magicorū nuge 537.17
- charakteribus non ineffe aktiuas  
uirtutes 554.26
- Chara-

I N D E X.

- Charadry ultrus** 369.44  
**Charobites sacerdotes apud Amoricos** 119.2  
**Charondas magus** 147.44  
**chartula inanis collo subnexa** 570.  
 39  
**Chasaph Hebraica dictio quid significet** 136.19 & 825.11 ad quid propriè spectet 137.21  
**Chatrab quid** 47.16  
**Chax demon** 924.27  
**chirurgus sceleratus** 559.3  
**chirurgi cuiusdam facinus Clivus** 609.27  
**chirurgi indocti in quos referant inscitiam suam** 220.25  
**Chiridirellus deus apud Turcs,**  
 quem viatores invocant 35.25  
**christina à démone adimi non posse** 692.39  
**chrismaticum externa exemplum-**  
 ne tolli non posse 244.40  
**Christianus regis Dacie in sollicuo-**  
 lo calculi complures inuenti  
 44.21  
**Christiano homini que necessaria**  
 sint 802.42  
**Christianos quām uariē diabolus**  
 illudat 42.27  
**Christophorus Probus cancellarius**  
 Palatini 715.44  
**Christus ab hereticis magie ini-**  
 midatus 152.39 an à démone  
 fuerit delatus & raptus, an uero  
 deditus faleum 274.22 cur  
 uenerit 42.1 & 51.42  
**Christi corpus post resurrectionem**  
 quale 281.38 meritorum  
 insignis contemptus 932.37  
 miracula qualia fuerint 122.30  
 nomen quare feductores pre-  
 cationibus & exorcismis im-  
 misceant 594.10 nominis inuo-  
 cationis efficacia 639.35 pro-  
 missio post lapsum hominis 26.  
 28 testimonium de medicis  
 222.1  
**Christum cur démones prius peni-**  
 tum, quam Apostoli uerent  
 51.36 cur diabolus tentarit
- Christo nato resarunt oracula**  
 53.39  
 41.34  
**chrysoliti lapidis uirutes** 582.23  
**Chrysostomi sententia de apis sa-**  
 thana organa 252.26 de hære-  
 tice non encandis 721.31  
 de Pythia uel Apollinis oraculo  
 203.33 de sexus somnifera-  
 gilitate 253.46 de anaibema-  
 te 527.39
- Choates magus** 149.29  
**Choatrices incantatores insignes**  
 150.34  
**choleræ morbus unde oriatur** 396.  
 7 adūta qualia somnia pao-  
 riæ 263.22  
**cholericus vapor qualia insomnia**  
 moueat 263.11
- Chymicæ quantum tribuat author**  
 222.11  
**Cicibus Ascalus Florentinus cuius**  
 magie cognitionem habuerit  
 882.1  
**Ciceronis locis de démoni qui Ta-**  
 gi apparuit 73.41  
**Ciceronis testimonium de Sibylla-**  
 yanæ doctrina 867.46  
**Cimcrius démon** 929.16  
**Circe uenifica** 767.21 socios V-  
 lypis in bestias mutauit 184.7  
 & 468.3  
**Circes omnipotentia descriptio**  
 134.3  
**Circenses ludi iussu démonis de**  
 nouo instituti 566.40  
**circulatoris insignis exemplum** 91.  
 14  
**circulatores apud Fessus** 207.34  
 & 208.23  
**Circumcellionum secta** 725.3  
**Citimus magus** 148.32  
**Claudiani uersus de Lauro** 193.22  
**Claudio imperatori qui uersus ex**  
 Virgilio regnum prædixerint  
 201.35  
**clausa qua berba aperiantur** 541.  
 41  
**clausorum aperito diabolica,**  
 ibid.31
- clavis ferrea sub illaſa cito latet**  
 & excisus 416.1  
**clausa mulier maleficio laſa euo-**  
 mit 408.25  
**Cleopatra uenenum bibit** 485.41  
**Clementis loca de démonum fabu-**  
 litate 47.33 sententia de deo-  
 moni machinationibus 95.10  
**Clementis & fratribus oculos quo**  
 modo Simon magus effascinando  
 rit 144.29  
**clericis cuiusdam melancholia &**  
 infantias 257.41  
**Cluensis torris cygneæ** 357.4  
**Cluensis principis laus** 894.26  
 prudentia 714.11 & 902.20  
**Cluensis ducum originis uetu-**  
 sis unde comprobetur 357.7  
**Clivis cuiusdam chirurgi facinus**  
 609.27  
**Cobares magus** 147.35  
**Cobali démons** 113.14  
**cabalatum Plato è sua Republ. ex-**  
 terminauit 335.30  
**celi imaginibus nulla magice uo-**  
 ceri conueniunt 534.15  
**celo quoniam deum præficerint Gre-**  
 ci 32.39  
**cogitationes hominum an diabolus**  
 sciat 134.42  
**fine Coitii uiri cur multi nati si-  
 gantur** 340.44  
**colici doloris remedium physicum**  
 579.3  
**Colonia in monasterio Nazareliis**  
 uirgines religiose à démoni mi-  
 tri modis ueratae 427.21 moni-  
 strum nascitur 447.3 turris  
 inquietissima ob spæctra 640.  
 7  
**Coloniam trium regum offa mis-**  
 sa, & ibi condita 280.24  
**columba Mabometis mira docili-**  
 tus 94.14  
**Columella locus de Dardanis**  
 149.28  
**Comeibo Diana Triclaris maſta-**  
 tur 37.33  
**connata que sunt occulte, non do-**  
 bent referri ad potestatem la-  
 misrum

pp

934

I N D E X.

- |                                      |        |                                     |                                |                                     |        |
|--------------------------------------|--------|-------------------------------------|--------------------------------|-------------------------------------|--------|
| mirum                                | 367.40 | rum nis & virtutes                  | 627.15                         | cultus ex cuius dā puerū latere exe |        |
| conatus perficitur quid sit          | 835.10 | corpus quid sit 283.1 unum eodem    |                                | Eius 430.1 eiusq; longitudo         |        |
| sæpe habetur pro facto               | 829.13 | tempore duobus in locis esse nō     |                                | & forma                             | 437.35 |
| conciliorum decreta contra magos     | 663.35 | potest                              | 282.14                         | cultus in uentriculo demortui in-   |        |
| concubitus cum demone imagina-       |        | corpus non nisi per iusta spacia    |                                | uenti                               | 416.20 |
| rius 322.32 & 325.10 & 690.          |        | ferri posse                         | 281.1                          | cuffis ferrea in thorace relictā,   |        |
| 24. & 75.3 cum lupa imagi-           |        | corporum penetratio.                | ibid.16                        | qua iuxta aluum post bienniū        |        |
| narius 707.44 promiscuus             | 251.18 | corporib; hominum cur se immer-     |                                | excidit                             | 448.16 |
| concubitus impotentiam etiam à       |        | gere cupiant dæmones                | 95.21                          | custodie & carceris discrimin       |        |
| dæmonie modo naturali inuehi         | 457.19 | corpora an demon sine corpore       |                                | 681.25                              |        |
| in Concubitus maleficio quid fas-    |        | ferat                               | 276.41 an & quando             | Cubæorum idolum                     | 29.41  |
| ciedum                               | 635.36 | posint spiritus transferre          | 275.                           | Cybeles Galli sacerdotes dicti      |        |
| concupitum dæmones exercere nō       |        | 7 quando dæmon per aerem            |                                | 204.11                              |        |
| possunt                              | 129.44 | deferat                             | 279.7 quomodo si-              | Cygnea turris Clivensis             | 357.4  |
| concupiscentia quale uitio           | 21.10  | ne corpore assumptio dæmon per      |                                | Cygnus nauiculam argentea cate-     |        |
| confessio errorea 703.8 fallaciter   |        | aerem ferre posit                   | 279.24                         | na trabens                          | 356.36 |
| eblandita 712.11 qualis esse de-     |        | Cracasaga                           | 292.33                         | cynocephaliæ virtus                 | 582.8  |
| beat                                 | 733.19 | Crantii locus de Vandalorum djs     |                                | cynocephali Hermopolitanus pro      |        |
| confessioni soli non est standum in  |        | 34.38                               | deo coluerunt                  | 31.41                               |        |
| criminalibus 733.30 mente le-        |        | creare solius Dei 129.39. & 178.31  |                                | Cynops magus submergitur ora-       |        |
| si non est standum                   | 686.41 | & 181.21 diabolus nihil po-         |                                | tione Ioannis 156.2 & 639.          |        |
| tomentis exactæ fides non est        |        | test                                | 30                             |                                     |        |
| tribuenda 668.39 & 895.14            |        | credulitas temeraria quantum in     |                                | Cynopis magi historia               | 154.42 |
| in Confessione crimina celare, an    |        | magicis curationibus uidet          |                                | Cynophasti herba magice virtutes    |        |
| sit peccatum reale                   | 249.20 | 569.41                              | & usus                         | 589.11                              |        |
| ex Confessione sola non indicatur,   |        | credulitas constantis potentia      |                                | Cyprianus magus D. Justinus vir-    |        |
| nisi in heresi                       | 733.35 | 569.6                               | ginem Aglaio frastra concilia- |                                     |        |
| confessiones in criminali causa qua- |        | Creonis filius pro patria maf-      |                                | re nititur                          | 148.33 |
| les esse debeant                     | 822.16 | taeus                               | 37.23                          | Cypriani locus de diaboli studiis   |        |
| Conformatum liber a quo & ut-        |        | Creteres semper medaces             | 869.2                          | 96.27 libri magici sub falso        |        |
| bi fit conscriptus                   | 82.42  | cribri diuinitio quomodo fiat       |                                | titulo circumferuntur               | 152.43 |
| coniectores qui dicantur             | 142.29 | 197.20                              | sententia de ieiuno            | 625.44                              |        |
| connubiales leges                    | 386.43 | criminalis actionis probationes     |                                | uerba de damoni curatione et        |        |
| consecratio ridicula                 | 648.6  | quales esse debeant                 | 687.6                          | studio                              | 565.30 |
| Confentes djs qui dicantur           | 33.19  | crocodilis in forma dæmon cultus    |                                | Cyrenaeo Achoyi litatum, ut mu-     |        |
| Confutans a Lyckerken                | 418.17 | in Arfinge                          | 55.4                           | scie facerent                       | 32.30  |
| Constantini Imperatoris sententia de |        | Crofti interitus                    |                                | Cyrene dæmones                      | 351.33 |
| philistris 383.32 constitutio        |        | crux ab Argypis interfacyalis       |                                | D.                                  |        |
| de Lamis 661.35 lex de poten-        |        | teria relatia                       | 401.42                         |                                     |        |
| tia Lamiarum                         | 312.37 | crucis nis & potentia.              | ibid.27                        |                                     |        |
| coracefus usus olim in magia         | 171.   | crucem calcare secreto, an sit pec- |                                |                                     |        |
| 3.4                                  |        | catum reale                         | 249.36                         |                                     |        |
| coralli rubri uirtutes               | 582.26 | cruciatum insensibilitatem qui la-  |                                |                                     |        |
| cornutus dæmon in magia              | 171.35 | pis inducat                         | 550.28                         |                                     |        |
| Cornelia lex de uenientiis agat      | 745.39 | crystallomantia quid sit            | 196.4                          |                                     |        |
| de quibus uenientiis                 |        | Cupidinis & Psyches uelutatio ue-   |                                |                                     |        |
| Cornelij orationis & eleemosyna      |        | nered                               | 354.24                         |                                     |        |

I N D E X.

- mani in stipulatione extendat  
240.15 & dæmonium quid  
significet 104.43 Hildesheimē  
si episcopo noctu apparet 114.  
38 in Diana templum à Ioanne  
Euangelista fugatus 638.42 in  
quodam canobio forma canis  
sapientē uisa interdui 422.13  
iuuenem quandam immoriger-  
ram parentibus auferre cona-  
etur 76.31 & 78.2 monachis for-  
ma uidue cuidam apparet 87.  
10 mulieris forma Curtio Rus-  
so apparet 70.18 pueræ cui-  
dam sub forma iuuenis eximij  
apparet 420.19 qua substan-  
tie commoditate tam uaria ma-  
cbinetur 66.14 quando cor-  
pora per aerem deferat 279.7  
quomodo corpora transportet  
276.21 quomodo hominum se-  
sus obsideat 253.1 quomodo in  
uitro carminibus coercendus  
sit 158.16 quomodo lamias in  
aere concitando illaqueat 29.8.  
17 quot modis hominum men-  
tes constringat 58.33 quot in  
species se transformare posse.  
ibid. 27 quibus in locis et quās  
uarijs sub formis sit cultus apud  
ethnicos 54.41 quibus prelatis  
gys religiosos ludificare soleat  
62.30 Tagi pueri specie appa-  
ret 73.42 infibulare in Hil-  
desheimensi diaeceti multis ap-  
paret 114.19 unde sit dictus. &  
ubi in sacris literis eius mentio  
fit 104.43 unde Tyri de-  
struktionem prenouerit 48.42  
sub forma feluum uisus 422.19  
dæmon frus 355.2 pellendi  
superstitiosa curatio 556.37  
imbecillitas & impotentia mul-  
tis sententij ostenditur 615.17  
in nomine nibil boni fit 405.7  
infidus quomodo sit resistendū  
493.20 & 619.8 ludibrijs qui  
magis expositi sunt 271.35  
mendacum 551.18 multa flos-  
dia & opera breuiter compre-
- bensa 54.17 terriculamenta  
quibus literis arceantur 232.  
29
- dæmonem alieri inuehi non posse  
imprecaione 696.10 ca-  
ptium qui uitro circumferunt,  
qua pena sint officiendi 659.  
4 nullaradice extrorsi posse  
587.10 quare Deus cōstituerit  
hominibus aduersarij 102.43
- dæmones an concubitus exercere  
posint 129.43 & 425.10. &  
318.39 & 332.26 at à magis  
cogi posint 172.20 an habeant  
corpus sensiti caput 891.13 bo-  
ni & mali quomodo appareat  
111.40 cur aliquando futura  
prænuncient 47.23 cuius figura  
maxime adaptent 69.38 cur  
homines in bestiis transforma-  
re non posint 466.27 cur ho-  
minum corporibus se immerge-  
re cupiant 95.21 cur in locis &  
paratis ab hominibus se no-  
stant 66.19 cur plus sci-  
ant, quād homines 47.41 cur  
prīus Christum penitus, quād  
Apostoli, nouerint 51.36 cur  
sunt superiores hominibus 20.7  
cur ueritatem de Christo & suis  
Apostolis confisi sunt 55.1  
exorcismo quomodo & quan-  
do sunt eiciendi 656.45 expas-  
uefcunt uere credentes 500.6  
familiares 111.33 familiares  
priatorum hominum 116.43  
in cavernis mineralibus 112.33  
in quot ordines à Tribem di-  
uidantur 167.40 montani  
112.16 montani ubi maximē  
laborent 114.3 olim com-  
munibus precibus expulsi 622.  
41 poetici & ficti qui dicti  
sunt 119.34 pro dijs babitti, &  
coriora nomina 29.8 quibus her-  
bis in colloquio alluci posint  
579.37 quibus plerunge appa-  
reant 262.14 quibus sacrificijs  
maxime afficiantur 40.22 quo  
nomine expelli posint 401.25
- quomodo agnouerint Christū,  
quem Iudei non agnoscabant  
191.34 quomodo elemosynis  
ejcianur 627.6 quomodo  
icunis ejcianur 624.19 quo-  
modo pro dijs haberi voluerint,  
& prēsidere regionibus 18.16  
quomodo se insinuent corpori-  
bus hominum 99.28 quomodo  
do se in uaria formis transmu-  
tent 840.41 quomodo soni-  
tum emittant 68.13 quomodo  
spiritū nostrum suscipiat. ibid.  
28 quo modis apparet 66.  
7 quo modis hominibus insi-  
diis struant 98.10 tetrici fami-  
liares 112.14 tresuſi in de-  
serto 76.1 unde aliquando  
futura prædicant 871.20 un-  
de nomina sumperint 30.13  
unde tam admiranda posint  
47.35 & 54.18 unde uaticina  
ri posint 48.4 ut dij habiti  
28.23
- dæmonum bonorum & malorum  
discretio 111.36 & 124.2  
signa qualia 112.21  
de Dæmonum lapsus causa & na-  
tura qui Theologi scripserint  
21.1
- dæmonum citatio per magos quo-  
modo fiat 931.40 commen-  
titia nomina unde tā uaria 119.  
26 conatus descriptio ex Au-  
gustino 46.25 cultus apud quos  
potissimum uiguerit 150.19  
distrincta nomina quae conscri-  
pserit 124.11 distinctio secun-  
dum Theologos 110.6 diui-  
nationes unde 48.4 epida  
99.11 genus quod peſsimū sit  
113.8 illusiones 45.2 illu-  
sionibus qui homines maximē  
expofiti sunt 252.16 in arbitrio  
uoluntatem nocēti non esse po-  
sunt 125.30 inquisitio quan-  
do fieri debeat 64.41 Lepros  
19.1 lapsus qui expilico epibis  
priscis denotarent 19.18 ma-  
chineationum finis 102.35
- Pp. 2 montas

I N D E X.

- mōtiorum statuta, forma &  
operationes 113.21 nomen-  
clatura 29.2 nomina ex de-  
cione uarietate apud ethnicos  
110.18 nomina ipsorum studia  
prodentia, quibus nuncupatur  
in sacris literis 103.30 oracula  
quādū durarunt 41.19 & quād  
ambigua sunt 48.17 origo  
18.25 operations uaria 59.20  
potestu nocendin quo sit sita  
125.30 præmonitiones unde 48.  
21 prodigia unde, ibid. 35 pro-  
fugatio Parscelistica 558.21  
pseudomonarchia 913.1 stu-  
dia quo pacto à patribus de-  
scribantur 95.20 technē sape  
à sagaciōribus hominibus deite-  
ta 55.14 transformatio quo  
pacto fiat 850.25 uaria apud  
diuersos distincti 120.45 uas-  
tria nomina 29.2 & 109.1  
demonib[us] hactenus multa falso  
attributa sunt 134.7 limites  
nocendi constituti 124.30 que  
sunt impossibilis 132.5 quo  
modo in corpora ingrediendi  
locus detinat 95.31 quomodo  
quidam restiterint 619.29  
de Dæmonib[us] fabulae 17.28  
dæmones cur hominibus aduersa-  
rios Deus constituerit 95.12  
corpora hominum pro sua libi-  
dine ingredi non posse 453.33  
ejiciendi Ecclesie ueteris mo-  
dus 42.5 esse qui negent 17.23  
expellendi & a fugiendi me-  
thodus certissima ex sacris literis  
611.38 fugiendi modus Pa-  
racelsisticus 884.21 ignorare  
hominum cogitationes, senten-  
tias patrum ostenditur 134.15  
latronibus similes esse 565.3  
modos in quos grauis theologi  
distinguunt 120.6 nemo potest  
imprecaudo immittere 453.36  
nō aliter sanare morbos, quam  
à lessione ab illis inuenient et cessa-  
do 563.12 nulli planis aut ter-  
rena materia aliici aut fugari  
posse 578.10 procreandi po-  
teſtatem non habere 765.4  
proſuſib[us] posſe, ex Decretis  
ostenditur 133.32 qui lapides  
pellant 582.23 quomodo Latini  
ni distinxerint 111.14  
dæmoniaca mulier in Saxonie  
Greec & Latine loquitur  
644.11 Romæ optimum uer-  
sum ex Virgilio recitat 64.4.  
30  
dæmoniaca femelle ſigmenti hi-  
ſtoria elegans 484.15 mulieris  
partus lamiae imputatus 362.11  
ſic[ue] obſeffionis curationes cer-  
tae 633.1 obſeffionis iuuantibus  
ſacrifici hiſtoriae 481.16 præ-  
dictio[n]is exemplum 49.31 pu-  
ella ſigmentum Clivie 609.  
35 puellæ hiſtoria memorabilis  
400.6 puellæ ridicula curatio  
570.39 uirginis ſuperſtitioſa  
curatio 556.37 & 558.2  
dæmoniacarum actionum exem-  
pla uaria 70.8 imprecatio[n]ū  
punitarum exempla 455.27  
laruarum exempla 79.1 uir-  
ginum curatarum prope Xan-  
thos memoranda hiſtoria 629.  
40  
dæmoniacus curationes nibil uale-  
re, multis argumentis ex Pas-  
trum ſententijs probatur 563.  
23  
dæmoniacus quidam factus à malis  
efu 451.11 apud Gadarenos ma-  
leſicio Iesu 390.35 ab Hila-  
rione ſanatus 638.20 quidam  
eques ſis ordinis factus 451.  
34  
dæmoniaci uaticinij exempla 50.  
10 ſic[ue] hiſtoria festiva 484.  
16 obſidij ſigmenta 477.19  
dæmoniaci ad quindecim Hammo-  
na quib[us] remedij liberati 898.  
1 cur aliquando transferantur  
177.4 cur melancholici iudi-  
centur 476.21 quibus rebus o-  
lim ſanati sint 621.41 quomo-  
do communibus precibus cu-  
rentur 621.16 quomodo ſint  
curandi, certa methodus 613.  
20 & 631.18 ubi plures uno in  
loco ſunt, quid faciundum 628.  
33  
dæmoniacorum hiſtoria, qui à La-  
mīj affici credebantur 408.17  
puerorum Amſterdami hiſto-  
ria 414.3  
Dagon dæmon 30.15  
dæmoniaca pœna quid 196.11  
Daniel Brouchesius medicus 904.  
22 an magus fuerit 152.39  
Daniel uaticinium de Asia regni  
translatione 482.24  
Dani magicas artes in bello timet  
305.39  
dæmoniaca quid ſit 198.9  
Dardanica artes unde ſint dictæ  
149.26  
Dardanus magus 148.5  
Dardani Aegyptiorum magi libri  
149.11  
datura planta 321.4  
Decarabia dæmon 927.39  
Decij Mundi amoris impotentia  
341.41  
Decreta quid ſtatuant de magis et  
ariolis, eosdemq[ue] conſulentibus  
661.27 in concubitis maleſi-  
cio 636.1 de magorum mira-  
culis 183.45  
defunctorum anima quo tempore  
& quo modis appearant 65.  
39  
dæmones cur ueteris Hecaten appel-  
layint 110.32  
Delphi quem deum coluerint 32.12  
Delphicum oraculum 203.23  
Ionibus datum 37.31  
Delphici oraculi ambiguitas 49.  
27  
Demarchus in lupum conforma-  
tus 464.21  
Democritus Abderites magia cul-  
tor 149.20  
dentium doloris remedium ex ſa-  
cris literis 511.14  
Deimus dæmon à Calechutis cul-  
tus 118.2.4  
Deus

## I N D E X.

Deus cui diaboli & angelorum eius ministerio utatur	617.43	Didius magus	148.39	
deus ex homine non potest nasci	335.8	die Dominico ieiunare, an sit peccatum	247.41	
Deus non vult prædicari suam gloriam ab impio	405.20	diluvij causa	26.41	
quæ sibi referuarit punienda	787.	Diodori Sieuli locus de dijs gentium	29.15	
44 solus haec dixerat hominum	134.14	Diomedes in insula Diomedea pro deo cultus	32.11	
condidit 126.44 unus ubique est	282.20	Diomedes fuga & exilium	470.	
Dei nominis abusus exercibilis in curationibus morborum magis	510.30	2	Diomedenses quem deum coluerint	32.11
fit diabolus 130.13 verbi genuinus	528.3	Diomedes aues	468.8	
Deo quid impossibile	129.15, 23.28	Dionysio Syracusano dæmon apparet	72.6	
quomodo iniuria fiat	774.20	Diopbanes magus	211.8	
Deum peculiarem singulis in natura corporibus aesse	33.4	Ditt & Proserpinæ Romani aram sub terra erigunt	73.12	
dij communes 33.24 consentes qui delli fuerint 33.19 familiares	33.33	diuinitatio ex uisceribus maestatorum hominum 40.19 magica Ture carum	210.35	
geniales 33.27 gentium	33.39	diuinationes dæmonum unde 48.3	diuinationum magicarum species	195.10
quomodo in sacris literis nominentur	33.39	diuinatoris cuiusdam miserabilitas interitus	215.10	
Græcorum 32.37 indigetes 33.42 maiorum gentium. ibid.13 patris & tutelares. ibid.45 penates. ibid. 23 populi Dei 36.5 Romanorum 33.9 selecti qui delli sunt. ibid.21	33.39	diuinitati quid à morte acciderit	678.13	
deorum cognomina qui conscriperint 29.1 commentitorum supra triginta milia fuisse	34.19	diuinorum pena inter edicta imperalia Germanica 667.44	duunit pena à Moze constituta	618.16
gentium genealogiam qui conscripserint 28.41 libidines per sacerdotes exercentur	34.39	Dodona, aliâ Epirus	27.18	
provinciarum nomina	31.25	Dodonæum oraculum	54.41	
deos ac demones non coire	33.26	à quo fit inuentum	27.27	
diabolus ex quibus interiora hominis agnoscat 135.4 in cuiuscunque materia uel nominis idolis collitur 42.41 in quibus sit Dei minister 130.13 monstruosa specie appetet	73.17	doloris insensibilitatem qui lapis inducat	558.18	
quam uarie in Christiana Europa illudat 42.40 quibus in locis spiritus dicatur	106.15	dolus quid sit	781.7	
quibus somnij se libentius infi-		L. Domitio rure reuertenti iuuenies gemini apparent	176.35	
		domus infamis Aibenis dæmonis iodo	70.33	
		Donatianorum heresis	731.4	
		Donatistarum secta	725.3	
		Donnerbeitel	585.25	
		Dordraci duæ virgines à dæmonio exagitatae	413.6	
		dormienti testes execti	318.2	
		cuidam spectrū apparet	75.10	
		Draco magnus in terrâ proiectus,		

I N D E X.

- cum personam denotet 18.40  
 Druidi Bardi 38.44  
 Druides Gallorum quam magiam coluerint 152.7  
 Duffi regis maleficio lusi bisutoria mira 283.46 historiae figurae unde sit sumptum 289.42  
 Duruueis pagi, inq. co exorcistae cuiusdam factum 596.14  
 Duseldorpi monacho cuidam testes exercitii 458.23  
 Duffi daemones 349.12
- B.  
**E** Brietas cibas diaboli 99.5  
 ebrietatis initium 27.13  
 Eckerten demonium prope Elte pagum hominibus multa damna inferens 712.26  
 ecnephiis uenetus 279.40  
 effascinare quid sit 144.34  
 effascinatrices gentes 369.10  
 effigierum magicarum nuge 537.
- 17  
 Egypti mulieres quomodo uaticinentur 204.40  
 Egidius regni Gallici marischalcus ob magiam suspensus 661.10  
 D. Egido epilepsie curatio tribuit a medici ineptis 226.44  
 Eleazarri miraculum 587.21  
 eleemosynarum encomion 617.6  
 elephas in sacris literis quid dicit 103.43  
 elephantiacos diabolus mundare non potest 132.32  
 Eligor demon 915.16  
 Elja Kamensis à diabolo miris modis exagitata 425.1  
 Emath uiri quem deum coluerint 29.44  
 Empedocles quas nationes peruersitatem ob magican artem 149.45  
 Empedocles dñi 111.25  
 empusis qui lapis aduersetur 532.10  
 Engellbertus Holter chirurgus 458.37  
 Enibusflarum origo 40.45  
 Enslav. & inides quid significet 139.24 & 144.35  
 ephemeri auis genitura 336.42  
 ipliarius quid sit 323.20  
 epilepsia an morbus sacer sit, Hippocratis sententia 227.6  
 quid sit, & uide oriatur 323.16  
 epilepsia causa & natura 229.4.6  
 curatio Paracelsitiae 875.24  
 curationem ad quos medici inspi-  
 eri referant 226.43 magica & superstitiosa curatio 530.  
 14 remedium pyleicum 579.2  
 superstitiosa curatio apud pri-  
 ficos 229.12 uariae cause, ibid.37  
 epileptica puella, putatur demo-  
 niaca 481.16  
 epilepticus à demoniaco quomo-  
 do sit descendens 487.30  
 epilepticis que sint uitada 217.25  
 epilepticorum curatio magica 593.
- 29  
 Epiphanius Palestini sententia de philtris 383.42  
 Epirus prius Dodona dicta 27.18  
 episcopi plerique infames magi 504.19  
 iudeo quid sit 145.6  
 Equae Faunio flante obuerse, ani-  
 male spiruum concipiunt 337.25  
 equitatis exercitus quo pacto ma-  
 gica arte comparetur 542.40  
 equi in formam feminam mutata 269.58  
 equum nigrum Stetinenses diuino honore prosequuntur 31.18  
 equorum uernis remedium magi-  
 cum 514.35  
 equos ab esu quid exterreat 387.  
 26 apud Nigritas carminibus strenuiores reddi 533.33 quid illæcos conseruet, ibid.10  
 Erafil locutus de quodam parocho 82.14 de quodam spectro ficto 609.1 de hereticis, quomodo cum his sit agendum 723.33  
 Erichtho malefica mortuum quen-  
 dam suscitat 193.2  
 Ericus frater Rollerius 292.30
- Ericij Danici prudentia 758.25  
 Erophile 863.17  
 errantis nullam esse voluntatem 783.32  
 erucarum è brasiliis abigardarum coniuratio magica 533.44  
 Esau uaticinium contra magos 231.6 de Tyri destructione 48.44  
 Esau dolus & astutia 28.6  
 Euam cur demon aggressus sit, & non Adam 253.39 quomodo diabolus decepitur 24.6 euangelia collo alligata an uim cōtra demones habent 533.35  
 Eucharius Rosenbader medicus 416.15  
 Euchitarum nefanda sacrificia 250.40  
 Budemus philosophus & magus 538.6  
 Bonus Syrus filius demoniacus 481.3  
 Euphemii Cartandem aduenture in Satyrides insulos 350.18  
 Eurycles magus 140.37  
 Eusebi locutus de abolitione oracu-  
 lorum 41.43 de Maxentij interitus 156.23 de Zoroastre 147.5  
 Euxodus magus 147.45  
 Exorcismus ad gehennam condemnans 599.31  
 exorcismi brevis formula 640.29  
 formula apud ueteres 642.28  
 exorcismi quid & quomodo adhibendi sint 636.45 item à quibus 637.26  
 exorcismorum abusus 591.28  
 exorcistæ cuiusdam miserabilis in-  
 teritus 897.7 facinus 601.31  
 exorcistam qualem oporteat esse 637.4  
 exorcistariorum quorundam interitus 897.7 quorundam historice memorabiles 596.5  
 exorcizare quibus olim licitum fit 637.26  
 exploratio nocentium per ferrum candens 685.15 item per aqua-  
 bulli-

I N D E X.

- bullientem. *ibid.* 20  
extirpicine auctor quis fuerit. 73.  
40
- F.**
- F**ab*a* inuerse *uisus* 316.20  
fabam Gr̄ecam quid Ligures  
appellent 138.7  
fascinare quid sit 144.34  
fascinationes quae probibeant  
582.1  
fascinum quid sit 144.46  
fascinum quid auferat 581.22  
Fauni 349.18 *dij quando* &  
quales sint creati 34.5  
Faustiniiani vultui facies impressa  
Simonis 144.31  
Faustus Batoburgi captus 157.42  
ubi ariam magicanam didicerit,  
euip̄ interitus *ibid.* 31  
Febris curatio superstitia*sa* & hor-  
renda 562.10 curatio magica  
511.18 & 532.41 quartana cu-  
fectus 432.47 quotidian*a* cu-  
ratio magica 532.25  
contra Febres breviola 538.21  
feli cerebri ad quid utile 380.33  
felin Aegypti pro deo coluerunt  
31.35
- Ferebris *dij* fulminis 33.12  
ferramenta duo *affera* in uentri-  
culo inuenta 416.22
- Fessetria diuinorum genera 210.  
10
- Fessensium mulierularum com-  
mixtio cum dæmone 345.40
- Ferdi uerus de Strigibus 232.19
- Fesilis ingens multitudine inter se  
pulchra lugubri ueste interdu-  
ambulare uisa 73.14
- Fidei in negotio processus 730.11  
fidem Christianam qui abnegent  
243.35
- figuris nullam uim inesse 552.21 &  
554.24
- fili⁹ immorigeri parentibus, insi-  
gne exemplum 76.31
- fili⁹ Dei qui sunt 330.26 ad filius  
hominum ingressi sunt, locus  
hic Moysi explicatur 328.27
- filiorum ſpharula ex ore cuiusdā
- dæmoniaci extrahuntur 410.6  
Finni populi Septentrionales olim  
uēales habebant 174.12
- Finno insignis magus 173.45  
finiti ad infinitum nulla eſt propor-  
tio 281.33
- Flammula cur noctū clarus lu-  
ceant 89.28
- Elauros dæmon 919.35
- Fluis numen Vandalarum 34.46
- Florina dæmon, amaria Pineti  
359.44
- Focalor dæmon 926.7
- fodinarum metallicarū dæmones  
112.33
- facunditatem quid impedit 367.  
2
- femina ob nefaria iuramenta à dæ-  
mone auebitur 457.1 pudica in  
equam uersa 269.38
- femine ab initio ad ueneficium  
procluiores 766.45
- feminarum in mare mutatio un-  
de 90.21 transmutatarum in  
iūros exempla aliquot 473.1
- femineus sexus cur maxime dæmo-  
num illusionibus expositus fit  
253.31
- Folleti *dij* 311.25
- Foraj dæmon 915.37
- Fornes dæmon 920.38
- Foras vel Foras dæmon 921.37
- fortes non uident ſpectra 261.4
- Franciscus Luciferi ſuccifer, &  
Christi uexillifer 83.9
- Francisci error 610.45
- Francisco dæmoni fruſtris infidi-  
ciſſum 84.1 diabolus pe-  
cuniam offert 410.27
- Franciscanum ſuit exorcismis dia-  
bolum compulſe ad ueritatis  
confeſſionem 597.21
- Franciscanorum Aureliae figmen-  
tum 603.10 extet Christo  
uincirem effe 83.14
- Fratricellorum Neapolitanorum  
ſecta 251.8
- Fricatrices que dicantur 346.9
- Frigga Goþorum numen 34.18
- Fridericus Austriacus Imperator
- philo necatus 383.28
- Fridericus primus Imperator  
696.35
- Friderici Palatini electoris prudē-  
tia 715.37
- Friderici tertij duci Saxonie, in  
ueſicula lapī inuentus 442.3
- Froſ Uſalensis deorum ſatrapa  
39.32
- fruges à lamijs non poſſe excanta-  
ri, nec laedi, sed à dæmoni &  
ueneficis 299.16
- frugum penuria & sterilitas unde  
309.10 & 81.46 ob peccata  
noſtra ſape accidit 491.12
- Fugenſtal in pago Eifetenſis epi-  
ſcopatus quidam à dæmonio  
mifere exiguatus 415.42
- fugientes quomodo Turce abiti-  
nere incantationes retrabant  
463.12
- Fulgenij locus de dæmonum lapſe  
21.5 ſententia indigna 314.12
- fulmina quid auertat 584.29
- cire an magi poſſint 171.25
- fulminis *dij* apud Romanos qui  
habiliū int 33.22
- furabali quomodo ſua opera per-  
agant, & cuiusdam Itali mira  
agilitate 92.6
- fur tormenta nil euans 545.19.  
& 547.1 ut deprebendatur,  
magica coniuratio 520.41
- fur in uitigandi modus dæmo-  
niacus 517.20 ladendi mo-  
bius modus 521.32
- Furca dæmon 925.10
- Furfur dæmon 921.46
- furiſſi cur non ſint puniendo ex a-  
liqua delicto 785.34
- C. Furio Cresinus ob copiam fra-  
menti Rome acuſatus 299.6  
33
- furorem qua herba inducat 320.  
13
- fueri pœna apud Gallos 38.36
- fueri quo pacto magi inquirant  
197.3
- futura per quas imaginor olim  
predixerint 211.15

## IN D E X.

- G. Abirum Macedones pro deo coluerunt 31.8  
 Gabriel Fallopis medicus 444.  
 24  
 Galeni scripta quatenus sint imita-  
 tanda 887.15 sententia de  
 epilepsia 217.5  
 Galgarandus medicus dæmoniacus  
 curat 613.22  
 Galgulus 370.5  
 Gallacia dæmon poeticus 119.35  
 Galli Phrygia fluminis natura  
 204.9  
 gallum esse singens 688.9  
 Gallorum idolatria & ultima  
 humana 38.19 mos &c cere-  
 monie in mortuis splendens  
 602.23 rusticorum superstis-  
 tio 57.38  
 Gallos astragalomantia esse cul-  
 tores 200.7  
 Gamygn dæmon 926.37  
 Gaap dæmon 923.31  
 gariophylata herba usus 581.28  
 yarisperaria quid sit 195.29  
 yarisperaria quid sit 204.30  
 Gaudenij Merule credulitas 185.  
 30  
 Gedeon Baal idolum destruit 19.  
 23  
 gelotophyllidus usus 310.13  
 Gemma Pbyrsius maleficus her-  
 bas in horto suo plantat 319.25  
 gemma stuporem inducens 518.  
 27  
 Genue uenefice multe combu-  
 stae 393.1  
 geniales dñi 33.27  
 genitores que necessaria sunt 891.  
 38  
 Genius unus ex dñi selectis 33.22  
 genii mali qui dñi dicti sunt 11.20  
 & 120.43  
 genii qui & quot fuerint 33.31  
 gentium maiorum dñi 33.13  
 geomantici 107.38. Foffe repe-  
 riuntur 210.5  
 Georgij Agricola locus de virun-  
 e montanis 112.31
- Georgij Buchananii carmina ua-  
 rias historias comprehendeno-  
 tia 606.11  
 Georgij Sabini carmen 84.28  
 Georgij Pictorijs de Lamij sosten-  
 tia diluitur 764.5  
 Georgio Pictorio quantum sit tri-  
 buendum 892.10  
 Gerardus Dorn Paracelsi discipu-  
 lis 295.24 Theophrasti Para-  
 celsi translator 874.46  
 Gerardi nicarj in Blasius males-  
 ficium 219.31  
 German magus 148.5  
 Germani loci de Lamij 283.9  
 Germani quantum tribuant Læ-  
 mij 143.18  
 Gigantes unde sint natati 330.12  
 yarisperaria quid designet 19.9  
 Gigantum habitatio olim 30.35  
 Gilbertus magus apud Octrogo-  
 thos in specu ligatus 461.7  
 Gilbertus Boristius medicus 374.  
 7  
 Gladius spiritus qui sit 494.15  
 Gladysabolus dæmon 916.16  
 Gnostici heretici 154.31  
 Gnothcoris nefanda sacrificia  
 250.15  
 yarisperaria quid significet 141.13  
 Goap dæmon 931.21  
 Gobrius magus 147.46  
 Godhardus ab Hagen bellum dia-  
 bolo facit 598.27  
 Gog magus 148.5  
 yarisperaria quid sit 144.35  
 Goiuelmusrchin deus apud Turcas  
 35.31  
 Gomory & Sodoma exitium  
 27.42  
 Gomory dæmon 927.31  
 Gordiani peregrinatio 75.36  
 Gordonius quatenus sit ab autho-  
 re reprehensus 890.43  
 Gorson dæmon 931.20  
 Goslariensis ludimoderatoris ma-  
 gimi mors 158.33  
 Gothi hostijs humanis suos deos  
 placauerunt 39.22 quos deos  
 caluerunt 34.16
- Gotborum superstitione in tempore  
 statibus arcendis 583.43  
 Græci nouarū rerum studioſi 150.  
 25 scriptores quid de lapsu dia-  
 boli senserint 19.7  
 Græcorum credulitas 469.23  
 idolatria & superstitiones  
 31.37 sacerdotes magos fuisse  
 503.3 sacrificiorum numerus  
 34.25  
 Græcos quis primum magiam do-  
 cuerit 148.7  
 grando unde 809.19 & 811.20  
 quibus rationibus auerti posse  
 814.28  
 grandinis Deum esse authorem  
 812.10 ex maleficio nata sedea  
 tio superstitione 648.16  
 de Grandine concio Ioannis Bren-  
 tiſ 809.7  
 grandines minime à diabolo exci-  
 tari posse 818.38  
 Gratiani loci de mulierib[us] sexis  
 imbecillitate 254.40  
 Grauijæ carnificis uxor trium ui-  
 vorum capita uult detruncare  
 377.30  
 Grigri dæmonium apud Ameri-  
 cos 118.44  
 Groninga trium melancholiconis  
 corrupta natura, ut se Deum  
 patrem filium & spiritum san-  
 ctum crederent 256.38  
 Gueforum Belgorum consilia  
 & tumultus à diabolo perpus-  
 erum praedita 501.14  
 Gulielmus Roschildensis magus  
 904.10  
 Gulielmus famulus Meineri Clat-  
 ify à dæmonio exagitatus 409.  
 33  
 Gulielmi Brabantini locus de quo  
 dam qui felupum esse credebat  
 470.36  
 Gulielmi comitis Montensis prae-  
 dentia 716.23  
 Gulielmi ducti Cliviae &c. prae-  
 dentia in accusatione ob male-  
 ficium 714.12 & 902.19  
 Gusyn dæmon 914.24  
 Gutzeli

## INDEX.

- Guteli demones 113.44  
 Gygis Lydorun regis annulius uirtus 538.14  
 gyromanticarum quid sit 207.43  
 gyromanticarum figurarum artis fiducia 209.34  
 gyromanticis quomodo suos circulos conficiant 208.23
- H.  
**H** Agenti dæmon 930.56  
 Harar Hebraica dictio quid significet 159.13. & 826.12  
 Haborym dæmon 928.37  
 Hachanum qui dicantur 142.31  
 Hadrianus Turnebus 205.21  
 hereticis quis sit dicendus 680.16  
 hereticis cui simili sunt 722.35  
 multi ex magis prodicere 153.45  
 quomodo sint panendi secundum constitutionem Codic. 730.  
 24 resipicentes cur non sint interficiendi, patrum sententijs probatur 718.11  
 hereticorum concilia belli disperdi possunt 722.10  
 hereticis Lamia non sunt anniversariae 679.40  
 contra Hereticos articulus & fasciculus agitur à monachis 718.35  
 cum Hereticis quomodo sit agendum, sententia Breſoni 723.30  
 Halphas dæmon 926.1  
 Hammonis Iouis oraculum 27.12  
 & 57.10  
 Hammele omnicolor dæmon tibi-  
 cen ad centum & trinitatem pie-  
 ros abducit 80.10  
 Hammona dæmon tragedia mos-  
 ret 119.25 diabolus miris  
 modis moniales virginis exagi-  
 tat 896.43  
 Hämonenses ciues quidam à dæmo-  
 nio miris modis agitati 425.24  
 Hans Vatter impostoris conun-  
 tia 478.41  
 Harcalo magus 149.32  
 harcumnum uocabulum quam uer-  
 rōs in locis usurpetar 147.24  
 quid significet 825.46 qui
- dicantur 142.2  
 Hartcipeſch Turoarum deus 35.9  
 Haymonis sententia de diaboli p̄r̄o-  
 notione 115.8  
 Hecatēa 110.30  
 Hecate Enodis quando causa epio-  
 lepsis attribuatur 228.45  
 Hecatae primū aconstituit inuen-  
 nisse 767.3  
 Heddeckin 114.23  
 Heiran luc herba usus apud Tur-  
 cas 319.46  
 Heliae preces quantam uim habue-  
 rent 621.19  
 Helideus Forolinensis medicus 799.43  
 Helidens Paduanus Forolinensis  
 medicus 373.45  
 Helinandi monachī locus de quo-  
 dam militie, cuim ex ore brevio-  
 la egressa & ruris ingressa est 67.17  
 Heliodori historie quanta fides sit  
 attribuenda 888.17  
 Heliogabali interitus 40.37  
 heliotropy lapidis uirtutes 582.33  
 Heliæ oleum in uasibus uidue  
 uacuis auget 132.25  
 Hellerus, alias Lamia 232.43  
 Helmoldi locus de Sclauorum dij-  
 si 34.40. & 39.41  
 Henrica uirgo quedam miserè à  
 dæmonio exagitata 59.32  
 Henricus Vuesus iurisconsultus  
 297.22. & 207.2  
 Henri Barzy Clunensis cancella-  
 ry laus 7  
 Henßbergi in collegio dæmon sub-  
 felium specie uisus 422.18  
 herba lunaria 89.12  
 herbe maleficia tollentes 581.15  
 herbis an bonies in bellis trans-  
 formari posint 466.1  
 dæmones alii mihi posse  
 580.15  
 Hercules Semidens 335.1  
 unde sit natus. ibid. 4  
 Hercula Canopio, ut culices minus  
 infestarent, litatione est 32.31
- Hermogenes suos magicos libros  
 Iacobō apostolo comburendos  
 offert 660.14  
 Hermāni comitis Niuerinary pru-  
 denzia 716.8  
 Hermanno Vuolfratgen Euerfel-  
 denſi monacho testes exceti  
 458.27  
 Hermes magus 148.2  
 Hermiliana dæmon, amasia /acer-  
 dotis 359.39  
 Hermippus magus 147.46  
 Hermogenem frusse magum 148.  
 32  
 Hermopolitani quid pro deo colue-  
 rint 31.41  
 Herodis animum cur dæmon ita con-  
 tra resum inflamarit 53.30  
 Herodoti historie que fides adhuc  
 hendi 888.19  
 heroes unde dicti sint 319.37  
 Heronites à quo pro deo sit cultus  
 35.2  
 Hesus deus à Gallis humanis ho-  
 bis cultus 39.35  
 Heueorum idolum 30.2  
 Hex que dicitur 233.1  
 Hibernorum idolatria 32.24  
 Hieremias Brachelius medicus 317.  
 18  
 Hieremias testimonium de Lamia  
 run impotentia 311.19  
 Hieronymi libri magici sub falso  
 titulo circumfringuntur 152.4.4  
 locua de omnipotencia Dei 129.  
 20 sententia de somniis sexus  
 dibilitate 254.9  
 Hierophile Sybylla 862.33  
 Hilario dæmoniacum sanat 638.  
 21  
 Hilarionis lucta cum dæmonibus  
 602.15 sententia de dæmonum  
 ueneficio 491.36  
 Hildegardis sententia de ligauris  
 464.6  
 Hildesheimeris episcopi in aula  
 dæmon uisibiliter multis appa-  
 ruit 114.17  
 Hippocus magus 147.3.4  
 Hippocratis sententia Christiana

## I N D E X.

- 225.32 contre uersatos medicos  
 & sacril. gos mogos 227.13 de  
 epilepsia. ibid. 4 de Lamia-  
 rum mani conatu 237.36  
**N**ippolyto priuigno suo Phaedra  
 amatorum poculum propinat  
 385.18  
**H**ippomenes quid sit. & quid scri-  
 ptores eo sentiant 329.7 &  
 383.14 unde nomen habeat  
 380.6 in amore concitando  
 parum ualeat 381.33 eius usus  
 379.15  
**B**ircum Mendesij pro deo coluerunt  
 31.45  
**B**irudinum pulli ad quid utiles sint  
 380.44  
**H**ispanus Philippaldus medicus  
 373.24  
**H**ispani cuiusdam clerici melano-  
 cholia 257.41  
**H**ispani qua ratione in Belgis se à  
 malis & peste cōseruant 513.  
 13 unde virginitatem diuidio-  
 cent 327.8  
**H**ispanorum superstitio in Belgis  
 513.34  
**B**istorij quibus in rebus author si-  
 dem non tribuat 887.23  
**B**istoricis quibus fides fit addi-  
 da 888.11  
**B**istrionis cuiusdam bistoria 92.42  
**B**olus herbæ auris aduersus de-  
 mones 581.34  
**B**ollerius magus trucidatus 157.7  
**H**omeri umbram ab Appione co-  
 uocalam esse 193.20 uerius  
 885.40  
**H**omericus medicatio 574.26  
**H**omicidet qui fint 757.32 quo mo-  
 do fint puniendi secundū legem  
 Mosis 745.14  
**H**omicidium à quo primum exco-  
 gitatum, & inde ortum sit 26.  
 40  
**H**omo à Deo qualis sit creatus 335.  
 41 hostis Dei factus ex inobe-  
 dientia 25.16 post lapsum  
 quantis bonis à Deo sit priua-  
 tis. ibid. 22 non nascitur  
 nisi ex utero p̄ sexu 335.15  
**H**omini's anatome 593.19  
**H**omines quātū bonis exornati sue-  
 rent ante lapsum 26.10 qui  
 maxime dēmonum illusionibus  
 expositi sint 251.13. & 271.35  
 quomodo decipiuntur dēmo-  
 ne 252.38  
**H**omini's ante lapsum status 26.10  
 cogitationes dēmon ignorat  
 134.15. & 449.42 corpora  
 quām uariē dēmons transferre  
 posuit 60.5 corporibus cur-  
 se immergere cupiant dēmo-  
 nes 95.21 māclatorum exui-  
 sceribus diuinatio 40.29 men-  
 tes quot modis diabolus con-  
 stringit 58.33 transformatio  
 phantastica in bestias quomo-  
 do fiat 268.36  
**H**ominibus quare Deus dēmonem  
 aduersarium constitutus 95.  
 12. & 101.43 quot modis dē-  
 mones insidijs struunt 96.5. &  
 98.10  
**H**omines an dēmones per aerem  
 uehementi posint 275.4 à dēmo-  
 ne in bestias transformari non  
 posse 466.39 furiosos que her-  
 ba faciunt 320.11 impietas  
 periactis cur Deus aliquando  
 magis excacare & inducere  
 faciat 187.9 magica arte  
 per aerem ferri non posse 277.  
 25. in bestias non transforma-  
 ri malficio 464.18  
**I**n Homines quare aliquid diabolo  
 permittatur 124.44  
**H**onorij constitutio de magis li-  
 bris 661.4 libri magici sub  
 falso titulo circuliferunt 152.34  
**H**ornuari nomen dēmonis 119.32  
**H**orarum ictus iustitia quidam in  
 corde sentiens 413.35  
**H**oratij carmen de inani conatu  
 marum 247.24 item de quo-  
 dam melancholico 257.27 di-  
 elum 802.20 locus de forulis  
 202.36  
**H**ostes quidam ob malitiam im-  
 precationem à diabolo aufer-  
 tur 456.43  
**H**ostiae humanae à quo sint orie-  
 37.15. & 40.3  
**H**ostili agnē quid trepidet 171.40  
**H**ouiuolsira deus Americorū 119.  
 10  
**H**ubertus Faber medicus 448.25  
 & 557.7  
**H**uberto Ardennati canis rabidi  
 curatio attribuitur 226.40  
**H**ugonis Cluniacensis locus de Ma-  
 tis conenſi comite 160.21  
**H**umanī generis degeneratio 26.  
 41 sanguinis uictima à quo sit  
 inuenta 37.3 sexus immuta-  
 tio naturalis 472.41  
**H**utigin spiritus 114.24  
**H**unni unde sint procreati 338.10  
**H**yane unde nascatur 337.17  
**H**ydropicus uenenato potu præter  
 spem curatur Romæ 374.8  
**H**ydropicorum curatio. ibid. 19  
**H**ymenis membranæ ratione come-  
 mōstrari certissime dēmonum  
 cum mulieribus concubitum  
 esse uanum 325.35  
**H**ymene omnes uirgines dotatae  
 sunt 325.46  
**H**yosciomi succus ad quid uultis  
 316.18  
**H**ypericoni nullam inesse antipa-  
 tibiam contra dēmones 579.  
 24
- I.
- I**acobus Cuiacius Iurisconsultus  
 901.36  
**I**acobus 10 doci de Rosa Cortricen-  
 sis ob magicam artem exilio pu-  
 nitus 659.29  
**I**acobus Sauagins 904.33  
**I**acob de Cusa uerba de appar-  
 tionibus dēmonum 62.33  
**I**acobi domini in Liechtenberg li-  
 bellus de Lamis reprehenditur  
 438.25 censura de Lamis  
 765.44  
**I**ada Hebraica uox quid significet  
 140.44  
**I**adua animal, de q̄b co Hebreorum  
 fabula

I N D E X

- fabule 141.3  
 Lamblicus quomodo distinguat bonos à malis demonibus 121.  
 37 schola Aegyptiacæ Platonicæ patronus 148.43  
 Lamblichus opinio de demonibus 17.29 sententia dephantasia 260.43  
 Laines unus ex Pharaonik magis 154.1  
 Lanus unus ex dij selectis 33.22  
 Lafoni forma Medice maleficis preponderata 236.20  
 iaspis lapidis virtutes 582.10  
 Ibum aen Aegypti pro deo colerunt 31.36  
 Iesu uerba quid sit, & qui ea sunt usi 197.46  
 Idiota quidam à dæmonе breui tempore doctissimus effectus 116.34  
 idololatria qui dicendus sit 756.3  
 idololatria & incantamentum 814.3.4 uaria 809.15 quando inciperit 27.33  
 idololatria in populo Dei 36.5  
 Ieiunari die Dominico utiliter 247.41  
 Ieiunium in die Dominicō a quo sit interdictum 248.4  
 ieiunij encomion 248.1. & 624.32 in operibus diaboli uincendis energia 624.26  
 Ieremie in omninum 899.32  
 Iesu Syrach sententia de medicis 221.42 testimonium seu auctoritas quantum ualeat in Ecclesia 188.6  
 Ignis cur ex remotori loco clavus luceat 90.1 cur si inter deos geniales connumeratus 33.27 fatum inter quis res sit connexus merandus 88.12 Lambens inter quis res consumeretur, ibid. 40 ignem Ornatissima Persie pro deo coluerunt 31.46 ignorantis nullum esse confessionem 783.33  
 Ihesus magus quidam ob ueneficiis cuidam fabro exhibitus combu
- ritur 159.14  
 Idonojim qui uocentur 141.4  
 ijdoni Hebraica uox quid significet 140.43  
 Imaginatio corrupta melancholico eorum 256.11 intensa sanatio- nis efficax 568.9 quid sit 261.18 & 262.40 unde orias tur 261.22  
 imaginatio uis, ibid. 25  
 imaginativa uis quomodo uittetur à diabolo 260.25 & 263.41. & 264.19  
 im: gine: damno: s 542.45 que apparet in somnijs, quomodo ad caput ferantur 263.3  
 imagines somniorine 264.17 quomodo diversis figuris capiant 263.1 unde accidunt 848.17  
 imagines uanias quæ herba faciat 310.21  
 impj qui dicendis sint 228.16  
 impudicitia exemplum 257.28  
 imprecatione neminem lodi posse 695.37  
 imprecationes multo/as inefficas es esse 453.36  
 imprecationum dæmoniacarū putatarum exempla 455.30  
 imprecandi malum cōfuetudo uide goris 454.9  
 Incantamentum & idololatria 814.3.4  
 incantamenta esse muliercularum figura- menta 697.2 quilapis pellat 582.25  
 incantare quid sit 144.34  
 incantatores Italia pulsi 660.34 quomodo sint pauciendi 732.43 praetantissimi qui fuerint 150.39  
 incantatorū pena interstatuta imperitia Germanica 667.4.4 quadruplex famila 825.40  
 incantatio quid sit 145.8  
 incantatione pluviam cieri nō posse 312.32  
 incantationes quid sint secundum Originem 250.7
- incantationum bonam partem me- ra esse in omnibus 839.2 modi apud Septentrionales 173.16 uerba nihil posse 299.1 uis & potestus 139.10 incubus unde dictus 322.42 uocem edit 355.1  
 incubi congressus exemplum ridiculum 352.19 dæmoniacæ illusions esse imaginarias 322.32 illusionem infestare quandoque probas etiam matronas 351.34  
 incubum passus sacrificus 324.2 quomodo Germani appellant 313.30 ob incubum uirgo religiosa apud Hollendois exulta 322.37 incubo dæmonie puella grauida fu- elia 333.31  
 incubi quando & quales sint crea- ti, & eur/abb. sibim jugant 54.6 qui propriè dicitur 349.12 quibus & quando continua- gant 323.31 unde siant ibid. 4  
 incuborum uaria appellations, ibid. 8  
 Indi quantum honorem magicæ arti tribuerint 150.12 indigetes dy 33.42 indulgentiarum ad D. Virginem potentia 597.24 indusum necessitatibus 573.19  
 insens posteriorē natura parte fo- lidus nascitur 90.9 infantes à magis quibusdam collati & decipratis 240.36 tredecim à Lamis deuorati 241.2 infantibus laetentibus qui dæmo- nes infestis sint 118.1 infantes quomodo Lamie come- dant 241.22 mortuos ex sepula chris effodi, delusionem est 246.1 inferis quando parentauit sit 110.12 inimici ledendi impius modus 321.32  
 insomnium quid sit 899.9 insomnia unde descendant 261.37
- Qq 2      insom.

# I N D E X.

- insomnis quantum sit credendum  
 899.15  
 Intemperantia quo malorum sit  
 causa 95.43  
 inuisibilem qui lap⁹ reddat 582.  
 33  
 Ioannes Anglicus exorcista 593.29  
 Ioannes Antenanus uir celebris  
 428.19  
 Ioannis ab Eissen crudelitas in si-  
 liam 459.22  
 Ioannes Baptista uerba de Lanta-  
 rum impotentia 314.2  
 Ioannis Brentij concio de Grandi-  
 ne 809.3 epistola ad D. Ioan-  
 nem Vuierum 827.1  
 Ioannes Campanus iniustè Vieu-  
 run reprobavit 762.32  
 Ioannes Capella medicus insignis  
 893.27  
 Ioannis Caslani locuſ de dæmoni  
 ſapſu 22.44  
 Ioannes Cimisches Orientis Impe-  
 rator uenero necatus 372.7  
 Ioannis Cyprianus locus de Tur-  
 carum religione 35.6  
 Ioannes Echtius medicus Colonien-  
 sis 374.2. C 556.29  
 Ioannes Euangeliſta in Pathmon  
 iſlam relegatur 639.3  
 Ioannis Euangeliſte in fugando  
 dæmonem contra magum Cyano-  
 pam miracula 638.42  
 Ioannis Euangeliſt caput collo alli-  
 gitum an um contra dæmones  
 habeat 535.35  
 D. Ioann⁹ epileptiſe curatio tribui-  
 tur a medico inepitiſ 226.43  
 Ioannes Fernelius medicus 451.12  
 eius testimonium de quodam  
 mago 172.41  
 Ioannis Francisci Pieti biftoria de  
 incubo dæmoni 359.19 locus  
 de uana ſpe magorum 359.43  
 iudicium de Rovero Backbone  
 882.13 locus de mago 147.  
 37 locus contra Porphyrium  
 149.2 libri de prenot. 213.23  
 Ioannis Francisci Ponziniib⁹ cen-  
 ſura de Lamis 733.10 ſenten-  
 tia de Lamiarum confeſſione  
 273.38  
 Ioannis Galeacei crudelitas in Aſ-  
 trologum quendam, qui ei uitæ  
 furem predicebat 215.11  
 Ioannes Gorcius Parifiensis 875.  
 8  
 Ioannis Grammatici biftoria de  
 Cracſaga 292.29  
 Ioannis Herold libri de dijs Gen-  
 tium 29.5  
 Ioannes Kentman 440.45  
 Ioannes Langius uir celebris 415.  
 43  
 Ioannes Legereti padiens Sa-  
 biadus 286.3  
 Ioannis Leonis locus de afino &  
 camelo docili 92.18 de Feſ-  
 sarum diuinationibus 209.18  
 Ioannes Libiodius medicus 352.36  
 Ioannes Maria Bettus medicus  
 373.24  
 Ioannis Patrik figmenta 478.41  
 Ioannis Salubriensis ſententia au-  
 rea 594.38  
 Ioannes Sartorius exorcista 597.1  
 Ioannes Sobetius medicus 462.  
 40  
 Ioannes Sleidanus 602.21  
 Ioannes Surmius, ibid.18  
 Ioannem Teutonicum Halberſta-  
 deum una noſte tribus diuerſis  
 locis miſam celebraffe 177.21  
 Ioannis Verneti praecitor 602.9  
 Ioannes uiceſimus & uiceſimus  
 primus pontifici magi infames  
 503.41  
 Ioannes Vuidelius paſtor in Bi-  
 eche 596.27  
 Iob maleſicio affeclus 389.31  
 in Iobum quatenus Deus diabolo  
 potestate dederit 126.11  
 Iobeth magus 147.25  
 Iones qua ratione poſto liberati  
 ſint 37.30 ſingulis annis Dia-  
 ne Triclarie iuuenem & puel-  
 lam mactabant. ibid.37  
 Iofephus reprobenditur 527.29  
 Iofephum iſraeliſ filium fuisse ma-  
 gem ſecundum Iuſtinianus 153.6  
 Iofephum fuſſe medicum 221.39  
 Iofephī argumenta cōtra scripto-  
 res, qui ſuſtre de Moſe ſenſeo-  
 runt 153.23 biftoria quid  
 deſignarit. ibid.6 laus 74.4.  
 41 locus de Afſaroth dæmonē  
 30.28  
 Iouialium mallcorum uſus apud  
 Gothos 584.4  
 Ipes dæmon 915.46  
 Ipbigenia filia Agamēnonis uniu-  
 mactata 37.26  
 Ipbigenia trāſmutata fabula ex-  
 pliatio 468.13  
 Irenei locus de Carpocrate 250.  
 37 de Marco mago 69.35  
 Irmgardis ſacellum & festum 56.  
 36 peregrinatio 55.41  
 Irmgardem crucifixum Romē al-  
 loquitur 56.2  
 Iſidis ſacerdotes lenones 342.23  
 trucidantur 343.28  
 Iſidem deum Aegypti coluerunt  
 31.26  
 Iſidori locus de Sortilegiſ 199.21  
 Iſim quid 334.14  
 Iſraelite ob magiam à Deo puniti  
 659.45  
 Iſraelitarum idololatria 36.20  
 puniſtur ibid.14  
 Iſcibius quomodo dæmonem deſ-  
 niat 109.6  
 Iſchy ſententia de magi & ma-  
 leſiciſ 667.16 uerba de dæ-  
 monon curatione 566.21  
 Italiæ ſchola Platonicæ patronus  
 qui fuerit 148.42  
 Iubam Mauſi coluerunt 32.7  
 Iudas diaboli membrum 110.6  
 Iudan eur diabolus ita contra  
 Chriſtum inflamarit 54.7  
 iudicis iniqui pena 711.38  
 iudices iniqui & inquifitores,  
 opes aliorum, non religionem  
 querunt 288.38  
 iudicium plebeiorum ſuſtra deſcie-  
 ta 713.18 quoruſdam ty-  
 rannis 291.30  
 Iuditia uirgo religioſa. Buſcidiueſ  
 à dæmonie miſer'e uexata 429.3  
 Iulias

## IN D E X

- Iulianus imperator qua diuinatio-  
 nū specie sit usus 19.1  
 Iulius Scaliger reprehendit Psel-  
 lum 353.7  
 Iulius Scaliger uerba ad Cardas-  
 num de maleficijs 312.15  
 Iulio simulacrum Cai Caſſij appa-  
 ret 73.25  
 iumenta si p̄tēr naturā quid pa-  
 ti uideantur, quid facundum  
 649.32  
 iumentorum morbis prohibendis  
 suffimentu uile 650.22  
 Iuniperus Christi nauta 596.16  
 ē iuncis lac non emulgeri 426.44  
 Iuno dea 33.14 inter deos Pen-  
 tes numerata 33.24 unde sit  
 petita à Romanis 55.31  
 dæmon poeticus 119.35  
 Iunonis templum Rome 55.35  
 responſum ſinifre interpreta-  
 tum. ibid.26  
 Iunonem Sami pro dea coluerant  
 32.8  
 Jupiter dæmon poeticus 119.36  
 deus 33.17 apud Enchadu hu-  
 mano sanguine placatus 39.12  
 Iouis Apamea ſauum communib[us]  
 precibus deſtructum 613.46  
 Iouis Hammonis oraculum 57.10  
 à quo ſit institutum 27.22  
 Iouis imber aureus 341.22  
 Ioui exēl imperium Graci tribu-  
 runt 32.39  
 iurisconfitorum insignia censio-  
 na de Lanijs 732.8  
 Iusti Blancauall historici figmen-  
 tum 888.18  
 Iustini locus de abolitione oraculo-  
 rum 41.36 ſententia de Sa-  
 muels apparitione 192.30  
 Iuuenalis uerſus de hippomanes  
 380.4 de philaris 378.42  
 iuuenis pro Deo eoit 342.43 qui-  
 dam in aſſinum mutatus 269.8  
 iuuenis cuiusdam parentibus immo-  
 rigeri inſigne exemplum 76.31  
 K.  
 Ant. Adauy Casio Parmenſi  
 appetit 73.45
- lānūi uerſula quid ſit 193.3  
 Karenina in urbe obſcenum dia-  
 boli ludibriū 46.6  
 Kasam Hebraica dictio quid ſigni-  
 ſicit 138.20. & 826.15  
 lāxtrauerſula quid ſit 195.43  
 Kentorpi dæmon tragedias mo-  
 uet 119.31  
 Kentorpi in monaſterio uexatio  
 diabolica ad Lamias relata  
 422.24  
 leip̄aeruſa uerſula quid ſit 197.33  
 lep̄aeruſa quid ſit. ibid.36  
 Kimbi opinio de Samuelis appari-  
 tionē 188.38 quid per filios  
 Dei intelligat 332.18  
 knagouerſia quid & quotuplex  
 ſit 199.12  
 lavorip̄a quid 475.14  
 Knocklein abbatis ubi campana  
 non baptizata ē turrī dæmo-  
 ne fuerunt proiectae 44.4  
 Kłakoi dæmones qui dīlli ſint  
 316.36  
 losnuouerſia quid ſit 197.7  
 Kryzalouerſia quid ſit 196.4  
 Kwasowazia quid 471.26
- L.
- Ac congelatum unde conficia-  
 tur 58.44 glutinosum  
 426.20 ne per incubos abſtra-  
 batur, conuratio ſuperſtitioſa  
 646.45  
 lacti uaccini reſtituo ſuperſtitio  
 ſa 647.46  
 Lac à iuncis non emulgeri 426.44  
 consecratio ridicula 648.6  
 laceris cerebrum ad quid uile ſit  
 380.15  
 laceris fugendi modus magicus  
 531.1  
 Lactantii locus de Beelzebul 29.  
 u de dæmonum ſudis 97.29  
 de dæmonum illuſione 45.1  
 Labis Hebraica dictio quid ſigni-  
 ſicit 139.46. & 826.26  
 Lamia deluſa à Germanis quomo-  
 do dicatur 142.44 pluuiam  
 excitare non potest 367.29  
 quid ſit, & circa que uerſetur
- lamia cuiusdam refiſcentia 898.  
 29 & dæmonis cōgreſſum eſſe  
 imaginariorum 322.33  
 lamia à magis ut differant 91.2  
 747.37 à Røge Suecia in hel-  
 lum ducē ad deterrendos ho-  
 stes 305.18 à ueneficijs quo-  
 modo ſeparentur 9.23 aliquot  
 in Germania ob tempeſtates  
 excitatas combuſte 308.26  
 an ex natatione ſuper aqua ſint  
 digniſcenda 683.10 an igne  
 ſint puuende 815.38 an mira-  
 culu edere poſſunt 130.37  
 an obſiedus cum dæmoni ini-  
 tum ſint puniendæ 689.41 &  
 250.4 an per caminum &  
 per aerem in longinquā loca  
 deforantur 313.36 an proper  
 characterem à dæmoni impref-  
 ſum ſint occidente 755.19 an  
 ſint apostate 757.11 an ſint ho-  
 micidae. ibid.18 an ueneficijs  
 ſine contactu inferre poſſint  
 361.21 commiſſeratione dīḡe,  
 non pena 785.21 complures  
 ob uitiatam tēpeſtate uineans  
 combuſte 301.41 complures  
 in arce Forreſſensi capitæ, &  
 quæſtionibus apofitæ 286.8  
 complures atrebati combuſte,  
 earumq; confeſſiones 290.25  
 confeſſites ea que ſibi imponū-  
 tur, amentes ſunt 778.25 cur  
 dīlli ſint 331.22 cur corpore  
 non transferantur 273.35 cur  
 fruges excantare non poſſunt  
 303.10 cur non ſint idololatriæ  
 756.21 cur non maiori pena  
 paniendo ſint, quam furioſe  
 785.33 cur non ſint puniendæ  
 820.44 cur non ſint ſtatim oc-  
 cidendæ 751.31 cur pena ca-  
 pitali non ſint paniendo 666.5  
 cur regulam aperte deuorgent  
 684.46 cur ſint occidente, ra-  
 dio Georgij Viatorij 765.28  
 & magi infantes quid differant  
 143.41. & 233.24 exilio uel a-
- Q q 3 hamul.

## IN D E X.

- liamulcetapunienda 814.41  
 hereticis non sunt annumerandas 679.40 in profisione &  
 fidei cum demone que contra ecclesie statuta iurent 47.  
 30 maleficio affecte 393.14  
 melacholica & amentes 697.  
 6 nulli noxiæ quomodo sint  
 reducende 739.20 naturalibus usq; pharmaci quandoque  
 deluduntur a satana 313.32  
 nihil voluntate, sed omnia coa-  
 cito & decepta faciunt 781.1  
 non possunt quod creduntur fa-  
 cere 769.4 penitentes eu-  
 tant penas corporales 732.22  
 qua custodia & carcere sint re-  
 tinende 681.27 qua pena à Bononiensibus affectatur 736.  
 4 qua ratione tam confantes  
 sint in torturis 684.46 quam  
 uim habeant nocendi 6.1  
 quā crudelibus torturis aliquando exigitent 668.35  
 quo pacto res duras in corpus  
 inferere possint 418.36 quo  
 pacto magicanum edificant  
 240.37 quibus leduntur credun-  
 tur res ridicula esse 365.21  
 quibus rebū hominem interfici-  
 ent queant 6.7 quibus re-  
 bus fugientur 508.10 quomo-  
 do delusa demonis opera pus-  
 tent esse sua 680.6 quomodo  
 illuduntur a demone in aere  
 concitando 297.37 & 814.3  
 quomodo restituende sint  
 680.17 & 755.28 & 788.26  
 quomodo sint reducenda &  
 punienda 835.26 quomodo  
 dementiantur a demonio, ut  
 eredant factantur q; se fecisse,  
 quo prorsus nos potuere 271.  
 4 quomodo sint dignoscenda &  
 experimenta falsissima 682.32  
 quomodo sint castiganda 824.  
 30 quomodo sint punienda  
 secundum censuram insignium  
 iurisconsultorum 732.8  
 unde suam artem petant 9. &
- 365.2 supra centum in subal-  
 pinis monibus combuīta 734.  
 14  
 lamiariæ actiones esse imaginariæ  
 247.5 actionum anacepha-  
 leosis 769.1 in causa cur-  
 tori sint opiniones 906.25  
 confessio cur sit erronea 733.  
 13 & 750.10 confessioni cur  
 non sit standum 687.10 con-  
 fessiones torturis expressæ, se-  
 pias erroneæ 668.39 confessio-  
 nes illusiones tatum esse 821.  
 26 corpora an dæmon perae-  
 rem defterat 279.7 & dæmo-  
 nis stipulatio cur sit dolosa  
 240.15 & 141.9 doctor phan-  
 tasia 365.2 deceipta ex quibus  
 causis maximè oriatur 288.16  
 error 785.31 fædus cum des-  
 mone quomodo fiat 240.2  
 fædus cum demone nullum esse  
 779.37 impotenta 297.32  
 imprecations inutiles esse 453.  
 36 in somno uariarum ima-  
 ginationum cause 315.41 inno-  
 center ob maleficij opinionem  
 puniunt exempla 709.30  
 inquisitiones quales esse debent  
 686.21 maleficia a quo exer-  
 ceantur 389.4 maleficia falso  
 credita 403.20 mentionē nul-  
 lam in sacrī literis fieri 365.13  
 & 392.16. & 825.33 nomina  
 in sacrī literis 332.23 nostrā  
 confessionem phantasticæ esse,  
 secundum Augustinū 267.45  
 phantasiam quomodo regat dæ-  
 mon 273.24 profisiones mo-  
 dus 239.34 & 242.4 quarun-  
 dum in Moravia opera in Dif-  
 sum regē 285.3 sexus & etas  
 consideranda 789.27 Julia  
 phantasia 292.10 tortura qua-  
 lis 668.32 uarie appellatio-  
 nes 232.32 uarie descripicio-  
 nes secundum diuersos scripto-  
 res 231.26 uarie imaginatio-  
 nes unde orientur 706.20 uis  
 732.1 uoluntas quomodo sit pu-  
 nienda 776.36 unguentum se-  
 cundum Cardanum 315.25 un-  
 gueta unde coſciantur 314.13  
 lamijs Germani nimium tribuant  
 143.17 nullam potestatem esse  
 760.37 phantasiam esse corru-  
 ptam 756.8  
 lamijs alios non seduceret 759.38  
 esse amentes 695.35 extra con-  
 natam natura humanae uirtutē  
 nibil posse 130.22 id nō facere  
 quod ijs imponitur, experientia  
 docet 772.11 in spiritu equi-  
 tare 274.15 nec Mosis, nec  
 Christi tempore fuisse 741.34  
 non esse instrumenta dæmonis  
 762.22 & 771.8 non esse  
 domini simul et alibi 283.10 non  
 inuehere eos morbos, quorum  
 se fatentur effectrices esse, ibid.  
 35 nullo modo aerem turbare  
 posse 297.32 pati, & non age-  
 re 762.14 finitū proprū  
 nibil posse 366.24 tempeſta-  
 ter ciere non posse 662.2  
 de Lamijs hominum opinio 3  
 in Lamijs ignorantia facti proprij  
 784.12  
 de Lamijs prouerbiorum nostri tem-  
 pore 827.23  
 Lampaceni quem deum coluerint  
 3.1.10  
 Laodicensis concilij decretum con-  
 tra magos & incantatores  
 665.4  
 lares familiares qui dicendi sint  
 111.33 aliquando futura pre-  
 nunciant, ibid. 41 quid fuerint  
 33.31  
 larva dij qui dicti sint 111.19  
 larynx caput arterie aspera 394.  
 31  
 lepillus tuſi reiectus 195.2 fibra  
 magnitudine, ex ſimbris pulmo-  
 nibus difſectus. ibid. 15  
 lapis uellanae magnitudine in fle-  
 tomate generatus 440.18 in  
 cerebro repertus magnitudine  
 & forma morti. ibid. 45 phi-  
 loſophorum qui fit 640.39  
 lapides

I N D E X.

- lapides maleficium tollere 582.17  
 lapidibus cur sape pluat 279.45  
 Lappo insignis magus 173.44  
 T. Latinus à dæmonie exigitatus  
     566.38  
 Latini cur Marte coluerint 33.25  
     quomodo dæmones distinxerint  
     31.13  
 Latopolitani piscem latum pro deo  
     coluerunt 31.40  
 latrocini pœna apud Gallos 38.37  
 laurus cui cœcrata fuerit 198.25  
 lauri uirutes 31.20  
 Lausenensi in ducatu magos quosdam  
     proprios infantes coxisse  
     & comedisse 240.35  
 Legio cur diabolus nominetur  
     105.42  
 Lazarus uerita quid sit 195.10  
 lemures cur sabbathum fugiant  
     34.10 dæmones III.23 quando  
     & quales sunt creati 34.5 quibus  
     rebus fugentur 508.13  
 lemurum profugatio Paracelsiſti-  
     ca 558.21  
 lenocini pœna 343.26  
 Leo Suauij suggestor 295.13  
 Leonis Suauij calunia in Vieu-  
     run refutantur 873.9  
 leonem Leontopolitani pro deo co-  
     luerunt 31.44  
 lepidotum piscem Aegypti pro deo  
     coluerunt 31.37  
 Leuenſteti in pago cuiusdam puel-  
     la admirabilis historia 430.5  
 leuiatban quid significet 104.22  
 lex Imperatoria de quibus malefi-  
     cis agat 828.18  
 lex Cornelia de fiscarijs & uenefi-  
     cijs 745.39 quibus conueniat  
     766.5  
 lex de lamiarum potestate 312.37  
     duodecim Tabulariū de bis qui  
     fruges excantarentur 299.26. &  
     801.7  
 leges de maleficiis an locum etiam  
     habent de lamis 775.9  
     unde sunt sumptae 776.10  
 leges quid statuant de magis &  
     ariolis, confundib⁹ consulentibus
- 661.27  
 leges unde ferri debent 832.43  
 libatores tua quid sit 198.8  
 ligationes quot modis sunt 463.24  
 ligatos curantia 583.3  
 ligatura & ficta exemplum 478.40  
     magica formula 521.20  
 ligatura physica 592.23 uarie  
     461.22  
 ligaturas incantatione nullo modo  
     sieri posse 461.1  
 lignum & culti in ventriculo in-  
     uenti 416.20  
 Lilia Hebraica dictio quid denotet  
     232.24  
 Lindemann exorcista repentina  
     morte interit 897.13  
 Liuia & Lucilla ueneficia 382.20  
 Liuonies lupi, Germanice Vuor  
     uolff dicti, an ueri lupi sint  
     269.43  
 Locali loco suo conuenire debet  
     281.5  
 Lalij uersus de philtiri 378.44  
 lolij usus 316.20  
 Loray demon 915.24  
 Loib chry incetus 28.4 uxoris  
     in salis petram mutata 132.14  
 Lotharingius quidam Constantio  
     nopolis in Galliam per aerem  
     delatus 278.29  
 Lucan locus de Tage 74.8  
     de maleficijs 236.5  
     de Druidis 32.45  
 Luciani metamorphosis 269.37  
 Lucifer demon 918.1  
 Lucilla uxor Lucretij marito suo  
     uenenum propinat 381.17  
 Lucio Valerio Flacco Romæ mul-  
     ta specula apparent 73.27  
 Lucius Lucullus amatorio poculo  
     interemptus 332.44  
 Lucretius poeta amatorio poculo  
     interemptus 312.27  
 ludorum inventor 120.27  
 Ludouici Guarnæ Salernitanæ fo-  
     lia due in uiros mutata 473.  
     27  
 Ludouici Romanæ Patricij locis de  
     Calechutorum dæmons 118.33
- Ludouici Milichij censur de la-  
     miarum pœna 765.43 de las  
     miarum potentia 438.43  
 Luna cur sit inter deos genitales nu-  
     merata 332.28 unde dicatur  
     celo deduci 237.45  
 Luna simulacrum à Iuda apollo  
     lo deaſtatum 638.30  
 lunaria herba 89.13  
 lunaticus quomodo à dæmoniaco  
     sit dijudicandus 487.37  
 lunatici curatio magica 593.29  
 lunaticos quid officiat 381.15  
 lupina melancholia 471.24  
     unde oriatur 31.28  
 lupi in cauda pilus ad quid utilis  
     380.31 stercoris uetus 387.17  
     & 579.3  
 luppen Lycopolitani pro deo colue-  
     runt 31.40  
 lupi noxi in Litonia, qui Germa-  
     nicæ Vuervuolf dicantur, an ne  
     ri lupi sint 269.44 quomodo  
     ligari possint, ne armantis no-  
     cent 461.1  
 luporum capita ianuis affixa an dæ-  
     mones aufugiant 579.29 in  
     gens turba Conſtantinopolis ap-  
     paret 704.22 in formam que  
     crediderant se trāmutatos fu-  
     isse, quomodo hæc confessio fit  
     intelligenda 698.10  
 in Lupos non Lamia uerè trans-  
     formentur 270.35  
 de Luberi ortu dæmoniaco com-  
     mentum 338.32  
 Lubero monachi forma dæmoni ap-  
     paret, & cū eo disputat 87.39  
 Lutheranoruſeckā oritur 288.40  
 lutra & laceræ in corporibus in-  
     uentæ 448.29  
 Lycaon Arcadiæ rex in lupum me-  
     tus 471.4  
 lynxæ pœnia quid sit 471.22  
 lyncury lapidis uirutes 582.51  
 Lysimachis sinistra opinio de Mo-  
     fe 153.20
- M.
- M Accedones quem decum colue-  
     rint 312.7
- Qq 4 Macedo-

I N D E X.

- Macedoniam esse terram Celsim 49.2  
 Macedonijs praefidis editione contra hereticos 726.22  
 Magdalena uirgo Constantia à demonio compressa 318.30  
 Magdalene Crucis Hispanie & malefice historia admirabilis 671.44  
 Magdeburgi mulieris cuiusdam fascinus 599.13  
 magia Aegyptiorum, Babylonio- rum & Persarum unde originem trahat 146.20 à quibus ad Grecos peruerterit 148.8  
 magia infans quid coepit 27.  
 18 quid sit, & unde originem trahat 145.4 cui sit determinanda 152.20  
 grayia & turria quid differant 145.31  
 magia naturalis quid, & eius com mendatio 151.3  
 magia unde originem trahat 146.7  
 magie artes quedam 170.8 origo 860.29 stipendia 160.41  
 magian Aegyptiorum inauspicata Calafiris 144.1  
 magiam infans quis primū do cverit 923.41 qui colerint 147.33. & 150.9. & 155.3  
 Carpocrates publicē docuit 250.40  
 magica ars Constantinopoli publicē doceatur 210.35  
 magica artis potestus cur à Deo damonibus data sit 161.8 finis qui sit 179.39 uarij modi 170.15  
 magica artes earumq; sc̄tatores à Moysē dominantur 230.41 à Nerone sublate. ibid. 54 capitales 749.2  
 magica curationes 530.1 uoces nullæ eum imaginibus celi conueniunt 534.13  
 magicarum diuinationum species uarie 194.40  
 magici uerbis & carminibus nul la efficacia ineſt 535.19  
 magici artibus an uti liceat 795. 37  
 magici libri sub falso titulo Adae inscripti circumferuntur 152.33 cur palam sint exuendti 660. 28 Ephebi exuisti 596.1 quo stylō sine scripti 161.25 qui sub titulo Adae & aliorum patrarcharum circumferuntur, a quo sine scripti ibid. 22  
 magicorum librorum catalogus 162.6 medicorum panitia 656. 29 oracula cur non sit credendum 211.33  
 magus infans quid sit 143.41  
 Magdeburgi in aera cum equa lo conſcendere uidetur 177.28 à serpente eneatur 160.32 uiuus à diabolo ablatus. ibid. 4  
 magi resipiscens historiā 673.6 magi Aegyptij quomodo ad uera fidem conuersi sint 182.19  
 magi an demones in seruitutem cogere posint 172.20 an uenitos fedare posint 175.7 an nū racula faciant 171.9 arioli qua pena puniendi sint 657. 14 Athenis expulsi 148.2.4 cur nesciant benedicere 405.34 cur non sint adeundi 211.33. & 214.39 transferunt interdum 177.4 infans quibus nominibus & in quibus locis in ueteri testamento significantur 135. 19 & Lamia quid differant 143.41. & 749.10 malefici 45.12 nostro tempore qui maxime floruerint 155.6 olim phibolophi dicti 151.14 quare Chrysostomi preceationibus & ex ore cismis immisceant 594.11 qui dicantur 134.8 qui capitales li supplicio sint puniendi 654. 4 qui res perditas & factio ablatis incantatione recuperantur, quomodo sint puniendi 657.14 quot modis artes suas perficiant 170.25 quo pacto præstigii faciant 169.40 quo pacto demones aduocent 931.40 quomodo sint puniendi secundum leges & decretū 661.27 sacrilegiū iusseculi 507.15 sub nomine qui comprehendantur 144.18 unde suam artem petant. ibid. 1. & 653.31 Xerxes copias à tempestate liberant 175.11 magorum Aegyptiorum nomina 183.10 alios non ualde ledentium poena 655.6 apud uariis gentes nomina 147.33 ars omnis & potestia unde constet 144.23 blasphemia in euocandis demonibus 932.8 carminibus non obediunt beatorum anima 185.20 curationes nihil ualere, multis argumentis probatur 563.15 infamia & diuinorum poena inter edicta imperialia Germanica 667.4 instrumenta qualia sint 164.17 illusiones 45.12 ac Lamiarum artibus quedam esse communia 143. 36 & Moysi operum discrimen 178.26 præstigii quomodo sicut 144.23 qui annulo uel ultro demonem captiuum circumferunt, poena 659.4 quo runda fucellū interitus 156. 31 quorū mentio fiat in sacris literis 741.42 religiosorum mulcta 655.12 apud Septentrionales populos incantationum modi 173.20 signa cur mendacia dicantur 183. 28  
 magis à Moysi poena constituta 658.13 omnibus non debet eadem infligi poena 651.21 cur magica artis potestus data sit 161. 2 infamibus qui demones inferuant 120.31 magos quodam in ducatu Lausannei proprios filios coxisse & comedisse 140.35 consulenti bus qualis poena sit constituta 658.23 & 661.25 magna-

## I N D E X.

magnetis virtutes	578.53	mali esu quidam fætus daemonia-	
Mahometes qua astutia se regens		ens	451.11
fecerit 94.45 quibus artibus		malicie radix	26.6
populum seduxerit. ibid.14		malitiarum an diabolus sit author	
Malaphar dæmon	915.32	135.3	
malefica ut capillis suspendatur,		malici ionales	584.4
imago	543.36	Malleus maleficarum	5
malefice accusatricis falsæ pena		Malphas dæmon	922.22
711.5 cuiusdam respicentib; bi-		mali origo unde	907.19
storia	673.35	malum imprecandi consuetudo uul-	
garis	678.13	garis	454.9
maleficorum mutua commixtio		Mammona dæmon quid significet	
345.22 pena 664.32 quibus		104.36	
in locis sacra scriptura mentio		Manasset cur à Deo sit punius	
fiat 743.4 trium exultarum		618.4.4 quales deos ex eadem Do-	
confessiones exultantur ueris		mini abstulerit	36.3
argumentis	689.12	Manas regis flagitia	145.45
maleficum quid sit	145.2	Manichæorum heretis	750.35
maleficij curatio	531.25	mandragora herba unde Helle-	
formula superstitionis	556.20	rinya sit dicta	231.45
5591.19 curationis sacrile-		mandragore uisu 316.23 exradice	
gus modus 529.31 curatio magi-		homunculus	590.16
ca 538.39 curadi methodus cer-		manes qui dicitur sint	111.21
tissima ex sacrâ literis	611.41	C. Manili ueris de fascinatrice	
curationis per benedictionem		235.9	
formula	404.2	maraca	198.31
maleficio effecti qui	389.6	Marbas dæmon	912.20
lejubi plures uno in loco sunt,		Marbocias dæmon	922.11
qui faciendum 628.33 laforum		Marcionistæ heretici	154.35
multa exempla	389.31	Marcionitorum secta	810.35
408.20		Maroduri mulier quidam obna-	
maleficia quibus uerbis resoluuntur		leſifici falsum opinionem tortu-	
548.10 quibus materis arcori		ris encouata	711.12
possint 581.22 quomodo commu-		Marcus dæmonis cultor	66.32
nibus precib; sanentur	621.16	magus quibus artibus homines	
maleficia cur aliquando permittat		deceperit	69.30
Deus 415.21 inferendi modus		Marcus quibus rebus mulieres ad-	
magicus 542.45 maleficijs re-		se attraxerit	384.16
pellere en liceat 795.43 om-		Marcu Seruili temeraria credul-	
nia à diabolo exerceri	389.4	itas	570.33
maleficijs quidam à iudicibus igni		mares in feminis non transforma-	
deutus ob maleficium, respis-		ri	474.19
scit ab amentia meliori uictu		Margaretha comitissa Burenſis dæ-	
697.27		demonio exagata	419.24
malefici cuiusdam confusio 699.8		Maymaridus magus	147.36
55 maleficijs qua lege Moysis		Mars deus	33.17
damnentur	156.38	Martem quem deum ueteres nomi-	
naerint	29.22	narint	29.22
maleficorum quadruplex familia		Marſilium Ficinum magicum arto-	
825.40		R r	373.

# I N D E X.

- 373.2 quidam maleficus igni  
 deuotus ab amentia respicit  
 meliori uelut 697.17  
**Mediolanenses magum contra Fridericum Imperatorem mittit**  
 696.37  
**Medioxumi dñi qui appellati sunt**  
 334.39  
**Megalopolis in finibus sterna**  
 quedam à dæmonie ob nefaria  
 iuramenta uebitur 457.1  
**Meineri Clafys famulus à dæmo-**  
 nio miserè depopulatus 409.33  
**melancholia causa** 260.19  
**melancholiam esse diaboli balneum**  
 476.19  
**melancholicus humor diabols con-**  
 uenientissimus 433.9 usor  
 qualia somnia commoue at 263.  
 8  
**melancholicus quidā Athenis per-**  
 suasim babebat, omnes naues  
 in Piraeum appellentes esse sua  
 257.12  
**melancholici confessioni non est**  
 standum 686.42 cuiusdam  
 ryttoni de bellis in Gallia oris,  
 Et. 257.4 cuiusdam hor-  
 ribile exemplum 257.40  
**melancholici cur pleriq; dæmonia**  
 ci putentur 476.11 cur ple-  
 rinq; fibris necem invitant  
 256.22 maximè dæmonum il-  
 lusionibus expositi 252.23  
 quomodo sint curandi, melbo-  
 dus certa 611.41 tres Gronin-  
 gæ ad ecorripi, ut se Deum  
 patrem, filium & spiritum san-  
 ctum crederent 256.38  
**melancholicon corrupta ima-**  
 ginatio 256.11 uaria exempla  
 260.4 uaria afflictiones 259.  
 14  
**Melancthon à dæmonie irrideatur**  
 490.10  
**Melchiadis papa et filius de ieui-**  
 no in die Dominicæ 248.14  
**Melchom dæmon** 30.12  
**Meleagri interitus** 269.42  
**mephitum & mebaſephum qui**  
 dicantur 138.1  
**Memphis cuiusdam astini docilitas**  
 92.39  
**mephitis Lapidis uirtus** 550.30  
**Menadis uis in magia** 171.35  
**Menalippus Diana maſtatur** 37.  
 33  
**Menædri hereticū dogma** 154.22  
**mendacium à quo primum inuen-**  
 tio fit 26.2  
**Mendicis Iustis ficte dæmoniacus**  
 477.25  
**Menippus Lycus** 176.11  
**menam refribim hospitibus**  
 discubuit magus quadam ex  
 improviso apparabat. ibid.1  
**menstruus mulierum potus quid effi-**  
 cit 381.13  
**Mercurius Alexandria abbas** 72.17  
**Mercurius deus** 33.17 à Gallis  
 humanis hostijs placatus 39.9  
**Mercurius magus** 148.2  
**Mercurium suum qna herba Chis-**  
 mici fixum redditant 89.21  
**Merlinus semideus habitus** 358.25  
**Merlins fabula** 356.14  
**Messeni quia ratione contra Lace-**  
 dæmonios victoriā nati sunt  
 37.39  
**metallici dæmones** 112.34  
**Methodius quomodo impotens sit**  
 faciens 459.36  
**Metiboum insignis magus occidi-**  
 tur 156.32  
**metus quid fit** 782.35  
**Michael Villanous** 602.16  
**Middleburgi ciuitatis direptio pra-**  
 dicta 50.12  
**militis cuiusdam dormientis biso-**  
 nia de bestiola ex eis ore egref-  
 sa 67.14 & 341.20  
**Minervia dea** 33.16 cur sine ma-  
 tre fingatur esse nata 235.40  
 à Scybitis culta 32.5  
**Minotauro singulis annis Atheni-**  
 enses septem adolescentes &  
 totidem puellas deuorandus mi-  
 ferunt 38.15  
**miracula spirituum bonorum ad**  
 quid conductant 112.28  
**miracula in bruis** 92.35  
**miraculorum diaboli finis** 102.35  
**Misraim filius Nobæ magia inuen-**  
 tor 27.16  
**Missa ad gebennam disturbans**  
 601.19  
**Missa uis in magicis artibus** 164.  
 44  
**Noabitæ quæ deū coluerint** 29.21  
 ob Matrem demon multos supe-  
 rat 252.29  
**Moloch deus Ammonitarum fan-**  
 guine humano placans 37.5  
**moly nullam inesse antipathia con-**  
 tra dæmones 575.23  
**monachus quidam à dæmonie stra-**  
 gulus 81.17  
**monachi commixtio cum succuba-**  
 358.18 & 359.30 forma dæ-  
 mon cuiusdæ uide appetet 87.  
 10  
**monacho dæmon appetet, & una**  
 cum eo per montes deuios equi  
 amissum querit 77.15 sano  
 uolentijs testes exceti 458.23  
**monachorum Aurchia segmentum**  
 603.10 forma dæmones prope  
 Spiram Rhenum trascendi 84.  
 28 quorundam magica diuina-  
 tio 216.24 quorundam trage-  
 dia uenefica 321.30  
**moniales uirginis Hispana admira-**  
 biliuſ historia 673.39  
**moniales uirgines Neomagiæ dia-**  
 bolo infestatæ 421.43  
**monialium curatarum apud Ma-**  
 rie arborem prope Sanctos bi-  
 floræ 619.40  
**monistram nescitur** 354.17 Co-  
 loniae 447.3 apud Geldros  
 455.12  
**Montaniani heretici** 154.35  
**montani dæmones** 112.26  
**Mopsam Aphri pro deo coluerunt**  
 31.5  
**Morax dæmon** 915.37  
**morbis qui grauiſſimi sint** 489.20  
**morborum curatio diu nō est ad-**  
 scribenda 126.39 magica &  
 superfluoſe curationes 530.2  
**morbos**

## I N D E X

- morbos quatenus dæmones facent  
 563.12  
 Morphei fabula 70.2  
 mortis inuentor qui fuerit 26.5  
 Morsæ quætoris filium à dæmonio  
 exagitatus 411.4.4  
 mortuorum animis quomodo dæ-  
 mon imitari soleat 62.37  
 apparitiones quales sint, &  
 quomodo Bihniæ dijudicant  
 185.32 fascinatio & apparitio  
 unde dependat 193.23  
 mortuos diabolos ad uitam reuoca-  
 renon potest 132.33  
 à Mortuis non querenda ueritas  
 135.6  
 Moſis auctoritat quantum sit tri-  
 buendum 17.40 decretum de  
 criminibus non in omnibus los-  
 es imitandum est 749.21  
 edictum contra magos quibus  
 conuinciat 741.32 editum  
 contra ueneficia 10 lex de  
 quibus malefici agit 813.31  
 preceptum contra magicos tra-  
 tes, exorcismi, &c. 250.43  
 operum comparatio cum pha-  
 raois magorum operibus 178.  
 26  
 Magos à Iosepho artem magicam  
 acceſſe 133.12  
 Maffel colp 694.8  
 Mahazelin magi & circulatori  
 res apud Feſſe 207.16  
 mulier cui ad credidum faciliſſe  
 254.25 à dæmonio exagitata  
 Bononiæ 450.36 Linetia la-  
 pidem habet in utero 441.40  
 maleficio leſa claus & acri-  
 uom 408.23 unde fit dicta  
 254.35 maleficio leſa 391.37  
 quedam acum deglituit 397.13  
 quedam uaria per urinam ex-  
 crebat 397.12 quedam Marco-  
 duri innocenter tormentis enci-  
 cat 711.12 Vuell in pago à dæ-  
 monie exagitata 633.4  
 mulier cuiusdam maleficio finis  
 miserabilis figuratum 678.3  
 eiusdem Oſnaburgi crudelē
- facinus in marium 598.38 dæ-  
 moniacæ de partu Lamiae im-  
 putato, hystoria admirabilis  
 362.11 malefica constantia in  
 tortura ferenda 547.17 pba-  
 tasfica uera hystoria 296.17  
 mulieres ab initio ad ueneficiis  
 procliviore 766.43 albæ dæ-  
 mones 117.45 complures Ham-  
 moæ capte 426.16 malicio-  
 sie cur dæmonum illusionibus  
 maximè exposita fuit 252.56  
 & 253.31  
 mulierum calculi 443.22 mole  
 336.17 proprium quod sit  
 254.9  
 mulieribus cur ex lege tutores &  
 curatores dati sīt 235.37  
 probis illuſio incubi accidit  
 391.40  
 mulieres faciliſſe decipi, & deſſe-  
 rare eis quæ in utro 254.19  
 minus panienda uirg 738.56  
 & 844.20  
 mulierculæ quomodo à diemone  
 decipiuntur 268.11  
 muliercularum mixta convix-  
 tio 346.8 innocenter ob ma-  
 leſicij opinionem panitaurum  
 exempla 709.30 trium exſta-  
 rion confitentes exstantur  
 689.12  
 mundi magnitres naturales 88.21  
 parvæ res naturales 90.4  
 mundans alienum quomodo diabo-  
 lis corruperit 27.11 quomodo  
 primi diabolis corruperit  
 24.7  
 murem araneum Aribitrix pro-  
 deo coluerunt 31.47  
 mures ne infiducientur casu, & pol-  
 linis Parnopæi nuanter inueni-  
 batur 32.33  
 Murnar dæmon 925.18  
 museæ ut faceſſerent, Cyrenaico  
 Achorilitatum &c. 31.29  
 Myrrha uifus 581.23  
 Myrion 475.17  
 Myrra ſimulacrum apud Persas  
 32.19
- N. Aberus dæmon 916.8  
 Nabuchadonezar maleficio  
 leſus 126.2. & 390.16  
 Nabas Hebraica uox quid signifi-  
 cet 139.7  
 Natalis Ramardus 601.5  
 natura quid sit 127.5  
 naturales rei quandoq; iudicari dæ-  
 moniacæ 88.19  
 Naucleri locus de Benedicto nono  
 81.13  
 Naucratite quem deum coluerint  
 32.5  
 Nazianzeni locus de angeliorum  
 natura 18.11  
 Neapoli duæ uirgines in uiros ma-  
 tate 473.30  
 necromantia quid sit 192.39  
 quādū duravit etiam in po-  
 polo Dei 194.7  
 necromantici quomodo dæmones  
 aduocent 931.40  
 riuſuſuſuſ 185.40  
 Neomagi mendici cuiusdam dæ-  
 moniac figuratum 477.24  
 moniales a diabolo infectate  
 421.43 quidam ouuen intea-  
 grum degluens, mox suffoca-  
 tur 394.18  
 Nereum ueteres Neptuno adiu-  
 verunt 32.1  
 Nergal dæmon 29.4.0  
 Nero comperit magicas artes uia-  
 nus effe 230.13  
 Nephilim quid 334.13  
 qui dicantur 329.6  
 Neptunus deus 33.17  
 Neptuno maris imperium Greck  
 tribuerunt 71.39  
 Neuri populi Scybie ſe in lupos  
 transformari poſſe credideront  
 472.15 incantatores inſignes  
 150.39  
 Nibbus dæmon 29.4.6  
 Nicolaus Gottel Vuimaria exuſſus  
 479.3  
 nimbi procelloſi quando plerorū;  
 fiant 307.4.0  
 Nonus quoq; anni ante tempora

I N D E X.

- |   |                              |  |                      |  |                   |
|---|------------------------------|--|----------------------|--|-------------------|
| Troiana uixerit   | 147.9                        | dōnis sententia                                    | 386.1                | Oues ex terra nascuntur                                | 337.20            |
| Nisroch demon   | 30.5                         | Onen Hebraica dictio quid signifiet                | 138.40 et 326.16     | earū pestilentia unde                                  | 490.20            |
| Noha primus inebriatur  | 27.13                        | Onomacritus magus Athenis expulsus                 | 148.14               | Ouidij locus de dijs p̄fribus                          | 33.               |
| Norici quem decum coluerint                                       | 32.6                         | ēp̄nacritā quid                                    | 200.20               | 35 de dijs gentium                                     | 32.14             |
| Norimbergenſis magistratus prudentialia ſunna                     | 480.38                       | Opib⁹ quid ſecundū Pherecydem                      | 19.19                | de hippomanes  | 380.1 et 381.41   |
| notoria ars   | 170.9                        | Opib⁹ quid hæretici                                | 154.31               | de lanis   | 234.8 de fortigis |
| notthembd   | 573.20                       | Opilio Macrino qui uerſus obuenirint ex Homero     | 201.43               | 203.1 de Strigis                                       | 231.26 de Vlſſ    |
| Nucem grandem Pomerani olim adorauerunt                           | 31.16                        | Opis dæmon poeticus                                | 119.36               | ſe et Circe  | 236.43            |
| Numa Pöpilius hydromaniae eulitor                                 | 196.41                       | Opum quibus in locis planetetur                    | 319.15               | ouum integrum quidam Neomagi                           |                   |
| ſecum recondi in ſepulchro uoluit                                 | 149.40                       | Opj uſus 316.21 et 318.43 et 550.13                |                      | degliutiſ, mox ſuffocator                              | 39.4.             |
| ludificator magicus   | 176.4.                       | oracula per iſomnia quomodo                        |                      | 19   |                   |
| quo dæmons familiari ſit uſus                                     | 117.11                       | fiant ſecundum magorum doſt                        |                      | oua lustralia ad quid utilia                           | 521.45            |
| Nurſie infans poſteriorē nature parte ſolidus naſcitur            | 90.11                        | Etrnam   | 164.5                | Oxyrinchum Aegypti pro deo co                          |                   |
| Nymphae   | 31.3. et 475.16              | demonum quando cefſarint                           | 41.51                | luerunt  | 31.38             |
| O   |                              | Chryſtom qualia fuerint                            | 42.14                | Oze dæmon  | 928.27            |
| B Hebraica dictio quid signifiet                                  | 140.1                        | unde et ubi olim petia ſint                        | 900.1                | P.   |                   |
| Obotritii quem deli coluerint                                     | 34.45                        | oracula qui lapis reddat                           | 582.17               | Paganorum laſtrationes facientes quomodo ſint puniendo |                   |
| Oceanus dæmon poeticus  | 119.35                       | oratio et ieiunium cur ferē cōtūnatur              | 248.10               | di   | 664.45            |
| Ochobſe regis interitus cauſa                                     | 658.33                       | orationis efficacia                                | 624.20               | Pages ſacerdotes apud Americos                         |                   |
| Oltavianum carminibus magicis uſum fuſſe                          | 574.43                       | orationum communium in melificio                   |                      |  |                   |
| oculorum lipitudine cuiuſdā mulierculae laborantis curatio magica | 570.4                        | oratione ſanando efficacia                         | 621.13               | Paralitnorum deus                                      | 30.27             |
| Odo Danicus magus ſubmergitur                                     | 157.22                       | Oray dæmon   | 915.24               | pelone Cbrisi portata uſus                             | 581.25            |
| Odben Gothorum numen  | 34.17. et 39.23              | ore materies reiectas non omnes fuſſe in corpore   | 393.34. et 407.39    | Paletrebobi populi                                     | 369.11            |
| odiuu quid conciliet  | 380.42                       | Oris dæmon   | 927.14               | paliūrum exuſcam Parisij deno-                         |                   |
| Oenothorbe uirtutes   | 378.36                       | Orientis dæmons qui ſint                           | 913.1                | effloriffe   | 888.32            |
| oſophagus   | 395.27                       | Orifidum neruofum et ualde ſenile                  | 395.34               | Panici terrores  | 74.39             |
| euiriſſa quid ſignificet  | 138.45                       | Origenite ſententia de Samuelis ap-                |                      | Paphnutius uno uerbo dæmones                           |                   |
| Olaus Magnus reprobatur   | 175.3                        | partione   | 192.33               | Jug-uit  | 640.3             |
| Olai magnilore de Gothoruſ dijs                                   | 34.16                        | Orimada ignem Persa pro deo                        |                      | Paracelſiſtus qualiter preceptorem                     |                   |
| bifloria quanta ſit fides adhuc uenda                             | 889.40                       | coluerunt  | 31.46                | habuerit   | 882.33            |
| oleum ſomniſerum  | 316.5 ex gagate ad quid uile | Orobis dæmon                                       | 929.1                | Paracelſiſtæ cuiuſdam impudentia                       |                   |
| olua et meretrice plantata, infusa                                | 582.40                       | iquaria quid ſit                                   | 200.40               | in iſtitia in terra Iuliacensi                         |                   |
| Etuoſa perpetuo manet   | 591.19                       | Orpheum magum fuſſe                                | 149.7                | 222.24 et 226.15                                       |                   |
| olive rami ad quid uiles.   | ibid.18                      | Ofirim decum Aegypti coluerunt                     | 31.26                | Paracelſiſtæ quibus characteribus                      |                   |
| Olympiadis uxor Philippi Mace                                     |                              | 31.26  | in curatione utantur | 884.22   |                   |
|   |                              | Ofnaburgi cuiuſdam mulieris crue                   |                      | Paracelſiſtalar curationes                             | 375.9             |
|   |                              | deleſaciuſ in maritiū                              | 598.38               | Paracelſiſtika proſtagatio dæmonum                     |                   |
|   |                              | Oitis dæmon  | 914.31               | 558.21   |                   |
|   |                              | Otto Imperator à Crescentij uxore uenensis necatus | 372.4                | wafidgi dæmons qui diſti ſint                          |                   |
|   |                              |  |                      | III.4  |                   |
|   |                              |  |                      | paratum imprecatiōis exemplum                          |                   |
|   |                              |  |                      | borrendum  | 455.10            |
|   |                              |  |                      | Parnapion quid ſignificet                              | 32.35             |
|   |                              |  |                      | parimonie exemplum                                     | 500.14            |
|   |                              |  |                      | Pafetes ludificator magicus                            | 175.              |
|   |                              |  |                      | 44   |                   |
|   |                              |  |                      | Payloris culiflam commentionem                         |                   |
|   |                              |  |                      | 218.4.37 et 219.20                                     |                   |
|   |                              |  |                      | paſtorum officium                                      | 268.9             |
|   |                              |  |                      | Patauſ   |                   |

I N D E X.

- Patauij agricola quidam se lupum  
esse credit 470.45 monachus  
quidam ueneficus captus 373.7
- Patmos insula 154.44
- patrum querandam sententiae de  
Samuels apparitione 189.45
- aduersus demonum infidius  
49.4.27 de diemnoni macibi-  
nationibus 95.10 de demo-  
num potentijs & studijs 100.  
13 de seductis errore & bäre-  
tici non encanidis 718.21
- Paulina uisupratur 343.1
- Pauline probitis 341.36
- Paulus an magus fuerit 152.43
- Paudi diaconi locus de Valentij  
ramide 50.4
- Pauli Grillandi locus de quadam  
melancholico 257.40 de ma-  
teria uaria ac dura, sententia  
40.6.20 uerba defire tormen-  
tani curante 54.5.34 histori-  
a de quadam lamia 735.4.4  
sententia de Lamis 732.12
- Pauli Schalichiby errores & rafso-  
die 238.22 impius error 847.4
- aduersus Paulum Schalichiby Vnde  
ri apologia 836.40
- Pauli Veneti locus de potu sopori-  
fero 321.40
- Paymon demon 917.46
- Peccatum unde 907.21
- peccati aubor, ubi diabolus appel-  
letur 106.14
- peccata inequalia 754.8
- peccata quo modis committantur  
787.32
- pecora doloso maleficia acta 651.6
- pecora ab eis quid exterrat 387.11.  
17 et 651.9 uenenis tolli 387.11.  
20 489.45
- pecoribus lac ne per incubos ab-  
strabatur, coniuratio superflis-  
tiosa 646.45
- in Pecoribus exigitandis dolus  
387.17
- penates qui fuerint 33.25
- Penelopes proci quo pacto proditi  
sunt 197.18
- pentaphylon herba ad quid utilis
- 581.15
- periaptorum physicorum virtutes  
578.40 uanitas 535.29
- periaptis quantum sit fidendum  
579.11
- de Perdicibus falsa 348.46
- peripatetici negant esse demones  
17.23
- Perse Milbre bouem immolabat  
32.28 quantum honoreni mas-  
gia tribuerint 150.11 quid pro  
deo coluerint 31.46. & 146.31
- Persarum & Atheniensium pra-  
rium 74.33 magie origo 27.  
21. & 146.21 magi quam ma-  
giam coluerint 132.5 pœna  
contra ueneficos 767.4.4
- apud Persas qui primò magiam  
excoluerint 147.29
- peccitentia septuaginta milia uie-  
rorum cadunt 28.14 quaras-  
tione in Ionia fit sedata 37.32
- unde generetur 489.26
- petris remedium magicum à pon-  
tifice Romano Hispanis in Bel-  
gis exhibitum 513.12
- pastes animalium 490.3.5
- 491.12
- Petrus Aponus cuius magie cogni-  
tionem habuerit 881.4.4
- Petri de Abano clementia magica  
164.29
- Petri Alfonsi locus de diemnonum  
lapſu 23.35
- Petri Blesensis uerba de diemnonis  
mendacij 23.4.4
- Petri Brabantij uentriloqui dolus  
205.19
- Petri Damiani sententia de Lamio-  
rum confessione phantastica  
269.30 locus de diemnonum la-  
pſu 23.2.4
- Petri lapſus & conuersio 245.33
- Petri Lombardi locus de diemnonis  
potentia 160.4.5
- Petri Polignensi cofeffio 699.8
- Petri Pomponati Mantuanii opus  
de naturalium effectuum causis  
799.21
- Penceri laus & doctrina 194.35
- phantasia quid sit, & quomodo  
uitetur à diabolo 260.40 &  
296.25 Lamiarum doctor  
365.2
- phantasia effeſlus 261.20
- phantasmata quid fuget 582.42
- phantastice mulieris exemplum  
296.27
- phantastici qui dicantur. ibid.23
- Pharao imago diaboli 110.8
- imitus Dei miracula agnoscit  
182.6
- Pharaonis insomniū 899.27
- pharmacis in locis semotis sepulta  
à lamis nō possemocere 366.14
- phantasma 746.39
- phantasma quid Iosephus appetet  
745.8
- phantasie 137.12. & 742.33
- Pharsalici bellū cunctus à diemnon  
praedictus 193.5
- Phauorini sententia de magorum  
uaticinijs 214.7.4
- Phegor diemnon à quibus sit culum  
29.28
- Pherencydi locus de diemnonum la-  
pſu 19.18
- Philetes magus 148.33
- Philippus apostolus draconem in  
Scythia profugat 638.33 ab  
angelo delatus 276.16
- Philippos Macedonum rex puela-  
lam quandam amat 385.29
- Philippi Melancholoniū iudicium  
de diemnoniaci 643.41
- Philippus Vueseſlich Coloniensis  
à diemnon exagitatus 637.21
- Philistini quem deum coluerint  
30.16
- Philionis locus de nymphis 31.2
- philosophi qui olim habuit & di-  
git finit 151.14
- philosopherum sententia de diemno-  
nibus 120.30
- Philostrihi historiæ quanta fides  
fit addibenda 888.18
- philtrum quid sit 378.43.8
- philtra cur sint detestanda 386.12  
in amore concitando parum ua-  
lent 381.33 mortem sepius  
Rr 3 accules

I N D E X.

- accelerant 383.22 uaria 378.36  
 ♂ 381.16 uera 386.7
- pblematicus uapor qualia insomnia moueat 263.13
- Phædra Hippolyto priuigno amatorum poculum propinat 385.  
 18
- Phoenix dæmon 930.43
- Phoroi dæmon poëticis 119.35
- phylacteria quid sint 663.42
- Picus avis ad quid utilis 585.3
- pila in bonis ventriculo unde nata  
 445.12
- pila magna nigra ex boum iuniorum ventricido exempta 445.  
 3
- Pinneti amasia Florina dæmon 359.40
- Piriboum primum à cælo detra-xisse lunam 238.4
- piscis capiti magie modus 533.  
 32
- piscibus Aegyptij diuinos honores tribuerunt 31.37
- pius qualis sit 496.11
- Planetarum charakteres quā uim habent 553.35
- Planipes nomen dæmonis 119.28
- Platinæ locus de Benedicto octauo 80.45
- Plato unde suam philosophiā bauerit 122.15 unde sit natus 538.2
- Platonis opinio de dæmonibus 17.  
 26. ♂ 47.32 de mulierum genere 255.46 de imprecaione parentum 455.21
- Platonicarum scholarum patroni præcipui qui sunt 148.37
- Platonicè quomodo distinguant demones 121.27
- ex Platonici qui magiam coluerint 148.37
- Pliny locus de uarijs actionibus dæmoniacis 70.13 item de abolutione oraculorum 42.4 opis uio de animis 68.13 item de Moje 153.13
- Plotinus Italice schola Platonica patronus 148.42
- Plotini opinio de dæmonibus 17.  
 29
- Plurifasci remen dæmonis 119.  
 27
- Plutarchi locus de abolitione oraculorum 42.2
- Plutoni imperium inferni Greci attriberunt 32.41
- Plutonem quem deum Graci appellarent 29.12
- Pluuii uniuersi ex diis selecti 33.22
- pluuiam & grandio unde 811.20
- pluuiam cieri non posse carminibus 312.32 lamia non potest excitare 367.18
- Priyanus quid sit 323.23
- Podaga numen Vandalorum 34.  
 46
- Poeni quem deum coluerint 32.8
- poeticæ dæmones qui docti sint 119.  
 34
- Polarum deus 34.43
- Polianum carmen de uenifica 382.  
 26
- Pomerani olim grandem nucem adorauerunt 31.16
- Pomponiatu quomodo melancholicum curarit 613.3
- Pomponiatu locus de quodam cireculatore 90.19 sententia de sanatione dæmonis 568.18
- Pontani locus de tempestate incantatione excitata 306.10
- Pontifices Romani qui arte magica pontificatus sunt adepti 503.  
 35
- Porenutu quom deum coluerint 34.35
- poros minimi à diabolo distracti innoxie posse 439.11
- Porphyrius magus 148.37
- Porphyrii deliramenta 555.2
- opinio de dæmonibus 17.28
- Portunus deus marinus 55.3
- possible punitur in criminalibus actionibus 773.9
- potius dementans & soporiferus 321.37 tartareus 241.36
- Potamanus herba usus 311.16
- Prædictio cuius opus sit 213.26
- prædictionis dæmoniacæ exemplū 49.32
- prædictiones dæmoniū unde 48.3
- prænitiones dæmonum unde ibid.  
 20
- Præstantis pater in longo elioq. somno se equū putabat factum 467.19
- præstigiatores quibus nominibus in veteri testamento significatur 137.20
- præstigium quid sit 144.43
- Præstites dy 33.35
- Priapus dæmon 29.15
- Primafy locus de dæmoniū lapſu 22.43
- principum quorundam singularis prudentia in accusatione ob ma-leficiū 714.1
- probations in actione criminali quales esse debent 687.6
- Proclus Asiatica schola Platonica præceptor 148.44
- Procli opinio de dæmonibus 17.  
 28
- prodigia uaria in uarijs locis 56.  
 40
- proprietate 103.32
- Property carmen de luna obnubilauone 238.7 de hippomanes 379.42 de lauro 198.17
- prophetia donum spiritus sancti 865.26
- prophetarum testimonia quibus in locis citentur 865.27
- prophetini quid sit 144.7
- Proserpina 29.16
- Proteïdolum Sclavorum 34.42
- Pruflus dæmon 912.30
- Psalmi LXVIII.uis contra demones 556.30
- psalmi CVIII.in magicis incantationibus usus 525.22
- Psellyu quomodo distinguat dæmones 121.5 quot genera dæmonium recentias 111.6
- Psellyu locus de dæmonibus 66.31
- nugamēta de Euchetis & Gnosticis 250.14 opinio de dæmonio

## INDEX

- monibus 17.18  
 Pseudomonarchia dæmonum 108.  
   desumpta sit 911.2  
 Quædæm qui dicantur 110.10  
 Psyches uelatio uenerea cum Cu-  
   pidine 354.24  
 Psylli populi 359.1  
 Puer dæmon 924.45  
 pudenda a dæmon uitiare posit  
   367.8  
 puella dæmoniaca 431.46 pre-  
   cibus communibꝫ à dæmonio  
   liberatur 63.6  
 puella à dæmonie uexata 429.3. et  
   449.29 Rome è mortuis su-  
   feitata 193.7 quedam spon-  
   sa in uirum transtulata 473.  
   35 Vuerlensis epileptica, puta  
   tur dæmoniaca 481.16  
 puellæ dæmoniaca histrio memo-  
   rabilis 400.6 figuratum  
   Clivie 609.35  
 puellæ histrio admirabilis, cuius è  
   latere cultor exectus est 430.1  
 puella ad septuaginta Roma dæ-  
   monica factæ 415.27  
 puer Beneventi in virginem muta-  
   tus secundū Æufoniu 475.42  
 dæmoniacus nouem annorum  
   50.16 à dæmon abripiunt  
   363.16 ex phantastica mu-  
   liere natus 357.35  
 puerorum dæmoniacorum histo-  
   ria 414.3  
 pueros ad centum & trinitatem dæ-  
   mon abducit 80.10 occidi-  
   non posse ceremonijs 245.43  
 puerperis qui dæmones infestis sint  
   118.2  
 pulceris Sufati usus 685.44  
 de Purgatorio mortui Parisij fe-  
   lla querela 205.39  
 Purfan dæmon 935.4  
 Pythonicorum & Pylibiarum ua-  
   ticinia 204.15  
 Pythagorei cur fabis abstinerint  
   900.13  
 Pythagoram ob magican artem  
   nationes longissimis accepisse  
   130.4 uno momento & in
- Tburij & in Metapontij fues-  
   sse 177.10  
 Pylibia mulier quæ dicta sit 203.  
   31  
 Pylibie quomodo uaticinatur  
   204.40  
 Pylibiarum uatum origo 41.6. &  
   203.32  
 Pylibias non esse consulendis, lege  
   Mosaica prohibitum 41.  
   10  
 Pylibo unde, & Pylibium oraculū  
   203.18  
 Python aut Pythonicus spiritus  
   quid Hebreæ significet 140.  
   2  
 Pylibansus consulentes quomodo  
   sint puniendi 794.30  
 Q.  
 in Questionibus quomodo tacitur  
   nitas indui credatur 544.  
   36  
 quercus in Epiro culte 54.40  
 R.  
 Aed in arce quedam mulier  
   cula falso accusata 710.28  
 rante viridis os ad quid utile sit  
   380.14  
 Raum uel Raym dæmon 925.37  
 Raymundi censura de Lamij 732.  
   34  
 Reatus quidam Mantuanus incre-  
   dibilis miracula dexteritate  
   manuum operatur 90.32  
 religione falœ usus 342.20  
 Rempha dæmon 30.42  
 Renarus Solenander medicus cele-  
   bris 317.14  
 reorū custodia 681.28 pre-  
   na apud Gallos 38.36 flu-  
   por & taciturnus an verbis  
   dissoluitur 548.16  
 reuelationum ars 170.10  
 Rhabarbari usus 557.19  
 Rhodij uentilo qua famina 205.  
   5  
 Robertus Anglus cuius magiae co-  
   gnitionem habuerit 881.43  
 robur ingens 278.30  
 Rodicofaro ad focum dormienti
- demon ignitum carbonem in  
   manum tradit 297.27  
 Rodigast Obotitorum deus 34.  
   45  
 Rogerius Bachon cuius magiae co-  
   gnitionem habuerit 881.  
   43  
 Rollerus Danus matrem artem ma-  
   gicam exercitatem inuenit 292.  
   33  
 Romæ furis & mulieris maleficæ  
   constantia in tortura ferenda  
   547.2 lapī reperitur, quo pe-  
   tij diabolus S. Dominicum  
   280.8 multa spectra uisa,  
   eorumq[ue] significatio 73.18  
   mulii ueneficijs borrendis ne-  
   cati 371.6 puellæ circuer  
   septuaginta, simul una nocte  
   dæmoniæ factæ 415.26  
   quidam uiuentis immorigerus  
   parentibus mire à dæmonio co-  
   xigitus 78.2 quidam se  
   dæmoniacum simulat 634.35  
   quidam hydropticus uenendo  
   potu præterspem curatur 374.  
   18  
 Romanus Argyrus Imperator O-  
   rientis ab uxore ueneno extin-  
   ctus 372.11  
 Romanus populus à dæmonie delu-  
   sus 566.15  
 Romani Diti & Proserpina sub  
   terra aram erigunt 73.22  
   dominationis natura cupidi  
   150.28 unde ritus facrorum  
   mutuati sint 37.12  
 Romanorum idolatria 33.9  
 & 34.25  
 Romanis & Albanis inter se bellis  
   gerantibus diabolus monstrofa  
   specie apparebat 73.15  
 apud Romanos quis primū ue-  
   nificium inuenierit 767.8  
 Ronneu dæmon 920.46  
 Rosearbor nomen dæmonis 119.  
   29  
 Roterodamensium uictus 693.39  
 Rudolphus episcopus Erfurdensis  
   cur factus sit Eradicanus 83.24

## IN D E X.

- Rugiani miris modis à diabolo de-  
lusi 46.7
- Rugieuihi quem deum coluerint  
34.34
- Ruperti locus de abolitione oracu-  
lorum 41.46
- rusticus quidam horarum ielus in  
corde sentiens 413.35 quidam  
uerum longitudinis octo per-  
dum excreat 448.4
- rusticorum superstitione & incredu-  
litus 312.3
- ruta virtus 582.1
- S.  
Aadi e opinio de Samuels ape-  
partitione 188.45
- Sabellici locus de dæmonie Albinio  
ensi quodam 70.31
- Sabrac dæmon 922.41
- sacerdotium frater olim 343.39
- sacerdotium regale 800.11
- scæra scripture abusus in curatio-  
nibus morborum magicis 510.  
30
- sacrificus incubum passus 324.2
- sacrifici quidam inepti, maleficij  
morbum mentiuntur, & eius  
ress statuunt infantes 216.39
- sacrificorum superstitione 508.10
- quorundam magica diuinatio  
216.16
- sacrilegus qui propriè dicatur 527.  
42
- Sadducæi negant esse dæmones 17.  
24
- saga unde dicta 232.35
- sage laudenda impius modus 521.  
52
- sagaram fædum cum dæmonie q40.  
modo fiat 240.2
- Sabacat mulieres uenefice 346.  
8
- Saitæ ouem pro deo coluerunt 31.  
39
- Saliceti constitutio de magis 663.  
15
- Salis exorcisti usus uarius 586.19
- Salmae dæmon 922.41
- Salomon an magus fuerit 152.40
- quem dæmonem in uase uitreo
- relegatum habuerit 919.37
- quam deam coluerit 30.20
- de Salomone necromanticorum fi-  
gimentum 920.2. & 923.39
- Salzburgi incantator à serpente  
occiditur 160.32
- Samaritanorum heres 730.36
- Samaritani quem deum coluerint  
29.21
- Samy quem deum coluerint 31.8
- Samuels apparitionis historia  
quomodo uero sit intelligenda  
185.1
- Sambethen unde dicatur 869.39
- sanguinis fluxus remedium magi-  
cum 530.35 humani uictima  
à quo sit inuenta 37.3
- sanguinem fistendi modus magicus  
511.8
- ad Sanbedrim qui admissi sunt 151.  
10
- Sardi lapidi uirtutes 582.22
- Satban quid significet 105.15
- quomodo sit fugiendus 619.1
- Satbane uoluntas semper iniulta  
125.18
- Saturnus dæmon poeticus 119.36
- humanis hostijs ab Afris placa-  
tus 39.4 unus ex dys selectis  
33.22
- Saturni adulterium 343.38
- Satyri animalis descriptio 350.41
- Satyri cur sabbathum fugiant 34.  
10 an ueri fuerint dæmones  
350.10 quando & quales sint  
creati 34.5
- Satyrus olim locutos esse 351.21
- Satyrides insule 350.29
- Saul cur iustæ à Deo sit punitus  
187.1 ob quam causam penas  
dederit 41.13
- Saulis interitus causa 187.4.4
- Saxonis Grammatici historia ubi  
non sit adhibenda fidei 888.3
- Saxonibus armatis dæmon horres-  
ta forma apparet 74.41
- Schedula ridicula collo appensa  
570.24
- Scheidamerium uictus 693.40
- scille in domus limine suspensa vir-
- tus 581.29
- Sclavi quem deū coluerint 34.39
- Scrox dæmon 924.27
- Seythæ cur nulla spectra seu ima-  
gines uideant 262.9 quens  
deum coluerint 32.5
- Secretum Secretorum dæmon 931.  
16
- Sedulij locus de dæmonum lapsu  
22.46
- Seinckmeß 600.20
- semidei quales crediti 334.15
- semini per succubum & incubum  
translati uanitatis 347.1
- profusio in somnis unde cue-  
nata 848.44
- Sempronius Rufus magus 148.28
- Senacherib rex Assyriæ quem  
adoravit 30.6
- Seneca sententia de Lamiarim im-  
potentia 198.39
- Senensis monachorum figmen-  
tum 606.39
- Senones quales dicti 534.15
- sensum que simplicita perturbent  
316.20
- Sepharuaim ciuitatis quem deum co-  
luerit 29.34
- Septuaginta interpretulans 742.  
10
- Septentrionalium populorum in-  
cantationes 173.16
- Serapin Naucratite coluerunt 32.  
6 quem deum ueteres nominau-  
rint 29.16
- Serarum aperito diabolica 541.4.6
- Q. Serenus carminibus magicis  
ufum fuisse 574.38
- Sergius monachus præceptor Ma-  
bometis 94.14
- serpens magum eneat 160.32
- sub osti lomine repositus quid  
officiat 367.2
- Serpentes à Nigris fascinari 516.  
11
- serpentum coniurationis formula  
515.13 & 531.3
- Q. Serorius dæmonie familiaris  
ufus 117.6
- Seruus Tullus semideus habitus  
338.

## I N D E X.

- 338.27 Laris filius & scorti  
 348.43  
 fetu porcinis quidam dæmonia-  
 cis cum excrementis deiecit  
 412.10  
 Seuteri Sulpij sententia de bare-  
 tice non encandis 723.13  
 de Gallorum rusticorum super-  
 fitione 57.18  
 Sibyllæ Brythæ quando uixerit  
 863.2 eius at. ibid. 32  
 uaticinium 211.20  
 Sibyllæ Cumæ descriptio & ori-  
 go 864.11 uerüs 870.26  
 Sibyllæ albe 117.45 que dictæ  
 sint 258.38  
 Sibyllæ an uates diuine fuerint  
 865.7 que dictæ sint 869.17  
 Sibyllarum carmina aboluta 872.  
 - 20 doctrina qualis fuerit 867.  
 39 honor apud ueteres. ibid. 19  
 libri & uaticinia 41.14 mira-  
 cula qualia 870.3 nomina 862.  
 15 ortus incertus 861.31 prima  
 que fuerit 861.1 sexus 867.3  
 uita & mores 870.14 uatici-  
 nia de Christo 41.33. & 862.  
 12. & 868.7 uaticinandi ratio-  
 nes 866.15  
 Sibyllæ spiritus diuino non fuisse  
 prædictus 889.45  
 Sidonij quem dæmonem coluerint  
 29.21. & 30.19  
 sigillorum magicorum nuge 337.  
 17  
 sigilli nullam uim inesse 553.23  
 signa dæmonum bonorum & ma-  
 lorum quid differant 112.20  
 filices ex ore cuiusdam dæmoniaci  
 extrahuntur 410.5  
 Simon apostolus quo nomine simu-  
 lachrum solis diminuerit 638.  
 28  
 Simon magus unde sit natus 338.  
 22. & 356.27 eadem hora in  
 conclave cum Nerone, & foris  
 cum populo loquitur 281.18  
 quo dæmonie familiari sit usus  
 117.14 barefum seminarium  
 154.4 Clementis oculos effa-  
 seinat 144.29 eius interitus  
 154.10  
 Simon Molitor ex Hassia insignis  
 exorcista 598.31  
 Siuua numen Vandalorum 34.  
 46  
 Smaragdi locus de dæmonum flu-  
 dis & potentia 102.6  
 Snæbergius dæmon 112.42  
 Sobri cur esse debamus 248.2  
 Socrates dæmonie familiari usus  
 116.46  
 Socratis locus de Valentis tyran-  
 nide 50.3 temperantia  
 470.10  
 Sodome & Gomorrah exiuit  
 27.41  
 Sol cur sit inter deos geniales nu-  
 meratus 33.27 unus ex diis  
 selectis. ibid. 23  
 solis simulachrum à Simone apo-  
 stolo deuastatum. 638.29  
 solanum manus herba 317.11  
 solaxifloris radix imagines uas-  
 nas inducit 320.21  
 somnifera herba 317.3  
 somniferum oleum 316.5  
 somnia uera que arbor pariat  
 198.20  
 somniiorum imagines quomodo di-  
 uerüs figuræ capiant 263.9  
 somnijs quibus maxime diabolus  
 se infinuet 263.20  
 somniorum imagines 264.17. &  
 848.17  
 somnum furiosum que simplicita  
 faciant 316.20  
 Sorciere Lamia Gallis dicitur  
 233.3  
 sortes uiriae 199.29  
 sortilegi unde dicti sint 202.33  
 qui dicantur 199.22 qua pœ-  
 na sint puniendi 665.28. &  
 732.42  
 sortilegium quid & quottuplex  
 sit 199.12  
 sortilegia quid sint 202.19  
 Sofigensis opinio de rebus, que in  
 tenebris lucere uidentur 89.25  
 Sozomeni locus de Valentis tyran-
- 949
- nide 50.4  
 Speculum mirum 75.11  
 Spectri ficti historia lepida 60.9.1  
 horribilis exemplum 78.25  
 Spectra quibus plerique apparet  
 262.13  
 Spira unde sit dicta 84.5.4  
 Spiræ uaria spectra forma mona-  
 chorum uisa 84.18  
 Spiritus carnem & ossa non ha-  
 bet 331.11 & 700.10  
 Spiritus boni & mali quomodo die  
 flinguntur 122.18.41 sitare  
 aut esurire non possunt 331.16  
 unde plerique nomina sumpfeo-  
 rent 30.35  
 spirituum apparitiones quomodo  
 inquire & agnoscí debant, si  
 uerè aut fidele appareant 63.1  
 citatio per magos quomodo fe-  
 at 931.4.9  
 spiritibus que habitatio ab initio  
 sit data 117.16  
 Spoleti ex muliere fit uir 473.14  
 Stabulum quid proprié dicatur  
 269.1  
 Stanitie quem deum coluerint 34.  
 35  
 Statores fulminis dij 33.12  
 Steinbüßius sacra Graiae 377.  
 11  
 stella à magis uisa quid designarit  
 151.23  
 Stephanus eques Neapolitanus ad  
 matorio poculo in furorem ex-  
 citatus 383.28  
 stipes fatalis 290.11  
 stipulatio dolosa cur non ualeat  
 243.9  
 stræmeruvia quid sit 201.11  
 Stolas dæmon 931.9  
 Strabonis locus de diis Aegypto-  
 rum 31.32 sinistra opinio de  
 Mose 153.7  
 striges qua uirga fugentur 231.38  
 que dicantur 315.4  
 studiois cuiusdam resipiscens bi-  
 storia 733.14  
 Stumpffij locus de Bernatiu[m] mo-  
 naborum fr[adi]cule 321.33  
 83 lupos

## IN D E X

- stuporem & taciturnitatem indu-  
 cens uerba 54.4.36  
 stupri pena diuina 42.8.40  
 Subligacium ex ore cuiusdam de-  
 moniaci extrahitur 41.0.5  
 Succot Benois dæmon 29.37  
 succubus cum monacho rem habet  
 358.18  
 succubi cur non ueri sint 360.15  
 Suecia rex quatuor lamiæ secum  
 in bellum contra Danos ducit  
 305.16  
 Sueones Louiales malleos coluisse  
 594.16  
 sulphuris virtus in arcendis dæmo-  
 nibus 581.5  
 Summa muliebre numen apud Pola-  
 bor 34.4.4  
 Sunanus dæmon 29.14  
 superbia insitior qui fuerit 26.6  
 superfluo quomodo imitetur reli-  
 gionem 369.25  
 superstitionis aubores qui fuerint.  
 ibid. 32  
 Suuantenibus deus Sclavorum bu-  
 manis uelutinis cultus 39.42  
 suum peccantia 490.19  
 Sydonay dæmon 923.5  
 sursum uera quid sit 198.7  
 Sylle satyrus animal apparel 151.5  
 Sylly locu de Marsis 369.6  
 Sylvani 349.17 quando & quo-  
 les sint creati 34.5  
 Sylvester dæmonem in capitolio  
 claudit 638.40 quomodo  
 pontificatione fit adeptus 503.  
 35. & 672.3  
 Symmacius senator Romæ miserè  
 trucidatur à Theodosio rege  
 Gothorum 74.11  
 Syneffy sententia de dæmonum stu-  
 dys 99.10  
 Syri quem deum coluerint 32.6  
 Sytry dæmon 917.36
- T.
- T**Abacum herba 311.14  
 Taciti sinistra opinio de Mo-  
 se 153.13  
 taciturnitas & stupor an uerbi  
 dissoluatur 548.15
- taciturnitatem & stuporem indu-  
 centia uerba 54.4.36  
 Tages aruspiciæ & extispiciæ  
 inuentor 73.40  
 talionis lex ubi locū habeat 746.  
 31  
 tamaraka 198.31  
 Tamerini 118.37  
 Tap dæmon 923.31  
 tarantulae morbus symptomata &  
 curatio 488.26  
 Tartac dæmon 30.3  
 Tatianus Aſſyrius 564.19 eius lo-  
 cus de angelis & diabolo 5.25  
 scriptum de dæmonum studijs  
 97.4.4  
 tauri Mabometici docilitas 94.32  
 Telchines populi omnia aspergi-  
 fino in peius mutant 369.23  
 tellarū quid sint 145.25  
 tellus inter quos deos fit connome-  
 nata 33.23  
 teli extractio magica 514.10  
 telorum illius quid probibeat 573.22  
 tempestas incantatione excitata in  
 Neapolitano regno 306.26  
 ingens in ditione Raueſteinenſi  
 310.43  
 tempestatis sedatio impia 648.16  
 tempestates an campanis baptiza-  
 tis pellantur 44.16 quibus  
 rationibꝫ auerti possunt 214.28  
 tempestates à lamij nudo pacto ex-  
 citari posse 297.32 quo pacto  
 quidam populi auertunt 585.11  
 contra Tempestates remedii 583.3.4  
 tentationis permisſe causa 115.16  
 tentationes diaboli fortiter sunt fe-  
 rendae 617.10  
 temnitoratores dæmones qui dicti  
 sint 111.9  
 terra cur inter deos geniales fit nu-  
 merata 33.27  
 terrei uirunculi dæmones 111.28  
 Tertulliani locus de Aforum ui-  
 elutis 39.3 de Claudio Ve-  
 stali uirgine 176.31 de cura-  
 tione dæmonis 564.10 de dæ-  
 monum diuinatione 48.1 de  
 dæmonum operationibꝫ 61.
- 42 de dijs gentium 28.4.3 de  
 omnipotentia Dei 129.5 de  
 ueriloquarum uaticinij 104.  
 45 de Samuelis apparitione  
 192.27  
 testes monacho fano uolentijs exca-  
 Eli 458.23 quomodo adimi  
 posint 460.1  
 testes carmine non adimi 457.25  
 Testates dens à Gallis humana hō  
 flis placatus 39.35  
 Tbængelidis usus 311.12  
 Tbebani ouem pro deo coluerunt  
 31.39 Creonis filium maectant  
 pro patria 37.23  
 Olanses quid Hebraicē significet  
 140.9  
 Theod nomina habentes Valens  
 imperator omnes interficit 49.  
 41  
 Theodoreti locus de omnipotentia  
 Dei 129.31  
 Theoderici Gothorum regis cru-  
 delitas punixa 74.20  
 Theodorus filius Ioan. Vuieri iure-  
 consultus 92.19  
 Theodori Gronij laus 598.23  
 Theodori Lopors ancilla conſer-  
 tio ridicula 648.6  
 Theodori Zuuangeri epistola ad  
 Vuierum 902.32  
 Theodosius nobilis Hispanus à  
 Valente interficitur 50.1  
 Theodosius imperator per quod di-  
 uinatione genus fit præcogno-  
 tis 200.37  
 Theodosij constitutio de magicki li-  
 bri 661.4  
 theologi quomodo distinguit dæ-  
 mones 120.1 qui de dæmo-  
 num lapsu scripserint 21.1  
 theologorum opinio de Lamij 4  
 Parisienſis determinatio super  
 quibusdam superflitionibus no-  
 uier exortis 793.6 quorūdām  
 signētum de succubo & incu-  
 bo 347.6  
 Theophylacti sententia de dæmo-  
 ne 103.9  
 Theophrasti medicina repreben-  
 ditur

## INDEX.

- datur 121.10 sententia de Lamicarum potestate 458.17 de periaptis 579.15 Theraphim imagines quo pacto factae sint 211.23 therionarum in Cappadocia et Misia usus 491.8 thesaurum inquirendi magicus modus 541.16 Theſpētētē magus 147.39 Theſtētē gens ueneficis maxime dedita 767.38 theriomorphi procerbiū. ibid.35 theriomorphi quid sit 145.11 Theurgus magus 147.41 Theuus dæmon inuentor ludorum & alea 120.16 Thibiorum genus in Ponto 368. 36 & 683.42 Thilonem à dracōne interfectum, herba quadam fasciatum esse 193.34 Tholoscol magus 147.25 Thomas Erastius medicus insignis 576.4.4 eius doctissima in Paracelsum scripta 883.7 Thoma libri magici falō sub titulo circumferuntur 152.4.4 Thoma sententia de transformatione hominum 469.5 Thor Gotborum numen 34.16 Thracia regio unde dicta 767.18 uenefica. ibid. Thraſyllus magus Tiberio Cesari gratius 148.26 tbus ad quid conducat 581.23 Tiberius Caesar ut felix in te nebris uidisse 369.37 Tibulli versus de fascinatrice 23.4. 32 de hippomanes 379.40 Timixitē in America, idola sanguine hominū confusa 39.18 timor & amor imagines fortes gigant 262.7 tipula quid sit 471.20 Tireſie & Calabantis uaticinia de humanis uictimis 37.17 Tireſie uatis Thebani transfor matio 476.2 Tobie à quo angelo libri magici fint traditi 161.22 Toletana synodi constitutio de magis 663.16. & 665.8 Tonantes fulminum dīj 33.12 tonitrua quid auerat 584.29 topbacē calculi in utero unde gnatūr 442.43 topbi in iuncturis 440.38 tormentorum tolerantia an uerbis dissoluatur 548.17 tormentis fides non est adhibenda 893.34 tormenta nil curans sur 545.39 quomodo quidam non sentiant 544.20 torturarum tyrannis 668.35 Trallianus quatenus sit ab auctore reprehensus 890.42 transformatio phantastica homi num in bestias quomodo fiat 268.36 Tremone mulier uenefica marito suo argentum uiuum in olere cōcto exhibet 376.9 Triglis triceps apud Stetinenses culus 35.1 Trismegistus magus 148.1 Trismegisti locus de dæmoni la pſu 19.23 Trithemius in quot ordines dæmones partitus sit 167.39 Trithemius iudicium de Agrippa 881.18 locus de dæmoni metamorphosi 69.37 Steganographia culpatur & examinatur 166.32 uerba de quadam dæmoni in anla episcopi Hildesfensis 11.4.17 Troia quo anno post mundi creationem sit capita 147.20 Troianorum dīj 33.14 Trulli dæmones 113.45 Tuccia uirgo uestalis aquam cri bro baurit 176.21 Tullus Hostilius magus fulmine iclus 156.5 Tuneti gyromantia genus reperi tor 209.41 Turca quidā per Italiam urbes ober rās mirabilia miracula manūrū dexteritate operatur 90.42 Turcæ Lecanatiae cultores 193.13 natura superstitionis & idololatria 210.38 quod medicamen tum contra febrem adhibeant 533.1 quomodo fugientes in cantatione ligent 463.11 Turcarum uary dīj 35.6 magicas diuinatio 210.35 proverbia uim de opio 319.34 Turcæ hys uacans familiaris 197. 36 opij usus frequens 318.43 Turneri sententia de anseribus &c otiis 336.15 tutelares dīj 33.45 Tyberinus Aphrorum sacerdotes strangulat 39.6 Typho uentus 279.41 Tyranni sacerdotis Saturni adulterium & libido 343.39 Tyreſie ichthyomaria usus 198.1 typhonius quid sit 197.45 V. Acca ex Iberia cis Pyrenæos delata 279.39 Valens imperator per quod diuinationis genus sui successoris nomen cognoverit 200.33 Valenti Imperatori quām oblique dæmon responderit 49.37 Valentini heretici 154.35 Valeriana herba usus 581.24 Valery Maximi locus de dæmoni technis 53.16 de caco dæmoni ne quodam 72.4.4 Valeſar dæmon 915.32 ualeſtinus aduersus deuotio unde 57.34 Vädali quos deos coluerint 34.4.6 Vapula dæmon 929.10 uaticinari quomodo diabolus uidetur 266.1 uaticinia dæmonum qualia 57.25 unde 47.25 uaticiniorum dæmoniacorū exempla, quæ nostro tempore acciderunt 50.10 Vegetij sufficientia animantium morbis prohibendis uile 650.22 uenefica quomodo à lamij sint di 85. 2 gnoscen-

I N D E X.

- gnoscedre 825.17 puniendae  
 810.40  
 ueneficarum aliquot nomina 767.  
 16 pena apud Romanos 768.  
 30 pene secundum uarios au-  
 thores 766.5 quibus in locis  
 mentio fiat 748.4  
 ueneficiis à Moše pena constituta  
 658.13  
 contra Veneficas edictum 10  
 uenefici cuiusdam famuli carni-  
 fices, eiusdemq; maleficia cōiugis  
 memoranda historia 376.36  
 uenefici qui propriè sint 370.21  
 circa quæ uerfuntur ibid.28  
 quibus nominibus & in quibus  
 locis in ueteri testamento signi-  
 ficentur 135.19 quo pacto uocata  
 legem Moysi sint panīdi 746.  
 22 quomodo ledant amantia  
 387.11 à Lamys quomodo sea-  
 parentur 9.13 ad centum Ro-  
 me comburuntur 371.33  
 ueneficium qui primā apud Ro-  
 manos inuenit 767.8  
 ueneficia ex qua herba quidam pa-  
 rent 89.20 quid depellat 582.5  
 de Veneficiis Parisiensium libeolo-  
 gorum determinatio 795.3  
 uenerosa quomodo carminibus fu-  
 gientur 531.3  
 uenenum quod efficacissimum sit  
 489.9  
 uenena intrō assumpta ibid.1  
 amatoria 380.30  
 Veneres d. lufonis incubi historie  
 359.22  
 Veneri actus organa ubi defunt,  
 desideratur effectus 764.18  
 Venetianellus funambulus 92.6  
 Venetijs fur quidam arte magica  
 ex uncili liberatur 541.44  
 uelios en magi sedare posint 175.7  
 uenriculi dolores 395.45  
 uenitiloqua 14.0.38  
 uenitiloqua quomodo uaticinien-  
 tur 204.40  
 uenitiloqui cuiusdam Parisij do-  
 lus 205.40  
 uenitiloqui uiri quomodo uatici-  
 nentur 530.26  
 Venus dea 33.16 Sidonia 30.21  
 Venerem Arabes coluerunt 32.3  
 Vepar demon 922.31  
 uerbas cum sua radice tuis usus  
 530.24  
 uerbenæ usus 581.24  
 uerbum Dei non mortua flittera,  
 sed spiritus & uita 536.1  
 uerbi Dei genuinus usus 528.3  
 uerbis neminem ledi posse 695.34  
 uermis longitudinis oculo pedum à  
 quadam rusticis excedens 447.  
 44  
 uermes duo in cadavere pueræ cu-  
 iusdam hydropticæ inueniti 442.  
 28 equorum quo pacto ma-  
 gico remedio curentur 514.35  
 uermibus quæ potestas ab initio sit  
 india 128.30  
 Vespaſiani miraculum 577.14  
 Veſta Troianorum dea 33.14  
 uetonice herbae uirtus aduersus de-  
 mones 581.32  
 uetula quædam ob zelotypiam ma-  
 rito arsenicū propinat 375.42  
 uetulae cuiusdam historia memoria  
 bilis 315.3  
 uetulae idolum 433.28  
 uetule cur maximè dæmonium illu-  
 sionibus expositæ sint 252.34  
 uetularium duarum prope Romam  
 ficta transformatio 268.43  
 Viictima humani sanguinis à quo  
 fit inuenta 37.3  
 Victoria dea 33.26  
 uiduarum cura babenda 824.26  
 Vincentij historia de Merlino 356.  
 4  
 Vine dæmon 926.17  
 uinum ne uertatur, remedium 515.  
 9  
 uini penuria unde ueniat 811.45  
 uir ex muliere fit 473.4. quis  
 dam prudens credit lupæ seruo  
 pacem esse 470.37  
 uiri complures Atrebati combusti  
 290.25 cur grauiori pena af-  
 ficiendi sint, quam mulieres  
 738.3
- uiri mulii Rome ueneficijs necati  
 371.6  
 uirorū in feminas non transforma-  
 ri 474.19  
 Virgilij locus de aeris turbatione  
 311.19 de Anube 31.30 de hip-  
 pomaneis 379.23 de incantato-  
 ribus 139.28 de Lamis 233.  
 37 de peste pecudum 490.23  
 de Vlystis socijs 464.29  
 Virgilij uerüs optimus qui sit  
 644.35  
 Virgiliane fortis 201.29  
 virginitatis hymen 327.29 zona  
 & signum quod sit 325.43.  
 & 327.1  
 virginitatem unde Hispani dijudi-  
 cent 327.8  
 uirgo in puerum transformatur  
 473.1 quædam incantatione  
 in furorem concitata 551.4  
 religiosa apud Hollādos ob in-  
 cubū præcipue exulta 325.37  
 uirginis dæmoniacæ superflitiosa  
 curatio 556.39  
 uirginis dæmoniacæ arbores con-  
 scandunt ut feles 419.18 due  
 in uiros mutata 473.30 by-  
 mene dotata sunt 325.46  
 uirginum dæmoniacarum Vuerte-  
 ti occulaturum historiæ borre-  
 da 418.4 transmutatarum in  
 uiros aliquot exempla 477.30  
 uirunculorum montanorum statu-  
 ra & forma 113.20  
 uifonis auctor manifestus 23.23  
 uision qui lapis perstringat 582.33  
 Vitalis Besumbæus 602.15  
 Viti quem deum coluerint 34.34  
 uitrum quidam rusticus euomit  
 413.27  
 uili aurei adorati 31.13. & 36.  
 20  
 Viuiani constitutio de magis con-  
 sulentibus 663.16  
 Vlpiani constitutio de magis 663.  
 30 sententia de magis libris  
 661.20  
 Vlricus Molitor iuriſconsulſus  
 358.2  
 Vlricus

I N D E X.

- Vlricus Neuoffer agricola miserè  
à dæmone exagitatus 416.2
- Vlysses cur non sit in suem trans-  
mutatus 470.28
- Vlyssis socij in bestias mutati 184.  
7
- Vlyssis sociorum in feras transmu-  
tatorū fabule explicatio 464.  
29.29.468.5
- unbris inferorum qui lapis edu-  
cat 582.36
- unguentum laniarum imaginariū  
24.6.9. lamiarum quando uim  
babeat 706.14 unde con-  
ficiatur 314.13 terrible la-  
miarum 241.32
- Volac dæmon 917.24
- uolucribus que potestus sit data  
118.24
- uoluntas an sit punienda 740.40  
29.825.37 in lamijs an sit pu-  
nienda 777.10 lamiarū quo  
modo sit interpretāda 776.36  
quid sit 777.39 quomodo sit  
distingueda 740.42
- Vpupæ pennæ ad quid utiles 582.  
42
- Vranum Pœni pro deo coluerunt  
32.8
- Vrbanus pontifex ad Imperato-  
rem Græcorum tres agnos Dei  
mittit 537.5
- urſi transformationis imaginatio-  
nes quid efficiat 472.24
- urſum ſe eſſe, quidam Hifpanus cre-  
dit. ibid.27
- VV.
- Val dæmon 930.23
- Vualdat deus 31.11
- Vualdſeria mulier phantastica ca-  
pita 296.27
- Vuellenſis mulieris obſeſio 633.4
- Vueretti incluſion monialium  
uirginum bistoria horrenda  
418.4
- Vueruolf an ueriſint lupi 269.  
43
- Vuelienſis exorcifla 598.2
- Vuerus cognomine Piscinarius  
602.3 que in iſula Creta  
uiderit 448.35 reprobenditur  
à Paulo Schalichio 840.20
- Vueri filij 205.24 iactura ex  
grandis procella 310.41
- parentes & fratres 112.2
- peregrinatio in Prūſiam 599.  
21 præceptor 365.35 ſententia  
uera de lamijs, & defenſio  
contra Ioannem Campanum  
762.37 uera & Christiana ſio-  
des 801.33
- Vuiero que cauſa ſcribendi fuerit  
3 uenenum exhibitum 375.25
- Vuertenbergico in ducatu pacua  
pecorū ueneno inficiuntur 387.  
32
- Vuſenburgenſis ducatus Ecclesiæ  
Hildesheimensi cōiunctus 114.  
46
- Vulcanus deus 32.9. & 33.17
- vulpes gallinam auferens, à quo-  
dam ligatus ne prædam aufer-  
ret 462.21
- Vulflaus Vigorniensis epifcopus  
magus 504.20
- Vuolgaſhi deus 35.4
- Vuymaris quidam impostaor exus  
ſtus 479.4
- Vxorem impudicam uir quidam  
longi profeſturus, dæmoni  
comiendat 115.
- Z.
- X Ambi bistorie loci de quo-  
dā mortuoſuscitato 193.30
- Xenophon de Circes potentia  
470.7
- Xerxis copie à tempeſtate mago-  
rum ope liberantur 175.10
- Xurguminae que dicantur 273.6
- Z Abulus inuictor magice artis  
147.19. et 665.45. & 860.35
- Zacharias Babylonicus an magus  
fuerit 152.42
- Zacharia uaticinium de Christo  
42.6
- Zagen dæmon 917.5
- Zairagia quid ſit 208.8
- Zaleos dæmon 930.23
- Zamares magus 147.4.4
- Zamolxis magice cultor 147.29.  
& 860.36
- Zaratus magus 147.35
- Zarmocenidas magus. ibid.37
- Zaroes magus fulgaris iſtu mor-  
tuus 155.42
- zauberer quomodo alijs dicantur  
142.43
- zaubery 746.46
- zauberin & zauberſche que di-  
catur 233.1
- Zenobia ab Aurelianō Imperato-  
re libera dimiſſa 739.3
- Zepardæmon 916.5
- Zoe Romanum Argyrum mariū  
ueneno necat 372.11
- Zonare locus de Vincentis tyran-  
nide 50.14
- Zoroabres quis fuerit, & quādo  
uixerit 147.1 eius interius  
155.40
- Zymnar rex & dæmon 931.20

I N D I C I S F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA OPGRINIANA, PER  
BALTHASARVM HAN, ET HIERONYMVM GEMV-  
Isum, Anno Salutis humanæ M. D. LXXXIII,  
mense Augusto.